

UNIVERSITY OF TORONTO

A standard linear barcode consisting of vertical black lines of varying widths on a white background.

3 1761 01146862 6

HANDBOUND
AT THE



UNIVERSITY OF
TORONTO PRESS





8999

60

GEOGRAPHI GRÆCI MINORES.

VOLUMEN PRIMUM.

——
PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN-DIDOT ET SOCI, VIA JACOB, 56.
——

GEOGRAPHI GRÆCI MINORES.

E CODICIBUS RECOGNOVIT,
PROLEGOMENIS, ANNOTATIONE, INDICIBUS INSTRUXIT,
TABULIS ÆRI INCISIS ILLUSTRAVIT

CAROLUS MÜLLERUS.

VOLUMEN PRIMUM.

INSUNT :

HANNONIS CARTHAGINIENSIS PERIPLUS.

SCYLACIS, UT FERTUR, PERIPLUS.

DICÆARCHI, UT FERTUR, PERIEGESIS.

AGATHARCHIDIS DE MARI ERYTHRÆO LIBRI

SCYMMI CHII, UT FERTUR, PERIEGESIS.

DIONYSII CALLIPHONTIS F. PERIEGESIS.

ISIDORI CHARACENI MANSIONES PARTHICÆ.

ANONYMI PERIPLUS MARIS ERYTHRÆI.—

ARRIANI INDICA ET PONTI PERIPLUS.

ANONYMI PERIPLUS PONTI EUXINI.

ANONYMI STADIASMUS MARIS MAGNI.

MARCIANI HERACLEENSIS PERIPLI.



278506
= 10 / 32

PARISIIS,

EDITORIBUS FIRMIN-DIDOT ET SOCIIS,

INSTITUTI FRANCICI TYPOGRAPHIS,

VIA JACOB, 56.

M DCCC LXXXII.

G
87
A 1
882
0.1

PRÆFATIO.

Studia geographica ut angustis apud Romanos limitibus continebantur ac subsistebant fere in dimetiendis imperii provinciis, sic apud Græcos latissime patebant eorumque per omne tempus erant deliciæ.

Nosti juvenile gentis ingenium. E Græciae litore lacinioso vel serenis Ioniae plagis mare prospectans puer ardescit longinquarum terrarum desiderio et ex ore pendet diu vagati nautæ Carici; vir deinde, si ferat fortuna, audita properat suis usurpare oculis atque nova addere notis, ut redux tandem visa circumstanti recitat coronæ literisque condita tradat posteritati. Sic in primo statim quod e prosæ orationis incunabulis prodit opere ἀνὴρ πολυπλοκῆς, Hecatæus, nativa nascentis sermonis simplicitate orbem terrarum pandere instituit. Cujusmodi ab initiis profecta geographia latius subinde exspatiata est. Et quum multiplex sit argumentum ac plerasque scientias humanas attingat, vix ullum Græcia studiorum curriculum inicit quin comitem se adjungeret geographia, quæ una logographos, sophistas, philosophos, historicos, rerum naturalium scrutatores, mathematicos, astronomos, nautas, mercatores, diversicolorem sane gentem, vastis suis spatiis exceptit. Denique post Claudium Ptolemaeum, lumen ultimum, per longum literarum crepusculum non aucta quidem est scientia geographica, haud pauci tamen commentandis, colligendis, excerptis vetustorum geographorum scriptis operam navabant, usquedum ingruens barbarie caligo situ suo omnia obtegeret.

Post diram noctem renascente demum luce literarum, et unoquoque suam dinumerante fortunam, nobis quidnam perduraverat? O stragem immanem, jacturam irreparabilem! E tantis locupletissimorum librorum divitiis tria vix scripta majora, Strabonis, Ptolemaei, Hermolai, servari contigit. Et ne hæc quidem salva prorsus emerserant. Nam Strabonis et Ptolemaei libros quantopere temporum injuria et scribarum doctorum licentia, indoctorum socordia fecdaverit, Stephanum vero ab Hermolao breviatum quam lacerum eripuerimus, quis est qui nesciat? Hæc igitur auctorum trias quum sit quasi κλεδονίχος quæ veterem nobis orbem recludat, et magnorum geographorum nomine designetur, multum tamen abest ut modicis suis voluminibus magnitudinem et varietatem argumenti ingentis assequi potuerit.

Itaque plurimum refert cetera cognitionis geographicæ instrumenta curiose circumspicere et in usus nostros convertere. Principem vero inter ea locum te-

nent minuta illa scripta quibus capita quædam tanto majore diligentia et accusatione pertractantur, quo arctioribus materies finibus circumscripta est. Beatis-sima eorum copia veteres abundabant, nec pauca nobis fortuna fecit reliqua. Quæ etiamsi librorum mss. fatis inquis pessime sunt affecta, vel sic tamen, quum plurima eorum sui generis extant monumenta unica, pretium habent maximum.

Ceterum haec opuscula quum minoris ambitus essent quam ut justis implendis voluminibus sufficerent, jam antiquitus nos erat complura in unum componere. Et quæ sic in codicibus nostris juncta occurunt, eadem societate typis repetierunt primi geographicorum editores SIGISMUNDUS GELENIUS et DAVID HOESCHELIUS. Quorum ille an. 1533 e codice Palatino edidit Arriani et Hannonis periplos et Plutarchi de flaviis libellum et epitomen Strabonianam (1), Hoeschelius autem an. 1600 e codicis Pithœani apographis Hervortiano et Palatino produxit Scymnum, quem vocant, Marcianum, Scylacem, Dicæarchum, Isidorum (2). His, ut sors obtulerat, in lucem emissis, proclivis erat cogitatio de justo concinnando Geographorum syntagmate. Primus id consilium iniit LUCAS HOLSTENIUS, multiplicis vir doctrinæ, judicii subacti, indefessæ diligentiae. Verumtamen postquam copiosam rei gerendæ supellectilem e bibliothecis Britanniae, Galliae, Italiae collegerat et jam peregerat partem laboris, mox ad alia negotia delatus suscepit provinciam deseruit (3). Aliquanto post JACOBUS GRONOVIVS libro qui *Geographica antiqua* inscribitur (4), quattuor edidit opuscula (an. 1697). Multo majora eodem tempore

1. Ἀριανοῦ περίπους Εὐξείνου πόντου. Τοῦ αὐτοῦ περίπλους τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Ἀγνωτος περίπλους Λιθύης. Πλουτάρχου περὶ ποταμῶν καὶ ὁρῶν. Ἐπιτομὴ τῶν τοῦ Στράδινος γεωγραφικῶν. Arriani et Hannonis Periplus. Plutarchus de fluminibus et montibus. Strabonis epitome. Froben. Basileæ anno MDXXXIII. in-4°.

2. *Geographica* Marciani Heraclœtæ, Scylacis Caryandensis, Artemidori Ephesii, Dicæarchi Messenii, Isidori Characeni. Omnia nunc primum, præter Dicæarchi illa, a Davide Hoeschelio Aug. ex manuscript. codd. edita, Augustæ Vindelicorum, ad insigne pinus. Cum privilegio Cæs. perpetuo. MDC. in-8°.

3. Rationem edendi syntagmatis Holstenius exposuit in Epist. ad Peirescium (III Id. Febr. an. 1628). Opus meditabatur *typaritum*, ita ut prima pars vett. geographorum minorum opuscula contineret viginti, altera omnes auctores quib; de urbe atque imperio Constantinopolitano scriperunt, tercia geographiam sacram. — PRIMÆ PARTIS OPUSCULA : 1. Michaelis Pselli (in aliis codd. Nicophori Blemmidæ) opuse. de terræ situ, figura et magnitudine. — 2. Ἀγαθηρέου τοῦ Ὁρθωνος γεωγραφίας ἔποιστος. — 3. Ἀνωνύμου ὑποτύπωσις γεωγραφίας ἐν ἐπιτόμῳ. — 4. Anonymus de describenda terra in globo. — 5. Marciani Heraclœtæ περίπλους libri II. — 6. Artemidori Ephesii (i. e. Menippi, ut ipse H. postea vidit) epitomes fragmentum. — 7. Anonymi poetæ περίηργος ad Nicomedem regem. — 8. Scylax Caryandensis. — 9. Hannonis periplus. — 10. Dicæarchi descriptio Græcie. — 11. Dionysii Byzantii ἄνδρας Bospori Thraci. — 12. Petri Gylli commentator in Dionysium. — 13. Arriani periplus Ponti. — 14. Anonymi per. Ponti. — 15. Pseudo-Arriani per. maris Erythraei. — 16. Isidori Char. mansiones Parthicae. — 17. Palladii cuiusdam narratio de Indis et Brachmanis. — 18. Anonymi periegesis orbis terrarum, barbaro stylo ex Græco in Latinum conversa. — 19. Gemistri Plethonis emendatio errorum aliquot Strabonis. — 20. Strabonis Epitome. — PARS SECUNDA : 1. Hesychii V. Illustris origines Constantinopolitane. — 2. Codini antiquitates. — 3. Anonymi collectio antiquitatum Constant., e ms. Regio. — 4. Pauli Silentiarii ephrasie S. Sophiae versibus heroicis scripta. — 5. Ephrasie ambonis ejusdem templi eodem auctore heroicis carmine scripta. — 6. Petri Gylli descriptio urbis Constantinop. — 7. De regionibus urbis CP. libellus. — 8. Emanuelis Chrysoloræ comparatio veteris et novæ Romæ. Atque haec de ipsa urbe. Sequentia qui de imperio CP. ejusque provinciis scripsere : — 9. Hieroclis Συνέθημος. — 10. Constantini Themata. — 11. Notitia episcopatum. — Subjungentur mantissa loco variis auctores qui de miraculis locorum scripsere. — PARS TERTIA : 1. Eusebius Cæsariensis Περὶ τοιχῶν δνομάτων τῶν ἐν τῇ θεῖᾳ γραφῇ. — 2. Hieronymi liber de nominibus locorum in S. Scriptura. — 3. Bedæ liber de nominibus locorum in actis Apostolorum. — 4. Euclieri epistola ad Faustum presbyterum Insularum De situ Judææ. — 5. His adderem, Holstenius ait, Adamnani, Bedæ, Bocharti, Epiphiani monachii et aliorum antiquiorum et melioris notæ auctorum *descriptions Terræ Sanctæ*; item de terræ divisione infer liberos Noe ex Eusebii Chronicis et Chronicis Alexandrinis et duobus antiquis latinis interpretibus. »

4. *Geographica antiqua*, hoc est : *Scylacis Periplus maris mediterranei*. Anonymi periplus Maeotidis paludis et Ponti Euxini. Agathemeri Hypopylosis geographicæ. Omnia Graco-latina. Anonymi Expositio totius mundi latina. Cum notis Isaaci Vossii, Jac. Palmerii, Sam. Tennentii, edente Jacobo Gronovio, cuius accedunt emendationes. Lugduni Batavorum apud Jordanum Luchtmans, 1697. 4°.

præstitit JOANNES HUDSONUS, *Geographiae veteris scriptores græcos minores* quattuor voluminibus complexus, Oxoniæ 1698-1712 (1). Is quum librorum rarissimorum acervum satis amplum collegerit, bene meruisse de republica literarum jure censetur. Quamquam eo nomine laus editoris continetur tantum non omnis. Nam ordinem rerum secutus est adeo nullum, ut, mixtis separandis, longeque disjectis quæ jungi debebant, totum opus speciem præbeat farraginis hinc inde corrasæ ad implenda volumina quæ bibliopola postulabat. Notulis vero, quas majorem partem e Salmasii libris excerptas, partim de suo subjicit Hudsonus, nescio num affectare munus interpretis an eludere voluerit, sæpius quærens ille suscepti laboris tedium. Nec multum literis profuerunt insertæ Dodwelli de singulorum auctorum ætate scriptisque dissertationes, quas sanior quisque cum Bernhardyo dicet «mirifice perversas et aridas vanisque acuminibus differtas.» Ceterum quum incendio, ut fertur, theatri Sheldoniani major pars exemplarium periisset, hinc pretium factum est reliquis, adeo ut mox nonnisi numatissimo cuique integrum opus esset parabile. Sic elegans ejus exemplar e libris Firmini Didot soluto bis mille francorum pretio felix quidam redemptor abstulit. In tanta igitur operis Hudsoniani raritate et caritate, ne dicam perversitate, nihil mirum est postea complures exstisset viros doctos qui ad novum parandum geographorum syntagma accingerentur. Primus, ni fallor, PENZELIUS corpus geographorum quinque tomis absolvendum promisit (2). Spem monstravit egitque quietem. Sub idem tempus amplissimam collectionem moliebatur, operisque delineationem Parisino virorum sapientum collegio submisit BARONUS DE SAINTE-CROIX (3). Hujus quoque

1. *Geographiae veteris scriptores græci minores, cum interpretatione latina, dissertationibus et annotationibus. Vol. I. Oxoniæ. E Theatro Sheldoniano. MDCXCVIII.* Insunt : 1. Hannonis peripl. 2. Scylaxis per. 3. Agatharchides. 4. Arriani peripl. Ponti Eux. 5. Arriani peripl. maris Erythræi. 6. Nearchi parapli ex Arriano. 7. Marcianus Heracleota. 8. Anonymi peripl. Ponti Euxini (ejus pars altera legitur in volumine tertio III). — VOLUMEN II, quod prodiit an. 1703, insunt : 1. Dicæarchus. 2. Isidorus. 3. Scymnus Chius. 4. Plutarchus De fluvii. 5. Agathemeri libri II. 6. Chrestomathia Straboniana. — VOLUME III, edito an. 1712, continentur : 1. Excerpta e Dionysio Byzantii Anaplo Bospori Thracii. 2. Anonymi peripl. Ponti (cf. vol. I, 8.). 3. Expositio totius mundi et gentium, latine. 4. Variæ lectiones in Anon. Ravennatem e cod. Vaticano. 5. Ptolemaei Arabia. — 6. Chorasmia et Mawaralnahrae, hoc est, regionum extra flumen Oxum, descriptio ex tabulis geogr. Abulfedæ Ismaelis, arab. et lat., cura et studio Johannis Grævii, cui seqq. quoque arabica debentur. — 7. Abulfedæ descriptio Arabiorum cum tabulis longitudinis et latitudinis locorum. — 8. Ejusdem descriptio maris Persici. — 9. Ejusdem descriptio maris Rubri. — 10. Binæ tabulæ geogr., una Nassir Ed-dini Persæ, altera Ulug Beigi Tatar. — 11. Excerpta ex Georgii medici Chrysococæ Syntaxis Persarum per Ismaelem Bullialdum. — 12. Ptolemaei tabula longitudinis et latitudinis urbium insignium. — 13. Ptolemaei catalogus fixarum stellarum. — VOLUME IV, an. 1712, exhibet Dionysii Periegesin cum commentario Eustathii, versionibus Avieni et Prisciani (inserta etiam Avieni de ora maritima carmine), paraphrasi græca et scholiis. Subjiciuntur Fragmenta quædam geographica e codi. exscripta.

2. Vid. Fabric. Bibl. Gr. tom. IV, p. 667 ed. Harless. et Jenaer Lit. Zeitung an. 1785, N. 128; Bredovius in Epist. Parisin. p. 34, ex quo adornationem syntagmatis Penzelianæ exscribam : **TOMUS I. MATHEMATICUS** : Aratus, Geminus, Cleomedes de mundo, Procli sphæra, Autolyci sphæra, Agathemeri hypotyposes. — **TOMUS II. UNIVERSALIS** : Dionysius Periegeta, Scymnus Chius, Scylax, Strabonis Chrestom., Menippi Pergameni, Artemidori Ephesii et Ephori Cumani fragmenta. — **TOMUS III. PARTICULARIS. VOLUM. I. Asia et Africa** : Agatharchides de mari rubro; Arrianus Peripl. maris Rubri; Ejusdem Indica; Hannonis per.; Marciani per. maris externi; Isidori stathmi Parthici; Monumentum Adulitanum. **VOL. II. EUROPA** : Arriani et Anonymi per. Ponti Eux.; Dicæarchi fragm.; Plutarchus De fluvii. — **TOMUS IV. SACER** : Eusebius perip. tōn τοπικῶν ὀνομάτων cum vers. Hieronymi. Epiphanius διγῆτος perip. τῆς Συρίας καὶ τῆς ἄγιας πόλεως. Phocæ ἔκφρασις τῶν ἐπ' Ἀντιοχείας κάστρων Συρίας, Φονίκης κτλ. Perdiccas ἔκφρασις perip. τῶν ἐπ' Ἱεροσολύμων τοιχιών θεμάτων. Anonymi ἀπόδεξις perip. τῶν Ἱεροσολύμων. — **TOMUS V. MEDIUS** : Cosmas Indopleustes. Palladius De Bragmanibus. Constantin De them. et de adm. imp. Codini descriptio urbis C. P. Theodosius Gaza de origine Turcarum.

3. Mémoire envoyé à Messieurs du Journal des Scavans sur une nouvelle édition des petits géographes au-

scriptoris elegantissimi consiliis sæva fluctuum Gallicorum tempestate obrutis et demersis, surgens BREDOVIUS « Mihi nunc soli labor » exclamat; Parisios vir optimus accurrit, Dionysii et Plethonis codicibus per menses aliquot insudat, quedam transcribit opuscula, deinde ad lares reversus aliis conquirendis subsidiis operam impendit, tandem cœpta sua in Epistolis Parisinis (Lips. an. 1812) annuntiat. Post hæc conticuit totumque negotium seu lubens seu invitus missum fecit. Interim Hudsonianæ editionis scripta plurima, notis græcanice versis, quidam Græcus natione repetivit Viennæ an. 1807 (1). Quod quidem opus vitiorum fœditate ceteraque immunditie omnium quæ nostro seculo prodierunt est spurcissimum. Ipsam denique rem strenue aggressus JOANNES FRANCISCUS GAILIUS, vir diligentissimus, inde ab anno 1826 *Geographos græcos minores* (2) variorum notis onustos suisque ipsius instructos edere cœpit; sed hic quoque postquam per tria volumina, quibus septem opuscula continentur, operam perduxerat, ultra non est progressus.

Eodem tempore vir criticus *Geographos minores* tractandos suscepit GODOFREDUS BERNHARDY. Lucem vidi primi voluminis pars prior (3), quo Dionysius periegeta exhibetur ejusque commentatores et paraphrastæ atque docta editoris annotatio. Præclarum viri eximii opus dolemus seu fœtum leoninum in hoc genere fuisse unicum. Causam derelicti vel spreti laboris ipse narrat in *Analectis in Geographos Græcorum minores* (*Halis* 1850, p. 2): « Scilicet pōstquam Dionysium periegeten, inquit, evulgaram, compendiarium illum artis magistrum, sed qui commentariorum et interpretationum abundantia reliquos obruerit, refrixit ardor redemptoris: itaque, ut fit, Musarum græcarum suavitate captus ad lætiora literarum spatia digressus sum, nec unquam illuc animos rettuli, nedum ut libere operosissimam Geographorum partem a perpaucis lustratam ingratias et frustra

cians, par M. le Baron de Sainte-Croix. in Journal des Sav. 1789 Avril. p. 217 sqq. Primum S.-Crucius græcos geographos minores ex ordine chronologicq vult exhiberi; deinde Latinos geographos et itinerariorum auctores. His subiungit supplementi loco libellos de Roma urbe ejusque regionibus. Alterum vero supplementum destinat geographie sacre et ecclesiastice. Singula scripta recensere supersedeo, quum nihil novi, quod momenti alicuius sit, S. Crucius attulerit. Cf. Bredovius in *Ep. Par.* p. 35 sq.

1. Συλλογῆς τῶν ἁγίων πάλαι γεωγραφθέντων, τύποις ἐκδοθέντων φιλοτίμῳ δαπάνῃ τῶν ἐξ Ἰωαννίνων φιλογενετάτων ἀδελφῶν Ζωσιμαδῶν, γέρειν τῶν τῆς Ἐλληνικῆς παιδίσιας ἐφερέμενον Ἐλλήνων, τὸ μός πρώτος, περέχων Σύλλας καὶ ἀνωνύμους τινὲς περίπλους. Ἀγαθητέρον γεωγραφίας βιβλία β' Ἀγαθητέρον, Ἄννωνος, Ἀρριζοῦ, Νεάρχου, Μαρκιανοῦ περίπλους· τεράγιά τινα Μενίππου καὶ Ἀρτεμιδόρου Δικαιάρχου Βίον Ἐλλάδος καὶ Ἀναγραφὴν τοῦ Πηλίου ἔρους· Ἰσιδώρου σταθμῶν Ηφαίστου· Σχῆμαν Περήπλου Πλούταρχου περὶ ποταμῶν, καὶ τὴν ἀποτομὴν τῶν Στράβωνι γεωγραφουμένων. — Ἐν Βιέννῃ τῇ: Αδεσπότᾳ ἐκ τῆς Σχραμβλίκης τυπογραφίας, ΛΩΖ'. — Tomus secundus, qui an. 1808 prodiit, continet: Διονυσίου οἰκουμένης περιήγησιν μετὰ τῶν παρεκβολῶν τοῦ Εὐσταθίου. Ἀνωνύμου περίπλου Εὐέλιου πήντου Πιτολεμαίου κανόνα ἐπιστρέψαν πόλεων, ἀράβιαν, καὶ τὴν τῶν ἀστερισμῶν ἐκθεσιν· Ἀνωνύμου παράστασιν εἰς τὴν Διονυσίου περιήγησιν παρεκβολᾶς· τινας ἐξ τὴν αὐτὴν περιήγησιν καὶ ἀποσπασμάτικ τινα γεωγραφικά.

2. *Geographi græci minores Hudsonianæ editionis annotationes integræ cum Dodwelli dissertationibus editæ suasque et variorum adjicit; textum denuo recensuit et varias lectiones subjicit, versionem latinam recognovit; copiosissimis denique indicibus ac tabulis in ære incisis instruxit Joannes Franciscus Gail.* Volumen I continens *Hannoniæ et Scylaciæ perioplos. Typis regiis, Paris. 1826.* Volumen II (an. 1828) continet *Dicearchiūm, Scymnum, Anonymi Stadiasmus.* Volumini III (an. 1831) insunt: *Arriani et Anonymi Peripli Ponti Euxini et Anonymi Exc. de mensura Ponti Euxini.*

3. *Geographi græci minores. Voluminis primi pars prior: Dionysius Periegetes græce et latine cum vetustis commentariis et interpretationibus ex recensione et cum annotatione Godofredi Bernhardy. Lips. 1826. In libraria Weidmanniana impensis G. Reimeri.*

PRÆFATIO.

v

périgrare. Nec fuit posthac eur consilium mutarem, quamvis etiam ab exteris hominibus de hoc negotio compellatus. » Post Bernhardy whole singulis quidem opusculis denuo edendis optime meruerunt Millerus, Letronnius, Hoffmannus, Fabricius et nuperrime Meinekius, sed justam omnium collectionem nemo instituit.

Itaque longum perlustravi campum quasi Ἀτης πεδίον, in quo spes inanes legere erat, vana consilia, conatus, tentamina, abortus. Nunc animos deferbusse dixeris et clamori successisse silentium. At in arenam jam descendit strenuissimus bonarum literarum propugnator, FIRMINUS DIDOT. Is igitur quum ardentissimis nostri ævi studiis geographicis, quibus vetus orbis nova in diem luce affunditur, idoneum instrumentum deberi censeret, corpus geographorum plenissimum elaborari jussit. Curas operis Letronnio mihi conjunctim sustinendas jam ante annos aliquot vir celeberrimus demandaverat. Sed delineato vix opere, Letronnius, Galliae decus, vegetis in annis fatum acerbum patriæ, literis, amicis eripuit. Solus tanto acrius et desperantis fere nisu in laborem incumbere coepi. Quem si exequi mihi quoque fatum denegaverit, in jacentis locum alias succedit ἔφεδρος : nam confido genio Didoti, qui quum tot opera ardua speique longæ ad exitum feliciter jam perduxerit, de hoc quoque ut optima quæque auguremur, auctor est.

Consilium instituti quo majus est, tanto paucioribus licet comprehendere. Straboni igitur et Ptolemæo et Stephano Byzantio sua singulis erunt volumina propediem illa edenda; minorum autem, quos vocant, geographorum collectio primum exhibebit periplos, periegeses, totius mundi systemata, varia excerpta geographicæ, quæ in codicibus supersunt. His subjicientur deperditorum geographorum fragmenta e veterum scriptis collecta. (Quæ sine nomine auctoris apud lexicographos, scholiastas, grammaticos, aliis in libris obscurioribus geographicæ vel topographicæ leguntur, porro quæ inscriptionibus suppeditatur apta nostræ rei supplex, ea omnia ex literarum ordine disposita ad calcem ponemus Stephani Byzantii.) Deinde habebis geographicam imperii Byzantini, geographicam sacram, geographicam ecclesiasticam. Appendix loco subjungentur geographicæ latini, itineraria, tabula Peutingeriana. Tribus hæc absolventur voluminibus, quorum summam in unam rerum nominumque tabulam colligemus. Quarto volume Arabum geographicos minores edendos curabit vir clarissimus harumque literarum in paucis peritissimus NOEL DESVERGERS.

Ordinem in singulis partibus sequimur chronologicum, non ita tamen, ut ubique circa eum trepidemus. Si quæ ejusdem fere ævi scripta in eodem versantur argumento, componemus ea, quamvis dispar opus ex lege chronologica interponendum foret. Porro si scriptum aliquod ætatis est certius non definiendæ, alii jungetur simili. Sic in primo hoc volume Arrianeo Ponti Euxini periplo

subjicitur ejusdem maris periplus, quem incerti ævi scriptor anonymous ex Arriano aliisque fontibus concinnavit. Similiter post periegesin iambicam, quæ Scymni Chii dici solet, versiculos Dionysii Calliphonte nati collocavimus.

Verba græca, ubicunque fieri potuit, e codicibus Parisinis, Romanis, Escorialensibus vel denuo vel nunc primum collatis recognovimus; latina aut nova damus aut priscis emendatione. Crisis quum bonam partem in dijudicandis locorum nominibus et distantiis posita sit nec rite possit exerceri, nisi in res ipsas penitus inquisiveris, annotationem elaboravimus paullo uberiorem, quæ et verborum rationes et rerum momenta præcipua complectatur. Sedulo cavimus ne vestigia legeremus eorum, qui muneri suo satis fecisse sibi videntur, si priorum interpretum notulas nullo discrimine coacervarint iisque de suo penu subinde aliquid adsperserint. Qua quidem re nihil novi ad fructum exilius et ad tedium literarumque contemptum efficacius. Præterea temperanda erat annotatio pro singulorum scriptorum pondere et interpretandi difficultate. Quod non monuissem, nisi mos contrarius obtineret. Nam Dionysii Periegesin, quum juventuti potius quam doctorum in usum scripta sit, et veterum et recentiorum commentariis habes onustam, dum inelegantes quidem sed accuratissimi geographiae reconditionis scriptores neglecti jacent et contemti. Similiter in latinis Pomponius Mela, jucundus ille et lectu facilis, interpretationum mole obruitur, Plinianos vero libros geographicos, thesaurum ditissimum, at opus intricatissimum, quasi pestem omnes defugiunt. Jam ut illuc revertar, in Stadiasco maris mediterranei et periplo maris Erythræi et similibus parum profeceris, nisi recentiorum viatorum libros et cetera subsidia in interpretationis partem traxeris. Paucioribus defungi licet ubi de Græcia aliisque regionibus notissimis sermo est, de quibus citasse volumina, quæ omnium manu teruntur, sufficit. In Marciano non est cur explicetur Ptolemaeus, ex quo ille sua tantum non omnia desumvit, sed cardo rei versatur in indicandis locis quibus ab eo recedit Marcianus vel ubi melioribus quam nobis jam præsto sunt Ptolemai libris usus esse videtur. Major etiam brevitas cadit in descriptiones totius orbis terrarum, ubi summa posita est in definiendo, quod unusquisque auctor expresserit, systemate geographicō.

Tabulis æri incisis cur scripta destitui noluerimus, dicere putidum sit. Quibus in delineandis eandem quam in annotatione normam sequinur. Videlicet alias habebis tabulas minores, quæ vel orbem terrarum ex certi cuiusdam mente geographi adumbrant, vel ad eos scriptores pertinent, in quibus non tam hoc agitur ut situs exploretur locorum, quam ut quænam et quot unusquisque loca memorarit et quibus regiones limitibus circumscripscerit, uno oculoruī obtutu possit comprehendendi. Contra vero amplias et accuratissimas sibi tabulas postulant ii periplorum auctores qui nullum non radunt maris recessum, nullum non recensent vicum vel fluviolum vel solitariam in saxoso litore sicum. Horum in


explicatione frustra allaboraveris nisi ad manum sint mappæ nauticæ, quibus oræ anfractus, scopuli, brevia, veterum locorum ruinæ, recentiorum nomina oppidorum ita exhibeantur, ut narrationem scriptoris per minima quæque spatia oculis prosequi et quid de situ locorum statuendum sit tuo ipsius judicio decernere possis. Cujusmodi auxilio quum veterum geographorum editiones hucusque carerent, ac omnino paucissimi his instrumentis instructi sint, studia jucunda mirum in modum prepediebantur. Ego autem non possum quin grates agam viris humanissimis qui asservandis tabulis nauticis in hac urbe præfecti quæcunque rei nostræ inservirent, promtissimo animo communicarunt.

PARIISIIS MENSE APRILIS

MDCCCLIII.

CAROLUS MULLERUS.





PROLEGOMENA.

I. DE CODICIBUS.

Complexi hoc volumine sumus periolorum et periegeseō libellos qui ætatem tulerunt omnes præter unam Dionysii periegessin, quam ob veterum molem commentariorum in sequens volumen relegavimus. Demto igitur Dionysio, reliqui sunt auctores tredecim. Inter eos quinque numerantur, quorum ne nomina quidem habemus comperta; ceterorum etsi de nominibus fere constat, at de vita eorum scriptisque aut nihil prorsus aut paucissima quædam parumque accurata veterum testimoniis tradita accepimus. Itaque tantum non omnia quæ de ætate, indole, auctoritate uniuscujusque sciri queant, ex iis ipsis quæ manu tenemus eorum scriptis eruenda sunt. De his autem vix recte judicaveris, nisi codices, in quibus leguntur, probe noveris. Hinc igitur sumamus initium.

2. Rationes codicum nostrorum facile expli- cantur, quod numerus eorum peregrinus est. Non-

nulla enim scripta in uno tantum libro ms. leguntur, ut Hannonis periplus, Arriani et Anonymi auctoris peripli Ponti Euxini, Anonymi periplus maris Erythræi, Anonymi Stadiasmus maris Magni. Alia exstant sane in duabus vel tribus libris mss. (Paris., Roman., Monac.), sed ita illis comparatis, ut unius loco habendi sint, quoniam duo eorum ex tertio descripti auctoritate carent. Ejusmodi sunt : Scylacis periplus, Dicæarchi, quem vocant, fragmenta duo, Anonymi poetae (Scymni, ut putabant) periegesis, Dionysii Calliphontis filii descriptio Græciæ, peripli Marcianei. Duos codices auctoritate pares habemus in Isidori Stathmis Parthicis. Complures numero libri mss. nonnisi de Indica Arriani historia et Photianis ex Agatharchide excerptis præsto sunt. Quibus omissis, reliqui auctores in undecim continentur codicibus, quorum ecce indiculum :

1. Parisinus N.	443, in-4°. pergam. sicc. XII.	Marcian. per. et ep.; Scylax; Isidor.; Dionys.; Dicæarch. fr. 1 et 5; Scymnus.
2. Vaticanus Pal.	142, in-4°. chartac. sicc. XV.	Marcian. per. et ep.; Scylax; Isidor.; Dionys.; Dicæarch. fr. 4 et 5; Scymnus.
3. Monacensis.	566, in-8°. chartac. sicc. XVI.	Marcian. per.; Scylax; Isidor.; Dionys.; Dicæarch. fr. 4 et 5; Marci. ep.
4. Parisinus.	571, in-fol. chartac. sicc. XV. Isidor.; Dicæarch. fr. 2.
5. Gudianus. Isidor.
6. Altempsianus Dicæarch. fr. 2.
7. Heidelbergensis	598, in-4°. pergam. sicc. X.	Anon. per. Ponti fr. 2; Arriani per. Ponti.; Anon. per. maris Erythr.; Hanno.
8. Vaticanus.	145,	Anon. per. Ponti fr. 4.
9. Vindobonensis.	Anon. per. Ponti excerpt.
10. Haffniensis.	1983,	Anon. per. Ponti excerpt.
11. Matritensis.	421, in-4°. pergam. sicc. X.	Anon. Stadiasmus seu periplus maris Magni.

Codex Parisinus 443 Supplementi.

3. Codex Parisinus 443 Supplementi postquam in privatae bibliothecæ pluteis diu latuerat, vix ante sedecim abhinc annos in publicam lucem protractus est. Etenim anno 1837 quum auctio institueretur librorum celeberrimæ ducis DE BERRY, inter libros typis expressos emicuerunt manu scripti nonnulli, antiquitatis ærugine nobiles, codex scilicet Theodosianus et Phædri fabularum et noster geographorum. Quo cognito, fieri non potuit quin bibliotheca Parisinæ præfecti thesauros istos emtione publicis usibus

vindicarent. Ceterum codices non erant ex libris Berryanis, verum clarissimus LEPÉLETIER DE RANSBO ex sua bibliotheca eos selegerat, ut una cum illis divenderentur.

4. In historiam nostri libri data opera inquisivit Letronnus (*Fragments des poëmes géographiques de Scymnus de Chio et du Faux Dicéarque. Paris 1840, p. 13 sqq. Cf. Berger de Xivrey in præf. ad Phædri fab.*). Quo præente, potiora paucis comprehendam. Scriptus esse codex videatur in oriente; id enim e neograeciis quibusdam,

quæ in pagina 61 leguntur, conjicias. Hinc in Italiam migraverit, ubi fragmenta Dicæarchi et Scylacis periplum ex hoc ipso, ut videtur, libro Matthæus Budæus descriptis in Galliamque allata Henrico Stephano tradidit circa annum 1560, ut Letronnius opinatur. Nam Stephanus in Schediasmatis suis (VI, 14) anno 1578 ita scripsit : « *Dicæarchi Geographicon... pars quædam in manus meas ante multos annos allata ex Italia a Matthæo Budæo, G. Budæi filio.. fuit.* » Idem in editione Dicæarchi an. 1589 : « *Quod (opusculum) olim ex Italia Matthæus Budæus, G. Budæi filius, attulit. Cf. idem in Epistola ad Nicolaum Brull.* : « *Hæc autem Geographica (Dicæarchi fragmenta) ante multos annos jam excusa, ideo non prius edidi, quod cuiusdam ad illa accessionis, sicut ad ea Scylacis, quæ ab eodem acceperam, pariterque quarundam emendationum facta mihi spes esset. Sed quum desperare ea de re cœpisset, de emittendis tandem quæ domus tamdiu parietibus inclusa manserant, cogitavi. Codicem vero quem Budæus exscripsit, eundem esse cum nostro non certissimum quidem, sed per est verisimile. Nam Stephaniana Dicæarchi editio (non ignota illa Hœschelio) ita cum codice nostro facit, ut aut hunc ipsum aut ignotum nobis ejus apographon Budæus ob oculos habuisse debeat. Certum vero est ante Budæi ætatem complura nostri codicis exstisset apographa, quum librum Palatinum sive Vaticanum et Hervuartianum sive Monacensem ex eo derivare luce clarius sit. Ceterum Itali codicis meminit etiam Holstenius, quamquam non ipse eum vidisse, sed nonnisi e Stephani libro novisse putandus est. Ita enim habet in Præfat. ad Dicæarch. ed. Manzi p. 7 : *Dicæarchi fragmenta Henricus Stephanus princeps in lucem edidit... Auctiora deinde dedit ea.. Hœschelius ex Palatini, Hervarti et Casauboni mss. codicibus, qui tamen omnes ex uno codemque fonte promanasse mihi videntur, Italico nimirum codice, unde Budæus quoque descripserat. Ita eadem in omnibus lacunæ; neque desperatis atque depositis aliquot locis quidquam remedii adhiberi potuit.**

5. Ex Italia, ut videtur, codex in Galliam alatus in possessionem venit Claudi Dupuy (Puteani) inter annos 1590-1593. Ne prius hoc contigerit, obstat Stephani silentium, qui Claudi Puteani familiaris ignorare rem non potuisset. Anno autem 1593 librum jam suis penes Putea-

num, inde patet quod Josephus Scaligerus, qui anno 1593 Parisiis Lugdunum abiit, sua ipse manu eum (nescio an totum an ex parte) descriptis. Puteano vita defuncto (an. 1594), Petrus Pithou (Pithœus), vir clarissimus, qui summo studio veteres libros mss. colligebat, codicem nostrum acquiisivit. Neptis vero Pithœi nupsit Ludovico Lepéletier, in cuius familiam transiit etiam geographorum codex, in eaque permanxit usque ad annum 1837.

6. Scaligerus de suo apographo ita scripsit ad Hœschelium (mens. Sept. an. 1600) : *De Dicæarcho et aliis, quæ scribis, scito, quantum ex tuis literis colligere possum, nihil tua ab illis quæ habemus discrepare. Habuimus autem illa ex vetustissimis et optimæ notæ pagellis amplissimi Senatoris Parisiensis Cl. Puteani τοῦ παπαρίτου. Sed multæ (?) paginæ ita exoletae erant, ut ne literæ quidem vestigium in illis extaret ullum. Versibus comicis quædam concepta erant, sed perpetua oratione. Nos statim versus in illa continuacione odorati sumus, quod alios, quibus ante me plagarum copia facta erat, fugerat. Si quid putas esse in nostris, quod te juvare possit, mittam quæ habeo statim. Cf. Hœschel. in Geogr. p. 190 : Quos versus (sc. periegeseos iambicæ) ut magnus ille Jos. Scaliger distinxit, imprimi curavimus. Nunc Scaligeri hic liber asservatur Oxonii in bibliotheca Bodleiana. Margini ejus manu Casauboni adscripta leguntur : Incerti auctoris περὶ γῆς ex ms. cod. Jos. Scaligeri, Jul. Cæs. fil., quem ille descripsit ex longe vetustissimo cod. ms. Pithœi, notante Hudsono Geogr. t. II præf. et ex Crameri epistola E. Millero in Marcien Préf. p. XXI. Præterea Isaacus Casaubonus periegessin iambicam, quæ sub Marcianni nomine tum circumferebatur, ad Velserum misit, hic vero cum Hœschelio communicavit. V. Hœschel. Geogr. p. 1 : Marcianni Periegesis et mss. coddl. Pal. Elect. et Isaaci Casauboni. Reliqua partim e Palat. partim ex Jo. Georg. Hervorti libris calamo exaratis. Idem in not. p. 190 : Hujus periegeseos copiam primus.. Velsero nostro fecit Is. Casaubonus. Quod quidem Casauboni scriptum vel ex ipso nostro codice vel ex Scaligeriano apographo fluxisse debet.*

7. His præmissis, superest ut de indole ac habitu codicis Parisini exponamus. Pergamenteus est, quartana forma minima, exeunte saeculo duodecimo vel ineunte decimo tertio scriptus satis nitide, atramento egregio. Primæ capitum

segminumve literæ ut plurimum rubricatæ sunt. Lineæ in singulis paginis plerumque 22 vel 23; interdum tamen contractior scriptura, adeo ut 25-30 lineis pagina constet. Ceterum et initio et fine nec non medius codex mutilus est. Nunc quaterniones novem seu paginas 144 habet; integræ libri minimum erant quaterniones tredecim. Docent hoc numeri, quos scriba codicis in prima et plerumque etiam in ultima uniuscujusque quaternionis pagina notavit. Primus vero quaternio, quem nunc habemus, signatus est litera γ' (*). Is igitur integræ libri fuit tertius. Sequuntur ex ordine τὰ τετράδια δ', ε' (**). Quaternio γ' excidit. Deinde continua serie habes ζ', γ', θ', ι', ρ', ε'. Postremus autem quaternio ε' quum in medium periegesin iambicam desinat, liquet unum saltem quaternionem, fortasse complures, in fine operis nunc deesset. Accedunt damna minora. Ac primum quidem quaternionis postremi pagina ultima (144) adeo est detrita et inquinata, ut vix vestigia quedam literarum hic illic intervideri queant. Evanida hæc ut in lucem revocarentur, chemicorum operam adhibuerunt. Quibus tam male res cessit, ut quæ antea potuerint fortassis oculorum periculo erui ac servari, nunc in omne ævum sint pessumdata. Simile quid accidit in pagina 128 (Anon. perieg. iamb. v. 130 sqq.),

Codex Vaticanus 142.

9. De his vero antequam fusius dicamus, introducimus reliquos duos, quibus eadem exhibentur, libros manu scriptos. Alter eorum codex est Palatinus olim, nunc Romanus in Vaticanæ bibliothecæ libris Palatinis N. 142, chartaceus, quartanæ formæ maximæ, sæculo decimo quinto,

(*) Non vero litera ε', ut resert Haase in Annal. lit. Halens. 1839 N. 105 p. 227, et qui ex Haasio pendent, Hoffmannus *Die alten Geographen etc. Erstes Heft. Leipzig. 1841*, p. 31, et B. Fabricius *Ueber die Handschriften der kleinen Geographen, Dresden 1845* p. 12.

(**) Quinti quaternionis pagina prima recte notatur siglo ε', at in ultima pagina apponitur numerus γ', aperto scribæ errore.

(***) Cf. Holstenius in Epist. ad Peirescum (an. 1628 m. Febr.) p. 45 ed. Boisson.: « *Tum et σύνταγμα illud minorum geographorum, quod Hæschelius edidit, ex eodem Constantini Porphyrogenetæ ludo prodit: quod haud facile quis negabit, qui Marciani περίπλων libros duos legerit, passim truncatos. Et argumento mihi est codex ms. Palatinus, unde cetera exemplaria promanarunt. Is codex recens est scriptus aut a femina aut saltem a Græculo omnis hellenismi imperitissimo: sed literæ, quantum forebat scriptoris genius, efformatae ad speciem antiquas illius scripturæ, quæ media est inter unciales sive capitales literas et minutæ istas recentiores quibus posterioribus hisce seculis Græci usi fuerunt; ut manifeste appareat, codicem antiquum scriptum fuisse aeo illo Constantiniano. Aliter statuisset Holstenius si codicem Parisinum novisset. Quodsi literæ codicis Palatinii uncialem scripturam quodammodo imitari videntur (sic a uxore scribitur *et*), causa ejus rei non erat perantiquus codex oculis scribæ objectus; aut enim ex ipso nostro Palatinus fluxit aut, ut mihi persuasum est (v. infr. § 17), ex nostri apographo.* »

(****) Scholium ultimum: καὶ νῦν την ἀχρησις Ιστοροῦσι τὸν Δάφνιν ἀγαπαθῆναι ὑπὸ τινος νῦν φησ, ἦν Σωτίθεος Θάλειαν καλεῖ· παρακαλέσασα δὲ αὐτὸν μὴ ἄλλῃ γυναικὶ ὄμιλσατ, μὴ τηρήσας τὴν παραίνεσιν αὐτῆς· οἶνεν ὁ μὲν Θεόκριτος φησι τὴν νῦν φην ἀποστῆναι διπτὸν αὐτοῦ, αὐτὸν δὲ μεταβέλλοντα τὸν ἔκεινον ἔρωτα ὑπὸ λύπης μεταλλάξει ἐκτῆνει· εἰ μὴ αὐτὴν μὲν φησι τὸ ἀποσπᾶσθαι αὐτὸν ἀλλης ἀραθῆναι ὡς πόκια γαζῖν ἐκρίσατο Δάφνις· οἱ δὲ λοιποὶ φασιν αὐτὸν τυφλωθέντα καὶ ἀλώμενον αὐτὸν καταχρηματίζηναι. Sic hæc codex; nihil mutavi; v. schol. Theocr. p. 64 ed. Didot.

ubi lineæ 3-7 pæne evanuerant, jam vero post chemicæ artis experimentum prorsus exustæ sunt. Contra vero paginæ primæ priores duæ lineæ, quæ item oblitteratae erant, et jam in vetustis apographis omissæ sunt, hodie satis commode legi posunt. Alio calamitatis genere affectum est folium paginarum 93 et 94, cujus major pars transverse abscissa est hunc in modum :



adeo ut in pag. 93 nihil nisi priorum linearum 18 initia, in p. 94 earundem verba postrema supersint (V. Scylac. Peripl. p. 79 edit. nostr.).

8. Scripta in codice continentur hæc : 1. Marcianni periplus oceanî orientalis et occidentalîs, initio et fine mutilus. — 2. Particula peripli marii interni, quem e Menippo Marcianus breviavit. — 3. Scylacis periplus et quæ ei appendicis loco subjiciuntur. — 4. Isidori mansiones Parthicæ. — 5 et 6. Dionysii cujusdam fragmenta duo iambica de Græcis urbibus insulisque. Poeticis interponuntur duo fragmenta prosaica auctoris, quem vulgo Dicæarchum esse putant. — 7. Prior pars periegeseos iambicæ, quæ Scymno olim vindicabatur.

ut videtur, scriptus manu male exercitata, quæ mulierculæ potius quam viri esse videtur (***) . Singulæ paginæ lineis 24 constant. Insunt : Demosthenis oratio Olynthiaca tertia et oratio Pro corona, Lycophronis Alexandra, Hesiodi theogonia, scholia in octo Idyllia Theocriti (****). Atque

hæc quidem pertinent usque ad fol. 175 vso. Inde a fol. 176 R. leguntur geographica Marciani, Scylacis, Isidori, Dionysii et Dicearchi et anonymi poetæ, sive eodem ordine eadem omnia quæ præbet codex Parisinus. Lacunas, quæ in volumine Parisino ortæ sunt quaternionum jactura et folii dilaceratione et literarum detritu,

eadem Vaticanus quoque habet vacuisque modo integris paginis modo spatiis minoribus indicat. Margini adscriptæ sunt paginae editionis Hœschelianaæ, haud dubie a Luca Holstenio, cuius manum agnoscisse mihi videor, et qui solus, quantum sciam, post Hœschelium eo libro usus est.

Codex Monacensis.

10. Alter codex exstat Monacensis N. 566, quem Hervuartianum vocant ab Joanne Georgio Herwarto, qui Hœschelii tempore eum possidebat. Dehinc in bibliothecam Hœschelii, postea in bibliothecam Augustæ Vindelicorum, denique in Monacensem migravit. Ipse non vidi eum; sed B. Fabricius descriptionem ejus a Schmellero bibliothecario acceptam dedit in libello *Ueber die Handschriften der Kleinen gr. Geographen* p. 6. Hinc quæ scire nostra resert enotabo. Est igitur liber chartaceus formæ octavæ, sæculi decimi sexti, foliorum 73, scriptus a compluribus; nam alius seripsit folia 1-65, alius folium 66, alius folia 67-73, quæ reliquis sunt formæ minoris. Præfixum habet Hœschelii, ut censem, manu hunc indiculum :

Marciani Heracleotæ

Libri 2. Epitomes Artemidori Ephesii geographi ().*

Periplus Scylacis Caryandensis.

Isidori Characeni σταθμοὶ Παρθικοί.

Dicearchi descriptio Graeciae ad Theophrast.

Προθήκη γεωγραφικῶν βιβλίων, quæ catalogum ejus generis scriptorum et de iisdem judicium continet (i. e. Marciane Menippi epitome).

Davidis Hœschelii, A. M.

Περὶ τῶν δηλούντων τὸν σταθμὸν καὶ τὰ μέτρα γραχτῆρων.

Προθήκη γεωγραφικῶν eadēn rursum.

In his opusculis, si qua dictio mendosa occurrit, duo fere puncta superne appicta sunt.

Ex biblioteca Davidis Hœschelii Augustani

De singulis horum codicum libellis.

11. Piores duo quaterniones codicis Parisini, quos excidisse dixi, quorumque jacturam decem foliis vacuis (fol. 176-185) indicat codex Vaticanus (non item Monacensis, ut videtur), quodnam scriptum exhibuerint, sciri nequit. De Artemidoro a Marciano in compendium redacto co-

10. Nonnulla in his titulis de suo auctor intuiti (quem Hœschelium fuisse valde miror), ut Epitomen Artemidori, quæ in libro est nulla, et inscriptionem : Προθήκη γεωγραφικῶν etc., quam elicit ex argumento proœmii, quod Menippeo periplo Marcianus præfixit. Missis indiculi ludi-briis, vides Monacensem librum a reliquis duobus eo differre quod omittit periegesin iambicam, et quod Menippum Marciani ab altero Marciani libro disjunctum exhibit. Huc accedit quod in Dionysii ac Dicearchi, quem vocant, fragmentis mutilus est, et quod Scylacis periplum non dat integrum, sed in verbis λαβὴ Μυρίνδος (§ 102, p. 77, 3 nostr. edit.) subsistit. Haec verba in codice Parisino (p. 91, lin. 6 ab ima) proxime precedunt folium dilaceratum, quod in causa fuisse suspicor, cur reliqua non describenda auctor libri Monac. duceret. In singulis verbis Vaticano interdum accutior est. De lacunis cum Parisino et Vaticano consentit. Jam verum quum origo lacunarum e Parisini libri conditione repetenda sit : necessario sequitur Vaticanum et Monacensem derivare e Parisino (quoniam non ex eo ipso, sed ex ejus apographis descripti sunt). Quæ quidem res tam est in propatulo, ut minora indicia liceat negligere. Igitur quecunque in posterioribus libris alter ac in fonte eorum leguntur, ea omnia patet ad librarios vel negligenter exscribentes vel in pejus mutantes vel etiam aperta Parisini vitia corrigentes referenda esse, nec posse ad criticam factitandam adhiberi, ut primus monuit Letronnius.

gitaram parum probabiliter; verisimillimum est excidisse oceani periplum nescio auctoris, aut scriptum aliquod de totius mundi systemate. In ultima deperditorum pagina legebantur prima verba proœmii in Marciani librum de mari ex-tero priorem, qui pertinet in cod. Par. usque ad

(*) Juxta hæc aliud quidam adscriptit : Κρᾶς (lege Κράς), πόλις Αυσίας. Ἀρτεμιδώρος ἐν ἐπιτομῇ; πρώτῳ.

pag. 28, 20. Primæ paginæ duæ lineæ priores, quum in Par. exesæ fere essent, in cod. Rom. et Monac. omittuntur. Titulus fini libri prioris subscriptitur in Paris. et Pal. et probabiliter etiam in Monacense. Omnino tituli librorum in Par. non præfiguntur, sed ad calcem notantur; a quo more recedit auctor in uno Scylacis periplo, qui non subscriptum modo, sed etiam præfixum idonea de causa (V. § 15) titulum habet. Minus in his sibi constant Romanus et Monacensis codices.

12. Sequitur inde a pag. 29 Marciani de oceano liber posterior usque ad finem paginæ 48 (i. e. paginæ ultimæ quaternionis ε'), ubi in media oratione abrupmitur, quum quaternionio σ' exciderit. Desinit pars superstes in verba τοῦ δυτικοῦ in Paris. et Rom. (f. 207 v.) et Monac. (f. 29 r.); apographa disertis etiam verbis, Λείπει μέχρι τοῦ τέλους, lacunam indicant, atque Romanum tria folia (208-210), Monacense folia quattuor et dimidium (29 vso et 30-33) habent vacua.

13. Deperditus quaternionio σ' præter finem secundi de oceano libri continuuit Menippi peripli a Marciano breviati indiculum, cuius postrema leguntur initio quaternionis ζ' p. 49. Prima verba sunt: πὸ καννῶν, sicut in Roman. (fol. 211 r.) et Monac. (fol. 58 r. et 67 r.). Post capitum indicem Parisinus: Μαρκιανὸς τῷ ἑταῖρῳ Ἀμφιθαλίῳ εὗ πράττειν, quæ omittunt Rom. et Monac. Deinde ipsius operis fragmentum sequitur usque ad paginæ 60 medium lineam 22, ubi desinit in: καὶ ποταμὸν Χαδέστιον σταδ. ρ'. Subscriptum manu ejus, qui codicem exaravit: Λείπει (Λείπει Rom. et Monac.); ultima paginæ pars vacua, item sequens pagina 61 integra, quam postea græculus neogræcis quibusdam inquinavit. In his igitur manus erat ille ipse liber, quem scriba codicis Parisini ob oculos habebat. Palatinus unam item paginam explendæ lacunæ reliquit (fol. 216 R.). Multo tamen angustius hoc spatiū quam quod deperditæ operis parti sufficere posset. Sensisse id quodammodo videtur scriba libri Monacensis, qui tria folia (63-65) vacua habet. Præterea notandum in Monac. duo esse hujus fragmenti apographa non eadem tamen manu scripta, et interposito de ponderibus et mensuris libello sejuncta. Titulus nostri operis, ad calcem in integro libro subscriptus, ex argu-
mento partis superstitis eruendus erat. Qua in re turpiter lapsus est Hœschelius, qui fragmen-

tum nobis servatum inscripsit: Τεμάχιον τῆς ἐπιτομῆς τῶν ια' βιβλίων Ἀρτεμιδώρου τοῦ Ἐφεσίου.

14. Sequitur p. 62: Ἐτέρα συγγραφή. Σκύλαχος Καρυανδέως περίπλους τῆς οἰκουμένης (Hæc omittunt Rom. f. 216 R et Monac. f. 34). Deinde habes de Scylace scholion: Σκύλαξ δ Καρυανδένς ἀρχαίστατος μὲν ἐστι κτλ.; tum indiculum argumenti: Περίπλους τῆς θαλάσσης τῆς οἰκουμένης κτλ., et inde a p. 63, 5 ipsum periplum (p. 91 et 92 lacerato folio mutilum), cui subjiciuntur duo maris Αἴγαιοι διαφράγματα et viginti insularum maximarum laterculus et titulus hujus operis ac in eadem linea alius operis inscriptio, quæ quo referenda sit queritur. Nimirum postremæ tres lineæ p. 107, 10 hæ sunt:

Ιμέρος, εἰκοστὴ Θάσος ↗ Σκύλαχος Καρυανδέως περίπλους τῆς οἰκουμένης ↗ Αἴγαιον πόλεων σκάμματα καὶ δοῖο καὶ περίπλους.

Eadem omnia Palatinus præbet, nisi quod folii dilacerati primam tantum paginam, notatis lacunarum spatiis, exhibet, alterius vero paginæ pannum omittit. In Monacensi libro Scylacis periplus mutilus paucis lineis ante folium dilaceratum in verbo Μυρίανδος (§ 102 p. 77) subsistit.

15. Primum igitur vides titulum non modo ad calcem operis sed in fronte quoque notari; id vero propterea Noster fecit, quod antecedens opus fine carens etiam subscriptione carebat, adeoque periculum erat, ne hoc quoque Scylacis esse putaretur, nisi verbis Ἐτέρα συγγραφή. Σκύλαχος κτλ. præscinderetur dubitatio. Quæ deinde de Scylace scriptore notitia præmittitur, eam ab antiquioribus libris absuisse suspicor. Certe quum ejusmodi scholia de reliquis auctoribus non existent, proclivis conjectura est nostro loco chartam in libris vacuam, quæ supplendæ, si sors ferret, Marcianei operis parti postremæ inserviret, invitasse aliquem ut de Scylace quedam, parum docta illa, annotaret.

16. Quod attinet titulum Αἴγαιον πόλεων σκάμματα, nihil præcedit vel proxime sequitur ad quod referri possit. Itaque Athenæi cujusdam vel Anonymi Atheniensis scriptum aliquod h. l. omisssis solamque operis inscriptionem vel argumentum incogitanter h. l. posuisse scriba videri debet. Jam vero quum mox duorum auctorum fragmenta poetica et prosaria inepte misceantur, alterum verum prosæ orationis fragmentum (in quo Bœotiae urbes ut plurimum salsis diceris

PROLEGOMENA.

traducuntur, viaeque, quibus ab urbe ad urbem itur, fusius describuntur) ita sit comparatum, ut titulus ille majore sui parte referri ad id possit: vix erraveris si tituli loco priscam fragmennorum prosariorum sedem indicari censeas.

17. Sequuntur Ἰστιώρου Χαρακηνοῦ σταθμοὶ Παρθενοῦ, qui pertinent a pagina 107, 13 ad p. 111, 10. Titulus, qui in Parisino ad calcem exhibetur, in Roman. et Monac. ad frontem translatus est. Deinde in eadem linea (p. 111, 10) habes initium fragmenti iambici de Græcia urbibus, continuo stylo exarati. Pertinet usque ad p. 114, 13, ubi exit in verba Αἴγαιον λεγομένη πόλις. Sequitur in eadem linea fragmentum de Beotiae urbibus prosaicum usque ad p. 121, 23, cui nulla distinctione adhibita subjicitur ejusdem scriptoris fragmentum alterum, quod p. 123, 19 desinit in verba καταπάνουμεν τὸν λόγον. Sequenti linea redit codex ad poetam, alterumque ejus de græcis insulis fragmen exhibit, cui p. 124, 25 subscribitur titulus: Δικαιάρχου ἀναγραφὴ τῆς Ἐλλάδος. — Eodem modo hæc adornata sunt in cod. Romano (f. 238 sqq.), nisi quod titulus a fine secundi fragmenti metrici ad primi initium transpositus et hunc in modum auctus sit: Δικαιάρχου ἀναγραφὴ πρὸς Θεόρραστον, addita sc. Theophrasti mentione, quem initio prioris fragmenti poeta alloquitur. Præterea versus iambici in primo fragmento distincti sunt, dum in altero scribuntur oratione continua. — Codex Monacensis in his manca exhibit, quum in primo fragmento prosaico post verba ἀμαξηλατὸς δὲ ἄγρων (que sunt in folii 57 v. linea ultima) oratio abrumptatur. In superstite parte cum Romano consentit tum de versuum distinctione tum de loco verbisque tituli. Qui quidem consensus, quum fortuitum esse vix dixeris, libros illos non ex ipso Parisino, sed ex apographo ejus derivare coaguit. Ceterum poetica fragmenta falso adscribuntur Diæearcho, quum sint Dionysii Calliphontis filii.

Codex Parisinus 571.

19. Codex Parisinus 571, olim Medicæus, characeus, in fol., sæc. XV, ut videtur, nunc continet quaterniones 53 integros et sequentis quaternionis folia sex. Priores quaterniones 52 scriptis absumentur theologicis, quæ quum in media phrasí abrumptantur, patet in fine unum saltem quaternionem excidisse. Quaternionis 53 et sequentis folia servata sex, quæ geographicæ habent, alia manu scripta et ex alio codice in hunc

Prosaica autem, quæ argumenti affinitate ductus perperam quidam interposuit, quo referenda sint paullo ante (§ 16) monuimus.

18. Post hæc cod. Par. ita pergit p. 125, 1: εὐτυχῶς Μαρχιανῷ. Πάντων ἀναγκαῖοτατον ἡ κωμῳδία et cetera, quæ non discretis versibus exhibent periegesin iambicam, cujus pars superstes usque ad finem hodierni codicis pertinet. Ultima vero pagina ejus oblitterata legi nequit; penultima exit in verbum Αἴμος, quod ultimum est codicis Romani fol. 256 R, vacua relinquens sequentia folia septem totius libri postrema. Monacensis liber hoc opere caret. Nomen auctoris, quum ad finem libelli nunc perditum legeretur, nos jam latet. In Romano codice titulus praefigitur Μαρχιανοῦ Ἡράκλειότου (sic), qui hinc transit in editiones Hoeschelii aliorumque, quibus Hoeschelius dux est. At Marcianum, quem quidem novimus, ab hac periegesi alienum esse recte jam monuit Holstenius (Ep. p. 57. 226); originem vero erroris repetendam vides ex Parisini verbis εὐτυχῶς Μαρχιανῷ. Hæc sic nihil sunt; ac quum vox εὐτυχῶς nulla distinguatur litera majuscula, vel hinc colligis pannum nos habere, quem resarcire non licet. Pertinere videtur ad initium [δεῖνα πράττειν εὐτυχῶς Μαρχιανῷ? Εὐτύχιος Μ.?] vel ad finem operis alicuius a Nostro omissi. Fortassis in codice, quem tractabat scriba, finis libelli praecedentis et periegesis iambicae initium in eadem legebantur linea, quam totam Noster oscitanter transcriptis. Sed quæ sciri nequeunt, iis ne immorremur. Letronnius Poëm. géogr. p. 27 ita habet: « Que ces mots soient pour εὐτυχεῖν Μαρχιανῷ (ou plutôt M. εὐτυχεῖν) et expriment un salut ou un bon jour donné par un copiste (?), peut-être fort ancien, qui destinait sa copie à un certain Marcianus, c'est là ce qui me paraît fort probable. »

translata sunt. Cujus rei indicium est quod hodierni codicis quaternio quinquagesimus tertius in summa pagina notatur numero 17, adeo ut fuerit quaternio decimus tertius codicis ejusdem geographicæ; hunc vero originem ducere ex maiore geographicorum syntagmate, e quo etiam codicis Parisini 443 auctor sua delibaverit, nullus dubito. Servantur in cod. 571:

1. Fol. 417 R-418 Isidori mansionum Parthi-

carum epitome eadem quam codex 443 Par. habet. Titulus ad finem legitur : Ἱσιδώρου Χαροκηνοῦ σταθμοῖ Παρθικοῖ. Ceterum codex 571 in nullis codice 443 accuratior est.

2. Isidoro subjiciuntur Excerpta e Strabonis geographicis, nulla præfixa neque ad calcem posita inscriptione, et neglecta serie librorum Strabonianorum, qui in Excerptis ita se excipiunt : XVI. XVII. VII-XVI. XI. Panni hi sunt ex pleniore opere, quale codicis Heidelbergensis Chrestomathia Straboniana exhibit, diserpta. Parisinum librum cum Heidelbergense contulit Bredovius, ex cuius schedis variantem lectionem affert Bernhardyus in Analect. p. 32 sq. Ea usus

Kramerus ita habet (Strabo tom. III, pref. p. IV) : « Qui liber (Paris. 571) nonnullos locos interiores servavit quam Palatinus codex, in aliis tamen haud paucis ab ejus manu, qui primus compositus hanc epitomen, recessit, ita ut minor in universum ejus sit auctoritas quam Palatini. »

3. Deinde fol. 430 vso sequitur fragmentum de Pelio monte et initium fragmenti ejus, quod de Græcia finibus in codice Parisino 443 inter poetica Dionysii interponitur. Major ejus pars et fortasse alia ejusdem scriptoris fragmenta operisque titulus cum postremis codicis foliis nunc avulsi perierunt.

Gudianus codex et Altempsonianus.

20. Præterea monendum est fragmentum de Pelio monte Fabricium reperisse in codice bibliothecæ Marquardi Gudii, indeque transscriptum et latine versum tradidisse Hudsono (V. Fabric. B. Gr. II, 8, tom. III, p. 487 ed. Harl. et Hudson. Geogr. m. tom. II, præf.). De quo libro Gudiano nihil accuratioris habeo compre-

tum. Isidori autem stathmos Parthicos Holstenius legerat etiam in codice *Altempsonianus*. Nimirum ita scribit ad Peirescium (III Id. febr. 1628) ... *Isidori Characeni mansiones Parthicas, quas e regio (i. e. Paris. 571) et Altempsonianus mss. optimæ notæ compluribus locis emendari et supplevi.* »

De communi horum codicum fonte et indole.

c. Peripli particulares.

1. Anonymi periplus Ponti Euxini (Heidelb.).
2. Arriani periplus Ponti Euxini (Heidelb.).
3. Anonymi periplus maris Erythræi (Heidelb.).
4. Hannonis periplus (Heidelb.).

II. GEOGRAPHICÓN EPITOME ET EXCERPTA.

1. Excerpta De Græcia urbibus (Par. 443. 571).
2. Excerpta Straboniana (Par. 571. Heidelb. 398).
3. Isidori mansiones Parthicas (Par. 443. 571).

B. POETÆ.

1. Dionysii periegesis Græciae (Par. 443).
2. Anonymi periegesis iambica (Par. 443). (*Alia, que in postremis cod. 443 quaternionibus olim legebantur.*)

22. Accuratoriæ de ambitu hujus collectionis ne conjectura quidem nunc assequi licet; originem vero cum Holstenio (Ep. p. 45 ed. B.) refero ad notissimum illud institutum Constantini Porphyrogeniti, qui sicut Geoponicorum syntagma, curante Cassiano Basso scholastico, construxit, ita Geographicorum quoque corpus colligi jussit. Jam vero aliunde bene novimus quanta negligentia et oscitantia Constantiniani veterum scriptorum excerptores et breviatores negotio suo functi sint. Nec aliter res habet in Geogra-

A. PROSÆ ORATIONIS SCRIPTORES.

I. PERIPLI.

a. Peripli totius maris exterii.

1. (*Opus deperditum in cod. 443 quatern. 1 et 2.*)
2. Marciani oceani periplus libris II (Par. 443).

b. Peripli totius maris interni.

1. Menippi a Marciano breviati libri III (Par. 443).
2. Scylacis periplus (Par. 443).

phicis nostris. Poeticorum quidem vincita oratio conatibus eorum resistebat; in solutam tanto impunius amputando, contrahendo, mutando licet sive. Sic Marcianni libros truncarunt. Proœmia sane atque τὰς θλαστῶν γραφὰς, quibus strictim terrarum situs delineatur, intacta liquerunt, accuratores autem locorum descriptiones distantiarumque numeros sive τὰς κατὰ μέρος, quae præ ceteris servata velis, tanquam putida et inutilia ut plurimum abjecerunt. Similiter in Isidori stathmis vix ossa corporis concesserunt. In Excerptis ex Athenæo vel Atheniense anonymo orationem tam perturbatam effecerunt, ut de restauranda desperemus. Scylacis periplus quum florentissimis literis Græcis scriptus sit, nunc a plebejo quodam et tantum non barbaro profectus esse videtur; cuius rei culpam ex parte saltem in excerptores istos refero, qui ipsi jam male affectum magistellorum industria libellum acceperint. His denique miseriis cumulum addiderunt scribæ codicum, qui quum alia tum maxime nomina propria et numerorum notas adeo depravarunt, ut vix novum librum Parisino codice corruptiorem. Errores eorum, majorem partem e confusis vel

Codex Heidelbergensis 398.

24. Codex in Geographis secundum a Parisino 443 locum obtinens omniumque antiquissimus est Palatinus sive Heidelbergensis, qui olim in Vaticanum, hinc, imperante Napoleone, Parisios migravit, tandem vero ad lares redit. Est pergameneus, formæ quadratæ maximæ, saeculi decimi, scripturæ quædratæ elegantiæ celeber. Ad marginem passim appicta uncialibus literis pauca verba, vel argumenti indices vel scholia. Ceterum ἀχείρως; priores quaterniones quinque avulsi; qui nunc primus est, numerum habet 5'. Hand recte Bastius (Ep. crit. p. 3 ed. Wiedenburg.) nonnisi tria folia excidisse perhibet. — Varia insunt opuscula, ex quibus ad nostrum volumen pertinent primum, tertium, quartum, quintum, sive Anonymi periplus Ponti Euxini mutilus, Arriani Ponti periplus, Anonymi seu Pseudo-Arriani periplus maris Erythraei et Navigatio Hannonis. Primum opus descriptis Salmasius, e cuius apographo edidit Vossius; reliqua tria satis accurate transcripsit Gelenius. Quæ ab his omissa sunt, supplerunt qui iterum codicem excusserunt, Bastius in Epistol. crit. et Bernhardy in Analect. in Geogr. min. Nos gratias agimus

male lectis antiquiorum librorum majusculis, recentiorum minusculis literis ortos, enarrare ad rem parum pertinet. Nihil enim in his noster codex habet peculiare, sed eadem sunt sphalmata, quæ in quovis pejoris notæ libro manuscripto deprehendimus.

23. Primus totum librum 443 excussit Emmanuel Miller (V. *Péripole de Marcien d'Héraclée, épitome d'Artemidore, Isidore de Charax, etc. ou Supplément aux dernières éditions des petits géographes, d'après un manuscrit grec de la bibliothèque royale, par E. Miller. Paris 1839*). Deinde de ratione codicis denuo monuerunt Haasius in *Hall. Lit. Zeitg. 1839* n. 103 et Letronnius in *Fragments des poèmes géographiques de Scymnus de Chio et du Faux Dicéarque restitués principalement d'après un ms. de la Bibl. royale, etc. Paris 1840*. His innituntur dissertationes S. F. W. Hoffmanni in libro cui titulus: *Die alten Geographen. Erstes Heft. Leipzig. 1841*, et B. Fabricii *Ueber die Handschriften der kleinen gr. Geographen. Dresden 1845*. Totum codicem denuo nec absque fructu contuli. Vaticani apographi quod Romæ comparavi, lectiones cur rarissime in annotatione apposuerim, sponte intelligitur.

humanissimis bibliothecæ Heidelbergensis præfectis, qui rogantibus nobis ut Parisios codex reviseret, permiserunt. Serius tamen advenit, quum plurima jam erant typis expressa. Ceterum series opusculorum in codice hæc est:

1. Pars posterior peripli Ponti Euxini, cuius prima verba: σμου τε πάθος, postrema (f. 6 vso): ἔστι δὲ καὶ δι περίπλους τῆς Μαγιώτιδος λίμνης σταθ. θ., μιλ. ασ'. Subscriptione caret; nec aliunde de nomine auctoris constat. Exemplar scriba adhuc male castigatum.

2. Sequitur fol. 7 τοῦ [Ἀρριανοῦ] Ioc. voc. erasmus] κυνηγετικοῦ κεφαλαια. Tum fol. 8 ipsum opus: Ἀρριανοῦ κυνηγετικός. Recentior manus supra scripsit: Ξενοφῶντος Ἀθηναίου τοῦ δευτέρου; eadem manus in folio 7 et aliis libelli locis Arriani nomen extinxit.

3. Fol. 30 vso: Ἀρριανοῦ ἐπιστολὴ πρὸς Τραϊνὸν, ἐν ᾧ καὶ περίπλους τοῦ Εὐξείνου πόντου. Redit titulus ad calcem libri, ubi scriba monet: Διώρθουται πρὸς οὐ σπουδαῖον ἀντίγραφον. Quamquam hic libellus multo minus quam antecedens et reliqua omnia laborat.

4. Fol. 40 vso: Ἀρριανοῦ (i. e. Anonymi) πε-

ρίπλους τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Repetitur titulus ad finem fol. 54 vso, iterumque monetur, et recte quidem : Διώρθωται πρὸς οὐ σπουδῶν ἀντίγραφον.

5. Fol. 55 v. 56 R : Ἀννωνος Καρχηδονίων βιστάλεως περίπλους. Post Gelenium contulit Bastius l. l. p. 42 et Bernhardy l. l. p.

6. Fol. 56 vso : Φιλωνος Βυζαντίου περὶ τῶν ἐπτὰ θεαμάτων. Mancus libellus exit in verba fol. 59 vso : μετεωροφανὲς καὶ περὶ. Recentior manus subjecit : Λείπει φύλλα τινά. Exciderunt folia septem posteriora quaternionis t'.

7. Fol. 60 : Σὺν θεῷ Χρηστομάθεια ἐκ τῶν Στράτων γεωγραφικῶν βιβλίων. Pertinet usque ad fol. 156 R.; altera folii pagina vacua est.

8. Fol. 157 R : Πλούταρχου περὶ ποταμῶν καὶ δρῶν ἐπωνυμίας καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς εὑρισκομένων. Ad marginem alia manus : Ψευδεπίγραφον τοῦτο πόρρω γὰρ τῆς Πλούταρχου μεγαλοφυίας ή τε διάνοιας καὶ ή φράσις εἰ μή τις ἔτερος εἶη Πλούταρχος. Denuo

nuper contulit Hercher (Plutarch. De fluv. Lips. 1851).

9. Fol. 173 : Παρθενίου περὶ ἐρωτικῶν παθημάτων.

10. Fol. 189 : Ἄντωνίου Λιθεράλις Μεταμορφώσεων συναγωγή.

11. Fol. 209 : Πάτρια Κονσταντινουπόλεως κατὰ Ησύχιον ἥλούστριον.

12. Fol. 216 : Φλέγοντος Τραλλιανοῦ ἀπελευθέρου [Άδριανοῦ] Καίσαρος περὶ θαυμασίων καταμαρχοθέρων.

13. Fol. 235 : Φλέγοντος ἀπελευθέρου Άδριανοῦ Καίσαρος περὶ τῶν Ὁλυμπίων.

14. Fol. 236 : Ἀπολλωνίου ίστορίαι θαυμάτων.

15. Fol. 243 : Ἄντιγόνου ίστοριῶν παραδόξων συναγωγή.

16. Fol. 265 : Ἰπποκράτους ιητροῦ Κύρου ἐπιστολαί.

17. Fol. 283 : Θεμιστοκλέους ἐπιστολαί.

18. Fol. 303 : Διογένους ἐπιστολαί.

19. Fol. 322 : Βρούτου Ρωμαίων ὑπάτου ἐπιστολαί.

Vaticanus codex 143. Vindobonensis. Hafniensis.

25. Inter hos igitur libellos dolendum erat priorem partem peripli Ponti Euxini, quem auctor incertus ex Arriano et Menippo et periegesi iambica conflavit, in codice Heidelbergense desiderari. Sed fausta fortuna accidit ut codex Vaticanus 143 eorum quae desiderantur non omnia quidem, majorem tamen partem suppeditet. Fragmentum hoc perperam inscribitur : Ἀρριανοῦ περίπλους πάντοντος Εὔξείνου; patet ejusdem esse auctoris, qui primum Heidelbergensis codicis periplus e variis scriptoribus concinnavit. Pertinet narratio superstes usque ad Ophiunte flumen, adeo ut, si ambo fragmenta in unum coniunxeris, ea tantum pars desideretur, quae

est ab Ophiunte ad Tanain. Vaticanilibri fragmentum exscripsit Holstenius; e schedis Holstenii primus edidit Hudsonus. — Ejusdem periplus excerpta quædam præbet codex bibliothecæ Vindobonensis, testante Lambecio in Commentat. De bibl. Vindob. V. p. 153. — Præterea Bibliothecæ Hafniensis codex 1985 notitias quasdam geographicas habet, quas a Blochio descriptas primus edidit Osannus (V. not. ad p. 424). Eas hoc loco memoramus propterea quod majorem partem versantur in describendo ambitu Ponti Euxini, idque ita quidem ut pateat sua auctorem ex periplus Anonymi nostri collegisse.

Codex Matritensis 121.

26. Superest codex Matrisensis 121, ex quo Stadiasmum maris Magni edidit Iriarte. De hoc vide quæ monuimus in annot. p. 427. Denuo li-

brum contulit E. Millerus, post cuius operam non subesse putavi, ut ipse quo tempore Matriti versabar, idem negotium subirem.

Photii et Arriani codices a nobis collati.

27. In Agatharchidis Excerptis præter eos Photii codices, quos Bekkerus inspexit, adhibui codicem Parisinum N. 1226. Vide not.

p. 111. In Arriani Indicis primus comparavi codices Parisinos 456. 1407. 1438. Vide not. p. 306.

II. DE SINGULIS QUÆ HOC VOLUMINE CONTINENTUR OPUSCULIS.

HANNO CARTHAGINIENSIS.

28. Quæ de remotissimis orbis terrarum plagis antiquiores Græci cognoverunt, eorum plurima a Phœnicibus, qui nullam non regionem lucro admovebant, tradita acceperant. Itaque sortis quadam quasi justitia fieri dicas, ut vir e Phœnicum sobole oriundus primum inter geographos nobis servatos locum obtineat.

Hanno, Carthaginiensium imperator, jussu senatus classi navium sexaginta et trigesies mille Libyphœnicum multitudini præfectus, per fretum Gaditanum in Oceanum enavigavit, ut in Libyæ ora occidua colonias tum novas conderet, tum priscas novis frequentaret incolis. Ac primum in Mauritania litore Thymaterium condidit, deinde in fertilissimo tractu, qui medius est inter Atlantis juga et arenas deserti, urbes quinque colonis adauxit; hinc assumtis interpretibus, Saharae solitudinem prætervectus, in Cerne insula, quæ facilitatem simul et securitatem commercii præbebat, constituit emporium. Quibus peractis, oram ulteriorem in futuros usus viginti sex dierum navigatione exploravit, donec redditum juverent itineris difficultas et inopia commeatus. Reversus autem Carthaginem, concisam, quæ æri vel lapidi conveniret, itineris narrationem tabulæ vel columnæ insculptam in templo Saturni dedicasse fertur. Atque hujus tituli versionem græcam, nescio a quonam confectam et quo casu ad nos propagatain, noster libellus proficitur. Qui quamvis in nonnullis locis temporum injuria læsus sit et de cetera integritate sua et fide variam dubitationem moverit, nihil secius inter omnia, quæ de occidentali Libyæ ora apud veteres prostant, utilitatem habet maximam. Nam quum vel Ephori ætate Hannonis navigatio Græcorum de orbis figura opinionibus, deinde vero mythologorum commentis multisfariam deformata esset, et ineptissimæ fabulæ Hannonei nominis auctoritate divenderentur: nostræ pagellæ si non in-

tegram, attamen, ut jejunam, sic genuinam historiam tradere videntur. — Singula rerum momenta diductius exponam.

29. Quo tempore Tyrii Hispaniam coloniis distinguere cooperant, Gadibusque tamquam in arce commerciorum consideraverunt (circa an. 1100 a. Chr.), fieri non potuit quin Libycum litus, oculis eorum objectum omnique divitiarum genere etiamnum beatissimum (*), negligerent. Quodsi igitur Hiempsal in libris Punicis (ap. Sallust. Jug. c. 18) prodidit exercitum, quem ex Asiaticis populis, Persis, Medis, Armeniis, Hercules collegisset, post obitum ducis ex Hispania in Libyam trajeisse, aliosque ad internum mare, partem ad oceanum sedes fixisse: neminem latent sub fabulae involueris Phœnices conscriptis pro more undique colonis oram Libycam frequentantes. Quam antiquæ nonnullæ saltem harum coloniarum fuerint, ex eo intelligitur quod Herculis templum prope Lixum, Phœniciam Mauritaniae urbem, positum ipso Gaditano antiquius esse serebatur (**). Multitudinem autem oppidorum testantur apud Strabonem Eratosthenes, qui παπτόλας ad oceanum suis dicit πόλεις Φοινικιάς, et Ophelas Cyrenæus (ejus periplum ex Eratosthene Strabo citare videtur), qui in ora ab Emporio sinu meridiem versus excurrente trecentas olim Phœnicum colonias extitisse retulit, nunc vero jacere dirutas a Pharasis et Nigritis, ad quos iter sit dierum triginta (***) . Pertinuerunt igitur usque ad desertum, cuius initium a Lixo urbe triginta dierum itinere distat, si cum Herodoto 200 sere stadia in singulos dies computaveris. Numerum oppidorum, quem Ophelas tradit, non premo, quamquam magnum suisse nihil est cur negemus, quum in Hispania supra ducenta oppida Phœnices possedisse ferantur, et in angusto veteris Carthaginis tractu ducenta ceperit Agathocles (Diod. XX, 17), et in regione ad Tuscam fluvium

(*) V. Graberg di Hemso *Das Kaiserreich v. Marokko* (vers. germ.), 1833, p. 16 sqq.; Jakson *An account of the empire of Marocco* p. 15; Höst *Nachrichten von Marokko u. Fez* p. 272 sqq.; Movers *Das Phœnizische Alterthum*. II, p. 522.

(**) Plinius XIX, 22: *Sed et arbor est malva in Mauritania Lixi oppidi æstuario, ubi Hesperidum horti suisce produntur CC pass. ab oceano, juxta delubrum Herculis, antiquius Gaditano, ulferunt.*

(***) Strabo XVII, p. 829: Ἀρτεμίδωρος δὲ Ἐρατοσθένει μὲν ἀντίληγε διότι Λίξον τινὰ φροντὶ πόλιν περὶ τὰ ἄντα τῆς Μαυρικίας τὰ ἐπείραι ἀντὶ Αυγγῶς. Φοινικιάς δὲ πόλεις κατεσκαρμένας παπτόλας τινὰς, ὡν οὐδὲν ἰδεῖν ἔστων ίγνος. Idem p. 826: Πλεύσας δὲ πλάσματα τῆς Λιβύου παρχίᾳ τῇ ἔκτῃ, προσφεύσαντο οἱ συγγραφεῖς, ὀρέχαμενοι ἀπὸ τοῦ Ορέλα (Ἀπελλάς) δὲ Κυρηνᾶς; ap. Marcian. p. 63 (Huds.) περιπλου... Ἑγγὺς δὲ τούτῳ (τῷ Ἐμπορικῷ κόλπῳ) ἐν τοῖς ἐξής κόλποις πατωκαὶ λέγεσθαι (φασι) παλαιὰ Τυρίων, δὲ ἔργους εἰναι νῦν, οὐδὲ θαττώνων ἡ τριακοσίων πόλεων, δια τοῦ Νιγρίται ἐξεπόρθουσαν διέγειν δὲ τούτους τῆς Αυγγῆς φροντὶ μερινῶν τριάκοντα δέσσον.

prope fines Numidiæ quinquaginta memorentur (Appian. Pun. c. 68), et intra fossas Punicas vel tertii belli Punici tempore oppida fuerint trecenta (Strabo p. 833). Artemidorus quidem vestigia urbium non superesse dictitans fidem Ophelæ et Eratostheni denegavit, suffragante Strabone nec non Plinio V, 1, § 8, qui ad urbes ab Hannone conditas perperam transfert quæ de Phœnicum coloniis dixerat Artemidorus. *Fuere, ait, et Hannonis Carthaginensium ducis commentarii, Punicis rebus florentissimis explorare ambitum Africæ jussi; quem secuti plerique e Græcis nostrisque et alia quidem fabulosa et urbis multas ab eo conditas ibi prodidere, quarum nec memoria ulla nec vestigium extat.* Sed hæc non majoris facienda quam quæ contra Megasthenem et Pytheam eorumque sectatorem Eratosthenem præpostera judicii confidencia deblaterunt, immemores illi quantopere cognitio terrarum una cum fatis populorum fluctuare soleat, et quam lubricum sit priscorum scriptorum fidem suspectari ob præsentis ævi ignorantiam, et ex fabulosis nonnullis, quæ ejusmodi narrationibus ut plurimum adhærent, arreptum fraudis et mendacii argumentum ad reliqua omnia transferre. Simili levitate Artemidorus nullæ contendit apparere urbium vestigia in ora quam ex Græcis adierunt paucissimi, nec ipse explorasse putandus est, quum etiam nunc haud adeo rara exstent urbium ruinae, et tanto plures detegentur, quo curatius hæc regiones lustrabuntur. Præterea ipse ille Plinius V, 1 § 13 hæc scribit: *Indigenæ tamen tradunt in ora ab Salat (hod. Sla) CL M. p. flumen Asanam (hod. Om-*

merbia) marino haustu sed portu spectabile, mox annem quem vocant Fuf (hod. Tensift), ab eo ad Dyrim (hoc enim Atlanti nomen esse eorum lingua convenit) CCM p., interveniente flumine, cui nomen est Vior (hod. Beni Tamer, non longe a Ras Agadir). Ibi fama extare circa vestigia habitati quondam soli, vincarum palmetorumque reliquias. Vitis scilicet in Africa non nascitur, nisi aliunde allata; attulerant vero Phœnices coloni, sicuti seculo decimo quinto Portugali importarunt de-nuno. Mitto quod Hanno quinque hujus oræ urbes non ἔχτισε, sed ἐπόχισε; mitto quod nomina promontoriorum, fluviorum, urbium, majorem partem sunt Phœnicia (*) aliisque in regionibus, ubi Phœnices conserverant, recurrunt; mitto quæ ex Arabicis scriptoribus, qui Berberorum historiam consignarunt, afferri possint. Docte de his expousit Moversius in opere egregio De antiquitatibus Phœniciis (tom. II, p. 530 sqq. et passim); nobis sat erat attigisse rem, quæ addubitar nequeat.

30. Temporis spatium per quod coloniæ illæ deductæ sunt et floruerunt, iisdem seculis duabus et dimidio circumscribendum est, quibus pollebat Tyrus metropolis. Cujus viribus accisis, tutela destitutæ barbarisque populis impares pleræque præda evaserunt Numidarum, quorum tunc imperium surgere cœpit; restiterint paucæ, quas locorum firmitas et idoneum præsidium tutarentur. Postea in Tyri locum successit Carthago, quæ nono ante Christum seculo condita (**) adeo paullatim crevit, ut Hannone duce 30000 Libyphœnices in Atlanticas colonias di-

(*) Ut: *Rusibis vel Rutubis, Rusadium, Usadium, Solois, Soloentia, Sala, Lix, Chusarius fl., Subur fl., Bambo-tus fl., Masitholus fl.*, de quibus post alias vide Moversi l. I. II, p. 244. 274. 291. 295. 335. 344. 516. 534, et quæ in annot. ad Hannon. passim notavimus.

(**) Ad annum rem exigi non posse cum aliis recte censem Gesenius. Moversius l. I. p. 146 sqq., qui nuperrime diversissima vett. chronologorum testimonia excusit, annum 814 vel 813 a. Chr. (quem tradunt Dion. Hal. et Vellejus I, 12 et inter alias etiam habet Hieronymus) indubitate fidei esse et ex Tyriorū annalibus fluxisse censem. Quod secus mihi videtur; neque aliter in Carthaginis epocha definienda græcos chronologos egisse puto quam in ceteris priscorum temporum παραπήγματι. Præcipua momenta paucis indicabo. Carthago, sicuti aliae urbes nonnullæ, bis condita a compluribus dicebatur, primum circa Trojana tempora vel aliquanto post; deinde denuo, seculo nono secundum plurimos. *Carthago* autem quum significet *urbs nova*, *Ulica* vero, quæ erat proxima, sonet *vetus urbs*: putaveris prioris illius Carthaginis epochas ad Uticam referendas esse. Ut ut est, Hieronymus de his tres affert annorum numeros :

An. Abrah.	804	1212	a. C.	;	debetab:	808	1208	a. C.
	971	1045		;		975	1041	
	1001	1015		;		1005	1011	

In Eusebio Armenio prima epocha non legitur, tertia vero recte ponitur ad an. Abr. 1005; medium eodem modo quatuor annis posteriore esse debere liquet ex verbis Hieronymi: *Carthago condita est.... post Trojanum bellum ann. CXLI*; nam 1045 + 143 efficerent annum 1188, qui nullius est ærae Trojanæ; sin rem accommodare velis ad annum, quem Eusebius excidio Trojano perverse assignat (1181), ponenda epocha esset ad an. Abrah. 978, ut si fit in Eusebio Armenio; at patet indicari notissimam æram anni 1184, ideoque Hieronymi epocham revera pertinere ad an. Abrah. 975. Eodem modo epocha prima an. Abr. 804 quattuor item annis recentior esse debet. — Jam vero ad annum 1041 recte Hieronymus notat *migrationem Ionicam*, quæ ita computata est ut ab excidio Trojano ad Doricam migrationem sint anni 80, hinc ad Ionicam cyclus annorum 63 (= 143). Vides igitur auctorem hujus computus com-

mittere valeret. Numerum cur stupeamus et exageratum esse putemus nihil video; sed sponte intelligitur deductam tantam multitudinem esse *Punicis rebus florentissimis* (ut Plinius ait V, 1), *Carthaginis potentia florente* (Id. II, 67). Igitur et Sardinia tunc Carthaginenses potiti erant, et Phocenses adegerant ut, relicta Corsica, maris mediterranei imperio ipsis cederent (c. 536), et Romanos pacto fœdere (509) ab emporiis suis arcuerant. Auctor vero hujus potentiae a Justino

(XIX, 1) celebratur Mago, pater Hamilcaris, qui primus omnium, ordinata disciplina militari, imperium condidit, viresque civitatis non minus bellandi arte quam virtute firmavit. At Herodotus (VII, 165) Hamilcaris patrem non Magonem dicit sed *Hannoneum*. Neque aliter statuisse videtur Chrysostomus (Oratt. vol. I, p. 522 R.), qui de Hannone eadem fere que de Magone Justinus prædicat. Καρχηδονίους δὲ, ait, Ἀννον ἀντὶ Τυρίου ἐποίησε Λίθυνος, καὶ Λιθύνην χατοικεῖν ἀντὶ Φοινίχης καὶ χρήματα πολ-

posuisse Ionicam migrationem cum Tyria illa, qua condita est Carthago; ac placuisse sibi græcos chronologos in ejusmodi synchronismis satis jam constat. Hanc aliter fecit alter ille, qui Carthaginem adscripsit anno 1011, quæ item erat epocha migrationis Ionicæ; nam si hinc retro computes annos 143, habebis annum 1154 (6×63 ante Ol. 1), quem fuisse alius ærae Trojanæ non nescis. Contra vero Philistus Carthaginem a Zoro et Carchedone conditam dixit an. 1208, ideoque origines urbis cum æra Trojana compositi; nam an. 1208 deleta est Troja secundum aram apud antiquiores scriptores usitatissimam. Sic facilime numeri Eusebiani explicantur, neque est cur auctorem memoria lapsum diversa confusisse cum Moversio p. 156 censeamus. Quod præterea apud Appianum (Pun. c. 1) legitur Carthaginem a Zoro (fictum, opinor, nomen de voce Σῷρ, i. e. Φοίνιχη, v. Herodian. p. 11, 16. A. p. 36, 10 ed. Lelirs.) et Carchedone conditam esse Εὔρων γ' πέρι ἀλώσεως Τροίας; id non accuratius dici videtur quam quod apud eundem l. i. c. 51. 132. 2 inde ab annis 146 et 149 et 239 usque ad recentiorem Carthaginem conditam ubique 700 anni numerantur ore rotundo. Ceterum quum de conditorum nominibus Appianus cum Philistio faciat, hujus etiam computum indicari suspicor; fortasse igitur pro Εὔρων γ' scripti Εὔρων' (qui numeri in codd. facilime confunduntur) pro accurate numero x^3 ($1184 + 24 = 1208$). — Hacenus de veteri urbe. Veteri si nova aliqua urbs opponitur, id ita apud Græcos chronologos fieri solet, ut certus quidam cyclorum numerus inter utriusque origines intercedat. Igitur si Eusebius novam Carthaginem conditam dicit an. Abrah. 1164 sive an. 852 a. Chr., haec epocha componenda est cum anno 1041 urbis veteris; nam intercedunt anni 189 sive 3×63 . — Porro si Hieronymus et Syncellus p. 555 ed. Bonn. structam urbem referunt anni 748 ante annum 146, sive anno 894 a. C., haec pendent e Philisti calculis, qui veterem Carthaginem assignavit anno excidiū Trojani 1208; nam a 1208 ad 894 absolvuntur cycli quinque (5×63) sive anni 315, salva unius anni differentia, quam nemo urgebit. Quodsi Philistus terminum a quo non in anno excidiū (1208), sed, ut plerunque sit, in anno expeditionis (217) posuisset, nova Carthago assignanda fuisset anno 902. — Tertium epocham Hieronymus tribuit anno 814 (668 ante 146), quam eandem habet Dionys. Hal. I, 74, et uno anno differens Yellejus I, 12, qui computat $667 + 146 = 813$. — Dubium vero non est in acciuratore computo pro an. 814 sive 813 notandum suisse annum 815, qui item a Trojana æra, sed a vulgari illa senioris ævi, exputatus est; nam $1193-815 = 378$ sive 6×63 . — Desideratur in Hieronymo et Eusebio nova urbis epocha quæ pendeat ab anno 1001 urbis veteris, de quo supra vidimus. Quodsi ab hac epocha, sicuti ab epocha anni 1041, numerantur cycli tres sive anni 189, nova Carthago condita foret an. 822, quem et Servio ad Æn. I, 267 elicias, qui a Roma condita ad Carthaginem esse dicit anni 70 ($752 - 70 = 822$); quamquam in aliis codd. pro LXX scribuntur LX, uti est apud eundem ad Æn. I, 12. Justinus a Roma condita ad Carthaginem numerat annos 72, ut annus evadat 824 vel 825. Quod ad eundem computum pertinet. Nam si quis pro 63 annis inter Dorianam et Ionicam migrationem intercedentes cum Eratostheni, Apollodoro, aliis rotunde ponenter annos 60, Carthago tribus annis antiquior sicut; adeoque pro an. 822 obtinebas annum 825. — *Timæus* p. Dion. Hal. I, 74 (quem exscripsit Syncell. p. 155 a Dindorfio emendatus) Carthaginem et Romanam eodem anno conditas statuit, annis 38 (debeat an. 39) ante Ol. 1. Rome autem urbis æra vulgaris pendet ex Trojana gra vulgaris, et ita constituta est ut altera ab altera distet uno cyclo maximo sive anni 7×441 ($1193-441 = 752$). Sed haec prorsus aliena sunt a Timæo, qui de Roma eodem modo statuisse debet quo Ephorus. Is enim ab æra Trojana ad Romanam numeravit sex cyclos sive ann. 378 (1217-839, vel 1196-818). Timæus autem quum a Trojana æra usque ad primam Olympiadem (Lycurgi) numeraverit annos 417, et 39 annis ante Olympiadem primam Roma condita sit, sequitur ut a Troja ad Romanam sint anni 378, ut apud Ephorum. Trojana vero æra sec. Timæus est anni 1343, adeo ut Roma et Carthago conditæ sint an. 965. Eosdem annos 378 si ad vulgarem Æram Troj. transferas, obtines annum 815 (1193-378), ut supra vidimus; qui annus item 39 annis distat ab Olympiadæ prima anni 776, non fortuito consensu, sed propter rationem, quæ Timæi systemati chronologico intercedit cum Eratosthenico; de qua re vide Fragm. Chronol. p. 126. — Igitur ut summam paucis comprehendam, Philistus a Troja ad Carthaginem numeravit cyclos quinque; alii, præceunte Timæo, et probabiliter etiam Ephoro, putarunt cyclos sex; nonnulli tamen hosce cyclos minuerunt annis 36, quum tot annis a cyclico computo recedat spatium annorum 90, quod pro annis 126 multi statuerunt inter Trojanam expeditionem et Doriensem redditum intercedere. — Ceterum probabile est alios hunc computum coniunxisse cum æra Trojana uno cyclo remotiore, adeo ut inter Trojam et Carthaginem 7 cycli intercedant, sicuti inter Trojam et Romanam. Quo facto, si quis a nova Carthaginem distinguere veterem urbem, eamque cum Jónica migratione sive cum anno 153 ab Ilia expeditione componeret, a vetere hac urbe usque ad novam restabant anni 288 (nam $153 \times 288 = 441$). Fort. hunc computum indicavit Pseudo-Aristotel. Mir. c. 146, ubi ab Utica (sive vetera urbe) condita usque ad Carthaginis origines computantur anni 287; quibus calculis Phoenicum annales non magis subesse puto quam Ctesias quas gloriarū Βρετανῶν ἔφερε; ad tempora rerum Assyralium constituta adhucuit. Igitur si Trojana æra est anni 1280, Utica condita 1027 a. C.; Carthago 839 a. Chr. Et quom Plinius, qui an. 77 p. C. historiam suam Nat. jam absorverat, in lib. XVI, 79 dicat: *Memorabile et Uticæ templum Apollinis, ubi Numidicarum cedrorum trabes durant ita ut positæ fuere prima ejus urbis origine, annis 1178*: pertinenter anni illi 1178 usque ad annum 51 p. Chr. Sed de his jam satis sit.

λὰ κεκτῆσθαι καὶ συχνὰ ἐμπόρια καὶ λιμένας καὶ τριήρεις καὶ πολλῆς μὲν γῆς, πολλῆς δὲ θαλάσσης ἀρχειν. Hic igitur primus est, quem navigationis nostrae ducem fuisse statui possit (*), siquidem largiaris nostrum auctorem unum fuisse ex Hannibus, quorum memoriam historia servaverit. Hannonis filius Hamilcar bello Siculo ad Himeram cladem passus periit (480), *relictis tribus filiis, Imitcone, Hannone, Giscone* (Justin. XIX, 2), qui una cum Hasdrubalis filiis publicis negotiis praeerant. Res autem Carthaginiensium post bellum Siculum per septuaginta annos in ipsa erant Libya. Scilicet *Mauris bellum illatum et adversus Numidas pugnatum et Afri compulsi stipendum urbis condite Carthaginiensibus remittere* (Justin. l. l.). Sic rebus domesticis confirmatis, denuo in Siciliam bellum ducibus Hannibale et Imitcone *Hannoni filio* (Diod. XIII, 18, 2) translatum est (440). Captæ Agrigentum, Gela, aliæ urbes ditissimæ; victus Dionysius; ingenti præda Carthago locupletata; Sieula Pœnorūm ditio maximopere aucta (409-405. V. Diodor. XIII, 54 sqq., 80. sqq.; 109 sqq.). Summum vero hoc potentiae fastigium subsecuta sunt tempora calamitosa, neque Hanno aliquis in historia appetat ante eum qui contra Agathoclem pugnavit (Diodor. XX, 10). Ad hujus vero ætatem quum nostra navigatio pertinere nequeat, sequitur aut ignotum aliquem Hannonem Libyphœnices deduxisse, aut patrem Hamilcaris aut filium. Tempora horum ita fere constituere licet :

560-500 Hanno I, pater Hamilcaris.

520-480 Hamilcar († 480).

490-440 Hanno II et Imitco, Hamilcaris f.

460-396 Imitco, Hannonis f. († 396).

31. Sub Hannone patre Hamilcaris circa an. 510 a. C. navigationem institutam esse cum aliis haud paucis censem Fridericus Kluge (**), qui alterius Hannonis ne mentionem quidem fecit. Videlicet Herodotus (IV, 196) refert secundum Carthaginiensium narrationem extra columnas Herculeas esse Libyæ regionem, in qua Pœni, merces suas cum auro indigenarum commutantes, non verbis

sed muta quadam ratione, quam fusius auctor describit, de pretio inter se convenient. Id vero commercii genus constat earum esse regionum auriferarum quæ sunt a *Sahara* deserto versus meridiem. « Itaque, Klugius ait, *ante Herodoti ætatem* Carthaginienses ad eam Africæ oram, quæ nunc *aurifera* dicitur, navigare solebant, et insula Cerne, quam primus reperit Hanno, mercatoribus jam illo tempore erat itineris finis. ». Quod uti concedendum est, sic nihil impedit quominus alter Hanno, filius Hamilcaris, primus Cernem adierit; nam si decem vel etiam viginti annis post patris obitum Hanno iter suscepit (470 vel 460 a. C.), percommode de isto commercio comperire aliquid potuit Herodotus, qui anno 470 puer erat annorum quattuordecim.

32. Præterea Klugius alterum assert argumentum, quo navigationem Hannonis ante bellum Siculum circa an. 510 institutam esse comprobet. « Legitur, inquit, in Periplo hanc expeditionem a Pœnis esse decretam, ut urbes Libyphœnicum conderentur. Diodorus (XX, 55) Africam in quatuor hominum genera divisam esse tradit : in Pœnos, qui Carthaginem colerent, in Libyphœnices, qui, quod multas urbium maritimarum tenerent et matrimoniorum necessitudine Carthaginiensibus devincti essent, a nexus affinitatis compositam hanc appellationem reportarent; maiorem deinde et vetustissimarum incolarum partem Afrorum (*Λιβύων*) nomen habuisse, et postremos tandem fuisse Numidas, vastos Libyæ tractus usque ad deserta occupantes. Illi autem Libyphœnices ex antiquis Phœnicibus primum cum indigenis, postea cum Carthaginiensibus mixti atque cognati, a Pœnis pluris aestimabantur quam ceteri ipsorum ditioni subjecti populi, et cauta quadam tractabantur prudentia, quod eorum vis et potestas reipublicæ perniciem minaretur, si liberiorem, quam fas esset, spiritum sumerent, atrociter a metropoli divitiarum acquirendarum facultatem petentes. Qua recusata timendum erat, ne ad alias deficerent gentes Carthaginiensium nomini infestissimas. Nulla autem

(*) Memoratur sane Hanno quidam antiquior, ad quem Anacharsis, philosophus ille Scythicus, epistolam scripsisse fingitur ap. Ciceron. Tusc. Qu. V, 32 hancce : *Anacharsis Hannoni salutem. Mihi amictui est Scythicum tegmen, calciamentum, solorum callum; cubile, terra; pulpamentum, fames; lacte, caseo, carne vescor. Quare ut ad quietum me licet venias. Munera autem ista, quibus es delectatus, vel civibus tuis vel diis immortalibus dona. Sed vix est, cur doctos moneamus quam sit nulla ejusmodi epistololarum auctoritas, in quibus sophistæ celebria nomina, neglectis temporibus et historiae fide, componere solebant. Mitto etiam nescio quem Hannonen, qui, (Plinio VIII, 36) teste, primus leonem mansuefecisse dicitur, et ad occupandum dolo regnum aves ita docuisse, ut regem ipsum salutarent (Cf. Älian. H. An. V, 39; Plutarch. Mor. p. 799, Max. Tyr. II, 3.).*

(**) Hannonis navigatio. ed. Fr. G. Kluge. Lips. 1829.

PROLEGOMENA.

Pœnorum invenitur conditio, qua ab externis populis, quorum terras nondum occupavissent, minus esset timendum, quam felix illa sors, quæ reipublice ante bella in Sicilia gesta obtigerit. Sed Libycæ gentes, duro tantum imperio coercitæ, metum injicere poterant, si Libyphœnices, quorum necessitudo æque ad Carthaginenses atque ad Libyes pertinebat, cum his conjuncti contra usurpatam dominationem arma ferrent. Quod periculum, crescente hostium numero, eo magis imminebat, quum Libyphœnices in Byzacio et in urbibus maritimis ad tantam frequentiam aucti essent, tantamque apud ceteros Afros haberent auctoritatem, ut bello terra gerendo vix superati forent. Itaque emiserunt, ut eorum optatis satis facerent divitiarumque cupiditatem explerent, triginta millia Libyphœnicum ad novas colonias in ora maritima versus occidentem sita condendas veterumque Phœnicum emporia novis incolis frequentanda, fortasse etiam deprimenda. Tali autem multitudine emissâ Carthaginiensibus nullum et virium et potentiae detrimentum ea tantum ætate, quæ ante Sicula bella præcesserit, inferri potuisse manifeste ex historia apparet. » Hæc Klugius, quem in his quoque minus confidenter locutum esse velis. Potuisse quidem ante bellum Siculum istam Libyphœnicum multitudinem in colonias educi, neque nego neque affirmo (nam quæ in ejusmodi rebus Carthago tunc præstare, quæ non potuerit, quis scire se gloriatur?); at non potuisse idem etiam postea fieri, tantum abest, ut ex historia appareat, ut tum maxime factum esse credideris. Quid enim? Post cladem Himerensem Carthaginienses per annos septuaginta a bello

extero vacabant et deinde non appetiti a Siculis bello sunt sed ipsi eos aggressi; quemadmodum autem singulas fere clades in Sicilia acceptas subsecutum est domesticum bellum contra Africæ populos sive liberos sive subjectos sustinendum: sic post Himerense quoque infortunium contra Libyes diu pugnandum fuisse auctor est Trogus Pompejus. Quam potentes adhuc hostes essent, ex eo liquet quod vectigal iis pro solo urbis vel tunc pendebat. In hoc igitur bello quam maxime verendum erat ne socios Afris se jungerent Libyphœnices, non bellica quidem illi virtute, at numero ingenti valentes et odio Carthaginensium, qui immanibus eos premebant tributis, adeo ut una Leptis civitas trecenta quotannis talenta solveret (Liv. XXXIV, 62). Itaque peropportunum illud tempus erat, quo impendentem tempestatem in longinquas plagas averterent (*) ac nova commerciorum commoda majore reipublica securitate compararent. Huc accedit quod ducem expeditionis fuisse filium potius quam patrem Hamilcaris suadere possit Plinius II, 67, ubi hæc : *Et Hanno, Carthaginis potentia florente, circumvectus a Gadibus ad finem Arabiæ navigationem eam prodidit scripto : sicut ad extera Europæ noscenda missus eodem tempore Himilco. Proclivis enim suspicio est indicari Himilconem quem fratrem Hannonis II fuisse Justinus prodit.*

In hac igitur de persona et ætate Hannonis quæstione, quæ probabilitatis specie magis quam testimoniorum pondere dijudicanda est, certioris quidem nihil affirmari potest, veri tamen similimum ducimus susceptam expeditionem esse medio fere seculo quinto (e. an. 470), ducemque fuisse Hannonem filium Hamilcaris (**).

(*) De ejusmodi populorum subjectorum deportationibus apud Tyrios et Carthaginenses v. Movers I. l. p. 24 sqq.

(**) Sic inter antiquiores statuerunt Florian d'Ocampo *Historia antig. de Espan.* I. I. c. 22, citante Gallio I. p. 83, inter nuperos vero Fuhr. *Pythes aus Massilia* (1842) p. 11; Movers I. I. Eodem reddit sententia Mannert, I. p. 52 : « Hanno ist wahrscheinlich Herodots Zeitgenosse oder vielleicht etwas älter als dieser. » quamquam certioris nihil posse asseverari bene monuit. Hannonem patrem Hamilcaris circa an. 510 vel 500 vel 490 navigationem suscepisse statuerunt Heeren *Ideen* II, p. 737; Huglus et Klugius in edd. *Peripli*; Kannegieser in *Ersch. u. Gruber*, s. v. Hanno; Ukert I, p. 61; Forbiger I, p. 65 etc. — Alii navigationem detrundunt in tempora secundo bello Siculo posteriora, ut in annum 408 Hagerus (*Geogr. Büchersaal* I, p. 408), in an. 404 Campionianes (*El periplo de Hanno ilustrado* p. 13.) et Maltebrun *Geogr. I*, p. 73. — Contra ad annum fere 570 rem retulerunt Bougainvillius *Mem. de l'Ac.* I. XXVIII, p. 283 (qui præterea etiam alias quasdam sententias propinavit), Salnte-Croix (ib. I. XLII, p. 378), Falkonerus *The voyage of Hanno translated*, etc. *Dissert.* II, p. 88. His se addidit Gallius Gr. min. I, p. 82, cui Hanno est ille ad quem scriptis Anacharsis. « Huic, inquit, ego quidem non agre laudem suscepti itineris tribuerim, cui quin gratulari debuerint celeberrimi sue atatus viri, tum videtur suum decus quasi exprobrare, paupertatis amans, Anacharsis, quod novos divitiarum fontes quasiverit. » Porro, ne quid omittam, Isaacus Vossius (*De magnit. Carti*, p. 52) et Gosselinus (*Recherches s. I. géogr.* I, p. 137) periplim scriptum esse putarunt paulo post vel etiam ante Troica, certe ante ætatem Hesiodi, qui primus de Gorgonibus fabulam narravit, dictam scilicet illam ex iis quæ de Gorilis apud Hannonen leguntur. Vossii ineptias verbosa disputatione refellit Dodwellus (*Dissert. de vero Peripli, qui Hannoni nomine circumfertur, tempore in Hudson. G. Min. tom. I*); ipse autem periplim esse censet anteriorem primo bello Punico, quandoquidem florentissimis Cart. temporibus scriptus esse perlibeat; at non potuisse antiquiorem esse primis rerum Carthag. historicis græcis. Nam ciuii antea jam floruisse Carthaginenses,

33. Redux Hanno narrationem itineris in Saturni templo dedicavit, testante græci nostri libelli indiculo: Ἀννωνος Καρχηδονιών βασιλέως περίπλους τῶν ὑπὲρ τὰς Ἡρακλέους στήλας Λιβύων τῆς γῆς μερῶν, διὸ καὶ ἀνέθηκε ἐν τῷ τοῦ Κρόνου τεμένει. Dedicationem innuit etiam Aristides in *Egyptiaco* t. II, p. 474 verbis hisce: Καὶ μὴν οὐδὲ Καρχηδονίων οἱ ἔκπλευσαντες ἔξω Γαδείρων καὶ τὰς ἐν τοῖς Ἑρκυνίοις τῆς Λιβύης πόλεις οἰκίσαντες τούτον ἡγεγκάν οἴκαδε τὸν λόγον, οὐδὲ ἀνέγραψαν οὐδὲ ἀνέθηκαν ἐν τῷ ίερῷ, ἔτερα πολλὰ καὶ ἀτοπα γράψαντες. Idem: Εἰκὸς ἦν δημοσίᾳ φράσαι καὶ ἀναγγεῖλαι ἀναθέντα λέγω καὶ τούτον, ὥσπερ οἱ τῶν Καρχηδονίων ἡγεμόνες γράμματα ὑπὲρ τούτων εἰς τι τῶν κοινῶν ἱερῶν (*). Similiter Plinius VI, 36 narrat Hannonem duarum Gorgadum cutes argumenti et miraculi gratia in Junonis templo posuisse, spectatas usque ad Carthaginem captam. His cur fides denegetur, causam idoneam non video. Hannonem suscepti negotii rationes in senatu reddidisse, easque literis consignatas et ἐν ἀρχείῳ asservatas esse sponte intelligitur. In his vero quum singula quæ ad coloniarum institutionem et commercia pertinenter, accurate descripta esse censenda sint, haud obvio tuique aditum ad ea patuisse tanto libertius concedes, quanto anxius cavere solerent Carthaginenses ne ad exteriores talia promanarent. Nihil vero impediebat, quin summa itineris capita in honorem Hannonis titulo publico commendarentur tali, qualem græca nostra reddunt, in quibus de commerciis ne verbum quidem exstat et coloniarum vix nomina apponuntur, plurima autem sunt circa mirabilia itinerisque pericula, quæ deterrent potius simile quid ausuros quam excitarent, adeo ut ex eo ipso consilio videantur suum traxisse colorem. Oratio autem vel in græcis præ se fert dicendi genus abscisum illud ac durum, quem stylum lapidarium vocant. Quanam probabilitatis specie multi censuerint græcorum auctorem fusam narrationem punicam in maiestum redegisse compendium, non assequor.

non tamen de tali rerum statu constare sine historicis coevis. Horum vero antiquissimis a Dionysio Hal. accenseri Antiochum Syracusanum... « Medio ergo inter Cyrum et Darium Nothum intervallo primi ceperint historici. Nec poterant adeo multo esse antiquiores res Carthaginensis florentissimæ. Qui enim res Carthaginensis lingua patria Punica prodiwerit, neminem apud veteres reperimus. » His terminis, quos excedi non licet, constitutis. Dodwellus Hannonem et Himilconem navigatores eosdem esse censem cum Hannonem et Himilcone dueibus, qui Olymp. 118, 2 contra Agathoclem Syracusanum res gerebant. Ceterum periplum post mortem Hannonis sub illius nomine fixit Græcus quidam Carthaginensis studiosus. Scylax Hannonem non adiubuit, sed omnia sua ex antiquioribus Phœnicum periplis hausit. Haec Dodwellus, cuius tota disputatio ineptissimis hariolationibus scatet.

(*) Cf. titulus rerum ab Hannibale gestarum in Italico templo Junonis Laciniae punica lingua et græca exaratus (Polib. III, 33, 36; Liv. XXVIII, 46). Minus lucis pertinent tabulae foderum in æde Jovis Capitolini (Polib. III, 22) et quæ in duobus sacellis consecratae erant foderis cum Gelone initi (Diodor. XI, 26, 2). Magis etiam a re nostra aliena sunt monumenta Hamilcari, ut heroi, structa tum Carthagine tum in coloniis (Herodot. VII, 167).

34. Fama quædam novi commercii per nautarum mercatorumque vulgus mox ad Græcos penetrasse videtur. Quæ de auro Ceraunis insulae Herodotus IV, 195 narrat, confusam Cernes insulae et regionis auriferæ memoriam prodere censem probabiliter. Ipsum Cernes nomen primum obvium fit in fragmentis Ephori. Idem Ephorus in Oceani occidui ora novit Καρφὸν τεῖχος, quod tamen oppidum quum ab Hannoni nonnis novis colonis auctum sit, jam pridem Græcis notum esse potuit, sicuti Melittam, ejusdem tractus locum, jam novit e Caricis, opinor, nautis Hecataeus Milesius. Conditum vero ab Hannoni Thymiaterium et alia quædam quæ cum Hannonia narratione componi possunt, leguntur in Scylacei periopi parte postrema, quæ a reliqui periopi indole mire discrepans a seriore aliquo homine assuta est. Chremetis fluvii mentio fit in Aristotelis Meteorologicis I, 13. Sed horum nihil ita comparatum est, ut ex ipsa nostra periopi versione fluxisse debeat. Primus qui laudato Hannonis perioplō de ignis torrentibus ea quæ pag. 11 leguntur, affert, ideoque græca periopi versione usus esse videtur, Pseudo-Aristoteles est in Mir. c. 37 ed. Westerm. Auctorem hujus collectionis liquet temporibus Agathoclis tyranni (cujus c. 110 mentio fit) non fuisse antiquiorem. Denique memorandus hoc loco est Arrianus qui in Ind. c. 43 (v. Hanno p. 14) de Hannonis navigatione ceteris habet luculentiora. Ipse quidem sequioris ætatis homo est, sed Historia Indica satis probat ignorasse auctorem plurima quæ, si sui ævi periplos legisset, scire debebat, totumque pendere ex paucis bonæ antiquitatis scriptoribus, Nearcho, Megasthene, Daimacho, Eratosthene. Vix igitur dubium est, quin quæ de Arabia nondum circumnavigata et Oceano occiduo et Hannonis navigatione Indicis subjungit, ex Eratosthene deponeret. Hunc de Phœnicum ad Oceanum coloniis Libycis haud pauca novisse vidimus; quæ Strabo tamquam fabulosa ridet, istas fabulas vero Ophe-

lam prævisse dicit. Ad Ophelam igitur Cyrenæum, peripli auctorem (Marcian. Heracl. p. 63 H.), ex quo sua Eratosthenes duxerat, etiam quæ de Hannonis itinere Arrianus habet, referenda esse duco. Ophelas autem vix diversus est ab Olynthio illo (Pseudo-Aristot. *Œcon.* 2, 35) qui sub Ptolemaeo I in Ægypto fuit, deinde Cyrene potius est, nec eo regno contentus περιπλόστο ταῖς ἐπίστοι μετόνυμον θυντατέων (Diodor. XX, 40, 1), et Carthaginiensium imperium evertere cum Agathocle aggressus est. Virum ejusmodi consilia agitantem probabile est vires Carthaginiensium et ditionem explorasse et oræ maritimæ periplus collegisse, adhibitis quæ e nautarum græcorum et prænorum narrationibus et Carthaginis urbis monumentis comparari possent subsidiis.

35. Jam eo adducimur ut quæramus cuinam versio græca tituli punici vindicanda sit. Qua de re potiores virorum doctorum sententias paucis comprehendit Bernhardyus in *Analect. in Geogr. min.* p. 19 : « Græcam orationem, inquit, temere Campomanes p. 15 sqq. ab ipso totius expeditionis duce repetebat. Nempe nobiles Carthaginienses Græce sciebant, pauci etiam probabiliter scriabant; eundemque Hannonem ille pro auctore habet senatus-consulti satis perplexi apud Justinum XX, 5, ne quis postea Carthaginiensis aut literis Græcorum aut sermoni studeret. Haud prudentior fuit Klugii suspicio p. 6, Hannonem scilicet bellis Persicis superiorem Græcam linguam calluisse, ut qui Syracusanam mulierem duxisset (*); ab eo igitur monumen- tum Punicum Carthagine constitutum in Græcum sermonem esse translatum; hue accedere oratio-

nem parum explicatam et colorem peregrinum in dura minutorum sensum compositione, sic ut cogitata summis tantum lineis adumbrentur. Et hæc quidem observatio certa est; sed Hannonen ducem Carthaginiensium, quos constat ar- cana suæ civitatis et notitiam cursuum maritimo- rum procul a peregrinis anxie custodivisse, quæ causa vel quorumnam usus commovere debuit ut commentarium suum Græcum ficeret et quasi bilinguem? Itaque recte Ilugius, theologus olim literatissimus, qui in libello academico Frib. 1808 hunc Periplum illustravit, cum antea conversionem a Siculo quodam fabricatam sump- sisset, postea p. 31 Punici ingenii stilique vestigiis observatis eam ad Carthaginiensem vel Pœnum hominem rettulit, qui per commerciorum necessitudines Græce didicisset. Etenim, quod addimus, ipsa Carthago liberrimam utriusque nationis et sermonis præbuit consuetudinem, ubi coloni Græci suis opibus insignes popularia sacra colebant (V. Diodor. XIV, 77). Verum Ilugii quoque sententia debili nititur argumentatione, minimeque liquet num Pœnus an Græcus homo versionis auctor fuerit. Si quid peregrini habet oratio (**), id a Græco auctore, mediocrei sermonis artifice et ad punicum exemplar verba accommodante, non minore veri specie repeteret licet quam a Pœno linguae græcae parum perito. Ac Græcum fuisse versionis auctorem per se probabilius est. Ceterum titulum nostrum tanquam pecu- liare opusculum per multa secula propagatum esse non credo, sed quemadmodum fœderis, quod Romani cum Pœnis inierant, versionem ser- vat Polybius, et monumentum Adulitanum in

(*) Klugius p. 4 ita habet : « Uxorem duxerat Hanno Syracusiam, ex qua Hamilear natus est. Itaque (?) filius Syracusis eo tempore commorabatur, quo in hac insula quietus erat rerum status et Carthaginienses matrimonii aliisque societas vinculis suas possessiones tutiores reddere et mercaturæ progressus adjuvare poterant. Quum vero Græci quoque frequentes sedes ibi collocassent, mutuumque inter hos et Carthaginienses intercederet commercium, nemini mirum videbitur, Carthaginiensium mercatores, principes et duces, Græcas linguis studuisse, cuius rei Justinus (XX, 5) exemplum afferat memoratu dignissimum. Quæ quum ita sint eodem jure quo ceteri commentatores statuant, Hannonis periplus Punicis literis consignatum, postea a Siculo nescio quo Carthagine transcriptum et in Græcam linguam conversum fuisse, id ab Hannoni ipso, græci sermonis gnaro, factum contendit. Probabile enim est, Hannonem ad gloriam suam in Sicilia, ubi cognitorum et procerum consuetudine utebatur, propagandum, itinerisque tam novi et longinquæ famam divulgandam, monumentum Punice scriptum et Carthagine in templo Saturni constitutum in Græcam linguan transtulisse. Nam et græca dictione demonstrari potest, periplus non a Græco quodam lingua sua perito, sed a Carthaginiensi mediocreiter græce docto esse conversum, qui cavere non posset, ne vernacula lingua: colorem et punicum construendi modum in Græcum sermonem transferret. Hæc autem conversio Punici monumenti eo verisimilior est, quum Carthaginienses excellentium virorum præclarata facta monumentis memoriae tradere solerent. »

(**) Sic Punicum quiddam redolere Klugius censet verba indicūl : περίπολος; τῶν ὑπὲρ τὰς Ἡρακλέους στήλας Λιθούαν τῆς γῆς μερῶν. At hæc ab iisdem græculis profecta sunt, qui ceteris geographorum opusculis argumenti indices prefixerunt eodem dicendi genere utentes. V. g. in indice Marclani libri : τῶν κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν μερῶν (sc. τῆς γῆς), τῶν παρὸ τὸν δυτικὸν καὶ μεσημβρινὸν ἀκεπανὸν μέρη τῆς Αἰθιοπίας περίπολος. Alterius Punicæ structuræ exemplum afferat verba § 15 p. 12 : παρ μεσημβρεα χάρων δάπειρον θυμαράτων. At locus ille aperte lacet est, et punicam, istam, quam putat, verborum junctionem de suo penu Klugius intulit. Unicum exemplum quod probabilitate aliqua specie in medium pro- fertur, in illis habes § 13 p. 10 : γινόμενα ἐν θαλάττῃς χάρσατι ἡμετρήτῳ τῇ ἐπί θάτερα πρὸς τῇ γῇ πεδίον τῷ.

Cosmæ Topographia Christiana perduravit, et Dionysii ἀνάπλουν Βοσπόρου nonnisi e Petri Gillii De Bosporo opere novimus : similiter hoc quoque Punicum monumentum in geographicò aliquo opere locum invenisse et hinc de promtum postea separatim editum esse suspicor. Apud Suidam laudatur Charon quidam Carthaginiensis, ævi incerti historicus, qui scripsisse dicitur τυράννους δοι ἐν τῇ Εὐρώπῃ καὶ Ἀσίᾳ γεγόνατι, Βίους ἐνδέξεων ἀνδρῶν ἐν βιβλίοις δ', Βίους δμοίως γνωσιῶν ἐν δ'. Ad eundem vero auctorem referenda haud dubie sunt quæ perperam Charoni Lampsaceno tribuuntur Λιθυκὰ et περίπλους τῶν ἐκτὸς τῶν Ἡρακλείων στηλῶν. Jam fieri vix potuit quin Charon Carthagine vitam agens in periplo illo Punicum Hannonis monumentum negligenter. Idem titulus fortasse legebatur etiam in Ophelæ Cyrenæi Periplo (v. supra. § 34), quem quinto post Christum seculo novit adhuc Marcius Heracleota. Cujusmodi peripli quum a perpau-
cis legerentur, Hannonis pagella diu latuisse videtur, et fortasse iis denum temporibus, qui-
bus Byzantini multos obscurorum scriptorum libellos geographicos in unum syntagma college-
runt, denuo in lucem protractus est. Neque Cornelius Nepos neque Pomponius Mela neque Strabo neque Plinius nostrum scriptum noverunt, sed

quæ apud eos Hannonis nomine afferuntur, ex ubi ore aliquo libro (*ex Hannonis commentariis*, ut Plinius ait) fluxerunt, qui a genuino non minus differebat quam ab Arriano Pseudocallisthenes.

36. Graeca nostra, quæ unus codex Heidelbergensis exhibet, in nonnullis aperte manca sunt. Ut mittam librariorum sphalmata minora, desiderantur distantiae locorum, quæ sunt a Thymiaterio ad Lixum fluvium, corruptus vero est numerus dierum, quo a Lixo ad Cernen insulam Hanno pervenisse dicitur. Num alia, quæ jam indagare non liceat, exciderint, nescio; quamquam in tanta libellorum nostrorum corruptione ultro hæc quæstio sese offert.

37. De itinerario Hannonis maritimo in diversas sententias viri docti abierunt. Causa dissensus ex parte quidem posita est in distantiarum notatione vel manca vel corrupta, præcipue autem ex eo repeti debet, quod quæ de Cerne insula Scylax et Plinius et Ptolemæus tradunt, alii cum nostra narratione conciliaturi quadrata jungere rotundi instituerunt, alii vero συγχρισταν istam vel ἀχρισταν caventes, iter Hannonis nonnisi ex peri-
plo nostro expediri posse rectissime censue-
runt, Horum nos legem secuti rationem navigationis, quam fusius in annotatione exposuimus, paucis nunc comprehendamus.

	codex.	nos.	
A freto Gaditano ad Thymiaterium (<i>Mamora</i>) dies.	2	2	2
Inde ad Soloentem promontorium (<i>Cap Cantin</i>).	*	4	6
Inde ad stagnum juncosum (in regione hodiernæ <i>Safí</i>).	½	½	6 ½
Juxta eum usque ad Caricum tichus (<i>Agous</i>).	1	1	7 ½
Hinc per Gyttén, Acram, Melittam, Arambyn ad Lixum (<i>Acasse s. Drah</i>).	*	5	12 ½
Inde juxta desertum meridiem versus (usque ad <i>Pointe Durnford</i> aut usque ad <i>Cap Blanc</i>).	*2	12	24 ½
Inde versus ortum ad Cernen ins. (<i>Herne?</i> <i>Argouin?</i>).	1	1	25 ½
Inde per Chremetem fl. (<i>S. Jean</i>) ad lacum, in quo tres insulæ Cerne insulæ majores.			
Inde ad fluvium crocodilis et hippopotamis alentem (<i>Senegal</i>).			
Inde redit Hanno in Cernen insulam.			
A Cerne ad montes silvosos (<i>Cap Vert</i>).	12	12	37 ½
Inde ad vastum mari liatum (ostia <i>Gambiae</i> fl.).	2	2	39 ½
Inde ad Hesperi Cornu (ad <i>Bissagos</i> ins. et <i>Rio Grande</i>).	5	5	44 ½
Inde ad Theón ochema (<i>Mont Sagres</i>).	4	4	48 ½
Inde ad Noti Ceras (prope insulam <i>Sherboro</i>).	3	3	51 ½

In priore navigationis parte, quæ usque ad Cernen insulam pertinet, ut manca suppleri possint, apprime facit Lixus fluvius. Is enim, quum sit μέγας ποταμὸς ἀπὸ τῆς Αἰθύνης ῥέων, inde a quo τὴν ἔρημην Hanno præternavigavit, assumptis qui ultiorum gentium linguam callerent interpretibus : quæri nusquam potest nisi ad confinia *Saharae* deserti, ubi nunc exit *Draa* vel *Acasse* fluvius, cursus longitudine reliquos qui sunt inde a freto

Gaditano, multum superans. Hucusque sunt fere sexies mille stadia, quæ ex vulgari computo efficiunt navigationis dies duodecim; et tot dies usque ad Lixum fluvium numerantur in Periplo Scylacis. Nec aliter Hanno statuerit. Itaque quum Solois prom. aperte sit *Cap Cantin*, quod a *Mamora* sive Thymiaterio distat 1800 fere stadia, hucusque computandi sunt navigationis dies 3 ½, vel potius dies 4, quoniam fractis numeris

in majoribus distantiis Noster non utitur. Altera quæ excidit distantia patet fuisse dierum quinque; nam a Carico muro ad *Tensift* fluvium ponendo usque ad Lixum sunt stadia 2000 (*). — Cernen insulam, qui ex ipso Hanno situm ejus definire studuerunt, ut Ramusius, D'Anvillius, Rennelius, Ukertus, Moversius, alii, in hodierna *Argouin* agnoscent, adeo ut *navigatio versus meridiem* pertineat usque ad *Cap Blanc*, unde, *ortum versus ora deflectente*, post 400 stadia *Argouin* insula occurrit. Itaque quum ad *Cap Blanc* ab *Acasse* fluvio sint circa 5700 stadia, pro *duobus diebus vulgaris* navigandi ratio postulat dies *duodecim*. Quin falsus sit numerus quem codex præbet, dubitari nequit; suspicari vero possis eum profectum esse ab ipso auctore versionis græcæ. Etenim Arrianus in Indicis c. 43 refert Hannonem orientem versus navigasse τὰς πάσας πέντε καὶ τριήκοντα χιλίας, deinde vero, quum in meridiem, i. e. in meridionalem Africæ excursionem, deflexisset, in magnas incidisse angustias ob aquæ penuriam et æstum et igneos torrentes. Jam facile intelligitur adornata hæc esse ad Eratosthenis de Libyæ figura opinionem, angulum vero quo occidentale et meridionale Libyæ latus dirimerentur, poni ad Ἐσπέρου χέρας; hucusque igitur pertinent dies isti 35, qui prorsus quadrant in dies 34 1/2, quos nos quoque usque ad Hesperi ceras computaremus, si sana esset vulgata. Aut igitur hanc jam reperit apud Eratosthenem Arrianus et Eratosthenes in *Ophelæ* periplo, aut apud Arrianum pro τριήκοντα scribendum est τετταράκοντα. Sive hoc sive illud statueris, Hanno a Lixo ad Cernen computasse debet dies duodecim. At nihilominus hæret dubitatio an revera Cerne Hannonis in hodierna insula *Argouin* querenda sit. Nam *Argouin* multo major est quam Cernen fuisse Hanno dicit; deinde multo longius *Argouin* a freto Gaditano distat quam Carthago, dum Hanno Cernen et Carthaginem eodem fere intervallo inde dissitas esse narrat; porro a Cerne usque ad montes silvosos (*Cap Vert*) computantur dies *duodecim*, quum distantia linea recta nonnisi 3600 stadiorum sit, adeo ut in singulos dies dinumeranda forent stadia 300, dum in antece. 500 stadia diurnæ navigationi attribuimus.

Sane quidem in iis quoque quæ post *Cap Vert* sequuntur, in singulos dies nonnisi 300-400 stadia computari possunt, ut recte monuit Rennelius, nec latet ejus rei causa; nam usque ad Lixum fluvium omnia nota erant, sequentes vero tractus nunc primum explorarunt; in illis igitur navigabant quam fieri poterat celerrime, in his de industria procedebant lentius. Cadit itaque lentior *navigatio etiam in tractum qui est a Lixo ad Cernen*, at non cadit in dies duodecim, qui esse dicuntur a Cerne ad montes silvosos; nam bis a Cerne insula Hanno profectus est; in prima expeditione exploravit fluvios *S. Jean et Senegal*, adeoque totam fere oram quæ est usque ad *Cap Vert*, non constat quo temporis spatio, lustravit; reversus deinde in Cernen insulam et mox alteram expeditionem, qua magis meridiem versus penetraret, suscipiens, *notam jam oram uno tenore præternavigavit usque ad Cap Vert*. Nulla igitur causa erat cur in hoc trajectu celeritatem cursus inhiberet. Quæ quum ita habeant, vide an ita potius statuendum sit. A Lixo solvens juxta ignotum litus explorator, trecenta fere singulis diebus stadia emetiens, duodecim dierum itinere pervenit usque ad promontorium, quod vocant *pointe Durnford*; quo circumflexo ingressus est angustum recessum qui boream et ortum versus per 250 stadia pertinens in intumo angulo habet ostium fluvii *Rio do Ouro* atque perparvam insulam quæ vocatur *Herne* (**). Hanc esse Cernen Hannonis ante omnia suadet nomen, deinde insulæ magnitudo, tum situs ἐν μυχῷ τιος κόλπῳ, tum quod eadem fere a freto Gaditano ad *Hernen* et Carthaginem sunt distantiæ; porro si ab hac insula profectus Hanno primum exploravit oram usque ad *Sénégal* fluvium, et deinde eandem denuo præternavigavit usque ad *Cap Vert*, in secundam hanc navigationem dierum duodecim bene cadit computus vulgaris, ex quo 500 stadia in diem numerantur; nam a *Herne* ad *Cap Vert* sunt fere 6000 stadia sive 12 × 500. Quæ omnia in Hannonis narrationem optime quadrant; quamquam fateor *Argouin* insulam eo sese commendare, quod ad commercia nectenda multo aptiore in loco posita sit.—Reliquam navigationis partem optime explicavit Rennelius, cuius rationes etiam eo

(*) Stadia in gradum geographicum computamus 600. Quod non monuissem, nisi etiam nunc passim occurrerent viri docti, varia olim stadiorum genera usu obtinuisse existimantes. V. Ukert Geogr. t. I, p. 67 sqq.

(**) Hoc nomen mihi exhibet tabula nautica quæ nuperrime prodit Parisiis: *Côte occidentale d'Afrique. Partie comprise entre le Cap Bojador et le fleuve de Sierra Leone. Dépôt général de la marine*, 1852. Uti ea, quo tempore annotationem scribam, nondum licuit. Quod doleo.

confirmantur, quod insula quæ ad Hesperi cornu sita, aliam insulam in λιμνοθαλάσσῃ complecti dicitur, manifesto est hodierna *Harang*. Denique quæ de ultimo hoc tractu narrantur fabulis similia, facili negotio ad veritatem revocari satis jam constat.

38. Superest ut paucis exponamus, quæ de regionibus et commerciis ab Hannone patefactis seriores scriptores acceperint, et quomodo Hannonis narratio variis commentis ansam dederit. Ac primum quidem Herodotus (IV, 196) narrat: Λέγουσι δὲ καὶ τάδε Καρχηδόνιοι εἶναι τῆς Αιτωλίας χώρους τε καὶ ἀνθρώπους ἔχω Ήρακλέων στηλέων κατοικημένους, ἐξ τούς ἐπεὰν ἀπίκωνται καὶ ἔξελωνται τὰ φορτία, θέντες αὐτὰ ἐπεξῆς περὰ τὴν κυματωγὴν, ἐσβάντες ἐξ τὰ πλοῖα τύφειν καπνόν· τοὺς δὲ ἐπιχωρίους ἰδομένους τὸν καπνὸν οἴναι ἐπὶ τὴν θαλασσαν καὶ ἐπειτεν ἀντὶ τῶν φορτίων χρυσὸν τιθέναι καὶ ἔξαναχωρέειν πρόσω πᾶν τῶν φορτίων. Τοὺς δὲ Καρχηδόνιους ἐκθάντας σκέπτεσθαι, καὶ ἡγούμενοι ἀπαλλάσσονται, ἢν δὲ μὴ ἄξιοι, ἐσβάντες ὅπισσα ἐξ τὰ πλοῖα κατέταται, οἱ δὲ προσελθόντες ἀλλον πρός οὗν ἔθηκαν χρυσὸν, ἐς οὗ ἀν πελθωσι. Ἀδικέειν δὲ οὐδετέρους· οὔτε γάρ αὐτοὺς τοῦ χρυσοῦ ἀπτεσθαι πρὶν ἀν σφι ἀπισωθῆν τῇ ἀξίᾳ τῶν φορτίων, οὔτε ἐκείνους τῶν φορτίων ἀπτεσθαι πρότερον ἢ αὐτοὶ τὸ χρυσὸν λάθωσι. Patet hæc auri commercia pertinere ad regiones quæ a meridie sunt magni deserti; rationem vero quam Herodotus describit, etiam recentioribus temporibus obtinere viatores testantur (*).

39. Idem Herodotus IV, 195: Κατὰ τούτους δὲ (τοὺς Γύζαντας) λέγουσι Καρχηδόνιοι κέεσθαι νῆσον τῇ οὖνομα εἶναι Κύραυνιν, μῆκος μὲν διηκοσίων σταδίων, πλάτος δὲ στειγὴν, διαβαθτὸν ἐκ τῆς ἡπείρου, ἐλατιέων τε μεστὴν καὶ ἀμπέλων λίμνην δὲ ἐν αὐτῇ εἶναι, ἐκ τῆς αἱ παρθένους τῶν ἐπιχωρίων πτεροῖσι δρνίθων κεχριμένους πίσσῃ ἐξ τῆς ίλυος φῆγμα ἀναφέρουσι χρυσοῦ. In quibus Cyraunia insulam plurimi (ut Rennel, Mannert, alii) dici censem Syrtidis insulam Cercinam vel Cercinitin, alii vero Cernen Hannonis indicari putant, ut Castiglioni a Bæhrio ad Herodotum l. l. laudatus, Niebuhrus (*Kleine Schriften* I, p. 148), Moversius (in *Ersch u. Gruber* tom. 24 p. 366). Certum est insulæ de-

scriptionem neque in Cercinam neque in Cernen Hannoneam cadere, quod vero de auro et puelis aurilegis narratur, referri non posse nisi ad Libyæ meridionalis regiones auriferas, ubi Mungo Park in Itin. p. 270 sqq. testatur *feminas* in arena et luto fluviorum aurum colligere et collecta grana in *pennarum alveolis* reponere. Ceterum in ipsa insula aurum colligi parum probabile est; subindicari potius insula videtur, ex qua Carthaginenses cum continentis aurilegis agere solerent. Fieri potest ut hæc sit Cerne Hannonis; attamen quum neque nomen neque cetera satis convenient, nescio an aptius conferam mythologica Diodori (III, 54). Is enim prope Hesperi ceras novit Κεραύνια δρη, et juxta hanc regionem ponit Hesperiam Amazonum insulam satis magnam ac frugibus gemmisque divitem; Hanno vero ad Hesperi cornu memorat νῆσον μεγάλην καὶ ἐν τῇ νήσῳ λίμνην θαλασσώδην (§ 14); ut hanc esse Κύραυνιν Herodoti duxerim (**). Ut ut est, quum præterea de isto auri commercio, quod præ ceteris huic allexisse Carthaginenses consentaneum, nihil ad nos transpiraverit, vides quam sedulo Pœni arcana sua custodierint.

40. Post Herodotum ex temporum ordine memorandus videatur Scylax, cuius periplus scriptus est paucis annis ante regnum Alexandri Magni. Attamen quæ in Scylacis periplo § 112 p. 91 sqq. de Libyæ oceano leguntur, postea demum aliunde annexa esse ex toto narrationis habitu colligitur; quibus adde auctorem hujus capitinis duos adhibuisse fontes et inepte miscuisse (v. not. p. 91). Ac posteriorem ætatem etiam geographicæ narratoriæ ratio subindicat. Etenim Libycam oram non novit scriptor nisi usque ad Lixum flumen et initium deserti. Cum ultimo autem oræ notæ termino componit etiam Cernen, ultimam quam noverat insulam, duodecim dierum navigatione a freto distantem, ultra quam mare brevibus et cœno obstruitur. Verum ut de situ insulæ parum accurata vel accepit vel finxit, sic de mercatura, quam in Cerne insula exercerent Carthaginenses, satis multa habet quæ alius nemo tradit; auri tamen commercium non memorat. Notandum etiam Cernen, quam colonis

(*) V. *Di Marco Polo e degli altri viaggiatori Veneziani più illustri del P. Ab. D. Placido Zurla. Venet. 1818 p. 126 sq.; Shaw Reise I, p. 393; John Wiede Reise in die Berberei tom. II, p. 143. Höst Nachrichten von Fes u. Marokko p. 279. Allgemeine Historie der Reisen I, II, p. 76, citante Moversio. Adde quæ collegit Bæhr ad Herodot. I. I.*

(**) Apollonius Mir. c. 15 hæc habet: Σχύμνος δὲ ὁ Χίος τῶν Βρεττανικῶν νῆσον λέγει σταδίους εἶναι τετρακοσίων τὸ περίμετρον, γίγνεσθαι δὲ ἐν αὐτῇ τὰ γεννιμάτα ἀπύργα, οἷον τὰς ἀλαίας πυρῆνας μὴ ἔχειν μηδὲ βότρους γίγαρτον μηδὲ τὰ ἐμψερή τούτοις. In his nescio an leg. sit τὴν Κεραύνιαν. Certe quadrant quæ de hujus insulae ambitu Herodotus, de feritate Diodorus produnt.

Hanno frequentasse narratur, tum temporis desertam fuisse, siquidem Scylax tentoria solummodo ab adventantibus nautis in insula figi perhibet (*).

41. Ab his quae Herodotus et Scylax a nautis vel mercatoribus acceperant, ad ea me converto quae ex ipso quidem Hannonis periplo ducta, sed ad opiniones Gracorum geographorum accommodata sunt. Nimurum Libyæ latus occidentale Græci a borea meridiem versus ita statuebant extendi, ut paullatim versus ortum defleceret in latus meridionale, quod in parallelo regionis aromatiferæ recta fere linea ab ortu ad occasum tenderet. Ad hanc Libyæ figuram transtulerunt iter Hannonis. Itaque quum dierum 51 navigatio ex communi computo stadia 25500 (51×500) efficeret, Libyæ meridionalis partem longe majorem Carthaginenses circumnavigasse videri debuerunt, siquidem boreali lateri 28000 fere stadia cum Eratosthene aliisque tribueris; sin hoc minus longum esse censeretur, ut censuisse Herodotus videtur, vel si quis majorem stadiorum numerum in dies illos 51 computaret, usque ad Arabiam penetrasse classem Hannonis credi poterat. His ex opinionibus pendent quæ de Hanneone passim produntur :

Plinius V, 1, 1 : *Fuere et Hannonis ducis commentarii, Punicis rebus florentissimis explorare ambitum Africæ jussi.*

Mela III, 9 : *Hanno Carthaginensis exploratum missus a suis, quum per Oceani ostium exisset, magnam partem ejus circumvectus, non se mari, sed commeatu defecisse memoratu retulerat.*

Arrianus Ind. c. 43, 11 : *Ἄννον δὲ ὁ Λίβιος ἐκ Καρχηδόνος ὅρμηθεὶς ὑπὲρ μὲν Ἡράκλεας στήλας ἔξπλωσεν ἐξ οὗ τὸν πόντον ἐν ἀριστερῇ τὴν Λιβύην γῆν ἔχων· καὶ ἐστε μὲν πρὸς ἀνίσχοντα φίλον διπλοῦς αὐτῷ ἐγένετο τὰς πάσας πέντε καὶ τριήκοντα ἡμέρας· ὃς δὲ δὴ ἐς μεσημέριην ἔξετράπετο, πολλῆσιν ἀμφικανίσιν ἐνετύγχανεν θάστος τε ἀπορίῃ καὶ καύματι ἐπιφέργοντι καὶ δύσῃ πυρὸς ἐς τὸν πόντον ἐμβάλλουσι.*

Plinius II, 67 : *Hanno Carthaginis potentia flo-*

rente circumvectus a Gadibus ad finem Arabia navigationem eam prodidit scripto.

Martianus Capella De nupt. ph. VII, de rotund. terræ p. 201 : *Hanno dum Punicum floret imperium, Mauritaniae circuitu ac dehinc meridiani flexu excursu in Arabiæ terminos prolixa admodum navigatione pervenit.*

Porro quum navigatio Hannonis desinat in *Noti ceras sinum*, eodem autem nomine antiquiores geographi Alexandrini ultimum Libyæ orientalis promontorium designent : proclivis est conjectura nomen illud ex Hanneone desumptum et in promontorium translatum esse, vel certe duorum locorum nomina quum eadem essent, nonnullis visa esse ad eundem etiam locum pertinere (Cf. Mannert X, 1, p. 76, 2, p. 502). Promontorium vero e sinu tanto facilius evadere potuit, quum de montibus potius quam de fluviis et sinibus vox *χέρας* usurpetur. Similiter alter Hannonis sinus, *Ἐσπέρου χέρας*, in promontorium abiit, quod primum quidem eodem in loco posuerunt quo Hanneone sinum posuit, quattridui navigatione a Theō ochemate distantem (sic Plinius VI, 35); postea autem nomen illud ad verum promontorium, ad hoc. *Cap Vert*, omnium maxime versus occasum procurrens ac situ suo et figura huic nominis aptissimum, transtulerunt (sic Plin. VI, 36 et laudato Polybio, V, 1 et Ptolemæus). Fieri hoc tunc demum potuit quum alia hujus oræ descriptiones suppeterent, quibus inter ceteros usi sunt Polybius et Ptolemæus. Verba Plinii, quæ huc pertinent, quum simul alia nobis examinanda praebant, adscribere licet.

I. Plinius VI, 36, postquam de Cerne insula varias sententias adduxerat et inter alia dixerat : *Polybius in extrema Mauritania contra montem Atlantem a terra stadia octo abesse prodidit Cernen, pergit : Traditur et alia insula contra montem Atlantem, et ipsa Atlantis appellata. Ab ea quinque dierum navigatione solitudines ad Aethiopes Hesperios et promontorium quod vocavimus Hesperion ceras, inde primum circumagente se ter-*

(*) Quum Scylax p. 94,3 prodat Phœnices in Cernen appellenentes τοὺς γαύλους sive naves onerarias ibi sistere, Dicuil autem c. 7, 1, 4 ita habeat : *Gaulea (Gaudæ v. l.) insula in australi Oceano occidentalis Aethiopizæ, cuius vocabulum Isidorus in VIII libro Etymologiarum ostendit*: Letronnius (Rech. sur Dicuil, p. 128) censem Gaulam istam non aliam dici quam Cernen, quam a γαύλος sic nominassent; idemque nomen recurrere in altera Phœnicum insula, que *Gaulos* (hoc. *Gozzo*) vocetur. — At quæ vulgo Gaules dicuntur, apud Strabonem et in Diodori libris melioribus vocatur Γαῦλος; idque rectius fieri patet ex nomine arabico *Gauzech* (v. Movers. Phœn. II, p. 360), nec non e tertia *Gaufo* vel *Gaude* quam prope Cretam Phœnices insederant (v. not. ad Stad. p. 508). Similiter apud Diculm lectione *Gaudea* rectius habet quam *Gaulea*. Apud Isidorum p. 121 codices nostri habent *Gauloen* et *Gauleon*, quod ortum videtur ex diversa lectione *Gaulen* et *Gaudon*. Ceterum quæ fuerit insula, nescio.

rarum fronte in occasum ac mare Atlanticum.
II. Idem V, 35 : *Sita est Æthiopia ab oriente hiberno ad occidentem hibernum. Meridiano cardine silvæ ebeno maxime virent. A media ejus parte imminens mari mons excelsus æternis ardet ignibus, Theón ochema dictus Græcis, a quo navigatio quadridui ad promontorium, quod Hesperion ceras*

vocatur, confine Africæ juxta Æthiopes Hesperios.

III. Idem V, 1, ex Polybio : *Inde* (sc. a Theōn ochemate) ad promontorium Hesperium navigatio dierum ac noctium decem ; in medio eo spatio Atlan tem locavit, a ceteris omnibus in extremis Mauritaniae proditum.

Igitur locorum adornatio hæc est:

HANNO :	*Ορη δασέα.	Xάσμα.	*Εσπέρεου κέρας καὶ νῆσος.	Θεῶν ὅχημα.
			2 dies.	5 dies.
PLIN. II :			Hesperium prom.	Theōn ochema.
				4. dies.
PLIN. I :	Hesperion pr.		Atlas et Atlantis i.	
		5 dies.		
POLYB. III :	Hesperion pr.		Atlas.	Theōn ochema.
	5 dies et noct.	[Cerne ins. Polyb.]	5 dies et noct.	
		[Cyraunis Herodot.]		
		[Hesperia Diod.]		

In distantis Polybius a ceteris longius recedit, pro undecim Hannonis diebus computans decem dies noctesque. Videntur seriores quidam intervalla ultimorum horum locorum de industria auxisse, ut majori cum probabilitate Noti ceras ad orientalem Africæ finem referri posset. Deinde vero animadveritas eos, qui Hesperium promontorium ad montes silvosos sive *Cap Vert* referunt, in eum locum quo Hesperu ceras Hanno ponit, introducere montem Atlantem. Nam respondere Atlantis locum Hannoneo Hesperu cerati tum ex appositis colligis, tum inde liquet quod Hanno in eo sinu conspexit ignes nocturnos audivitque φωνὴν αὐλῶν, κυμβάλων τε χρι τυμπάνων πάταγον χαι χραυγήν, Plinius vero eadem in Atlante monte audiri narrat, nisi quod eum perperam in Mauritiam transponit (v. not. ad Hann. p. 11). Eundem Aethiopiæ Atlantem memorat Diodorus III, 53, montisque accolas Atlantios (*) vocat, quorum pars fuerint in Cerne regione Cernæi. Jacere ibi ad Tritonem fluvium dicit Hesperiam insulam cum Mene urbes sacra Aethiopum ichthyo-phagorum; ex hac insula Amazones profectas bello appetivisse Atlantios. Porro ex alio fonte Diodorus I. I. monet in Atlantiorum terra μυθολογεσθαι τὴν τῶν θεῶν γένεσιν, idque fusius expo-

nit III, 68 sq., ubi Ammonen ait Amaltheam virginem offendisse πλησίον τῶν Κεραυνίων καλουμένων ὅρῶν, eique imperium dedisse τοῦ σύνεγγυς τόπου παντὸς, ὃντος τῷ σχήματι παραπλήσιον κέρατι βοὸς, ἀφ' ἧς αἰτίας Ἐσπέρου κέρας προσαγορευθῆναι, deinde vero a domina dictum esse cornu Amaltheæ. Natum ibi ex virgine Bacchum ab Ammone Rheam metuente translatum esse in Nysam urbem in insula Tritonis fluvii positam. Posterioris fabulae initia quædam jam habes apud Herodotum (*). Atlantem vero montem quaque ratione ibi posuerint, nescio. Ansam inter alia dare potuit geographia Herodoti, cuius si verba premas, Atlas mons a Thébis nonnisi 50 dierum itinere vel 10000 fere stadia distabat, adeo ut in nostra hac regione collocandus foret. Præterea quum poetæ Atlantem componere solerent cum plagis *hesperiis*, nonnulli certius locum definituri Hannoneum Ἐσπέρου κέρας arripiuisse videntur. — Insulam vero quam ad Hesperu ceras Hanno ponit, a Diodoro Hesperiā, a Plinio de monte Atlantidem dictam, Herodotus *Cyraunis* vocat, ut supra monui. Neque alia est *Cerne* quam contra Atlantem ponit Polybius, sicut Cernen apud Atlantios memorat Diodorus. Plinius quidem VI, 36 e Polybio referit insulam in extrema Mauritania contra Atlantem

(*) *Balantes gentem habitare ad Rio Geba et Rio Grande* (ad quos pertinet Hannonis Κέρας; Ἐσπέρου), video in mappa hujus oræ nautica, quæ prodiit Parisiis.

(**) II, 146 : Νῦν δὲ Διόνυσον λέγουσι τὸν "Ελλήνες ὡς αὐτίκα γενόμενον.. Ζεὺς.. ἤνεικε εἰς Νῦσαν τὴν ὑπὲρ Αἰγύπτου ἐδύ-
σαν ἐν τῇ Αἴθιονίᾳ. Cf. III, 27, 111.

jacere; at nulla ibi est insula quæ intelligi cum probabilitatis aliqua specie possit; nam de *Fidal* insula vix 1800 stadia a freto Gaditano dissita, quæ Gosselino (*) est Cerne Hannonis, sanior nemo cogitabit; nec magis nos juvant terræ motus et inundationes quas Cernen, ut Platonis istam Atlantidem, absorpsisse quibusdam placuit. Immo Plinius verba illa: *in extrema Mauritania de suo penu oscitanter adjecit. Nam confudisse eum Mauritaniae et meridionalem Aethiopiae Atlantem supra jam vidimus; præterea ex reliqua hujus oræ descriptione patet diversa eum miscuisse festinanta compilatoria* (v. not. ad Hann. p. 7 extr.). Quodsi ipse Polybius de Cerne ad *Mauritaniae Atlantem* ponenda monuisset, quî sit ut alio loco Plinius miretur *Polybium Atlantem* in ultima *Aethiopia* collocare, quem ceteri omnes *Mauritaniae* assignarent? nonne tum scire debebat duos distinguere *Polybium Atlantes* (*)? Eandem ignorantiam et ἀχριστίν prodit, ubi Atlantidem Atlanti adjacere ait; nam etsi hunc Atlantem 5 dierum navigatione ab Hesperi cornu orientem versus distare retulisset, non tamen a monte *Mauritaniae* diversum facit.

Hæc igitur in aprico sunt. Minus liquet quomodo factum sit ut Cerne insula ad Atlantem sive ad Hannonem Hesperi cornu transferatur. An merus est error scriptoris, cuius ætate Cernen insulam dudum *Carthaginenses* deseruerant? An Cerne cum Cyrauni confunditur? Nescio an probabilius ratio offeratur. Etenim in Cyrauni quoque insula *Carthaginenses* commercia exercuisse scimus ex Herodoto; *Kέρυνη* autem nomen, Bocharto interprete, significat *habitationem multam*. Statui igitur potest nomen illud a Cerne Hanno-ne paullo post in longinquorem hanc stationem esse transductum. Ceterum quæ de Cernes situ Polybius accepit, eadem jam novisse debet auctor, quo usus est ad adornandam mythologicam suam geographiam Dionysius Scytorachion, ex quo sua Diodorus habet. Ac quum sic Cerne non ita longe a mari *Erythræo* abesse putari deberet, explicari quodammodo possunt quæ leguntur apud Plinium VI, 36, ubi, postquam in antecc. Eudoxum, Timostenem et Clitarchum laudaverat, ex uno altero de horum auctorum refert: *Con-*

*tra sinum Persicum Cerne nominatur insula aduersa Aethiopæ, cujus neque magnitudo neque intervallum a continente constat; Aethiopes tantum populos habere proditur. Idem ib.: Ephorus auctor est a Rubro mari navigantes in eam (Cernen sc.) non posse ultra columnas quasdem (ita appellantur parvæ insulee) provehi. Nimis hæc vaga quam ut accuriatorem topographiam admittant; Ptolemai autem sententia, ex qua Cerne Atlanti majori *Mauritaniae* objacet, quomodo orta sit facile jam intelligitur. Sicuti Plinius duo antiquorum scriptorum Atlantes in unum *Mauritanum* conflavit, sic Ptolemæus distinguit quidem, alterumque Atlantem minorem, alterum majorem dicit, sed utrumque vindicat *Mauritaniae*. Quod quidem præter Ptolemæum an alias ullus fecerit, nescio; nam Stephani Byz. verba: Ατλαντες, ζνος; Αιθυχόν. Ηρόδοτος δ'. Εστι χαλ τὸ θνομα ἀπὸ τῶν ὄρων, τῶν δύο Ατλαντων, num Ptolemæi sententiam, an scriptorum antiquiorum, spectent, non liquet. Quæ præterea de Cerne insula afferuntur, poeticae redolent licentiam. Sic Lycophron Cass. 16 in Cerne singit cubile Aurora, extremas terrarum plagas confundens, sicuti passim Indica et Aethiopica permutantur. Palæphatus in Incred. 33 narrat Perseum, pernavigato mari, quod a Gadibus usque ad Cernen pertinet (**) venisse ad Gorgones, filias Phorcyos Cernæi: Οἱ δὲ Κερναῖοι κατὰ γένος μέν εἰσι Αἴθιοπες, οἰκουστι δὲ νῆσον τὴν Κέρωνην ἔξοι οὖσαν τῶν Ηρακλεών στηλῶν, ἀροῦσι δὲ Λιθύην περὶ τὸν Ἀννωνα ποταμὸν κατὰ Καρυγγήνα, in quibus si revera fluvii mentio facta est, Ἀννων fuerit Χίον Scylacis. At probabilius Palæphati sententiam fuisse: ἀροῦσι δὲ Λιθύην, ὡς οἱ περὶ τὸν Ἀννωνα ιστοροῦσι, τὴν κατὰ Κ.*

42. Hactenus de geographicis. Transeo ad reliqua commenta, quibus Hannonis narratio ansam præbuit. In insula ad Hesperi cornu ignes noctu Carthaginenses conspexerant; apud Diodorum l. l. Hesperia habet magna πυρὸς ἐκφυσήσαται. In Theon ochemate flammæ micantes Hanno videbat; posteris inde fit mons ignivomus. Gorillæ, quæ in conspectum venerant, majorem partem erant feminæ; hinc alii fabulantur *feminas sine coitu marium sua sponte fecundas* (Mela III, 9), alii ζνος γυναικοκρατούμενον singentes, ex Asia hoc

ī (*) *Recherches sur la géogr.* tom. I, p. 77 sqq. — De mira ratione qua Gosselinus Hannonis navigationem adornavit, quum sapius viri docti iudicium inlerint, non est cur agatur denuo. Neque magis immoramus opinatiōibus eorum qui Cernen quæsiverunt in hod. *Madère vel Alegranza vel etiam in Madagascar.*

(**) Verba sunt: πετρέω τῆς Κέρυνης καὶ τῆς Γαλειρίων (Σαρβίων codi.). Διατάλεων τὰ περὶ τῆς ἑτέρας εἰς τὴν ἑτέραν, τὰς δρῆσαλμδυ λαμβάνει. Nihil his inest cur Cernen nonnulli putarent a Palæphato ad fretum Gaditanum poni.

transferunt Amazonum historiam, quæ ex Libya possea in Asiam transierint. Nomen Gorillarum et feritas cum Gorgonum fabula, in Syrticis regionibus nata, coaluerunt. Itaque Phorcys Palæphato est Æthiops Cernæus, qui inter Gorgones filias divisit insulas tres (quas post Cernen in Chremete fluvio Hanno memorat). Diodoro (III, 54) autem Gorgones sunt in continente gens bellicosa, Cernæis Atlantiis vicina et infesta; prælio victæ quum in saltuosa loca refugissent, silva incensa delere eas tentant, frustra tamen, Amazones. Utramque gentem postea Perseus et Hercules debellarunt. Xenophon Lampsacenus (ap. Plin. VI, 36) Gorgones collocavit in insulis quæ ab Hesperio promontorio (*Cap. Vert*) distant bidui vel, secundum Sebosum, unius diei navigatione. A freto Gaditano ad eas juxta oram, eodem Sebos teste, sunt dies 40 (37 usque ad *Cap. Vert* sec. Hannonem). — Denique regionum fertilitas vi- nique cultura fabulas evocavit, quæ de Amaltheæ cornu deque Baccho in Æthiopia nato et educato apud Diodorum leguntur.

43. Appendixis loco subjungamus quæ e Polybii periplo enotavit Plinius V, 1, § 8 :

*Scipione Æmiliano res in Africa gerente Polybius annalium conditor ab eo accepta classe scrutandi illius orbis gratia circumvectus prodidit a monte eo (Atlante) ad occasum versus saltus plenos feris, quas generat Africa, ad flumen Anatim (hod. *Ommerbia*) CCCCLXXXV. M. p.; ab eo Lixum (h. *Lukkos*) CCV. M. p. (*Agrippa Lixum a Gaditano freto CXII. M. p. abesse*), inde sinum qui vocatur *Saguti* (Emporicussinus Ptol. et Strab.); oppidum in promontorio *Mulelacha* (h. *Moula Bousellam* sive *Vieille Mamara*); flumina *Subur* (h. *Sbu*) et *Salat* (hod. *Bouragrag* ad urbem *Sla*) (*); portum *Rutubis* (*Rusibis* Ptol.; hod. *El Bridja*) a *Lixo* CCXIII. M. p.; inde promontorium *Solis* (*Solois* Hanno, *Scylax*; Ἡλίου ἄκρα Ptol. fort. e Polybio; *Cap. Cantin*); portum *Risadir* (i. e. *Râs Adir* promontorium montis *Adir* s. *Atlantis*; hod. port. *Agadir* sub prom. cognomine); *Gætulos Autoles*; flumen *Cosenum* (h. *Acasse*); gentes *Selatitos* et *Masatos*; flumen *Masathat* (hod. *Chibikah*?); flumen *Darat* (h. *Rio do Ouro*), in quo crocodilos gigni. Dein sinum DCXVI. M. p. (qui pertinet a *Cap Barbas* ad *Cap. Vert* sive*

ad *Hesperium* prom.) includi *montis Barce* (*Cap. ap. Ptol.*) *promontorio* (*Cap Barbas*) *excurrente in occasum*, quod appelletur *Surrentium* (*Arsinarium* ap. *Ptolem.*); postea flumen *Salsum* (*Stachir* Ptol., *R. S.-Jean*), ultra quod *Æthiopas Perrosos*, quorum a tergo *Pharusios*; *itis jungi mediterraneos Gætulos Daras*. At in ora *Æthiopas Daratitas*, flumen *Bambotum* (*Nia* Ptol.; *Senegal*) *crocodilis et hippopotamis* *refertum*. Ab eo montis *perpetuos usque ad eum quem Theón ochema* (h. *M. Sagres*) *dicemus*; *inde ad promontorium Hesperium* (h. *Cap. Vert*) *navigazione dierum ac noctium X*; *in medio eo spatio Atlantem locavit ceteris omnibus in extremis Mauritanice proditum*.

Igitur mensuræ in priori peripli parte ita habent

A freto ad <i>Lixum</i> (sec. <i>Agrippam</i>)	112 m.
Inde ad <i>Anatin</i>	205
Inde ad <i>Rutubin</i>	7
Inde ad <i>Atlantem</i> (<i>C. Noun</i>)	478
	802

Millia 802 (6416 stadia) pertinent usque ad initium deserti sive usque ad *Cap. Noun*, in quod ultima Atlantis iuga excurrunt (**). Longitudinem oræ desertæ enotare Plinius neglexit. Qui in hoc tractu memorantur fluvii *Masathat* et *Darat* *Ptolemæus* quoque memorat, *Massam* et *Daradum* vocans; sed perperam, ut videtur, *Massam* flumen post *Soloentem* (*C. Bojador*) promontorium collocat; nam nullum ibi flumen ante *Rio do Ouro* novimus. Hodie *num Cap. Bojador* a Polybio non memoratum esse vix credideris; omisit haud dubie Plinius, qui etiam *Hesperium* prom. (*C. Vert*) nonnisi extra ordinem in fine excerpti mentionem injecit. Mensura sinus magni, quem *Hesperium* *Ptolemæus* dicit, satis recte habet. Ulteriora nonnisi vagum in modum definitiuntur. Ipse Polybius num usque ad *Cap. Vert* an solummodo usque ad initium deserti penetrauerit, sciri jam nequit, quamquam hoc est verisimilius.

44. *Ptolemaeus* neque *Hannone* neque *Polybius* periplo se addixit. Quod *Soloentem* promontorium vocat Ἡλίου ἄκρα sive *Solis* pr., id quidem e Polybio fluxisse diceret, nisi cetera alios prorsus fontes arguerent. Distantiae lecorum parum accuratæ. Sic, ut in majoribus subsittam, a Subo

(*) Σάλτης vocatur apud Philostratum (V. Ap. V, c. 1 p. 94 Didot.), cui ulterior tractus jam est terra incognita et ζέδως Διέννη.

(**) Ipsilon litus prope *cap. Noun* abruptum et peraltum (« Falaises de 52 mètres de haut. » Mappa nauf.).

(h. *sous*) ad Nuum fl. (*Noun*) quum duo sint gradus, Ptolemæus septem habet; hinc vero ad Hesperium prom. pro tredecim gradibus numerat duodeviginti.

45. De editionibus Hannonis ita habet Klugius, l. l. p. 13: « Editiones et commentationes, in quibus græca aut latina translatio invenitur, haec sunt: Editio Princeps: Ἀρριανοῦ περίπλους Εὔξενου πόντου, τοῦ αὐτοῦ περίπλους τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Ἀννινος περίπλους Λιθύης. Πλουτάρχου περὶ ποταμῶν καὶ ὁρῶν. Ἐπιτομὴ τῶν τοῦ Στράβωνος γεωγραφικῶν. *Arriani et Hannonis periplus. Plutarchus de fluminibus et montibus. Strabonis epitome. Basileae anno MDXXXIII. 4. Titulo impressum est* Frobenii slgnm typographicum.

Hannonis Carthaginensium ducis navigatio, qua maximam Libycæ ore partem ultra columnas Herculis lustravit e Græco sermone in Latinum, Conrado Gesnero interprete, nunc primum conversa. Adjecta sunt etiam scholia. Tiguri excudebat Andreas Gesnerus F. Anno MDCIX. 8. 21. pagg. Invenitur plerunque haec latina versio libro adjuncta, cuius inscriptio est: Joannis Leonis Africani de totius Africæ descriptione libri IX, etc. His recens accedit Hannonis navigatio, etc. vid. supr. Tigur. per Andream Gesnerum. a. MDCIX.

Hannonis periplus, græce et latine, sub auspiciis I. Henr. Bœcleri, cum versione et animadversionibus Io. Iac. Muelleri. Argentor. 1661. 4. rec. in dissertationes Io. Henr. Bœcleri, Argentor. tom. II. 1710, 4. p. 1220 sqq.

Genuina Stephani Byzantini de urbibus et populis fragmenta. Abrahamus Berkelius latinem interpretationem adjecit. Accedit Hannonis regis Periplus, græce et latine. Lugd. in Batav. 1674. 12. (al. 8.)

Ἀννινος Καρχηδονίων βασιλέως περίπλους. Hannonis Carthaginensium regis periplus. Interpretate Conrado Gesnero; in: Io. Hudsoni Geographice veteris scriptoribus græcis minoribus, Vol. I. Oxon. 1698. 8. p. 173, ubi vero nova paginarum series incipit. Praemissa sunt Henrici Dodwelli dissertationes.

Antigüedad marítima de la Republica de Cartago. Con el Periplo de su General Hañon, traducido del Griego e ilustrado por D. Pedro Rodriguez Campomanes. En Madrid. 1756. 8. Prima parte continentur: Prologo y Discurso literario sobre

el Periplo de Hañon; et: Apología por el Viage de Hañon. Tunc sequitur: Discurso preliminar sobre la Marina, Navegacion, Comercio y Expediciones de la Republica de Cartago. Altera pars exhibet textum græcum cum versione hispana ad verbum expressa, ad quam accedit: Ilustración al Periplo de Hañon.

Hannonis Seereise, griechisch und deutsch mit Anmerkungen von Conrad Arnold Schmidt, in: Arrians Indische Merkwürdigkeiten und Hannonis Seereise. Braunschweig und Wolfenbüttel. 1764. 8.

Ἀννινος Καρχηδονίων βασιλέως περίπλους τῶν ὑπὲρ τὰς Ἡρακλεους στήλας Λιθύην τῆς γῆς μέρων κ. τ. λ. in: Bredows Untersuchungen über einzelne Gegenstände der alten Geographie, 2^a Stück, p. 93.

The voyage of Hanno, translated, and accompanied with the Greek text; explain'd from the accounts of modern travellors; defended against the objections of Mr. Dodwell and other writers, and illustrated by maps, etc.; by Thomas Falconer. London. 1797.

Συλλογῆς τῶν ἐν ἐπιτομῇ τοῖς πάλαι γεωγραφηθέντων τύποις ἐκδοθέντων, φιλοτιμῷ διαπάνῃ τῶν ἐξ Ἰωαννίνων φιλογενεστάτων ἀδελφῶν Σωτιμάδων, γάριν τῶν τῆς Ἑλληνικῆς παιδείας ἐφιεμένων Ἐλλήνων. Ἐν Βιένηῃ τῆς Αὐστρίας, ἐκ τῆς Σχραιμβλίκης τυπογραφίας. 1807. — In tom. I. p. 261 — 267 reperitur Hannonis periplus.

Hannonis periplus græce cum notis editus est a Leon. Hug in: Indice lecti, publ. in Univers. lit. Friburgensi habend. Friburgi. 1808. 4. 32 pagg.

Δικαιάρχου τοῦ Μεσσηνίου Ἀναγραφὴ καὶ βίος Ἐλάδος. Ἀννινος περίπλους Λιθύης. Νικηφόρου τοῦ Βλεμμίδου Γεωγραφία συνοπτική. Τοῦ αὐτοῦ ιστορία περὶ τῆς γῆς ἐν συνόψει. Cum Lucae Holstenii lucubrationibus ad priora duo opuscula. Accesserunt ad ceteros Geographiæ auctores Holstenii item notulae non antea editæ. Hæc omnia cura ac studio Gulielmi Manzi, bibliothecæ Barbarinæ Praefecti in lucem diemque proferuntur. Romæ. MDCCCXIX. Ex typographia Francisci Bourlié.

4. 104. pagg. c. — Editio, ad externam speciem splendida, alioquin nullius pretii et mendis scatens. Notulae Holstenii ad Hannonem et ceteros geographiæ scriptores, neque criticis neque interpretibus multum afferent utilitatis.

Geographi Græci minores. Hudsonianæ editio-

nis adnotaciones integras cum Dodwelli dissertationibus edidit, suasque et Variorum adjecit; tex-tum denuo recensuit et varias lectiones subjecit; versionem latinam recognovit; copiosissimis denique indicibus ac tabulis in ære incisis instruxit Joannes Franciscus Gail. Vol. I. continens Hannonis et Seylacis periplos. Parisiis. Rego Christianissimo annuentे, typis Regiis excu-sum. MDCCCXXVI. »

Αννωνος περίπλους. Hannonis navigatio. Textum critice recognovit et annotatione illustravit D. Fr. Guil. Kluge. Lipsiae, sumtibus Guilielmi Nauckii. 1829. — Mito versiones brevissimi nostri opusculi, quæ in recentiorum libris geographicis vel historicis passim exstant.

SCYLAX CARYANDENSIS.

46. Etatem qua periplus, cui Scylacis Caryandensis nomen præfigitur, compositus sit, per angustis limitibus circumscribere licet; at nequeunt cum ea conciliari quæ de Scylacis vel Scylacum temporibus habemus comperta. Itaque opusculum nostrum aut non noti aliunde Scylacis est, aut ψευδεπίγραφον. Illud placuit nonnullis; hoc verisimilium est, præsertim quum ea sit libellorum geographicorum indoles, ut alii omnino nullum præ se ferant auctorem, alii vero claris nominibus temere affingantur. — Jam quæ paucis modo diximus fusius exposituri, primum videamus quæ de variis Scylacibus apud veteres testimonia extant, deinde in peripli nostri rationes anquiramus.

TESTIMONIA.

1. Herodotus IV, 44, postquam de Libyæ circumnavigatione Neconis regis jussu a Phœnicibus instituta, deinde vero de simili Sataspis Persæ conatu dixit, subjicit hæc: Τῆς δὲ Ἄστιν τὸ πολλὰ ὑπὸ Δαρείου ἔξευρέθη, δις βουλόμενος Ἰνδὸν ποταμὸν, δις κροκοδείους δεύτερος οὗτος ποταμῶν πάντων παρέχεται, τοῦτον τὸν ποταμὸν εἰδέναι τῇ ἐς θαλάσσαν ἔχιδνον, πέμπει πλοίοισι ἄλλους τε τοῖς ἐπίστευε τὴν ἀλήθειαν ἔρεειν, καὶ δὴ καὶ Σκύλακα σὸνδρα Καρυανδέα. Οἱ δὲ ὅρμησθε τέ έκ Κασπατύρου τε πόλιος καὶ τῆς Πακτυκῆς γῆς ἔπλων κατὰ ποταμὸν πρὸς ἥδι τε καὶ ἡλίου ἀνατολὰς ἐς θαλάσσαν, διὰ θαλάσσης δὲ

πρὸς ἐσπέρην πλώοντες τριηκοστῷ μηνὶ ἀπικνέονται ἐς τοῦτον τὸν χῶρον, ὅθεν διαγυπτίων βασιλεὺς τὸν Φοίνικας, τὸν πρότερον εἶπα, ἀπέστειλε περιπλωτεῖν. Μετὰ δὲ τούτους περιπλώσαντας, Ἰνδούς τε κατεστρέψατο Δαρεῖος καὶ τῇ θαλάσσῃ ταύτῃ ἔχριστο. Οὕτω καὶ τῆς Ἄστιν, πλὴν τὰ πρὸς ἡλιον ἀνισχοντα, τὰ ἄλλα ἀνέρηται διμοῖς παρεχομένη τῇ Λιβύῃ.

2. Scholion, quod periplus nostro præmittitur: Σκύλακ δι Καρυανδέας ἀρχαιότατος μέν ἐστιν ἀνήρ· τῶν δὲ πλείστων ἔτι μερῶν τῆς καθ' ἡμᾶς ὀικουμένης καὶ τῆς ἐνδὸν Ἡρακλείων στηλῶν θαλάσσης παρὰ (*) τῶν πολλῶν ἀγνοούμενων, περίπλουν τῆς οἰκουμένης ἀναγράψα προείλετο. Τὰ μὲν γάρ τῆς ἐψάς Ἀλέξανδρος δι Μαχεδῶν δῆλα τοῖς ἀνθρώποις πάντα κατέστησε· τὰ δὲ τῶν ἐσπερίων ἐθνῶν ή Ψωμαίων ἀνδρεία πολέμῳ τούτων κρατήσασα. Τῆς μὲν οὖν ἀκριβοῦς γνώσεως τῶν τόπων ἀπάντων διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας οὐκ ἰσχυτεν ἐφικέσθαι, μέρη δὲ πλείστα καλῶς καὶ ἀκολούθως περιέπλευσεν, ὥσπερ τὸν Ἰόνιον ἢ τοις Ἀδρίαν κόλπον, καὶ προσέτιγε τὴν Ἀττικὴν καὶ τὴν Πελοπόννησον πᾶσαν μετὰ τῶν ἐνοικούντων ἐθνῶν, ἔτι μὴν ἐπερ πάρη τῆς θαλάσσης καὶ τῶν προσοικούντων αὐτῇ σαρῶς παραστῆσας. Δοκεῖ δέ πως καὶ αὐτὸς τῆς ἀγνοίας τῶν πλείστων τόπων τὴν βραχυλογίαν ὕσπερ ἀπολογίαν τινὰ πεποιῆσθαι, δι' διλύγον σφόδρα χωρίων τὰ πλεῖστα τοὺς ἐντυγχάνοντας ἢ ἀναζητεῖν ἢ εἰδέναι βουλόμενος. Τῆς δὲ ἀρχαιότητος τοῦ ἀνδρὸς ἐναργὲς γνώρισμα τὸ μήτε Ἀλέξανδρον εἰδέναι τῶν Μαχεδῶν ριστέλαια μήτε [τινὰ] τῶν διλύγον ἔμπροσθεν ἔκεινον χρόνου· ὥστε οὐκ τις ἀμάρτιοι θαύματος ἔξινον ἡγούμενος τὸν ἀνδρα τῶν πλείστων ἐφικέσθαι δυνηθέντα. Αἴλιος Δῖος ἐν τῷ περὶ Ἀλέξανδρίας βιβλίῳ πρώτῳ φησίν, διτὶ Δαρείῳ προσεφώνησε Σκύλακ δὲ φρόντισμα.

3. Strab. XIV, p. 658: Εἴτ' εὐθὺς δι Μύνδος, λιμένα ἔχουσα, καὶ μετὰ ταύτην Βαργύλια, καὶ αὖτη πόλις· ἐν δὲ τῷ μεταξὺ Καρύανδα λιμὴν καὶ νῆσος δημόσιμος τούτῳ, ἢν ψάκουν Καρυανδεῖς· ἐντεῦθεν δὲ ἦν καὶ Σκύλακ δι παλαιὸς συγγραφέντες.

4. Stephan. Byz. v. Καρύανδα: Καρύανδα πόλις καὶ λίμνη δημόσιμος πλησίον Μύνδου καὶ Κῶ. Ἐκαταίος Καρύανδαν αὐτήν φησι. Τὸ διθυράκιον Καρυανδεῖς, ὧς Ἀλαβανδεῖς. Ἐντεῦθεν δὲ Σκύλακ δι παλαιὸς λογογράφος.

5. Marcianus Heracl. Menippi peripl. § 2: Οἱ μὲν μερῶν τινων, οἱ δὲ τῆς ἐντὸς πάσης θαλάσ-

(*) παρὰ] πέρα cod.; em. Letronne. Deinde ἀγνοούμενων cod.; em. apogr. Val. — περίπλους τῆς οἰκ. apogr. Vat. — κρατήσασα] κρατήσας cod.; em. ap. Vat. — μὴν] μὲν ap. Vat. — προσοικούντων cod.; em. ap. Vat. — ἢ ἀναζητεῖν ἢ εἰδέναι] ἢ δύμα ζητεῖν (ἀμαζητεῖν, sic, Vat.) τινὶ εἰδέναι cod. — μήτε τινα vel μή τε τι τῶν] μήτε τὸν διλύγον cod.; fort. tamen erat μήτε τὸν . χρόνον Post ἑκατόν editores addunt articulum τοῦ, πράter necessitatē. — Αἴλιος Δῖος] Αἴλιος Δῖος cod. et apogr.; Αἴλιος Διονύσιος perperam edit. Vide Fr. Hist. tom. IV, p. 397.

στις, οἱ δὲ τῆς ἔκτὸς περίπλουν ἀναγράψαντες· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Σχύλαξ ὁ Καρυανδεὺς καὶ Βωτίσιος· οὗτοι δὲ ἔκτεροι διὰ τῶν ἡμερησίων πλῶν, οὐ διὰ τῶν σταδίων τὰ διαστήματα τῆς θαλάσσης ἐδήλωσαν.

6. Avienus Ora marit. 40 :

*Multa rerum junximus
ex plurimorum sumpta commentariis.
Hecatæus istic quippe erit Milesius.
Hellanicusque Lesbius, Phileus quoque
Atheniensis, Caryandæus Scylax,
Pausimachus inde, prisca quem genuit Samos,
quon et Damastes nobili natus Sige.*

7. Suidas : Σχύλαξ Καρυανδεὺς (πόλις δέ ἐστι τῆς Καρίας πλησίον Ἀλικαρνασσοῦ τὰ Καρύανδα), μαθηματικὸς καὶ μουσικός. Περίπλουν τῶν ἔκτὸς τῶν Ἡρακλέους στηλῶν τὰ κατὰ τὸν Ἡρακλείδη τὸν Μυλασῶν βρισκεῖται γῆς περίοδον ἀντιγραφὴν πρὸς τὴν Πολιυδίου ἱστορίαν.

8. Cicero De divin. II, 42 : *Scylax Halicarnassenus, familiaris Panætii, excellens in astrologia, idemque in regenda sua civitate princeps, totum hoc Chaldaicum prædicendi genus repudiavit.*

Præter Scylaces, quibus in literis nomen erat, novimus ex Herodoto (V, 33) Scylacem, Aristagoræ Milesii familiarem, qui navi Myndiae præfectus in expeditione contra Naxios destinata, quum navis custodiam negligentius egisset, et propter id a Megabate vincitus et contumeliose habitus esset, causa exstitit dissidii inter Megabatem et Aristagoram orti, ex quo natum est bellum Ionicum. Alius Scylax in inscriptione Tenia apud Boeckh. C. I. I, N. 203, et Scylax lapidarius ap. Bracci *Memorie* tab. 101 sqq.

FRAGMENTA LIBRI DE INDIA, DIALECTO IONICA SCRIPTI.

1. Aristoteles Polit. VII, 13, 1 : Εἰ μὲν τοίνυν εἴησαν τοσοῦτον διαφέροντες ἄτεροι τῶν ἀλλῶν (sc. οἱ ἀρχοντες τῶν ἀρχομένων) δυον τοὺς θεοὺς καὶ τοὺς θρησκείας ἡγούμενα τῶν ἀνθρώπων διαφέρειν, εὐθὺς πρῶτον κατὰ τὸ σῆμα πολλὴν ἔχοντας ὑπερβολὴν, εἶτα κατὰ τὴν ψυχὴν, ὥστε ἀναμφίσθητο εἶναι καὶ φανερὸν τὴν ἐπεροχὴν τοῖς ἀρχομένοις τὴν τῶν ἀρχόντων, δῆλον δι τοὺς αὐτοὺς τοὺς μὲν ἀργεῖν τοὺς δ' ἀργεῖνται καθάπτας. Ἐπει δὲ τοῦτον δέ τοῖς λαθεῖν, οὐδὲ ἔστιν, ὅπερ ἐν Ἰνδοῖς φῆσθαι Σχύλαξ εἶναι, τοὺς βασιλέας τοσοῦτον διαφέροντας τῶν ἀρχομένων, φανερὸν δι τοὺς πολλὰς αἰτίας ἀναγκαῖον πάντας δημοίων κοινωνεῖν τοῦ κατὰ μέρος ἀργεῖν καὶ ἀργεῖσθαι.

2. Athenæus II, p. 70, C, de locis ubi cynara

planta proveniat, primum laudat Hecatæum Milesium ἐν Ἀσίᾳ; περιηγήσεις (εἰ γνήσιον τοῦ συγγραφέως τὸ βιβλίον· Καλλίμαχος γάρ Νησιώτου αὐτὸν ἀναγράφει), εκ εαυτες præter alia resert : καὶ περὶ τὸν Ἰνδὸν δέ φησι ποταμὸν γίνεσθαι τὴν χυνάραν. Deinde pergit : καὶ Σχύλαξ δὲ ἡ Πολέμων γράφει « εἶναι μὲν τὴν γῆν ὑδρηλὴν κρήνησι καὶ δύετοισιν, ἐνδὲ τοῦτος οὔρεσι πέφυκε χυνάρα καὶ βοτάνη ἀλληλ. » Καὶ ἐν τοῖς ἔξης : « Ἐντεῦθεν δὲ δρός παρέτεινε τοῦ ποταμοῦ τοῦ Ἰνδοῦ ἐνθεν καὶ ἐνθεν, ὑψηλόν τε καὶ δασὺ ἀγρίη ἔλη καὶ ἀκάνθῃ χυνάρᾳ. »

Harpocratio : « Υπὸ γῆν οἰκοῦντες. Ἀντιφῶν ἐν τῷ Περὶ διμονολας. Λέγοι ἀν τοὺς ὑπὸ Σχύλαχος ἐν τῷ Περίπλῳ λεγομένους Τριωγλοδύτας καὶ τοὺς ὑπὸ Ήσίοδου ἐν γ' Καταλόγου Κατουδαίους δυναμαζομένους. »

4. Philostratus Vit. Apollon. III. 47, ubi Iarchas narrat : τοὺς Πυγμαίους οἰκεῖν μὲν ὑπογέοις, κατεῖσθαι δὲ ὑπὲρ τὸν Γάγγην, ζῶντας τρόπον, δι πᾶσιν εἰρηταί. Σκιάποδας δὲ ἀνθρώπους ἡ Μακροκεφάλους ἡ δόπτα Σχύλαχος ξυγγραφαῖ περὶ τούτων ἔδουσιν, οὕτως ἄλλοσι ποι βιοτείνειν τῆς γῆς οὔτε μὴν ἐν Ἰνδοῖς.

5. Tzetzes Hist. VII, v. 629 :

Καρυανδεύς Σχύλαχος ὑπάρχει τι βιβλίον περὶ τὴν Ἰνδικὴν γράφον ἀνθρώπους περιχέναι, οὗσπερ φασὶ Σκιάποδας καὶ γε τοὺς Ὀτολίκνους· ὃν αἱ Σκιάποδες πλατεῖς ἔχουσιν ἄγαν πόδας, καιρῷ τῆς μεσημέριας δὲ πρὸς γῆν καταπεσόντες, τοὺς πόδας ἀνατείναντες σκιέντες αὐτοῖς ποιοῦσι· μεγάλα δ' οἱ Ὀτολίκνοι τὰ ὥτα κεκτημένοι δημοίων σκέπουσιν αὐτοὺς τρόπῳ τῶν σκιαδείων. « Ο Σχύλεξ οὗτος γράφει δὲ καὶ ἔτερα μυρία περὶ γε Μονοφθάλμων τε καὶ τῶν Ἐνωτοκούτων καὶ ἔκτραπελῶν ἄλλων δὲ μυρίων θεαμάτων. Ταῦτα φησι δ' ὡς ἀλλοθῆ, μηδὲ τῶν ἐψευσμένων· ἐγὼ τῇ ἀπειρίᾳ δὲ ταῦτα ψευδῆ νομίζω. »

FRAGMENTA PERIPLI MARIS INTERNI.

1. Strabo XII, p. 566 : « Οτι δὴ κατοικία Μυσῶν ἡ Βιβλινία πρῶτον μαρτυρήσει Σχύλαξ δὲ Καρυανδεὺς, φῆσας περιοικεῖν τὴν Ἀσκανίαν λίμνην Φρύγης καὶ Μυσῶν· ἐπειτα Διονύσιος δὲ τὰς Κτίσεις συγγράψας κτλ. »

2. Schol. Apoll. Rhod. I, 1177, de Cio : « Εστι δὲ πόλις Μυσίας... Καὶ ποταμὸς δέ ἐστιν οὕτως δυναμένος, τὴν Μυσίαν περιρρέων, δι μνημονεύει Σχύλαξ δὲ Καρυανδεὺς. »

3. Strabo XIII, p. 583, Eudoxi, Dainastis, Charonis, Scylacis et Ephiori sententias de Troadis

limite septentrionali recensens, de Scylace ait : Σκύλαξ δὲ ὁ Καρυανθεὺς ἀπὸ Ἀθύδου ἀρχεται. Ὄμοιως δὲ τὴν Αἰολίδα Ἐφορος μὲν λέγει ἀπὸ Ἀθύδου μέχρι Κύμης.

4. Schol. Apoll. Rhod. IV, 1215 : Τοὺς Νεστάλους Σκύλαξ φησὶν ἔθνος Ἰλλυρικόν. Ἀπὸ τούτων περίπλους ἐστὶν εἰς τὸν [Μάνιον] κόλπον.

5. Avienus, Ora marit. 370 :

*Sed ad columnas quidquid interfunditur
undæ extuantis, stadia septem vix ait
Damastes esse. Caryandæus Scylax
medium fluentum inter columnas adserit
tantum patere, quantus estus Bosporo est.*

Cf. Constantin. Porphyr. De them. I, 2 : Τὸ θέμα τὸ καλούμενον Ἀρμενιακὸν οὐ κύριον ἔχει τὸ σομα, οὐδὲ ἀρχαῖα τίς ἐστιν ἡ τούτου προσηγορία... οὔτε γὰρ Στράβων τῆς τοιαύτης ὀνομασίας ἐμνήσθη,... οὔτε Μένιππος δὲ τὸν σταδιασμὸν τῆς ὅλης κατοικουμένης ἀπογραφάμενος, οὔτε μὴν Σκύλαξ δὲ Καρυανθύνος, οὔτε Παυσανίας οὔτε ἄλλος τις τῶν ιστορίας γεγραφότων.

47. In appositis testimoniis Scylaces scriptores distinguendi sunt vel tres vel duo duntaxat, quorum primus est διπλανὸς λογογράφος, alter contra Polybium scripsit, tertius a Cicerone laudatur, quamquam facile fieri potest ut hic non diversus sit ab eo quem secundo loco posui.

Horum igitur antiquissimus Scylax Caryandensis ab Herodoto nominatim effertur inter eos quos Darius Hystaspis e Caspapyro Paetycæ regionis urbe (*) emisit ad explorandum ubinam Indus in mare efflueret. Navigationem eam literis mandatam esse pro more suo non tradit; at extitisse de rebus Indicis Scylacis opus (βιβλίον Tzetzes, περίπλουν Harpocration vocat), dialecto ionica

scriptum, ex Aristotele, Polemone sive Athenaeo, Philostrato, Harpocratione et Tzetze modo vidi mus. Porro auctorem in eo narrasse quæ ipse in Indo navigans viderat, colligas e verbis : ἐντεῦθεν δὲ ὅρος παρέτεινε, pro quibus aliis quivis dixisset ἐντεῦθεν δὲ ὅρος παρατείνει. Ne putemus serioris ævi hominem nomen Scylacis mentitum esse, eo impeditum, quod librum illum tractavit Aristoteles, cuius ætate illud fraudis genus in edendis libriss prosaicis nondum invaluit, certe nullum ejus novimus exemplum. Si quid falsi de Scylace proditum est, id quæras in Herodoto vix credibilia narranti. Nam quum Darius jussisset ut Indi cursus ad mare usque exploraretur, adeoque navigationem in fluvio se continuisse putares, Scylax in mare egressus Indiæ, Gedrosiæ, Carnaniiæ, Arabiæ oram legisse dicitur usque in intimum sinum Arabicum, ex quo Neconis jussu Phœnices, qui Africam circumnavigarunt, profecti erant. Conjunctione harum expeditionum, quibus maritima ab Indo ad Gades patefacta sint, artificium sapit cum illo comparandum, quo τῶν διαδοχῶν scriptores per continuam magistrorum discipulorumque seriem, neglecta saepè narrationis fide, philosophicæ doctrinæ historiam texere solent. Utriusque expeditionis fides est eadem. Non nescio nonnullos, quum potuerit Libya circumnavigari, reapse circumnavigatam esse, quoniam sic Herodotus accepit, sibi persuasisse (**) : idem vero scio neque Herodotum præter famam istam accepisse aliquid, quo de Libya meridionali accuratius edoceretur, neque geographos Alexandrinos; qui si certius quipiam de ea re in annalibus Ægyptiorum traditum esset, negligere id omnino non potuere, neque Posidonius, quum similem Eudoxi Cnidii navigationem cre-

(*) Pro Κασπάτυρος leg. esse Κασπάπυρος, uti ex Hecataeo scribit Stephanus Byzantius, monent viri docti. Est hodierna Kaçmir sive Cachmir. Regionem Kaçmira sec. Indorum fabulas creavit Brahme nepos Kaçjapa. Urbs Kaçjapæ indece dicenda erat Kaçjapapura; hinc ortum Graecorum Κασπάπυρος, ut cum Wilsono (As. Res. XV, p. 117) censem Lassen Ind. Alterth. I, p. 42 not. et Ritterus III, p. 1087. Apud postiores scriptores habes contractas formas Κασπηρία, Κασπερία (Ptol. VII, 1) et Κασπεῖοι (Dionys. in Bassaricis ap. St. B.). — Πακτύνες sunt nomine tenus hodierni Afghanes, qui se ipsi vocant Pashtun et Pakhtun (v. Lassen. I, p. 432); habitant in orientali et boreali Indiæ tructu, ab oriente Sagartiorum (Herod. VII, 85), contermini eorum qui ad aurum in deserto conquirendum proficiunt et a septentione reliquorum Indorum sedes habere traduntur (Herod. III, 102). Regionem altam incolentes Pactyes in Xerxis exercitu pellibus amicti, σισυροφόροι, apparent (VII, 67). Scythia vicina regio est apud Hecataeum : Κασπάπυρος, Γανδαρικὴ πόλις, Σκυθῶν ἀκτὴ, in quibus verba Γανδαρικὴ πόλις olim plurimos vexarunt, Gandaros Plini et Pomponii Melæ perperam confundentes cum Gandaris Hecataei, Εὐετ Ινδικῷ, quam gentem (Gandhar indice) per totam Pendjab regionem sparsim habitasse ex indicis libris docuit Lassenius. De pentapot. p. 105. Cf. Ritter III, p. 1087. Ceterum de Caspapyro cum Caçmira componenda propterea nonnulli dubitunt, quod Herodotus Indum ab occasu versus orientem fluere dicat; eoque indicari putarunt Scylacem Caboul per Cophemem fluvium in Indum innavigasse. De his ita Lassen I, 1, 1, p. 433 : « Der Anstoss, welchen man in der Angabe des Herodotos daran gefunden, dass Scylax nach Morgen bis ins Meer gefahren, ist in Wahrheit etwas einfältig. Er dachte sich ja die Inder als das äusserste Volk gegen Osten und daher den Fluss nach Osten laufend; so denkt er sich den Istrom von Norden nach Süden fließend. Es ist sein System, nicht der Bericht des Scylax, dem die Angabe gehört. » Eodem modo Ritterus.

(**) Variorum sententias collegit Bähr in excursu ad Herod. IV, 42, tom. I, p. 667 sqq. et Ukert Geogr. I, p. 45 sq. c.

deret, adeoque etiam gemellam illam Phoenicum per se non improbabilem esse censere deberet, tamen Herodotea illa non minus quam quæ paria de mago aliquo Heraclides Ponticus narraverat, ἀμάρτυρα εἶναι asseverare potuit (Strabo II, p. 98). Hoc doctæ antiquitatis testimonio nobis acquiescendum est. Haud aliter vero etiam de Scylacis navigatione veteres statuisse, vix est cur moneatur. Alexandri Magni comites literatissimi ignorarunt an classis ex Indo in sinum Persicum deduci posset, ac Nearchus quasi diis se devovens oceanum fortasse innavigabilem tentasse traditur (*). Nihil hi tribuerunt Herodoto, quem facta narrare vel menses isti navigationis *triginta* coargunt, quamquam hos cum veri aliqua specie exputasse sibi visus fuerit is, qui Indum versus orientem fluere usque ad extremum orbem terrarum putaret. — Quæ de India Herodotus III, 98-105 narrat, si non omnia, plurima saltem a Persis accepisse videtur, ut ex verbis : ὃς Ηέρος τὰς (III, 105) colligimus. Scylacis de India libellum, etsi Carici hominis, vix adhibuerit. Omnino logographorum scriptis paucissimis usus esse videtur; certe quum quæ ex aliorum ore acceperit, ingenue semper fateatur, e græcis auctoribus nonnisi unum Hecataeum nominatim excitat, et hunc solum novimus qui fortasse etiam aliis locis, ubi mentio ejus non injicitur, subesse possit. Quare si quid de rebus Indicis Græcis auctoribus Herodotus debet, id ex eodem Hecataeo assumserit. Hunc autem usurpasse Scylacis narrationem inde conjicias quod cynaram plantam ad Indum fluvium nasci e Scylace et ex Hecataeo resert Athenæus, apud quem si laudatur Σκύλαξ ἢ Πολέ-

μων, id ita cum Prellero interpretandum, ut Atheneus rem legerit apud Polemonem, qui ipse usus sit Scylacis testimonio (**).

48. Alterum opus Scylax composuit periplus maris interni, cui adjuncta fortasse erant quæ de ora extra Herculeas columnas sita innotuerant. Memorant Strabo, scholiasta Apollonii Rhodii, Avienus, Marcius Heracleota, Stephanus Byzantius, quibus addi quodammodo potest scholion servato nobis periplus Pseudo-Scylaceo præfixum. Quodsi Niebuhrus et alii nonnulli putarunt hunc Scylacem a Darii Hystaspis æquali diversum esse, et Philippi demum Macedonis temporibus eum quem habemus periplus scripsisse: minime in hujus ætatis auctorem cadit Σκύλαξ παλαιὸς συγγραφεὺς λογογράφος (**), quem Stephanus et Strabo vocant, et hic p. 566 inter varios scriptores ponit ante Dionysium Chalcidensem, Κτίσεω conditorem Ephoro antiquiorem. Scholion quod nostro periplus præmittitur, a sequioris ævi homine scriptum esse ex voce φρόντισμα pro libro, elucubratione usurpata collegit Niebuhrus (****), et ipse monui originem scholii seriore ex codicim nostro ratione facile explicari. Compositum vero ita est, ut quæ lectio nostri peripli cuique vel indocto offerebat, ea auctor conflaret cum notialiteraria, quam de Scylace perantiquo scriptore lexicon aliquod suppeditaverit. Hinc fluxerunt illa : Σκύλαξ. ἀρχαιότατος μὲν ἐστι ἀνήρ. et : Αἴδιος Διος ἐν τῷ περὶ Ἀλεξανδρείας βιβλῳ πρώτῳ φησί δι Αρχειῳ προτερώνησε Σκύλαξ τὸ φρόντισμα, in quibus facile concedes Ἀλιον Dium non de Scylace quodam Darii Nothi coætaneo loqui, sed de vetusto logographo, quem sub Dario Hystaspis vixisse

(*) Cf. Vincent *The commerce and navig. of the ancients in the Indian ocean* tom. II, p. 14 : « Far is it from my wish wantonly to discredit any historical fact supported on the testimony of such a writer as Herodotus; but there are insuperable difficulties in admitting this voyage of Skulax, or that of the Phenicians round the continent of Africa; the greatest of all is, that no consequences accrued from either. That Herodotus received the account of both from Persians or Egyptians, is undeniable; that they were performed is a very different consideration. I do not dwell upon the fabulous part of his account of India; because even his fables have a foundation in fact; but I cannot believe from the state of navigation in that age, that Skulax could perform a voyage round Arabia, from which the bravest officers of Alexander shrank; or that men who had explored the desert coast of Gadrōsla, should be less daring than an unexperienced native of Caryanda. They returned with amazement from the sight of Mussenden, while Skulax succeeded without a difficulty upon record. But the obstacles to such a voyage are numerous. » Enumeratis obstaculis, hanc apponit coronideum : « These and a variety of other difficulties, which Nearchus experienced from famine, from want of water, from the built of his vessels and from the manners of the natives, must induce an incredulity in regard of the Persian account, whatever respect we may have to the fidelity of Herodotus. »

(**) Præterea in Hecataei fragmentis mentio fit Caspapyri urbis et Opiarom (Utiorum Herodoti?), qui Indum accoler dicuntur aliunde non noti, porro Gandararum et Calatiarum (quorum mentio exstat etiam ap. Herodotum III, 38) Argantæ urbis ignotæ.

(***) Quæ contra monuit Niebuhr l. l. p. 110 Dionysium Halicarn. afferens qui Antiochum vocat συγγραφέα πάνω ἀρχαῖον, pondere caret.

(****) Niebuhr. l. l. p. 109 not. : « Älter als die zu Constantinopel wiederhergestellte grammatische Schule ist uebrigens dieses Scholium nicht. Der Gebrauch des Wortes φρόντισμα für Buch, Abhandlung, ist neubyzantinisch. »

aliunde bene novimus. Dedicacionem libri e sui ævi more Dium Scylaci affinxisse suspicor, sive scriptum de navigatione in Indo fluvio intellexerit, sive periplum maris Mediterranei, cuius memorandi aptam occasionem offerre potuit primum de Alexandria volumen, in quo de priscis oræ oppidis quibus Alexandria successit, sermonem auctor instituit. Idem Dius in eodem de Alexandria libro etiam Hellanici meminit (Fr. Hist. IV, p. 397). Quare nescio an idem sit Dio Academicus, Pompeii æqualis, quem de re Ægyptia juxta Hellenicum laudat Athenaeus p. 34.

49. Superest ut ostendamus ea quæ e Scylacis periplo veteres scriptores adducunt, nihil præbere quod a vetusto logographo alienum sit et ex superstite potius periplo, quem inter annos 340-336 scriptum esse videbimus, fluxisse putemus. — Scylax Strabonis Troadem ἀπὸ Ἀλεύθερον ἐρχεσθαι statuit. Hoc si ita interpreteris ut ipsa Abydus, cuius regionem olim Troes tenuisse traduntur, a Troade excludatur, concinit periplus superstes, in quo Abydus est ultima urbs Phrygiæ. At Scylax Strabonis Dionysio Chalcidense et Ephoro est antiquior, ideoque peripli superstitis auctor esse nequit. Præterea e Scylace mentio fit Nestæorum, populi Illyrici, et Mysorum Bithyniæ et Cii fluvii, sicut in nostro quoque periplo recensentur Nesti et Mysia et Cius fluvius. Sed hæc quum in quavis oræ descriptione antiquiore memoranda essent, ad rem nostram nihil pertinere facile intelligis, nisi fortasse probes rationes eorum qui, quum Stephanus Byzantius duo oræ maritimæ loca e Scymno Chio afferat quæ memorantur etiam in Anonymi periegesi iambica, hinc Anonymi librum Scymno Chio vindicandum esse censuerunt, arreptis quæ nihil probant, neglectis vero quæ repugnant. Sic nobis quoque negligendum foret quod Scylax Strabonianus dicit περιποτεῖν τὴν Ἀσκανίαν λίμνην Φρύγας, καὶ Μυσούς; nam in nostro periplo memoratur quidem Mysia provincia, sed de Ascania lacu ejusque accolis ne verbum quidem. Porro legitur in periplo Mysiam pertinere usque ad Giuum fluvium. Quo pacto hinc peti poterant verba scholiastæ Apollonii : Κίος.. τὴν Μυσίαν περιπέρεων? Præterea quæ de freto Gadiiano e Scylace Avienus afferit, a nostri libelli

narratione longissime absunt. Denique Marcianus tradit Scylacem distantias nonnisi navigatio-nis diebus definiisse; quod item in servato perioplo secus habet. Itaque si quis Scylacem aliquem nostri opusculi auctorem Philippi temporibus vixisse censeat, sententia hæc, veterum testimoniorum præsidio destituta, non nititur nisi fide perambigua tituli, quem præbet libellorum geographicorum collectio, in qua quum Pseudo-Dicæarchus et Pseudo-Arianus deprehendantur, non est sane cur tertium nos miremur Pseudo-Scylacem.

50. Quomodo factum sit ut Scylacis nomen ad senioris ævi periplo transferretur, dicere non habeo. Letronnius (*) censem Scylacem, quem Strabo nonnisi de Asiæ minoris locis laudet, nihil nisi Asiæ minoris paraplum scripsisse, quo usus sit noster auctor e variis scriptoribus periplo suum colligens: adeo ut putari possit ab hac parte ad totum periplo Scylacis nomen translatum esse. At Scylacem nonnisi Asiæ minoris paraplum scripsisse nihil est quod probet, sed vetant complura. Nam obstat locus Avieni, in quo errasse auctorem Letronnius statuit; obstat porro in periplo mentio Leucarum, Asiæ minoris oppidi, quod anno demum 383 conditum est, adeo ut Letronnius censere debuerit auctorem non oppidum, sed promontorium indicare voluisse; obstant denique Nestæi, Illyrii, quos e Scylacea laudat schol. Apollonii. Porro nihil inesse Asiæ minoris descriptioni, quod scriptorem Xenophonte antiquiorem prodat, infra monebimus. Quod Strabo bis solummodo de locis ad Troadem et vicina pertinentibus Scylacem laudat, ad rem parum facit, quamquam vel hoc explicaveris. Nam Strabo ex paucis notissimisque geographiarum scriptoribus sua collegit, nec vetustos illos obscurosque periplorum libros citare solet nisi in geographia Homerica, deliciis suis, quam eruditorum grammaticorum more et ditissima eorum serinia usurpans tractare solet. Sie in descriptione Troadis ceterarumque regionum, quæ ad τὸν Τρωικὸν διάχορον pertinent, ex amplissimo Demetrii Scepsii opere persæpe veteres logographos laudat, in quibus Scylacem, Asiaticum hominem et antiquissimum, non neglexit, dum de

(*) Letronnius in Fragn. d. poemes géogr. p. 240 : « Tous les passages de Scylax cités par les anciens ne se rapportent qu'à l'Asie mineure; il en résulte une grande probabilité que le livre de Scylax ne contenait que le périple des côtes qui formaient le littoral de l'Asie mineure, depuis le Bosphore jusqu'en Cilicie. Cet ouvrage serait alors la source d'où cette portion de notre périple aurait été tirée; et par là on expliquerait ce fait constaté plus haut, que la description des côtes de l'Asie mineure annonce une époque antérieure à la retraite des Dix-Mille. »

Græciae geographia Homerica alii logographi luctucentiores suppetebant.

51. Ilactenus de Scylace logographo. Alter Scylax Caryandensis est mathematicus et musicus, qui contra Polybii historiam scripsit, testante Suida. Non diversum ab eo esse Scylacem Halicarnassum, astrologum et virum πολιτικὸν, Panæti familiarem (ut Cicero l. l. tradit), cum Niebuhrio l. l. p. 125 et Gutschmidtio (in *Rhein Mus.* 1853, t. IX, p. 146) statuas probabiliter. Scripsisse etiam dicitur τὰ κατὰ Ἡρακλεῖδην τὸν Μυλασῶν βασιλέα. Memoratur autem Heraclides quidam Mylasensis apud Herodotum V, 121 in historia belli Ionici. Etenim Cares postquam ad Marsyam fluvium et iterum ad Labranda a Persis cladem tulerant, deinde damnum id resarciverunt. Πυθόμενοι γάρ ὡς στρατεύεσθαι ὀρμέαται οἱ Πέρσαι ἐπὶ τὰς πόλις σφίων, ἐλόγησαν τὴν ἐν Πηδάσῳ δόσον, ἐξ τὴν ἐμπεσόντες οἱ Πέρσαι νυκτὸς διεφθάρησαν καὶ αὐτοὶ καὶ οἱ στρατηγοὶ αὐτῶν, Δυριστές καὶ Ἀμόργης καὶ Σισιμάχης· σὺν δέ σφι ἀπέθανε καὶ Μύρσος δ Γύγης. Τοῦ δὲ λόγου τούτου ἡγεμὼν ἦν Ἡρακλεῖδης Ἰεανώλιος, ἀνὴρ Μυλασεύς. Fortasse de hoc Heraclide, etsi non rege, dixisse Scylacem, non eum tamen quem Suidas habet, sed peripli auctorem qui vixerit Philippi temporibus, suspicatur Niebuhrius l. l. p. 126. Similiter Gutschmidtius l. l. statuit, nisi quod librum refert ad Scylacem belli Ionici aequalem. Quum alter Inabolis filius Oliatus unus fuerit ex ducibus Persarum, quem cum aliis Ionicarum urbium tyrannis in classe dolo comprehendit ab Aristagora missus Iatragoras, Gutschmidtius conjicit post dejectum Oliatum Mylasenses alium sibi tyrannum seu regem creasse, fratrem prioris, Heraclidem, qui cum ipsis contra Persas stetisset. Sed parum hoc probabile, quum Herodotus tradat tyrannorum in locum per singulas urbes στρατηγοὺς sive prætores substitutos esse. Scylacem vero logographum particularem historiam scripsisse de rebus gestis viri coætanei, a veteris logographiæ ratione, qualem novimus, tam alienum est, ut, si testata res esset, magnopere miraremur, de conjectura autem tale quid literarum historiæ inferre absonum foret. Quare in Suidæ testimonio acquiescens de Heraclide regulo Carico, nescio quo, scripsisse censeo Scylacem, cuius erat ἡ ἀντιγραφὴ πρὸς τὴν Πολυβίου στορίχην. Cujusmodi ἀντιγραφὴ quum in erroribus quibusdam refellendis versarentur, facile fieri potest, ut Scyla-

cis ἀντιγραφὴ non esset diversa a scripto de Heraclide rege, quippe in quo quæ de hoc regulo parum recte Polybius narrasse videretur, Scylax exponeret. Mylasenium regulum illis temporibus fuisse non est veri dissimile. Nam post bellum Antiochicum Romani Mylasensibus immunitatem concederunt (an. 188. Polyb. XXII, 27, 4. Livius XXXVIII, 39), atque res eorum deinceps eximie crevisse ex eo patet quod anno 167 Mylasenses Euromensium oppida, quæ Rhodiorum ditionis erant, occuparunt, et deinde una cum Alabandenis contra Rhodiorum exercitum aciem instruere auderent. Quo tamen proelio evaserunt inferiores (Liv. XLV, 25. Polyb. XXX, 5, 11. 15). Reliquam Mylasenium historiam, Polybii libris deperditis, ignoramus. Præterea autem ad id attendum est, quod Suidas quattuor Scylacis opera enumerat ordine hocce: Περίπλους τῶν ἔκτος τῶν Ἡρακλείων στηλῶν· Τὰ κατὰ τὴν Ἡρακλεῖδην τὸν Μυλασῶν βασιλέα· Γῆς περίοδον· Ἀντιγραφὴν πρὸς τὴν Η. Ιστορίαν. In quibus offendit alterum periplus, cujus argumentum non definitur, ab altero separari, interposito scripto historico. Jam si morem Suidæ noveris, sponte nascitur suspicio accidisse ei hoc quoque loco, quod de tot aliis querimur, ut scilicet e duobus lexicis sua corradens, eadem scripta, in altero fonte aliis verbis indicata, bis poneret diversaque esse censeret. Ceterum pro περίπλους τῆς ἔκτος θαλ. aut τῆς ἐντὸς aut cum Vossio et Niebuhrio τῆς ἐντὸς καὶ ἔκτος legendum erit, neque alius quam Scylacis logographi periplus intelligendus esse videtur.

52. Dux descriptoribus, quibus Scylacis nomen fuisse constat. Accedo ad periplus qui falso Scylaci attribuitur. Auctor ejus, sumpto ab Herculis columna Europæa initio, obiter monet de Carthaginiensium ad oceanum borealem emporiis, ultra quæ navigari nequeat; deinde oram legit maris interni Europæam usque ad Tanain, unde juxta Asiae Libyæque litora redit ad fretum Herculeum, per quod in oceanum Libycum egressus usque ad Lixum fluvium et Cernen insulam, quam mare luto obstructum excipit, lectorem deducit. In singulis partibus satis habet recensuisse nomina populorum, fluviorum, oppidorum marinorum, interdum etiam mediterraneorum, insulas potiores, et quæ sint distantiae a regione ad regionem, vel a continente ad insulam, vel ab ora ad urbem mediterraneam. Nonnusquam tamen pauca verba de re historica vel mytholo-

gica interponuntur. — Periplo in codice subjecta sunt διαφόρα γυμάτα duo sive diapli ab Europa per insulas in oram Asiaticam; alter a Chalcede in Samum et Mycalen, alter a Maleo promontorio ad Rhodum eique proximam continentem. Post hæc maximæ insulæ viginti enumerantur.

53. In tractandis autem singulis argumenti partibus magna obtinet varietas. Quod *mensuras* distantiarum attinet, auctor noster modo secundum dies vel dies noctesque navigationis modo secundum stadia computat. Dierum numero definitur longitudine ora ab Iberia ad Græciam et a Macedonia ad ostium Maeotidis. In Asiae litore Pontico usque ad Bithyniam distantiae in codice nostro librariorum negligentia omissæ sunt, sed vix est dubium, quin item secundum dies navigationis definitæ fuerint, qui computus regnat etiam in sequenti ora Asiatica a Bithynia usque ad finem Ciliciae, et in ora Libyæ a fine Ægypti ad initium Pentapoleos Cyrenaicæ, et inde a fine ejus per reliquam Libyæ partem usque ad Lixum fluvium. Stadii auctor utitur in paraplis Syriæ, Arabiae, Ægypti et Pentapoleos Cyrenaicæ. Utrumque computum promiscue adhibet de ora regionum Græcarum. In summis autem paraplorum colligendis varias has metiendi rationes ad unam eandemque revocat, Europæ paraplum esse dicens dierum 153 (§ 69), Asiae dierum 87 (§ 106), Libyæ usque ad Herculis columnas dierum 74 (§ 111). Qua in re ita versatur, ut noctibus quas notavit totidem dies substituat, et ubi stadia scripta sunt, 500 stadia pro unius diei navigatione numerentur. Singulæ autem distantia pertinere solent a populo ad populum vel a provincia ad provinciam; ab urbe ad urbem putantur in paraplo Libyæ inde ab Ægypto usque ad finem Pentapolis Cyrenaicæ. Ceterum quum secundum dies computandi ratio natura sua admodum vaga sit, in periplo autem distantiarum notæ sèpius omittantur, nec semel etiam depravatae esse videantur: vix fieri potest ut navigationis adornatio in singulis quibusque ad mentem auctoris exigatur.

54. EUROPE quidem paraplus satis bene habet; esse dicitur dierum 153; nos in tabula p. 58 sq.

(*) Ad hæc in *Recueil des Itinéraires anciens* (Paris, 1845) p. 349 Lapieus: « Le développement des côtes de l'Europe, de Gibraltar à l'embouchure du Don, en suivant les golfs, est de 76,600 stades (à 700 au degré), y compris le tour de la Sicile, ce qui est parfaitement conforme (!!) au calcul de l'auteur, et est une nouvelle preuve en faveur des stades de 700 au degré. Car si l'on mesure en stades de 600, il n'y a plus que 65, 572 stades ou 131 journées environ. » Admirabilis hæc argumentatio; quasi probare ejusmodi quid possit summa stadiorum, quæ ratione perfunctoria collecta est ex notis distantiarum, quæ partim a vero longe recedunt, et majorem partem ad accuriores stadiorum numeros exigi omnino nequeunt.

adscripta collegimus dies 151; sed ipsos illos 153 dies eruere facile licet. Etenim quum nos ita computaverimus:

§ 34. Acarnaniae paraplus.	2 d. [2] n.
§ 67. A Strymone ad Istrum.	8 8
§ 68. Ab Istro ad Criumetopon linea recta.	3 3
	13 13 :

computandum potius est hunc in modum:

§ 34. Acarnaniae paraplus.	2 d.
§ 67. A Strymone ad Istrum.	7 7n.
§ 68. Hincad Criumetopon juxta litus.	6 6
	15 13

Quo facto, summa totius parapli efficitur dierum 153. In § 34 codex nonnisi duos dies habet, idque non mutandum videtur, quamquam Helladis Anagraphæ metrica, quæ ex eodem fonte ducta est, dies noctesque duos habet. In § 67 codex quidem octo dies noctesque præbet, sed singularæ distantiae ex quibus hæc summa conflanda, nonnisi septem dies noctesque efficiunt. Denique § 68 navigationem litoream quam rectam in computum recipiendam esse probabilius est. Quodsi igitur in singulos dies putaveris 500 stadia, paraplus Europæ foret stadiorum 76500 (*), dum ap. Marcianum p. 520 est stadiorum 69000, ap. Agathemerum I., 3 stadiorum 69700, secundum Artemidorum vero et Isidorum ap. Plin. IV, 37 § 121 a Tanai ad Gades in codicibus numerantur vel LXXXII. XIII vel LXXXIII. XIII m. p., qui numerus corrigendus esse mihi videatur in LXXXVII. XIII (= 69712 stadia), suadente Agathemero, quem, sicuti Marcianum, ex Artemidoro plurima sua petiisse constat. Itaque ad horum rationes Nostra si adaptare velis, singulis diebus tribuenda forent stadia 450-455.

55. ASIE paraplus a Tanai ad Nili ostium Canopicum in periplo nostro est dierum 87. Quæ summa ab aliorum computatione proxime abest; nam Marcianus I. l. habet stadia 40120, Agathemerus stadia 40110, quæ ipsa quoque ex Artemidoro fluxisse nunc nullus dubito, quamquam longe alia ex eo tradere videtur Plinius V, 9 § 47,

PROLEGOMENA.

ubi de suo penu Harduinu eumque secutus Silius scripserunt : *Universam vero Asiam cum Egypcio ad Tanaim Artemidorus et Isidorus LXIII. LXXV. m. p. (= 51000 stadi.)*; at codices plurimi et optimi habent : *LXIII. DCCL*; quem numerum si ita mecum distinxeris : *L. XIII m. DCCL p. (5013750 pass. = 40110 stadia)*, (*) Artemidorus et Agathemerus non tradent diversa. Timosthenes ap. Plin. l. l. a Canopico ostio ad Ponti ostium putavit 2626 milia (21008 st.); hinc ad os Maeotidis 1545 m. (12200 stadia); hinc ad Tanaim num perrexit Timosthenis computatio nescimus; sin cum periplo nostro statuamus Maeotidis ambitum fuisse dimidiam Ponti partem, adeo ut ad Tanaim sint 6100 stadia, summa colligeretur stadiorum 39308. Peripli autem nostri dies quum in Europæ paraplo viderimus cum stadiis aliorum geographorum ita componendos esse, ut singuli sint 450 stadiorum: dies 87 parapli Asiatici ex eodem computo efficerent stadia 39150. — Haec igitur quum bene habere videantur, illud queritur, quomodo e singulis distantiis eam summam auctor eruerit. Particulares parapli in codice nostro leguntur hi :

Bithyniae.	3 d.	n. = circa 1200 stad.
Mysiae.	1	= 800
[Phrygiae.	3 2]	= 2600
Lydiae.	2 1	= 3000
Carie.	2	= 2800
Lyciae.	2 2	= 1500
Pamphyliae.	$\frac{1}{2}$	= 600
Cilicie.	3 2	= 3200
Syriae.	2700 stad.	
Arabie.	1200	{ 10 ½
Egypti.	1300	
	5200	27 7

Ex his numeris quum dies 34 colligantur, desiderantur dies 40, qui in Maeotidem paludem et Pontum computandi forent. Is vero numerus ut longe nimius foret, sic justo minor est alter, qui Asiæ minori juxta litus præternavigandæ tribuitur. Nullus itaque dubito quin in his periplus mancus sit. Etenim quum Asiæ minoris ora quam maxime sit sinuosa, in promtu erat duas notare præternavigationes, alteram litoris anfractus legendem, alteram rectam sive compendiariam; idque fieri videmus § 100 p. 75, ubi : ἐπ' εὐθείας δὲ παράπλους ἔστιν Λυκίας καὶ νυχτὸς, δὲ παρὰ γῆν διπλάσιος τούτου· ἔστι γάρ κολπώδης. Si-

militer autem auctor fecisse debet in Lydia et Caria et Cilicia, quarum compendiarium parapluum codex exhibet, alterum omisit, sicuti omisit quæ ad Ponticam oram pertinent. Illoc admissi, Asiæ paraplius facile ita adornatur, ut summa dierum 87 colligi possit modo probabili.

56. Λιβύę paraplius ab ostio Nili Canopico ad Herculis columnam κατὰ τοὺς κολπους κύλω περπάλέοντι ἡμερῶν οδ'. Scribendum esse suspicor ἡμερῶν νό̄; nam singulae distantiae ita habent :

	Stadii.	Dies.	Noctes.	Stadii. ramilia Anno- nymi.
Thonis				
Pharus.	150			
Chersonesus.	70"			
Plinthinus sinus.		2	2	1550
Laodamantium.		$\frac{1}{2}$	$\frac{1}{2}$	
Parætonium.		$\frac{1}{2}$	$\frac{1}{2}$	
Tyndarides.		1		
Plynus.		1		1340
Petas.		$\frac{1}{2}$	$\frac{1}{2}$	
Menelaus.		1		
Cyrthanium.		1		
Antipyrgos.		$\frac{1}{2}$	$\frac{1}{2}$	
Petas magnus.		$\frac{1}{2}$	$\frac{1}{2}$	2210
Chersonesus.		1		
Naustathmus.		1		
Sozusa.	100			
Barceorum portus.	500			1150
Hesperides.	620			
Philenorū aræ.		3	3	2000
Neapolis a Leucis inss.		4	4	3090
Graphara.		1		
Abrotonum.		1		
Tarichæ.		1		2300
Brachion ins.		1		
Gichthis.		$\frac{1}{2}$	$\frac{1}{2}$	
Neapolis.		1		
Thapsus.		$\frac{1}{2}$	$\frac{1}{2}$	
Leptis.		[$\frac{1}{2}$]		
Adrymes.		[$\frac{1}{2}$]		3350
Neapolis.		1		
Hermæum.		$1\frac{1}{2}$		
Carthago.		$\frac{1}{2}$		
(Utica 1 dies)				
Carthagine ad Herculis columnas navigatione faustissima.		7	7	
	1440	35 $\frac{1}{2}$	16	
	=	54 $\frac{1}{2}$	dies.	

(*) Hoc me fugit, quoniam scripsem notam ad Marcian. Perip. I, § 5 p. 520, secundum ea quæ modo dixi mutandam.

(**) Codex (p. 82) exhibet o'. At legendum est o', 70. Vide not. ad Anonymi Stadiasm. maris Magni § 1, p. 429.

Secundum Eratosthenem et Polybium (ap. Plin. V, 7 § 40) ab Oceano Carthaginem sunt 1100 milia pass. (8800 stad.), hinc ad ostium Canopicum 1628' m. (13024 stad.); secundum Artemidor. a Tingi ad Canopum m. 3559 (st. 28492); sed vereor ne legendum sit: *mil.* 3659, suadente Agathemero, qui Africæ longitudinem esse dicit 29252 stadiorum (= 3656½ mil.). Isidorus Artemidori mensuram auxit milibus 40; Marcius l. l. numerat stadia 30280.

57. Hactenus de distantiarum mensuris, in quibus tum auctoris inconstantia e variis, quos adhibuit, fontibus derivanda, tum librariorum socordia apparent. Similia deprehendis, si ad locorum recensendorum delectum attenderis; nam hic nota oppida prætermittuntur, illic memorantur obscura nec aliunde cognita; modo mediterraneas urbes mari propinquas auctor premit silentio, modo longe ab ora remotas in medium profert. Sic brevissimum Arcadia litus legens memorat Tegeam, Mantineam, Orchomenum, Stymphalum, et in Thessalia Pelinnæum fanum, Pharsalum, Scotussam, Cierum, Pheras, dum in Elide neque Pisæ neque Olympiae mentio fit, dum in ora Laconica desideras Coronen, Pheras, Abias, Etylum, Teuthronen, Acrias, Asopum, in Thracia Byzantium, in Iberia Massiliensium colonias et Baleares insulas, et sic porro. Cujus culpæ si qua pars penes ipsum peripli auctorem est, major tamen breviatoribus vel vulgo librariorum vindicanda fuerit; hos enim haud pauca peccasse, manifesta produnt lacunarum indicia, ut § 4 p. 18, ubi nomina Massiliensium in Liguria coloniarum excidisse patet, et § 74 p. 60, ubi Toretas, et § 77 p. 61, ubi Coraxos lacuna absorpsit. Similiter § 96 p. 69 Aeolidis urbes, § 110 p. 87 Neapolin Libyæ, p. 88 Leptin parvam et Adrumetum in integriore libro memoratas esse ex superstribus verbis intelligitur.

58. Contra vero sat multa nunc legimus, qua auctor peripli non scripsit, sed a librariis vel ludimagistris ad marginem notata posteriores scribæ in ordinem verborum receperunt. Indicia rei præbent turbata verborum ratio grammatica, narrationis series interrupta, neglectus ordo geographicus. Itaque si § 2 p. 16 in codice legitur: εἰτα, sc. ἐστιν, Εὐπόριον· (πόλιν Ἐλληνίδα, supple φησίν, ἢ ὄνομα Εὐπόριον): nemo non glossam agnoscit, qua caveretur ne quis proprium urbis nomen pro appellativo haberet. Similiter § 34

p. 36 verbis: Αὔτη, Leucas sc., ἔστι νῦν νῆσος τὸν ισθμὸν ἀποτεταφρευμένη subjicitur nota marginalis: Εὔριπος Διόρυκτος ἐν τῷ ισθμῷ. Porro § 107 p. 81 quum codex ita habeat: Ἐκ Θώνιδος δὲ πλοῦς εἰς Φάρον νῆσον ἔρημον (εὐλίμενος δὲ καὶ ἀνυδρος) στάδια ρν'. Ἐν δὲ Φάρῳ λιμένες πολλοί, ὅπωρ δὲ ἐκ τῆς Μαρείας λίμνης ὑδρεύονται: inclusa irrepserunt e margine, ubi tanquam argumenti indiculus adscriptum erat: Φάρος νῆσος ἔρημος, εὐλίμενος δὲ, καὶ ἀνυδρος. His adde § 26 p. 32, ubi de Apollonia ita habes: καὶ ποταμὸς Αἴας παραρρεῖ τὴν πόλιν. Ἀπὸ δὲ Ἀπολλωνίας εἰς Ἀμαντίαν ἔστι στάδια τκ'. (Καὶ ὁ Αἴας ποταμὸς ἀπὸ τοῦ Πίνδου ὅρους παρὰ τὴν Απολλωνίαν παραρρεῖ), in quibus dubium est num inclusa variam lectionem exhibeant, an ex eo orta sint quod de cursu Aeantis fluvii aliquis notulam adscriperit. Præterea § 2, p. 16 post Iberris fluvii mentionem sequuntur hæc: Καὶ νῆσοι ἐνταῦθα ἔπειτι δύο, αἵς ὄνομα Γάδειρα· τούτων ἡ ἐπέρα πόλιν ἔχει ἀπέγχουσαν ἡμέρας πλοῦν ἀπὸ Ἡρακλέων στηλῶν. Eadem vero iisdem fere verbis denuo leguntur § 111 p. 90 in Libyæ paraplo, ubi item a seriore homine addita sunt. Alius quidam videns hæc in Europæ descriptione ponenda fuisse, in initio peripli margini adscripsit, non ita tamen, ut quonam potissimum loco inserenda forent, indocto pateret librario, qui Gadium mentionem cum Ibere fluvio composit, eoque errore ejecisse videtur Baleares insulas, que hoc loco memorandæ erant. Eadem ratio est § 13 p. 22, ubi in medium Siculorum oppidorum laterculum intruduntur verba: Ἐστι δὲ ἡ Σικελία τρίγωνος· τὸ δὲ κῶλον ἔκαστον αὐτῆς ἔστι μάλιστα σταδίων αρ', in quibus novitium addidamentum vel stadiorum usus coarguit, quum in reliquo harum regionum paraplo secundum dies noctesque navigationis computetur. Haud minus inēpte § 26 p. 33 in Illyricæ oræ descriptione abrupte et insulsis verbis interponuntur quæ ad Thesprotiam pertinent: Ἐν τῇ Κέστριδι χώρᾳ εἶναι λέγεται πεδίον, ὄνομα Ἐρύθεια. Ἐνταῦθα δὲ Γηρυόνης λέγεται ἥξειν καὶ τοὺς βοῦς βουκολεῖν. Porro § 13, p. 22 verba: Νῆσος Καλυψοῦς, ἐν δὲ Ὁδυσσεὺς ὥκει παρὰ Καλυψοῦς non post, sed ante Crotонem ponenda erant. Sed hoc levius sit. Majoris momenti sunt luculentissima illa quibus linquens suetam narrationis ariditatem auctor de hortis Hesperidum vici-nisque locis exponit § 108, p. 83 sq., inde a verbis Ἀνω δὲ ἐνταῦθα ἔστιν δ κῆπος τῶν Ἐσπερίδων usque ad v. κῆποι πλεῖστοι, Ζήνερτις. Quæ omnia

aliunde assumta et inepto loco inserta esse ex geographia et ipsorum verborum ratione in not. ad Anon. Stad. § 57 p. 450 demonstravi (*). Alia quæ interpolationibus accensenda sunt, habes § 15 p. 24 : 'Ἐν δὲ τούτῳ τῷ ἔνθει (in Samnitum regionē) γλῶσσαι οἵτινες στόματα τάδε. Αχτέρνοι κτλ., quæ in medium phrasin intruduntur, et vocibus γλῶσσαι οἵτινες στόματα sequiorem ævum produnt, et argumento suo a reliquo peripli tenore discrepant. Simili librarii oscitantia in verba peripli inculcata sunt quæ § 62 p. 48 de Limodoriensibus traduntur; ne dicam istam populi hujus designationem a severiore historia et geographia prorsus videri alienam. Praeter ordinem etiam memorantur, quæ de Canobo mythologica leguntur § 106, p. 81. — Quæ quum ita habeant, jure tu quæras an ceteræ quoque notulae historicæ, quæ passim intersperguntur (**), bonam partem non tam sint uberioris olim narrationis laciniæ, quam magistellorum additamenta, etiamsi inustum hujus originis signum præ se non ferant. Quod ut de plurimis in medio relinquo, sic persuasum est postea demum addita esse quæ de Oceani ora in nostro libello leguntur. Nam quæ § 1 de Europæ Oceano exstant verba: Ἀπὸ Ἡράκλεων στηλῶν τῶν ἐν Εὔρυπῃ ἐμπόρια πολλὰ Καρχηδονίων καὶ πηλῶν καὶ πλημμυρίδες καὶ πελάγη, iis tam persimiliter res absolvitur, ut non veterem periplum, sed præfixum ab obvio quovis centonem nemo non agnoscat. In fine autem opusculi nostri postquam auctor Libyæ paraplium ad Abilycen Herculis columnam Libyæque promontorium deduxerat, mirum est de Gadibus insulis sermonem fieri, quæ in Europa memorandæ erant; ac supra vidiimus hunc locum jam pridem a docto aliquo ad initium peripli translatum ibique margini adscriptum esse. Nec minus offendunt quæ deinde denuo monentur de columnis Herculeis. Videlicet

orta hæc sunt ex scholiis ad verba peripli p. 90: Ἡράκλεος στήλη ἡ ἐν Αἰθιού, ἔχει ἀειλυχή, καὶ πόλις ἐν ποταμῷ καὶ ἀντίον αὐτοῖς τὰ Γάδειρα νῆσοι. Post hæc denique sequitur de Libyæ occiduae ora narratio, cuius ubertas ab succincta maris interni descriptione mirum quantum discrepat. E pluribus fontibus male conflatam esse probant geographicæ, sicuti quæ de Phœnicum commerciis deque Æthiopibus leguntur, tam insecite composita sunt, ut ex arreptis hinc inde pannis consuta esse quisque perspiciat. Haec igitur omnia a vetere maris interni peripli, qui fundus est nostri libelli, non minus aliena habeo quam subjuncta dua maris Ægei διαφράγματα et viginti insularum maximarum laterculum, cui addas quæ p. 58 Europæ peripli de tribus fluviiis maximis notula adsperrgitur.

59. Jam ut a rebus ad verba transeam, nihil nostro opusculo corruptius (**), nihil humilius est. Praeterquam quod lacunæ et interpolationes orationem sæpe turbarunt, singula serè verba, præsertim nomina geographicæ, depravata sunt. In nonnullis locis omnis corrigendi conatus inanis; pleraque tamen vitia facili negotio tolluntur. At sublata etiam hac mendorum feditate, residet oratio hiulca, horrida, pessime nexa, in paucarum formularum tædiosa repetitione sese continens, plebeja ac tantum non barbara. Haud sane desideramus in periplis comptæ dictionis cincinnos, sed perspicua logographorum similitudine libenter acquiescimus; at toto cœlo ab ea differt nostri libelli oratio, quam bonæ græcitatis tempora ferre omnino non poterant. Sensisse hoc videtur Gerhardus Vossius (De hist. gr. p. 167 ed. Westerm.), qui, « Propius, inquit, ad verum accedit aliquem ante secula non ita multa fecisse hoc compendium, fortasse temporibus demum Cæsaris Constantini Porphyroge-

(*) Quod ne in notis ad Scylacem facherem impediverunt quæ de hac regione tradidit Pacho. Postea meliora de ea docuit Beechey. Itaque loca, quæ inter Phycum et Hesperides cum dubitate signo in mappa Scylacei per reliqui posui, deleri velim.

(**) V. § 16, p. 24 de Umbris: τοῦτο δὲ τὸ ἔθνος τιμᾶ Διομήδην, εὐτρυγετῆθεν ὅπ' αὐτοῦ καὶ λεόν ἐστιν αὐτοῦ. — § 21, p. 27 de gynaecocratia apud Liburnos. — § 22, p. 28, de Hyllis ab Herculis filio oriundis. — § 24 p. 30 de Cadimi et Harmoniae monumentis ad Rhizuntem fl. — § 34 p. 36 de Corinthiis ab Acarnanib⁹ auxilio accedit. — § 58 p. 47: ἐν ταύτῃ (Io ins.) Ὁμηρος τέλεσται. — § 67 p. 54: Δάσον, πόλις Ἐλληνίς, ἦν φύκις Καλλιστρατος. — § 81 p. 62 de urbe barbaræ ad Phasidem: ὅθεν ἡ Μήδεια ἦν — § 95 p. 69: Τενέδος... ὅθεν Κλεδεστρατος ἡ ἀστρολόγος ἐστιν. — § 98 p. 71: Ἀγασῶν λαμπάν· ἐν τούτῳ λέγονται ἄγασοι βουλεύσασθαι ἐπὶ τὸν Τήλεστον πότερον στρατεύονται ἡ ἀπίστων. — Ib.: Σμύρνα, ἐν ᾧ Ὁμηρος ἦν (Smyrna nostri auctoris astate nulla erat). — § 100 p. 74 de igne sponte sua nascente in Lycio monte Vulcani. — § 105 p. 79, de Arabum v. vendi more. — § 106 p. 80 sq., de Ægypti figura bipennem referente. — § 109 p. 83 de Macis statis anni temporibus ad mare greges adducentibus. — § 109 p. 86 sq., de loto et lotophagis. — § 110 p. 88, de Gyzantibus et si quæ sunt similia, de quibus egit B. Fabricius in Iahns Archiv tom. XII, p. 5 sqq., notante Westermano in Paulys Realenc. t. VI, p. 893.

(***) « One of the most corrupted books in the world. » Bentley On Phalarid. letters, p. 377.

nite, quo regia auctoritate ex præstantissimis scriptoribus laudabilia excerpti solent (*). Verum si Constantini demum ætate liber ex antiquo auctore excerptus esset, neque immanis illa verborum corruptio, neque interpolationes crebræ dœctæque explicationem haberent probabilem; immo ea est operis indeoles, ut nonnisi paullatim per longiorem scribarum seriem in istam miseriam delapsum esse possit. Itaque sponte sese offert conjectura scriptum nostrum, quod neque doctis destinatum erat, neque nautis ullam præbebat utilitatem, ex eorum esse numero, quæ in scholis a ludimagistris tractabantur (**). Cujusmodi compendia quum a multis describerentur, multisfariam etiam corrumpebantur et magistrorum annotationibus passim aucta interpolabantur. Luculentissima rei exempla præbent codices Palæphati (de quibus vide Westermannum in Mythogr. præf. p. xi.), Apollodori, Dionysii Periegetæ.

60. Hactenus de libri argumento et habitu exteriore. Videamus deinceps de ætate veteris peripli, quem in eam formam seriores breviatores redegerunt. Pendet quæstio ex definienda ætate, cuius statum geographicum liber repræsentet. Hunc vēo eruimus tum ex iis quæ ante certum quoddam tempus scribi non poterant, tum ex iis quæ non memorantur, sed memoranda fuissent, si post certum aliquod tempus auctor scrisisset. Collecta in hanc rem a viris doctis, ut Bougainvillio, Sancta-Cruce, Niebuhrio, Gailio, Ukerto,

Letronnio, Clausenio, et quæ his addenda mihi relinquebantur, quum in annotatione fusius exposerim, nunc potiora ordine chronologico paucis indicabo.

61. Memorantur in periolo : § 13. Messana Siciliæ urbs, id nomen nacta ab Anaxilao († Ol. 76, 1. 480 a. C.), antea Zancle dicta.—§ 43. Elis, συνοχία πόλεων, post bella Persica constituta. — § 58. Muri longi Athenarum Ol. 84, 4. 451 a. C. structi. — § 12. Thurii Ol. 84, 1. 444 a. C. conditi. — § 10. Campani, cuius gentis initia pertinent ad Ol. 85, 3. 438 a. C. — § 67. Amphipolis Ol. 85, 4. 437 condita. — § 12. Heraclea ad Sirin condita Ol. 86, 4. 433 a. C. — § 62. Heraclea Trachiniæ condita Ol. 88, 3. 426 a. C. — § 10. Cumæ Campanorum urbs, qua Campani potiti sunt Ol. 89, 4. 421 a. C. — § 57. Sunium et Thoricus τείχη, quorum locorum alter munitus est Ol. 91, 1. 416, alter Ol. 92, 3. 410 a. C. — § 13. Taurominium, cuius initia pertinent ad Ol. 96, 1. 394 a. C. — § 18. Celtæ ad Padum flumen ἀπολειφθέντες, sc. post Gallorum expeditionem an. 390 a. C. — § 23. Pharus ἡ νέος, Issa et Ancona a Dionysio circa Ol. 98, 4. 385 a. C. conditæ. — § 98. Leucæ in Asia minori Ol. 99, 2. 383 conditæ. — § 45. Lepreon pars Arcadiæ, cui adjecta est Ol. 103, 4. 365. Eadem tempora innuant quæ § 46 de Messenia, tum recens instaurata, leguntur. — § 67. Datum: opp. Callistrato auctore colonis frequentatum circa Ol. 105, 1. 360 a. C. (***). — § 61. Locrorum Epicenmidio-

(*) Idem jam statuisse videtur Isaac. Vossius ad Melam I, 16, p. 638 : « Certissimis argumentis evinci potest periplum istum, quo Scylacis Caryandensis nomen præ se fert, quemque adolescens admodum recudendum curavi, cuiusvis esse potius quam Scylacis. In omnibus fere abit a Scylace quam longissime, ut in secundis curis clarius docebimus. Sic enim solebant Græculi sequioris ævi, ut anonymis scriptis notos sepe affigerent auctores. »

(**) Letronnius, Poëm. géogr. p. 172 : « On sent qu'un livre aussi incomplet, aussi peu détaillé, n'était qu'un livre élémentaire, et n'a pu être, quoi qu'on en dise, d'autant utilité pratique aux navigateurs. Note : Mannert I, p. 67 et Walckenaer, Géogr. anc. de la Gaule I, p. 30, croient le contraire. » Quibus adde Niebuhrium (*Kleine hist. u. philol. Schriften* tom. I : *Ueber das Alter des Küstenbeschreibers Scylax von Karyanda* p. 107, et Clausen in *Scyl.* edit. p. 261, ubi contra *Sanctacrucem ceterosque*, qui nostrum periplum Scylaci logographo vindicabant, disputat : « Itaque si in nautarum usum editum erat hoc opus, non stand dubile in eo status exhibebatur, qui erat ætatis editoris ipsius. Aliorum vero usui eum haud fuisse destinatum est certissimum (!) : soli (!) enim portus, litora, loca in litoribus conspicua et navigationum longitudines describuntur [At ita hoc sit, ut nautis nullus eorum usus esset. Quid nauticus sit periplus vide in *Stadiasmo Maris magni*.]... Neque ab ullo homine ingenuo Atheniensi ferri poterat hic liber, nisi a nautis, quia universe præve scriptus est, omni carens orationis pulcritudine, puritate et ornata. Neque hæ maculae pro interpolationibus haberi possunt; manent enim sat multa quæ prava sunt, licet plura ejaceris : Itaque hanc viam a novissimo editore (Gailio sc.) initam omnino deserui. Sed est scriptus hic liber ab homine rudi, in scribendo minime exercitato, qui loca in litoribus obvia ordine recensuit ut ipsi nota erant et ut facilime enarrabantur, nulla omnino opera adhibita. Itaque oratio est vulgaris nautarum, est oratio hominis barbari, qui græce sciebat, sed minime eleganter, qui ea in scribendo usus est dialecto, quæ erat ejus urbis, que in mariibus Græcorum imperium exercebat, etc. » — Cum Letronnio recte facit etiam Fabricius in *Zeitschrift f. Alterthumsw.* 1844 N. 137, ut disco ex Westermanno in *Paulty's Realencycl. v. Scylax* t. VI, 1 p. 892.

(***) In annot. ad. p. 55 putabam rem pertinere ad illud tempus quo Philippos Philippus condidit (Ol. 105, 3. 358 sec. Diodor. XVI, 8, 6); sed ponenda potius in Ol. 105, 1. 360, ut e collatis Zenobii et Diodori et Hyperidis locis probabile fit. Nam Zenobius IV, 34 : Καλλίστρατος ὁ ῥήτωρ ἐκπεσών Ἀθήνηθεν ἐπεισ τοὺς Θασίους τὴν ἀντιπέραν γῆν οἰχίσαται. Diodorus vero XVI, 3, 7 ad Ol. 105, 1 : ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Θάσιοι μὲν φύκισαν τὰς ὄνομαζομένας Κρηνίδας, δι-

rum urbes Phocensibus tribuuntur, quorum in potestatem venerunt Ol. 106, 4-107, 1. 353-352 a. C. — § 62. Echinus urbs est Maliensium. Thebanis eam ademerat Philippus ante Ol. 109, 4. 341, quo anno Demosthenes Philippicam tertiam dixit. Maliensibus urbem rex attribuisse videtur Ol. 109, 1. 344, quo tempore res Thessalicae ordinavit. — § 62. Naupactus non Locridis, sed Ætoliae urbs est. Ætoliae eam addixit Philippus, teste Strabone; sed an. 341 nondum dederat, promiserat tamen, ut e Demosthene novimus; dedisse igitur videtur e Thracia redux anno pugnae Chæronensis, Ol. 110, 3. 338 a. C.

62. Hinc igitur colligimus periplus non ante annum 338 scriptum esse. Nequevero etiam multo post hunc annum scribi potuit. Nam Macedonia orientem versus ad Strymonem usque pertinere dicitur, quum Alexandre regnante Nessus fluvius terminus esset. Porro non modo urbes a successoribus Alexandri conditas auctor noster ignorat, sed ne Alexandriae quidem meminit (quod jam vetus scholii auctor animadvertisit). Mitto quod Tyrus ei adhuc insula est; nam hoc temporis indicium, si solum extaret, parum probaret, quum saepius in periplus non ea quae tunc erant, sed quae fuerant quasi adhuc essent, memorarentur. Sic inter urbes recenseri vides Smyrnam, quæ tunc nulla erat, et Himeram et Agrigentum, an. 409 et 405 deletas, et juxta Tauromenium habes Naxum an. 403 eversam, sicuti juxta Thurios assertur Sybaris. Porro memorantur Pydna Ol. 105, 3. 355 eversa, et Methone et Olynthus, eandem sortem nactæ (illa Ol. 106, 4. 353, hæc Ol. 108, 1. 348), et Apollonia aliaeque Chalcidices urbes a Philippo dirutæ, nec non an. 345 Amphictyonum jussu solo æquatæ Cnemis, Panopeus et Anticyra. Quas quidem eversiones, quum partim ad urbes olim celeberrimas pertinerent, partim recentissimæ essent, vetus periplus auctor ignorare non potuit; non tamen inde sequitur de urbibus illis infortunio suo claris omnino non monendum fuisse; nec quidquam mirari licet nisi stuporem ejus, qui ex vetere illo periplus compendium nostrum excerpens nuda urbium nomina apposuisse satis habuit. Quod Eubœæ urbs, quæ inde ab anno 445 Oreus vocabatur, nonnisi prisco Illestæ nomine memoratur, non

premo, quoniam idem etiam aliis accedit. Eodem denique pertinet, quod § 46 Ithomen habet pro Messene tunc recens condita.

63. Igitur periplus, cuius epitomen habemus, scriptus esse videtur inter Ol. 110, 3 et 111, 2. 338-335 a. C. Inter pugnam Leuctricam et interitum Methonæ et Olynthi, sive 370-360, scriptum librum esse censuit Bougainvilius (*Mém. sur le voyage de Hannon in Mém. de l'acad. d. inscr. t. XXVIII*, p. 266); Niebuhrius l. l. p. 122, ob Dati a Callistrato colonis aucti mentionem auctorem scripsisse putavit post 362, et propter Olynthi mentionem ante an. 348. E Niebuhrio pendet Ukertus. Fugit eos quod jam Palmerius viderat, non ante an. 352 Ol. 107 scribi potuisse quæ de Locrorum urbibus Phocidi attributis leguntur. Hac ipsa Olympiade 107 media vel exente periplus scriptum esse censet Clausen. l. l. p. 274 et 271, ubi dicit: « Urbs Leucæ condita Ol. 107, 1. 352 (Diodor. XV, 18). Et hinc et e mentione Thronii patet, scripsisse Scylacem non ante medium Ol. 107. » Quæ repetit Forbiger *Geogr. I.*, p. 115, quamquam Diodorus Leucas conditas tradit non Ol. 107, 1, sed Ol. 99, 2. 383. Letronnius l. l. eum rerum statum adumbrari censet, qui erat inter annos 349 et 345. Ita habet p. 212: « Selon le périple, toute la presqu'île de Chalcidique est comprise dans la Macédoine; ce qui n'a pu être vrai qu'après la prise d'Olympe en 348 : auparavant cette presqu'île était censée appartenir à la Thrace. » Idem p. 214: « Ainsi les indications les plus récentes de toutes se rapportent aux années 363, 353 et 348 avant notre ère; d'un autre côté, le périple compte comme existantes les villes d'Anticyre, de Cnémis et de Panopeus, villes qui furent rasées par l'ordre des amphictyons, en 345 avant notre ère. Il semble donc que les sources auxquelles le rédacteur a puisé pour cette partie du périple, ne sont ni antérieures à l'an 363 (deb. 348), ni postérieures à l'an 345 avant notre ère. » At si ultra eversionem Olynthi urbis a Nostro memoratae progrediendum est, cur gradum inhibeat mentio Anticyræ, Cnemidis et Panopei? Addit Letronnius p. 216: « En résumé, d'après l'époque des faits les plus récents qu'offre la description de la Grèce, dans notre périple, on peut regarder comme très-problable qu'elle a dû être ti-

Ἵστερον ὁ βασιλεὺς ἀρχέας τῶν πόλεων Φιλίππους ἐπιλήφωσεν οἰκητόρων. Himerius Or. VI, c. 1 p. 59 ed. Dührer: « Ηγούμενος τῆς πόλεως τοῦ Φιλίππου· θῆμος; Ἀττικός, ἔργον Καλλιστράτου. Callistrati historiam docte exposuit Arnold Schäfer in Philologo Göttingensi 1818 t. III, p. 577-609. »

rée d'Éphore et de Philéas, qui avaient également servi au prétendu Dicéarque et à Scymnus de Chio. » At Ephori historia pertinebat usque ad annum 340, nec postrema ejus pars statim post hunc annum scripta est, siquidem an. 335 auctor adhuc in vivis erat, et liber ultimus ne ab ipso quidem, sed a Demophilo demum filio elaboratus est. — Et hæc fere sunt de ætate peripli sententiae, quarum facienda erat mentio; ceteras quin dudum viri docti refutaverint, veterem cramben non recoquo (*).

64. Jam si quis totius maris interni periplum composuit, consentaneum est non ipsum omnia vidisse et emensum esse, sed plurima ex aliis assummisse, adeoque statum geographicum, qualis ætate scriptoris erat, in iis tantum regionibus exhiberi, quæ præ ceteris ei notaæ erant. Itaque quum ad postremos annos Philippi non nisi in Græciæ, Macedoniae et Thraciæ descriptione descendere liceat, in his vixisse auctorem conjicimus. Idem colligas e § 40, ubi postquam sinum Corinthium auctor legerat usque ad intimum recessum, hinc dicit per isthnum quadragesinta stadiorum viam esse πρὸς τὴν ἐπὶ ήμερωθλασσαν. Scripsit igitur ab oriente hujus isthmi, Athenis forsan, ut bene monuit Letronnius p. 243. De longinquieribus regionibus scripta geographicæ adhibuerit, quæ tunc nancisci poterat recentissima. De Italia et Illyria nihil novit quod sit posterius ætate Dionysii tyranni, qui ad Anconam usque mare Adriaticum Græcis patet fecerat. Quare Noster de intimo ejus sinu parum adhuc accurata habet, in cetera parte bene doctum se præbet. Dionysii res in mari Adriatico gestas fuse exposuerat neque geographicæ in his neglexerat Theopompus, qui in Hist. libro XXXIX, rebus Macedonicis anni 348 prolixum de Siculo tyranno excusum intexit. At Theopompi historiis,

quæ pertinebant usque ad mortem Philippi, uti Noster non potuit, qui sua sumserit unde Theopompus sumserat, e Philisto vel alio Siculo scriptore rerum Dionysii. Nostrum non novisse statum rerum Italicarum, quæ erant circa 350 a. C., eo probatur quod Bruttiorum gentem an. 356 conflatam non memorat. — De Ponti ora boreali accuratio habet Herodoto, ut recte monet Ukerus. In meridionali litore inde a Phaside quum de populorum barbarorum serie alii alia tradere soleant, cum Nostro in singulis fere egregie consentiunt Argonautica Apollonii Rhodii et Dionysii Periegesis. Sed quinam primus hæc sic in scripto aliquo geographicæ tradiderit, ego quidem dicere non habeo (**).

65. Asiae minoris oram occiduam et meridionalem Noster ex auctore petivit, qui item junior erat Herodoto nec ita multum ante Philippi tempora scripsit. Rem testantur Leucæ Ioniæ (p. 71), quam urbem an. 383 conditam esse e Diodoro constat. Quodsi Letronnius Leucarum nomine non urbem sed promontorium nostro loco significari opinatus est, causa sententiae in eo posita est, quod complura inesse hujus oræ descriptio[n]i viderentur, quæ antiquiorem ætatem arguerent. Primum enim in Rhodo insula (p. 73) non Rhodum urbem, sed nonnisi tripolim memorari dicit. Ad eandem rem Mannertus attendens, ex hoc uno loco periplum ante an. 408 scriptum esse collegit. Contra Niebuhrius verba peripli laborare, nec posse argumentum peti e loco corrupto, rectissime monuit. Huc accedit quod Rhodi omissione nihil magis quam Byzantii aliarumque urbium probaret, quippe quam librariis vindicare licet; ac reapse vel horum culpa Rhodi urbis mentionem excidisse vel pro corruptis Ρόδος... νῆσος τρίπολις ἀρχαία πόλις leg. esse νῆσος καὶ πόλις τρίπολις ἀρχαία, κτλ., ex eo suspiceris quod quum tripolis

(*) Clausenius l. l. p. 273 : « Periplus tribuitur Scylaci antiquissimo ætatis Darii Hystaspis a Luca Holstenio (Bredow Epist. Par. p. 13), Fabricio (Bibl. gr. IV, 1, 106), Hagero (Geogr. Büchersaal, I, p. 560), Sainte-Croix (Mém. de l'acad. d. inscr. XLII, p. 350; Exam. crit. des histor. d'Alex. ed. II, p. 730), Bayero (De situ Scythiae comm. Petrop. III, p. 96). Quibus assentitur Gaiilius. — Scylacem paulo post Herodotum scripsisse censuit Mazocchi Tabb. Heracl. p. 101; inuenit bello Peloponnesiaco Mannertus (Geogr. I, p. 70); post Timaeum Cluverius (Ital. Ant. IV, 4, p. 1166); Scylacem vixisse ætate Polybii cens. Dodwellus (Dissert. de Scyl.), Wassius (ad Thuc. II, 97). »

(**) Vivien de Saint-Martin *Recherches sur les populations primitives du Caucase* (Paris 1847) p. 57 : Sur l'époque de la portion du Péripole de Scylax qui se rapporte aux côtes du Pont, et sur les sources d'où elle fut tirée, voy. notre *Histoire géographique de l'Asie mineure*, tom. I, p. 278. » Eo libro uti mihi non licetabat. Ceterum peripli nostri auctor Martino est Scylax, qui seculo sexto a. Ch. scripsit, ideoque Ponticum Scylacis periplus dicit l. l. « rédigé sur des matériaux milésiens » Cf. Idem. in *Mémoire historique sur la géogr. anc. du Caucase* (Paris 1847) p. 22 : « Ces notions (quæ de Ponticus regionibus per Milesios innoverint et ab Onomacrito in Orphica illata sint) sont d'ailleurs arrivées jusqu'à nous, au moins en partie, dans leur forme probablement originale; c'est le péripole de Scylax de Karyanda, document précieux de la fin du sixième siècle avant J.-C., qui nous les a conservées... La partie qui se rapporte aux côtes septentrionales et orientales de l'Euxin ne porte aucune trace d'additions postérieures à la rédaction primitive. »

Rhodia dicatur Ἀργυρία, eo ipso recentiori insulae urbi ab auctore opponi videtur. — Alterum sententiae suae argumentum Letronnius profert hocce p. 221 : « Selon le périple (§ 98 p. 79), ait, le pays d'Atarnée en Mysie appartenait aux habitants de Chios : c'est Hérodote (I, 160) qui nous apprend qu'ils obtinrent de Cyrus la possession de ce pays pour prix d'une trahison : ils le possédaient encore lors de l'expédition de Xerxès (Hér. VIII, 106) ; mais *il paraît* qu'il était rentré sous la domination persane, lorsque les réfugiés de Chio s'emparèrent d'Atarnée en 409 (Xén. Hell. III, 2, 11. Diodor. XIII, 65). Cette ville appartenait aux Perses quand Eubulus y usurpa l'autorité vers 356, et elle rentra sous leur domination à la mort d'Hermias (Diodor. XVI, 52. Strabo p. 610). Il me semble donc qu'on peut considérer cette indication comme antérieure à l'an 409 a. J. C. ». Vides haec mera niti conjectura et ne probabili quidem. Nam Chii qui ex insula ab adversa factione ejecti Atarneum se receperunt eamque urbem arcem belli constituerunt, unde redditum sibi pararent, quo tandem pacto tantos spiritus suunserint, ut regi Persarum urbem eriperent ereptamque non modo contra Persas desenderent, sed Chiis quoque bellum ex ea inferrent? Nonne res suadere potius videtur urbem tunc a Chiorum ditione nondum fuisse alienam? — Tertium Letronnius argumentum inde petit, quod Ciliciæ et Syriae terminus apud Herodotum et Seylacem sit Orontes sive Thapsacus fl., dum apud Xenophontem (An. I, 4, 4, 4) pylis Syriis Cilicia a Syria dirimatur : adeo ut hæc peripli pars auctorem prodat qui ætate inter Herodotum et Xenophontem medius sit. At Herodoto Cilicia non est ea regio quæ vulgo sic vocatur, sed una ex viginti satrapiis regni Persici, quæ septentriones versus usque ad Armeniam (I, 72), versus ortum ad Euphratem, versus meridiem ad Orontem pertinebat. Eo igitur sensu Cilicia usque ad Orontem pertinuerit per omne tempus quo stetit regnum Persarum, dum regio Cilicia angustiore vocis sensu etiam Herodoti ætate eodem modo quo apud Xenophontem determinari potuit. Itaque si de Ciliciæ termino, sicut de aliis nonnullis, cum Herodoto Noster consentit, nihil hinc de ætate scriptoris, qui hæc suppeditaverit, concludere licet, et acquiescendum nobis est in certiore

temporis indicio, quod ex anno conditarum Leucarum elicetur.

66. In sequente ora *Syriæ, Arabiæ, Egypti* quum non amplius diebus navigationis, sed secundum stadia distantiaæ distiniantur, alium auctor fontem exscripsisse videtur, quem non adeo antiquum fuisse ex stadiorum usu colligo, quippe qui recentiorum potius quam antiquorum geographorum esse solet. Certius ætatis indicium frustra circumspexi. Letronnius l. l. p. 224 *Egyptiæ* oræ descriptionem e perioplo fluxisse censem, qui Herodotea ætate non junior, probabiliter vero antiquior sit : « J'ai observé (in Strabonis versione gallica tom. V, p. 359) que Canobe ville est présentée (§ 106, p. 81) comme *elle* ou une presqu'île (je dis une presqu'île, parce que νῆσος a quelquefois ce sens dans les anciens auteurs) inhabitée, tandis que Thonis située auprès de Canobe, et qui fut ruinée (*) après la fondation de cette dernière, y est donnée comme une ville encore existante. Or la ville de Canobe est déjà citée par Eschyle dans le Prométhée lié (846. Adde Suppl. 309), écrit vers 450 av. J.-C. Il est clair que cette partie du périple est au moins de l'époque d'Hérodote et vraisemblablement elle est plus ancienne encore. Je suis disposé à croire que l'auteur a eu sous les yeux une ancienne description de la côte d'Égypte dressée par quelques-uns des pilotes ioniens qui, depuis le règne de Psammetichus, durent prendre une connaissance assez précise de cette côte. » At nimis hæc sunt opinabilia, quam ut firmius argumentum suppeditent. Nam primum sumitur νῆσον δι την επαντίνην partem in qua Canobus urbs condita, aut tamen istam olim insulam fuisse, dum inter urbem Canobum et insulam distinguunt Euastathius ad Dion. 13 et Stephanus Byz. v. Κάβορπος, et Canobus inter insulas maris Mediterranei enumeratur apud Melam II, 7, 6 (*Parva et Canopus, Nili ostio quod Canobicum vocant, obvia est*) et Plinium V, 34, § 128 (*Insularum ante Asiam prima est in Canopico ostio Nili, a Canopo Menelaus gubernatore, ut ferunt, dicta*) et Solinum c. 31. Deinde queritur an non etiam in continente urbem Canopum juxta Thonin periplus memoraverit; nam in antecc., ubi oppida singulis Nili ostiis apposita recensebantur, ea quæ ad septimum ostium pertinebant, dilacerato codicis folio

(*) Cantius loquitur in Strabonis vers. l. l. : « *Il paraît* que Thonis fut détruite d'assez bonne heure et que Canobe lui succéda. »

perierunt. Præterea autem mythologica hæc: ² Επὶ δὲ τῷ στόματι τῷ Κανωδικῷ ἔστι νῆσος ἐρήμη, ἦ δυναμα Κάνωδος· καὶ σημεῖά ἔστιν ἐν αὐτῇ, τοῦ Μενέλεω τοῦ κυθερήνητου τοῦ ἀπὸ Τροίας, ὃ δύομα Κάνωδος, τὸ μνῆμα. Λέγουσι δὲ Αἴγυπτοι τε καὶ οἱ προσδώροι οἱ τοῖς τόποις Πηλούσιοι ἡκεῖν ἐπὶ τὸ Κάστον, καὶ Κάνωπον ἡκεῖν ἐπὶ τὴν νῆσον, οὗ τὸ μνῆμα τοῦ κυθερήνητου: hæc omnia, inquam, a vetero periplus aliena et postea addita esse inde colligis, quod non leguntur, ubi de Nili ostiis sermo erat, sed postquam alia his auctor subjunxerat et summam totius Asiae perioplū jam collegerat, tamquam appendix adjiciuntur, sicuti etiam Europæ et Libyæ perioplū ejusmodi annotationes assuta esse videmus. Denique Canobum oppidum Herodotea demum ætate vel paullo antea exstitisse parum probable est. Nihil sane tribuere liceat fabulis quæ originem urbis a Trojanis temporibus repetunt (v. Eustathius ad Dion. 13), at facile largieris Canobum Menelao navis gubernatorem e nomine loci Αἴγυπτii effictum esse; de Canobo autem fabulam ex Νόστῳ, ut videtur, carminibus acceperunt logographi inter eosque antiquissimus Hecataeus (*), quem etiam locum Canobum in Libyæperioplū memorasse et Stephano Byzantio (**) constat. Itaque nisi statueris satis longe ante Hecataeūm et communem literarum usum a nautarum vulgo stadiasmos conscriptos esse, quos Philippi temporibus auctor perioplū nostri, utpote ab omni interpolatione liberi, adhibuerit: nihil video quod ad antiquitatem fontis, ex quo Αἴγυπτi paraplus petitus sit, definiendam facere possit. Quod præterea in perioplū legitur Αἴγυπτi figuram similem esse bipenni, cuius arctissima pars sit ad Memphis, unde deinceps meridiem versus subinde latior fiat: id quidem parum accurate dictum est; at perioplū auctorem de mediterraneis falsa afferre nihil adeo mirum habet, neque antiquitatis indicium hinc repetiverim.

67. In Libyæ paraplo usque ad Carthaginem auctor fontes adhibuisse debet optimos, quum in ora quæ inter Αἴγυπτum et Cyrenaicam interjecta est, distantia secundum navigationis

(*) Ap. Aristid. Or. Αεg. II, p. 359 Jebb.: 'Ο τοίνυν Κάνωδος δύομά ἔστι Μενέλαου κυθερήνητου, ὡς Ἐκαταῖός τε δή φησιν δ λαγοτοῖς καὶ τὸ κρίνον τῆς φάλμας' οὐ τελευτήσαντος: περὶ τὸν τόπον τούτον λείπεται τούνομα ταυτί, φημί, ὡς "Ἐλλῆνες λέγουσι. Locus addendum fragmentis Hecatai.

(**) St. B.: 'Ἐλένειος, τόπος τὸς Κανωδῶφ· Ἐκαταῖος περιηγήσει Λιθύης. Τὸ θυνικὸν Ἐλενειεύς. Quum in Libya recentior locus, ab occidente Canobici ostii ponendus. Ibidem collocandam esse Thoinū urbem e nostro perioplū colligitur, et ex ratione qua fabulæ Canobi, Thlonis et Helenii nomina junguntur probable fit. — In Hellenicī fr. (F. H. t. IV, p. 632) ap. sch. Odys. 288 pro vulgata: δ Θῶνος (1. Θῶν) βασιλεὺς ἦν τοῦ Κανωδοῦ καὶ τοῦ Ἡρακλεῖου στόματος, legi possit τοῦ Κανωδοῦ κατὰ τὸ Ἡρακλεῖον στόματα; at leg. potius τοῦ Κανωδικοῦ τοῦ καὶ Ἡρ., collata quæ absque auctoris nomine eadem refert Eustathius ad Hom. I. I.: Φασὶ δὲ αὐτὸν βασιλέα εἶναι τοῦ κατὰ Κάνωδον Νειλῷου στόματος, εὑρέτην ἱατρικῆς παρ' Αἴγυπτοι;, παρ' οὐ καὶ πᾶλιν Θῶνν (Θῶνος, schol. Hom.) ὀνομασθῆναι.

dies non a populo ad populum, sed a portu ad portum exputentur, in ipsa autem Pentapolis regione accuratiōr stadiorum mensura adhibeatur. Quodsi excepēris quæ multis seculis post Ptolemaeus et Stadiasmi scriptor anonymus de Libyca ora tradiderunt, nihil habemus quod hac perioplū parte sit luculentius. Auctorem ejus juniores esse Herodoto, qui ne Syrites quidem duas novit, dubium non est, sed certius ætas ejus constitui nequit. Multo minus liquet de ea perioplū parte quæ a Carthagine pertinet ad columnas Herculeas.

68. Quemadmodum igitur Græciam et Macedonia auctor quales ipse Philippi annis postremis noverat, describit, sic in reliqua maris interni ora fontes paullo antiquiores quidem, sed qui Philippi ætate recentissimi fuisse videntur, adhibuerit; certe in Italie, Illyriæ et Asiæ minoris paraplo nihil occurrit quod anno 380 sit recentius, et in reliquis nihil suppeditatur quod cogat ut ad altiorem ætatem adscendamus. Nomen auctoris, quem in Græcia vel Macedonia scripsisse consentaneum est, nescimus. Post alios levi brachio rem tangentes Sainte-Croix, quem unus secutus est Gailius, nullus dubitavit, quin Scylax Darii Hystaspis æqualis intelligentus esset; nimirum si quæ vidit cum hac sententia non concilianda, ea ab interpolatoribus esse profecta censuit, alia vero, quæ item seriorem ætatem arguant, aut omnino non animadvertisit, aut ita est interpretatus, ut ex iis ipsis antiquitatem perioplū demonstrare conaretur. Quæ singula quum in annotatione passim indicaverim, et quam aliena sint a crisi saniore, certatim Niebuhrius, Letronnus, Odofredus Müllerus, Clausenius demonstrant, rem dudum profligatam denuo pertractare nihil attinet. Vetus aliquod opus geographicum interpolatum esse per se nihil absonum habet, atque nostrum quoquæ opusculum magistrorum notis e margine assumptis sæpenumero auctum et turbatum esse supra vidimus. Itaque admitti Sanctæ-Crucis sententia posset, si uno altero loci nomine ejecto, reliqua Darii Hystaspis ætatem referrent. Nunc vero ita res

habet, ut dicendum foret totum opus in novam compagem redactum et ad senioris ævi statum geographicum accommodatum, et mensuras di-stantiarum aliter adornatas et orationis dialectum mutatam nec quidquam ex antiquo Scylacis opere servatum esse præter ea quæ cur mutarentur caussa non subasset. Eodem igitur jure cuicunque auctori recentiori antiquiorem aliquem in eodem argumento versatum substituere licebit. Quod quam sit ludicum, quum pateat, plurimi, ut Mannertus, Niebuhrius, Ukertus, Clausenius, de alio quodam Scylace Caryandense cogitau- runt iis florente temporibus, quæ ex periplo no- stro quisque sibi eruere visus est. Hujus sententiae probabilitas unice pendet e fide tituli, quem codex noster exhibet. Cui si mordicus inhærere velis, quæ avellere valeant argumenta certissima non habeo. Quamquam in hisce rebus sublestam esse nostrorum librorum auctoritatem exemplis constat, et opuscula quæ per scholas circumferebantur, præ ceteris falso inscribi notissimis no- minibus solent. Huc accedit quod facile fieri potuit, ut titulus noster sero demum adscriberetur. Nam quum antecedentis operis pars posterior in codice nostris libris antiquiore, avulso uno qua- ternione, jam perperda esset (v. p. XIII), et quum quæ initio nostri periopi leguntur, tam hiulca sint, ut postea addita videantur: nihil mirum foret una cum antecedentis operis fine etiam se- quentis periopi initium cum eoque titulum fronti præfixum periisse.

69. Letronnius ad Scylacem nonnisi eam refert operis partem quæ est de Asia minore. Quod præter necessitatem et eversis veterum testimoniis fieri supra monui. De toto autem periplo nostro ita statuit p. 243: « Que la compilation de notre périple ait été l'ouvrage d'un Scylax dont l'his- toire n'a point parlé, ou qu'on ait appliqué à la compilation entière le nom d'un des auteurs qui avaient été mis à contribution, c'est ce qu'il est maintenant impossible de décider; mais la der- nière conjecture mérite selon moi la préférence; car il paraît à peu près certain que l'auteur de

cette compilation vivait à Athènes... A quelle époque cette compilation a-t-elle rédigée? Cette question, sur laquelle on a tant insisté, me paraît insoluble. Dans l'état où j'ai mis la discussion, il n'y aurait plus que les indications tirées du style dont ou pourrait se servir; mais celui du périple convient au siècle d'Alexandre comme à celui de Polybe (!): aussi les partisans de l'an- ciennerie de ce livre, le baron de Sainte-Croix et M. Gail fils, ont-ils été obligés de supposer qu'il avait été traduit de l'ionien en langage commun; hypothèse toute gratuite, et j'ajoute bien peu probable pour un livre de ce genre; car le grand nombre d'anciens périples écrits dans le dialecte ionien avaient tellement habitué à voir ce dialecte employé pour de tels ouvrages, qu'au second siècle de notre ère, Arrien le choisit pour la rédaction de ces *Indiques* qui contiennent le périple de Néarque. — Dodwell (*), d'après le pas- sage de Suidas, a conjecturé que le redacteur du périple était contemporain de Polybe: on lui a objecté que ce Scylax n'aurait pu manquer de glisser dans son livre quelque trace du temps où il vivait. Cet argument négatif n'est pas sans force; mais il ne suffirait pas à lui seul pour faire rejeter l'opinion du savant Anglais. L'histoire de la géographie fournit plus d'un exemple de compo- sitions géographiques rédigées à une époque ré- cente, et qui cependant ne présentent aucune trace de cette époque. Par exemple, S. Basile le Grand (in Hexaem. Op. I, p. 27 sq.), dans un résu- mé géographique assez détaillé, s'appuie unique- ment sur la géographie d'Éphore, laissant de côté ou ignorant les résultats des découvertes de sept siècles; Nicéphore Blenniude, au treizième siècle de notre ère, a redigé un abrégé géogra- phique (*γεωγραφικον ουντητικήν*), qui n'est qu'un extrait fidèle du poème de Denis le Périgète; et si, ne connaissant pas plus Nicéphore Blenniude que nous ne connaissons l'auteur du périple dit de Scylax, nous étions obligés de chercher son époque dans les faits géographiques qu'il énonce, nous pourrions nous tromper de douze ou treize

(*) De Dodwelli dissertatione ita censet Niebuhrius in *Klein. Schriften* I, p. 113: « Diese Abhandlung gehört zu den schlechtesten Arbeiten Dodwells in dieser Art. Ich kann aber überhaupt nicht darüber schweigen, dass die Autorität dieses absprechenden chronologischen Kleinkratzers durchgehend viel zu hochgehalten wird, und eine Menge Irrthümer festgestellt hat. Wenige werden Lust haben, seine in der allererprobendsten Manier verfassten Abhandlungen prüfend durchzugehen: um so mehr versöhnt die scheinbare ängstlich gewissenhafte Genauigkeit seiner Festsetzungen, ihm mit Respekt auf das Wort zu glauben. Aber wenn man den Verdruß überwindet, und seine langen Argumente zergliedert, so wird man allenthalben ungerechtfertigte Folgerungen, und die unnatürlicheste Verbindung der Fakta um Schlüsse zu erzwingen, dabei eine völlige Entblösung von richtigen Sinn, entdecken, seine Meinungen vielmehr misstrauend als mit Gunst vernehmen, und in seinen weitläufigen Arbeiten nur Materialien suchen. »

cents ans. La seule chose qui nous avertirait de la méprise, ce serait le style, où le philologue exercé saurait bien reconnaître les traces d'un âge plus récent. D'après ces exemples, on voit qu'il n'est pas très-sûr de prendre l'époque des faits géographiques les plus récents que contient le périple, pour celle de la *rédaction* de l'ouvrage; ils montrent seulement la limite au-dessus de laquelle on ne peut la placer; mais ils laissent dans une grande incertitude sur la limite inférieure; et tout ce que l'on peut conclure du style, c'est que la *redaction* est beaucoup plus ancienne que celle qui lui était assignée par Vossius le père dans la période byzantine. Pour moi, en rapprochant le style de l'ensemble des faits de l'ouvrage, je me sens fort enclin à en placer la *rédaction* entre l'an 356 et la mort d'Alexandre. Cette opinion me semble la plus probable et la plus concordante avec toutes les données; cela ne m'empêche pas d'avouer que je ne vois pas quelle raison solide on pourrait opposer à celui qui préférerait l'époque admise par Dodwell ou même une époque un peu plus récente encore. Mais ce qui n'est point incertain, ce qui résulte clairement de l'ensemble de ces observations, c'est que le périple est réellement une compilation, et que les diverses parties en ont été tirées de matériaux d'une date approximativement connue, dont les plus récents sont du règne de Philippe de Macédoine. Ce résultat était plus nécessaire à établir que la date précise de la *rédaction*, date qu'il me paraît maintenant impossible de déterminer autrement que par des suppositions plus ou moins probables, et qui, heureusement, n'est d'aucune importance pour l'histoire de la géographie. »

70. Letronni sententiam approbavit Od. Müller (*), et Fabricius (**), nisi quod hic cum Vossio totum periplum Byzantinorum demum temporibus e variis fontibus conflatum esse censem propter orationis barbariem; in quo assentitur ei Westermannus (*in Pauly's Real-Encycl. v. Scylax*). Ac sane quo pacto dictionem nostri opusculi tum

in Alexandritum in Polybii aetatem cadere contendas, non perspicio. Neque magis tibi persuaseris periplum hunc Polybii tempore potuisse componi. Nam literatissimo ævo Polybiano non ea quæ Byzantinis temporibus erat doctrinæ clades, adeo ut periplus scriberetur qui statum geographicum duobus seculis auctoris aetate antiquiore exhiberet, nullamque haberet rationem ingentis rerum conversionis, quæ post Alexandrum Magnum faciem orbis terrarum mutavit. Ab altera parte nihil est cur ex oratione Nostri barbara colligamus Byzantinis demum temporibus, quibus magna totius maris interni periplorum copia præsto erat, nostrum periplum e variis singularum regionum paraplis esse concinnatum. Quæ sententia fortasse probabilitatis speciem haberet, si reapse periplus noster ex incongruis prorsus fontibus collectus esset. Id vero nemo hucusque demonstrare valuit, nec ullos nos novimus periplus particulares, quos aptius Noster Philippi temporibus componere potuisset; adeo ut compilatoris nomen ad auctorem nostrum nonnisi eatenus pertineat, quatenus omnis fere maris universi periplus e compluribus fontibus corrivari consentaneum sit. Reducimur itaque ad sententiam sæpius jam significatam, ex qua periplum postremis annis Philippi auctor edidit qui ab occasu isthmi Corinthii, Athenis, ut videtur, degens, Græciam et Macedoniam Thraciamque marte proprio, ceteras oras ex paraplis quos tunc nancisci poterat novissimis descripsit. Hoc opus sero demum, tertio vel quarto, ut suspicor, post Christum sæculo, in macilentum negligenter redactum est compendium; quod quum in scholis usurparetur, exemplaria ejus ludimagistri adscriptis passim notulis subjunctisque appendicibus pro more auxerunt. Præfixum libello est, nescio quam recenti mendacio, tanquam τηλαυγής πρόσωπον, nomen celebre Scylacis Caryandensis, vetustissimi logographi, a quo diversum aliquem geographum cognominem veteres novisse probari nequit.

(*) Die Etrusker I, p. 159: « Scylax Periplus, er sei zum Behufe von Schiffen oder Schülern gemacht, ist sicherlich eine Compilation, bei der Materialien von verschiedenen Verfassern und Zeiten benutzt werden mussten... Ich stimme in dieser Ansicht Letronne bey. Cf. idem in *Gällinger Gel. Anz.* 1828 N. 66 (ubi censuram institutum Geographorum a Gallo editorum) et hinc in *Klein. Schriften* tom. I, p. 259: « Der Unterzeichnete schliesst sich daher der Ansicht an, welche Letronne in einer Abhandlung über den Periplus des Scylax (*Journal des Savans*, Febr. Apr. et Mai 1825), die eine Kritik der Gallischen Dissertation (Dissertation sur le périple de Scylax et sur l'époque présumée de sa redaction. Paris 1825, 8.) bildet, auseinandergesetzt hat, nach welcher das Werk eine Composition von Materialien ist, die von verschiedenen Verfassern und aus verschiedener Zeit herrührten, aber gerade damals (in Philippus Zeit) die neusten waren, deren man habhaft werden konnte. »

(**) In *Zeitschrift für Alterthumswiss.* 1844, N. 137.

71. Epitomen nostram in nonnullis Pseudo-Arianus, qui circa quintum post Christum seculum scripsit, adhibuisse videtur; nam quae is in periplo Ponti Euxini et Maeotidis paludis § 44 p. 412 habet : ἡ ὅτι Μαῶτις λίμνη λέγεται εἰς ἔμπολον εἶναι τὸν Πόντου, eadem iisdem verbis apud Nostrum § 68 p. 58 leguntur. Integrum opus ante oculos habuisse videtur Pseudo-Dicearchus codicis sive Dionysius Aglaophontis filius in Ἀντχραρῆ Ἐλάδῃ, quod opus ex antiquis fontibus conflatum in aliis quidem a Nostro recedit, Naupactumque, ut unum afferam, nondum accenset Αἴτοις, sed Locridis oppidum dicit, in aliis autem cum Nostro facit, ita tamen ut pleniorum librum auctor excerpserit. Iluc pertinet Cretæ descriptio, quam uterque ita instituit, ut non periplus insulae exhibeat, sed borealis australisque lateris oppida, quae situ sibi respondeant, simul recenseantur. Præterea de Ambracia urbis situ et portu clauso et Ambraciæ ditionis paraplo nihil ambo inter se differunt (*). Quare etiam quæ eodem loco (v. 31) Dionysius habet hæc :

‘Η δὲ Ἐλλὰς ἀπὸ τῆς Ἀμβρακίας εἶναι δοκεῖ μάλιστα συνεχῆς· τὸ πέρας αὐτῆς δὲ ἔρχεται ἐπὶ τὸν ποταμὸν Πηγείδην, δις Φιλέας γράψει, δρός τε Μαγνήτων Όμολην κελημένον. Τινὲς δὲ τὴν Μαγνήσιαν τῆς Ἐλλάδος λέγουσιν εἶναι, τὸν δὲ Φιλέαν ἀγνοεῖν ἀποκωφίσαντα, τοῦτο δὲ εἶναι συμφανὲς τοῖς φιλομαθεῖν μάλιστα φιλοτιμουμένοις:

vix dubium est quin componenda sint cum iis quæ apud Nostrum leguntur § 33, p. 35 : Ἐντεῦθεν (ἀπὸ Ἀμβρακίας) ἔρχεται ἡ Ἐλλὰς συνεχῆς εἶναι μέχρι Πηγείου ποταμοῦ καὶ Όμολοῦ Μαγνήτης πόλεως, οἱ ἐστι παρὰ τὸν ποταμόν. Idem § 65, p. 51, postquam Magnesia urbes enumeravit, addit : Ἐν μεσογεῷ δὲ ἐποικούσιν θύνος Περραιθόη, Ἐλληνες. Μέχρι ἐνταῦθα ἐστιν ἀπὸ Ἀμβρακίας συνεχῆς ἡ Ἐλλὰς· ἐπεικῆς δὲ καὶ [ἥ] ἐπὶ θαλάσσῃ πᾶσα Ἐλλάδη δροιός (sic legi nunc velim; δροιον cod.) ἐστιν. Nimirum quum in antecedentibus ora barbara græcis coloniis distincta describeretur, inde ab Ambracia uno tenore sequitur ora mere græca usque ad Peneum fluvium; quamquam etiam reliqua ora tot habet urbes Græcas, ut ipsa quoque haud immerito Græciae assimilari possit. Hunc verba sensum præ se ferunt, quæ cur manca esse et ita redintegranda cum Gailio putarem (V. annot.), ut idem Noster

quod Dionysius, qualem nunc habemus, diceret, causa non erat. Immo Dionysius potius aut harriolatur aut corruptus est. Nam quod ille nunc dicit Græciam secundum Phileam pertinere ab Ambracia usque ad Peneum et Homolen, alios vero Phileam ignorantiae accusare quod Magnesian Græciae non accensuisset: id explicari nequit nisi ita ut verba τὸ πέρας αὐτῆς δὲ ἔρχεται, κατ., intelligantur de linea ab Ambracia per mediterranea pergente usque ad Thessalorum et Magnetum confinia. Eam explicationem in notis admisi, sed vereor ne parum considerate egerrim. Nam et obscure hæc auctor significasset, et mira foret hæc definitio, et minime eam expectaveris in periplo (scilicet periplum Phileas Atheniensis scripsit), cui norma est ora maritima. Itaque recte Fuhrius (ad Dicearch. p. 376) Dionysium e Philea non diversa a Nostro tradisse censem, adeo ut verba in hunc modum refingenda putem :

Τινὲς δὲ τὴν Μαγνήσιαν οὐχ Ἐλλάδος λέγουσιν εἶναι· τὸν δὲ Φιλέαν ἀγνοεῖν οὐκ ἀφορίσαντα.

Quibus nota sententia significatur eorum qui totam etiam Thessalam a Græcia alienam esse contenderunt; nam eis qui oram in periplis legebant, nonnisi Magnesia memoranda erat. — Hæc igitur si recte habent, suspicari licet auctorem peripli, ex quo nostrum compendium ductum est, Phileam Athenensem esse, ejusque nomini fortasse in Φύλαξ corrupto sciolum quandam substituisse notiorem geographum, Scylacem Caryandensem. Quanquam per pauca illa, quæ de Philea traduntur, ut nihil habent quod ejusmodi sententiae prorsus repugnet, sic nihil suppeditant, unde firmare eam possis. Satis veterem geographum fuisse liquet, sed accuratius ætatem definire non licet. Fragmenta partim pertinent ad res quæ in nostra epitome negligi solent, ut de origine nominum Ambraciæ, Thermopylarum, Aoi, partim in mentione oppidorum versantur, quorum alia, ut Thebæ Phthioticæ, Assus, Gargara, Antandrus, in nostro quoque compendio reperimus, alia vero, ut Andria Macedoniae et Anthea Pontica, ibi desiderantur.

Ceterum libri nostri quantumvis male affecti pretium est haud exiguum, sive fontium species antiquitatem, sive copiam eorum, quæ aliunde tradita non acceperimus.

(*) Conferenda etiam quæ de Maliensium ditione apud Nostrum et Dionysium leguntur. Vid. not. ad p. 49.

71 a. EDIDERUNT Scylacis periplum : 1. *Hæsche-lius* cum Marciano Heracleota aliisque geographis, August. Vindelicorum 1600, 8; subjecta brevis et annotatio. — 2. *Is. Vossius* cum Anonymi Periplo Ponti Euxini, Amstelodami 1639, 4; græce et latine, cum annotatione. — 3. *Jac. Gronovius* in Geographicis antiquis, gr. et lat. cum notis Vossii, Palmerii suisque, Lugduni Batav. 1697, 4. Repetita hæc editio an. 1700, præfixo titulo novo, additaque disputatione de Oxoniense Hudsoni editione et de Dodwelli dissertatione, qua ætatem scriptoris Anglus definire studuit. — 4. *Hudsonus* in Geographiæ veteris scriptt. gr. minor. tom. I, cum interpret. lat., notis et Dodwelli dissertatione,

in qua ostenditur Scylacem Polybio coævum fuisse, Oxonie 1798, 8. — 5. *Ioan. Franc. Gailius* in Geogr. gr. min. tom. I cum interpr., notis et præmissa introductione. Paris. 1826, 8. — 6. *R. H. Clausenius* : *Hecatæ Milesii fragmenta et Scylacis Caryandensis periplus*. Berolini 1831, cum interp. lat., dissertatione de ætate Scylacis et brevi annotatione. — 7. *Scylacis Periplus ex re-censione B. Fabricii*. Dresdæ 1848; græce; subjecta lectio varia. — Varietatem lectionis, quam codex Parisinus præbet, primus edidit E. Millerus in *Supplément aux dernières éditions des petits géogr.*, Paris 1839, p. 195-244.

ATHENÆUS VEL INCERTUS ATHENIENSIS.

72. In codicis Parisini 443 pagina 106 solitarius exstat titulus hicce : Ἀθηναῖον πόλεων σκώμματα καὶ ὄδοι καὶ περίπλους, qui quo pertineat, frusta in hac quidem pagina circumspicis; contra vero inde a pagina 114 duo habes fragmenta prosaica quæ inscriptione carent et, quum in medium periegessin iambicam inculcata sint, non eo quo nunc loco leguntur, olim legi poterant. Nascitur itaque suspicio et locum eorum pristinum et titulum in pagina 106 esse quærendum; nec conjectura sefellerit, quum indiculi verba ex argumentis fragmentorum facile explicentur. In priore fragmanto auctor, homo facetus, postquam Athenas descriperat, pergit Oropum. Nostri oppidum satis variis memorabile ac historia Atticæ Boeotiaeque multisfariam implicatum. Quid Noster? Memorat sane frequentes cauponas viæ ad urbem ducenti appositas, quarum beneficio molestiam itineris superaverit, de ipsa autem urbe nihil nisi hæc : ἡ δὲ πόλις Ὡρωπίων συνοικία θητῶν ἐστι, μεταβόλων ἔργασία, τελωνῶν ἀνυπέρβλητος πλεονεξία, ἐκ πολλῶν χρόνων ἀνεπιθέτῳ πλεονεξίᾳ συντεθραμμένη κτλ.... Κακὸν τέλος γένοτο τοῖς Ὡρωπίοις. Similiter Platæarum miseriam verbis Posidippi comicci ridet perstringitque istos quasi Boeoto-Athenienses, qui si Serambum cauponem et proœlium ad urbem olim commissum gloriati sint, aliud nihil in medium proferre habeant. Deinde recenset vitia, quæ in singulis Boeotiaæ urbis sedem fixisse dicantur, ut Thespiis ἡ φιλονεικία, Anthedone ἡ πλεονεξία, in aliis ἡ αἰσχροκέρδεια, διφθόνος, ἡ ὕερις, ἡ ἀλαζονεία, ἡ ἀναισθησία. Jam vides quid sibi velint in titulo verba πόλεων σκώμματα. Quæ sequuntur : καὶ ὄδοι,

item facile explicantur. Scilicet viarum rationem accurate peregrinator noster describere solet. Sic fr. 1, § 1 via Athenas ducens est ὄδος ἡδεῖα, γεωργουμένη πάσσα, ἔχουσά τι τῇ ὅψει φιλάνθρωπον. — § 6. Ἐντεῦθεν εἰς Ὡρωπὸν δι' Ἀφιδνῶν καὶ τοῦ Ἀμφιαράου Διὸς ἵεροῦ ὄδος ἐλευθέρῳ βαδίζοντι σχεδὸν ἡμέρας, προσάντης πᾶσσα· ἀλλ' ἡ τῶν καταλύσεων πολυπλήθεια τὰ πρὸς τὸν βίον ἔχουστα ἀρθοντα καὶ ἀναπάντεις, κωλύει κόπον ἐγγίνεσθαι τοῖς ὄδοις ποροῦσιν. — § 8. Ἐντεῦθεν εἰς Τάναγραν στάδια ρλ'. ὄδος δι' ἐλαιοφύτου καὶ συνδένδρου χώρας, παντὸς καθαρέουσα τοῦ ἀπὸ τῶν κλάσιν φόρου. — § 11. Ἐντεῦθεν εἰς Πλαταιάς στάδια σ'. ὄδος ἡσυχῆ μὲν ἔρημος καὶ λιθωδῆς, ἀνατείνουσα δὲ (τε?) πρὸς τὸν Κιθαιρῶνα, οὐ λίαν δὲ ἐπιστραλής. — § 12. Ἐντεῦθεν εἰς Θήβας στάδια π'. ὄδος λεία πᾶσσα καὶ ἐπίπεδος. — § 23. Ἐντεῦθεν εἰς Ἀνθηδόνα στάδια ρξ'. ὄδος πλαγία, ἀμοικήλατος δι' ἀγρῶν πορεία. — § 26. Ἐξ Ἀνθηδόνος εἰς Χαλκίδα στάδια ο' μέχρι τοῦ Σαλγανέως ὄδος παρὰ τὸν αἰγαλὸν λεία τε πᾶσσα καὶ μαλακή· τῇ μὲν καθήκουσα εἰς θάλατταν, τῇ δὲ ὅρος θύηλὸν μὲν ἔχουσα, λάσιον δὲ καὶ ὑδατικὴν πηγαίοις κατάρρυτον. — Quod vero deinde titulus habet: καὶ περίπλους, id sane in duo fragmenta codicis 443 non cadit. Suspiceri legendum esse καὶ εὑρίπος, quum de Euripo sermo sit in postrema parte fragmenti prioris, ex quo antecedentia tituli verba explicavimus. Sed fieri etiam potest; ut verba καὶ περίπλους ad alia fragmenta pertinuerint; nam complura olim fuisse constat e codice Parisino 571, qui tertium exhibet, Strabonianis excerptis annexum, quod in pleniore codice ante secundum fragmentum codicis 443 locum obtinebat (v. not. ad p. 97). Ejus statim initio legis: τοῦ δὲ ὅρους (τοῦ Πηλίου) η με-

γίστη καὶ λασιωτάτην βίζα τῆς πόλεως (τῆς Δημητριάδος) κατὰ μὲν πλοῦν ζ (?) ἀπέχει στάδια, πεζῇ δὲ καὶ . Ac similiter de aliis orae maritimæ locis disserens auctor paraplos memoraverit.

73. Ceterum verba πόλεων σκώμματα καὶ δόδοι καὶ περίπλους patet nihil esse nisi indiculum, quem liberarius ex argumento fragmentorum collegerit. Vera operis integri inscriptio et ambitus jam nos latent. In primo fragmento auctor Eleusine, ut videtur, procedit Athenas; quibus descriptis, pergit Oropum, hinc Tanagram, Plateas, Thebas, Anthedonem. De his solis, quas ipsum adiisse vel ex verbo κατινόησε § 10 intelligitur, agit accuratius. Deinde postquam verbo monuit de Thesspiis et Bœoticarum urbium ἀληρήμασι, Anthedone transit in Eubœam, Chalcidemque urbem fusius describit. In secundo fragmento a Demetriadē urbe excurrit in Pelium montem, de eoque exponit uberrime. Fragmento tertio, e postrema totius operis parte petitō, auctor fines Helladis, sumto a Peloponneso initio, usque ad Homolium Magnesiae et Tempe Thessalorum pertinere dicit, ac refellere studet eorum sententiam, qui Thessaliā Græciā accensendam esse negarent. Quantum ex his colligi potest, scriptor noster totius Helladis, quam nos dicimus, provincias una cum Thessalia et Eubœa descriptissime videtur, non tam justam omnium geographiam componens, quam suo quodam itinerary tamquam fundo narrationis utens. Librum hunc inscriptum suisus suspicor : Περὶ τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλεων; num singularis fuerit liber an pars majoris operis, in medio relinquo. Auctor secundum codicem fuit Athenæus quidam. Fidem testimonii neque firmare aliunde, neque certioribus argumentis evertere licet, adeo ut ea sit acquiescendum. Dubitatis tamen caussas non reticebo. Etenim quum ex Athenarum laude magnifica et ex eo quod Oropii et Plateenses tamquam Bœoto-Athenienses traducuntur, auctorem suisus Atheniensem colligas, dubius hæreo, num revera de Athenæo quodam Atheniense cogitandum sit, an codex verbo Ἀθηναῖος nihil nisi patriam scriptoris indicet, sive quod nomen viri exciderit, sive quod omnino id non noverit scriba, sed ex argumen-

to fragmentorum, ut reliquum indiculum suum elicuerit, sic etiam de patria auctoris conjecturam fecerit. Huc accedit quod opus nostrum Heraclidi cuidam vindicandum esse suadet Apollonius in Mirab. c. 19, ubi Ἡρακλεῖδης δικριτικὸς (Κρητικός cod.; em. vv. d.) ἐν τῷ Ηερὶ τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλεων de planta quadam Pelii montis laudatur, quam iisdem fere verbis Noster (fr. 3, § 5 p. 107 ubi v. not.) describit. Nam si in his verborum consensum mirari licet, multo majorem mirationem habet quod titulus libri, quo a re narrata alienior esse videtur, tanto aptius in nostrum opus cadit; adeo ut vix credas duos autores de eadem planta iisdem pæne verbis in opere de Helladis urbibus disseruisse. Recte Olearium pro δικριτικός correxisse δικριτικός, non dubitamus; nam si Cretensis scriptor esset, Kρῆς dicendus erat. Nihil itaque impedit quominus Atheniensis fuerit (*).

74. Vulgo fragmenta nostra ex Dicæarchi Messenii opere, quod Βίος Ἑλλάδος inscribitur, petitæ esse censentur. Vix ita statuissent plurimi, si geographorum codicem Parisinum novissent. Argumentum sententiæ sumserunt ex verbis : Δικαιάρχου ἀναγραφὴ Ἑλλάδος, quæ Græciæ insularumque Græcarum descriptioni metricæ subjiciuntur. Nimirum quum viderent poema istud quod nunc Dionysii esse constat, ad Dicæarchum Messenium nihil pertinere, nomen ejus transtulerunt ad prosaica nostra fragmenta, quæ poeticis inseruntur. Verum conjectura hæc nihil habet quo commendetur. Nam si ignorabatur auctor operis metrici, quod Theophrasto cuidam dedicatur, facile intelligitur quâ factum sit, ut Dicæarche vindicandum esse quidam putarent. Scilicet Theophrastus iis erat notissimus ille philosophus; quærenti autem inter amicos Theophrasti et discipulos Aristotelis geographum aliquem, sponte se obtulit Dicæarchus, qui sèpius una cum Theophrasto appetivit laudatur. Nihil igitur video eur nomen Pseudo-Dicæarchi ab eo libro cui attribuitur, divellatur. Deinde vero descriptionem Græciæ, qualē nostra fragmenta prosaica produnt, abhorrente ab opere, quale τὸν Βίον τῆς Ἑλλάδος suisus aliunde docemur, tum alii perspexerunt, tum nos suisus

(*) Fortasse Heraclides hic non diversus est ab Heraclide περὶ νῆσων scriptore, quem una cum Philostephanō, Callimachi discipulo, laudant Harpocratio v. Στρύμον (Ἡρακλεῖδης ἢ Φιλοστέρανος ἢ τῷ περὶ νῆσων) et v. Θάλαρος (ubi Ἡρακλεῖδης δικριτικός, quod vix recte habet), Smidas v. Νάξος, Plin. IV, 23. Cf. Fr. Hist. II, p. 197 sq. Philostephanus, qui cum Heraclide componitur, etiam περὶ τῶν ἐν τῇ Ασίᾳ πόλεων scripsit; cui operi tanquam altera pars juncti fuerint libri περὶ τῶν ἐν Εὐρώπῃ πόλεων, quamquam is titulus in fragmentis ad Europæ urbes pertinentibus non occurrit. Probabiliter in his quoque viam Philostephanō prævivit Heraclides.

diximus in Fragm. Hist. tom. II, p. 227 sqq. Præterea ad chronologica attendendum erat. Nam quum in fragmentis Demetriadis urbis mentio fiat, et duobus locis Posidippi comici versus cidentur, Dicæarchus, Aristotelis discipulus, etiamsi non ante annum 347 natum ponamus, nonnisi senex urbis illius et comici meminisse potuit, et ne senex quidem, nisi sumas scripsisse eum paullo post conditam Demetriadem et versus istos e primis Posidippi fabulis esse petitos. Nam Demetrias condita est inter annos 294-287; Posidippus vero, triginta fabularum auctor, docere cœpit anno 289. At quisnam crediderit Dicæarchum, doctissimum gravissimumque philosophum et historicum, canum jam caput, comici poetæ vix tum innotescens versiculis usum esse, ut probaret Thessaliam partem esse Græciæ? Manifesto hæc ætatem posterioriem arguunt. Adde quod tota illa de Thessalia Græcia accensenda disputatio non tam doctum historicum quam grammaticum sapit. Nec non de Boetiae civitatibus narratio, quamquam multa habet quæ nobis jam acceptissima veniunt, a severæ tamen historiæ gravitate abhorret, nimiumque indulget levidensi facetiarum studio (*), adeo ut non ita longe absit ab istis itinerum descriptionibus, quas lepidi Parisienses in imis diariorum foliis divulgant.

Ætatem auctoris nostri accuratius constituere vix poteris. Ni conjectura fallit, Atheniensis iste vixit inter annos 250-200 a. Ch.

75. Fragmenta nostra prosaica, que breviatorum et scribarum culpa multis in locis manca et corrupta crisin habent difficillimum, una cum metricis fragmentis τῆς ἀναγραφῆς τῆς Ἑλλάδος sub Dicæarchi nomine edi solent. Editiones vero haesunt :

1. *Dicæarchi Geographica quædam sive de Vita Græciæ* (fragm. I et III). *Ejusdem descriprio Græciæ, versibus iambicis ad Theophrastum, cum Latina interpretatione atque annotationibus H. Stephani, et ejus Dialogo, qui inscriptus est, Dicæarchi Sympractorum, additis Is. Casauboni*

annotationibus. Excudebat H. Stephanus (Paris.), 1589. 8°. Stephanus græca accepérat a Matthæo Buddæo (v. supra p. xiii). Desideratur fragmentum iambicum de Creta et Cycladibus Sporadibusque insulis.

2. In Hœschelii Geographis min. p. 163 sqq. Augustæ Vindelicorum an. 1600. 8. Hœschel primus dedit fragmentum iambicum de Creta ceterisque insulis. Hæc editio recusa est :

3. In Gronovii Thesauro antiq. græc. tom. XI, p. 1 sqq. an. 1699. fol.

4. In Hudsoni Geographis min. tom. II, p. 1 sqq. an. 1703. 8. Hudsonus primus edidit fragmentum II de Pelio monte, quod a Fabricio accepérat (Vid. not. ad. p. 107 ed. nostræ). Accepit Dodwelli de Dicæarcho dissertatio.

5. In Zosinadum Geogr. min. tom. I, p. 479 sqq. Vindobon. 1806, 8.

6. *Dicæarchi Peripatetici Βίος Ἐλλάδος aliaque fragmenta Geographicæ emendata atque illustrata edidit M. Marx in Fr. Creuzeri Meletemat. P. III, p. 171 sqq. Lips. an. 1819. 8.*

7. Δικαιάρχου τοῦ Μεστηγίου Ἀναγραφὴ καὶ βίος Ἑλλάδος, Ἀννωνος περιπλους κτλ. (V. supra p. xxxii). Cum Lucæ Holstenii lucubrationibus, etc. ed. G. Manzi. Romæ 1819. 4.

8. *I frammenti di Dicearco da Messina, raccolti ed illustrati dall'avocato D. Celidoneo Errante, de' Baroni di Vanella e Calasia. Palermo. 1822. 8. 2 tom.*

9. In Gailii geograph. min. vol. II. Paris. 1828. 8.

10. *De Dicæarcho ejusque operibus, quæ inscribuntur Βίος Ἐλλάδος, Ἀναγραφὴ Ἐλλάδος* scripsit Augustus Buttmann, adjunctus Portensis. Numburgi (1832) 4.

11. *Dicæarchi Messenii quæ supersunt composta, edita et illustrata a Maximiliano Fuhr. Darmstadtii. 1841. 8.*

Leguntur tria nostra fragmenta prosaica etiam in Fragm. histor. tom. II, p. 254 sqq. ad calcem fragmentorum Dicæarchi Messenii.

(*) Mannert VIII, p. 193 : « Die Vorwürfe, welche man den Bœotern wegen ihrer Esslust und wegen Vernachlässigung der Geisteskultur machte, übergehe ich; es machte sie der gewandtere, auf seinen etwas schwefälligen Nachbar nie gut zu sprechende Athenienser. Wer ähnlichen halbwahren Spott, welchen der witzige Griechen über das Auffallende einzelner Städte ergoss, zu lesen wünscht, findet Unterhaltung in der kurzen Beschreibung einiger der wichtigsten Orte Bœotiens, welche unter Dicæarchs Namen vorhanden ist, aber wahrscheinlicher als das Produkt eines flüchtig reisenden Atheniensers gelten kann. »

76. De Agatharchidis Cnidii ætate diversissimas in partes viri docti abierunt. Opus de mari Erythraeo, quod senex composuit, scriptum esse Mannertus (*) censuit Ptolemai Philadelphi annis postremis vel Ptolemai III initio, Gosselinus (**) circa annum 182 a. C., regnante Ptolemaeo V, Droyseius (*Hellenism II*, p. 734) circa an. 160, Wesselingius (ad Diodor. III, 11) eo tempore quo regnavit Ptolemaeus VIII Soter II sive Lathurus (117-108), Dodwellus (**) anno 105 vel 104 sub Ptolemaeo IX Alexandro I (107-90 n. C.). Wesselingii sententiam probarunt Clintonus (Fast. Hell. III, p. 535 (***)). Ritterus (*Erdkunde* tom. XII, p. 247 (*)), alii, ipse ego in *Fragm. Histor.* tom. III, p. 191. Ceterum quum unus Dodwellus de ætate Agatharchidis fusius, sed confuse, disseruerit, reliqui paucis verbis, uno altero argumento in medium prolato, rem attigerint, superest ut denuo argumentum tractetur accuratius.

77. Primum igitur Photius cod. 213 ita habet : « Ενοι δὲ αὐτὸν (τὸν Ἀγαθαρχίδην) Ἀγάθαρχον δυομάζουσι. Τούτῳ πατρὶς μὲν ἡ Κνίδος ἦν, ἡ δὲ τέχνη γραμματικὴ ἐπεδείκνυτο· ὑπογράφεια δὲ καὶ ἀναγνώστην δὲ Λέμβος Ἡραλεῖδης, δι' ἣν αὐτῷ ἐξηπρετεῖτο, παρέστη γνωρίζεσθαι. Ἡν δὲ καὶ θρηπτὸς Κινέου (Κιναίου codd.). Ex his Heraclidem Lembum sub Ptolemaeo VI Philometore vixisse et auctoritate apud regem polluisse Suidæ testimonio (v. *Ἡραλεῖδης*) constat; Cineas vero, qui educavit Agatharchidem, idem fuerit cum Ptolemaei VI ministro, qui, Antiocho Epiphane in Aegyptum invadente (170 a. C.), κοινοβόλιον e viris claris-

simis conscripsit (Polyb. XXVIII, 16). Natum igitur Agatharchidem ponamus inter annos 190 et 180 a. C. Studiis Alexandriæ absolutis, nescio an Athenas juvenis inviserit. Certe urbem istam adiisse eum vel tunc vel postmodum, inde colligas, quod de nomine maris *Erythræi* edictum sese dicit (§ 5 p. 112) a Boxo Persa, quem τὰς Ἀθήνας, λιπόντα τὴν πατρίδα, ἐμβῶνται prodit. Deinde traditur Agatharchides scribæ et lectoris munere functus esse apud Heraclidem Lembum, historicum, philosophum, virum πολιτικὸν (v. Fr. Hist. III, p. 168 sqq.), qui eo maxime tempore floruisse videtur, quo Ptolemaeus VI cum Antiocho Epiphane pacta initivit, sive an. 170 post primum cum eo bellum, sive post alterum, an. 168; scilicet verba Suidæ *Ἡραλεῖδης...* γερονῶς ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ ἔκτου δε τὰς Ἀντίογον ζητεο συνθήκας ita intelligo ut ipse Heraclides de pace componenda legatus ad Antiochum missus sit (*). Usus hujus viri et familiaritas ad excitanda dirigendaque Nostri studia magni momenti fuerint. Exemplum patroni secutus et cœpta ejus, ut videtur, continuans amplissima scripsit opera historica; neque a philosophia alienum fuisse tum e libro Περὶ τῆς προσφιλοῦς ὅμιλας colligitur, tum Strabo p. 656 testatur, cui Agatharchides est δὲ τῶν περιπάτων ἀνὴρ συγγραφεύς. Quodsi in his Heraclide inferior fuerit, superavit eum arte dicendi; nam illius dictio, Dionysio Hal. judgee, erat negligentior, hic vero, εἴ τις ἄλλος, ἀγημονηρὸς τῆς περὶ τὰς λέξεις γράσσων. Verba sunt Photii l. 1., qui postquam virtutes Agatharchidis scriptoris pluribus persecutus est, hanc apponit

(*) Mannert. X, 1, p. 65 : « Diese Afrikanische Küste blieb den ersten vom Ptolemaeus Philadelphus abgeschickten Entdeckern völlig unbekannt; des Agatharchides Nachrichten schliessen sich daher mit der Meerenge des Arabischen Meerbusens. Aber noch in den letzten Jahren des nämlichen Königs erweiterten sich die Kenntnisse von der Ausdehnung der Erde, etc. »

(**) Gosselin *Recherches sur la géographie systématique et positive des anciens* tom. II, p. 161 : « Agatharchides paraît avoir vécu environ quarante et un an après Energète. (La description du golfe Arabique) prouve qu'an sud de Ptolemaïs on ne connaît aucune habitation importante sur le rivage. Aussi n'a-t-il pu donner de cette portion de la côte que des notions très-vagées et tellement incertaines qu'elles ne conduisent pas même jusqu'au détroit. On ne peut, au reste, soupçonner Photius, à qui nous devons aujourd'hui un long extrait de l'ouvrage d'Agatharchides, d'avoir négligé de transcrire ce que celui-ci aurait dit des contrées africaines voisines du détroit, puisque Diodore, en copiant Agatharchides, termine sa description précisément au même endroit que lui. »

(***) *Dissertatio ostendens tempus quo de mari Rubro vel de gentibus potius meridionalibus scriptis Agatharchides in Hudsoni Geogr. min. tom. I, p. 67 sqq.*

(****) Adde Niebuhr. *Kl. Schriften* I, p. 405 : « Artemidor, jenes (des Agatharchides) Zeitgenoss, oder etwas jünger als er nach Marcius um Ol. 160, I. d. St. 651 schrieb. »

(*) Ritter I. 1. Agatharchidem scripsisse putat c. an. 120, praeunte Ukerlo I, p. 120 et Forbigero I, p. 246. Lepidum est quod Ukerus dicit Agatharchidem linguæ Äthiopiacæ peritum fuisse, laudata p. 46 ed. Huds., § 62 p. 154 ed. n. — Heyne *De fontibus Diodori* p. LXVI in ed. Bip. : « Et noster quidem Agatharchide maxime est usus, homine Cnido, regis Ptolemai pueri tutores, sive Alexander ille fuit, sive Soter II, s. Lathurus. »

(**) Sic etiam Bernhardus ad Suid. p. 879 verba interpretatur. At minus recte dicit : « Eundem Heraclidem inter legatos, qui controversiam inter Antiochum Epiphanem et Philometorem dirimenter, profert Polybius XXVIII, 1. » Nam ibi de Heraclide *Antiochi* ad Romanos legato sermo est.

coronidem : Ἀλλὰ γάρ ὁ μὲν ἀνὴρ τοιοῦτος, καὶ τὸ ἀπὸ τῆς γραμματικῆς ἔχων κλέος· εἰ δὲ καὶ τὸ τῆς ῥητορικῆς ἐπώνυμον αὐτῷ η̄ μὴ νήφουσα ψῆφος οὐκ ἐπέθετο, ἀλλὰ γάρ ἔμοιγε δοκεῖ οὐδὲν ἔλαττον τῶν γραμματικῶν οὐδὲντερος η̄ τῶν ῥητόρων, δι' ὃν καὶ γράφει καὶ διδάσκει, κατατάσσεινεσθαι. Ad linguæ elegantiam et variam viri doctrinam accedebat morum probitas et potentis patroni commendatio. Nihil mirum igitur contigisse ei, ut regii pueri magister eligeretur, eique regnum adepto consiliarius et tutor adsisteret. Hoc enim munere functum esse, quo tempore senex jam libros de mari Rubro scripsit, ipse nos edocet. Nimirum complures in Excerptis (§ 11-18 p. 117 sq.) leguntur παρανέσεις ad regem juvenem, inter quas hæc habes dissertissima (§ 17) : 'Ἐγώ δ' ἀφ' ἧς ήμέρας η̄ τύχη με κατέστησεν ἐπίτροπον τοῦ σώματος τοῦ σου, νέου παντελῶς θντος, καὶ τῆς δλῆς βασιλείας, ἀπ' ἐκείνης εὐθὺς μέγαν ἐμαυτῷ πόνον ἐπέβαλον. Τίνα τοῦτον; τοῖς πρὸς ἡδονὴν διμιλοῦσιν ἐναντιοῦσθαι καὶ δυσχεραίνειν, σοῦ πρῶτον αὐτοῦ περιαιρούμενος οὐ τὴν ἔξουσίαν, ἀλλὰ τὴν ἄγνοιαν, ἵνα τὸν τοσούτων ἀγαθῶν φρονῶν ἀπολαύσῃς, μὴ διαμαρτάνων. Τοῦτο γάρ ἐξήτουν πατρὸς ἔχων εὔνοιαν χρόνου στοχαζομένην, οὐ κόλακος εἰρωνείαν καιρῷ προσομιλοῦσαν. Οἶδα γάρ πρεσβύτερος θντος καὶ πολλῷ ἔμπειρος γεγονὼς πραγμάτων, διὰ τοὺς θωπεύειν ἐπιβεβλημένους τοὺς ἐν ταῖς ὑπεροχαῖς καὶ τὰς μεγίστας βασιλείας ἀρδην ἀνηρημένας, τὴν Κασάνδρου, τὴν Λυσιμάχου, τὴν Ἀλεξάνδρου τηλικαύτην οὖσαν, τὴν Μήδων, τὴν Σύρων, τὴν Περσῶν, ὅστε μηδὲ σπέρμα κατατελεῖφθαι τοῦ γένους. Οὐκ ἀλλόγως· νέου γάρ πολλὰ μὲν ἀγνοοῦντος διὰ τὴν ἡλικίαν, εὐλογούμενου δὲ ἐπὶ τοῖς ἀμερήμασιν οὐδὲν σφαλερώτερον οὐδὲ ἐπικινδυνότερον.'

78. Niebuhrius quidem (*Kl. Schriften* I, p. 411) verba ista ad Agatharchidem nihil pertinere putavit, sed ex persona dicta esse alius cuiusdam, qui tutor fuerit Ptolemæi Epiphanis. At orationes quales in historicis scriptis Agatharchides interponebat, a maris Erythræi descriptione alienæ esse videantur; deinde vero ex proœmio libri quinti (§ 21 p. 119, 32: 'Ἐκτέτουρον δέ σοι προοισμένα παραδέιματα γένους, ἵνα... τοὺς ἀμεινον καὶ τούναντίον εἰπόντας ἐπ' αὐταῖς εὑρῆς ταῖς δοκιμασίαις) appareat opus nostrum certæ cuidam personæ eique juveni vel puerō fuisse inscriptum; unde sponte quisque conjicit ad eundem juvenem etiam παρανέσεις istas ab eodem dirigi Agatharchide.

Accedit quod verba : πρεσβύτερος θντος καὶ πολλῷ ἔμπειρος γεγονὼς πραγμάτων eximie quadrant in Nostrum, quem proiectæ tum ætatis fuisse discimus ex § 110, ubi sic : Τὰ μὲν οὖν ὑπὲρ τῶν Ἐθνῶν τῶν ἔχουμένων πρὸς μεσημβρίαν, ὡς ἦν ἐφ' ήμέν, ἐν πέντε βιβλίοις ἐπιμελῶς ἱστορήκαμεν· ὑπὲρ δὲ τῶν ἐν τῷ πελάγει νήσων ὕστερον τεθεωρημένων, καὶ τῶν ἐξῆς Ἐθνῶν, καὶ τῶν εὐνῶδῶν ὅσα φέρειν συμβαίνει τὴν Τρωγλοδύτιν χώραν, ήμετος μὲν παραιτησάμενοι τὴν ἐξήγησιν ἀρδην ἀπολελόπαμεν, οὔτε τὸν πόνον τῆς ἡλικίας δμοίως θντοφέρειν δυναμένης, πολλῶν διὰ τὸν ὑπέρ τε τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίας ἀναγεγραμένων, οὔτε τῶν ὑπομνημάτων διὰ τὰς κατ' Αἴγυπτον ἀποστάσεις ἀκριβῆ παραδιόντων σκέψιν: Simul hæc ostendunt virum rebus publicis occupatum; quippe qui ob defectiones Αἴγυπτον tum perturbantes majoribus distraheretur negotiis quam ut in recentissimos navigatorum commentarios inquirere posset (*). Quodsi Niebuhrius miratur tantam numeris dignitatem viro delatam esse quem Photius grammaticum vocat, ego non perspicio cur Agatharchides grammaticus, philosophus peripateticus, historicus, a regio ministro eni-tritus, alias ministri usu formatus ab eoque commendatus, a summis dignitatibus arcendus fuerit, quas eunuchos et abjectissimæ conditionis homines, Eulæos, Lenæos, Agathocles, Sosibios, alias, obtinuisse constat.

79. Sin quæras quinam fuerit rex ille juvenis, paulodiligentius Ptolemæorum historiam lustranti patebit eligendi potestatem negari, neque de alio cogitari posse nisi de Ptolemæo VIII Sotere II., filio Ptolemæi VII Euergetis II et Cleopatræ, fratre majore Ptolemæi IX Alexandri I. Moriens Ptolemæus VII regnum reliquit Cleopatræ uxori secundæ (quæ prioris uxoris Cleopatræ et Ptolemæo VI erat filia) et alteri ex filiis quem illa legisset (Justin. XXXIX, 3). Cleopatra, Soteri filio majori infensa, minorem Alexandrum eligere voluit, sed a populo majorem creare regem compellitur, qui initio una cum matre, mox solus regnum administravit (117-107). Natales Sotiris in illud tempus incident, quo Ptolemæus VII, repudiata uxore priore, filiam ejus vi stupratam in matrimonium rapuerat, Alexandrini autem eo scelere excitati regem dudum invisum ejecerunt, regnumque Cleopatræ repudiatae tradiderunt. Quo facto, exul Ptolemæus, iræ impotens, Mem-

(*) Nescio quo pacto Droysenius II, p. 734 verba διὰ τὰς κατ' Αἴγυπτον ἀποστάσεις interpretari potuerit: wegen der Entfernung dieser Gegenden von Ägypten.

PROLEGOMENA

phitem filium in Cypro insula occidit membranaque truncati misit Alexandriam.

80. Chronogiam harum rerum novissimus constituere tentavit Letronnius (*Recueil des inscript. grecques de l'Égypte*, tom. I, p. 79), ita vero ordinavit, ut cum iis quae Agatharchidis historia sibi postulat, conciliari nequeat. Haec enim quum regem flagitet, qui anno 117 puer

adhuc nec quattuordecim fere annis major esset, Letronniano ex computo Soter tunc natus fuisset annos viginti septem. At non probasse hoc mihi videtur vir de Ptolemaeorum historia meritissimus. Ne longus sim, temporum rationes, quatenus ad rem nostram pertinent, Letronni calculis meisque exputatas in tabula componam.

A. C.		A. C.	
146.	Évergète règne.	146.	Ptol. VII Euergetæ post fratris mortem annus primus (<i>Porphy.</i>).
145.	Répudie sa femme; tue son fils; épouse sa nièce.	132-131.	Pt. Cleopatram repudiavit; filiam ejus Cleopatram dicit; pulsus in Cyprum abit post regnum annorum 15 (<i>Diodor.</i>). Ptolemaeus VIII Soter II nascitur.
144.	Naissance de Sôter II.	130.	Ptol. Euerg. Memphitem filium necat (<i>Liv., Diod.</i>). Alexander I nascitur.
143.	Naissance d'Alexandre I.	117.	Ptol. VII Euergetes moritur (<i>Porphy.</i>). Cleopatra regnat cum Ptol. VIII Soter II (<i>Porph.</i>).
132.	Évergète chassé d'Alexandrie.	114.	Ptol. Soter Cleopatram sororem dicit. Eudoxus proficiscitur.
127.	Mariage de Sôter II.	113.	Ptol. Soter Cleopatram dimittit; Selenen dicit; mater ei regno cedit.
126.	Naissance de Cléopâtre, fille de Sôter II.	112.	Eudoxus reddit. Cleopatra Antiochæ Cyziceno nubuit. Cleopatra Soteris filia nascitur.
117.	Évergète meurt.	111.	
117.	Cléopâtre règne seule.	111-108.	
	Départ d'Eudoxe.	107.	Soter pulsus in Cyprum abit (<i>Porphy.</i>). Cleopatra et Alexandri I regis annus 1. (<i>Porphy.</i>)
	Sôter associé à sa mère.	106.	Alexander I Cleopatram (priorum uxorem, non constat cuiusnam filiam) dicit.
116.	Forcé de répudier sa femme.	105.	Alexander II, Alexandri I filius, nascitur.
114.	Sôter remarié avec Selène.	103.	Ptol. Soteris in Syriam expeditio. Alex. II infans in Con ins. transportatur (<i>Joseph.</i>).
	Mariage d'Alexandre I avec Cléopâtre fille de son frère.	97-92.	Cleopatra, Soteris filia, , Alexandro I nubuit.
	Sôter retranche le nom de sa mère des actes publiq.	86.	Mithridates Alexandrum II in Co ins. reperit et παραλαβὼν ἔτρεψε βασιλικῶς (<i>Appian.</i>).
	Il règne seul.	81.	Cleopatra, Soteris filia, ab Alexandro II privigno et marito occiditur (<i>Porphy.</i>).
	Retour d'Eudoxe.		
109.	Naissance d'Alexandre II.		
107.	Sôter II chassé d'Alexandrie.		
	Cléopâtre et Alexandre I.		
103.	Sôter II en Syrie.		
	Cléopâtre envoie Alexandre II à Cos.		
86.	Mithridate trouve Alexandre II à Cos, âgé de 24 ans.		
81.	Alexandre II fait périr Cléopâtre.		

81. Primum vides ad annos 132-130 me referre quae Letronnius (cujus laterculos repetivit Franz in C. J. III, p. 288) annis 145 et 144 assignata

vit (*), immemor, ut videtur, Titi Livii, qui accuratum exhibet temporis indicium in Ep. lib. LIX, ubi inter res anno 130 a. C., M. Perperna consule,

(*) Idem l. l. p. 54 de his ita exponit : « Évergète eut de cette princesse (de Cléopâtre) un fils, qui naquit, pendant les cérémonies de l'intronisation, à Memphis, ce qui suppose déjà une année d'union. On a lieu de croire (?) que c'est peu de temps après, peut-être la même année, que, séduit par les charmes de sa nièce Cléopâtre, qui pouvait avoir dix-huit ans, il lui fit violence et l'épousa, après avoir répudié sa mère. On sait (?), en effet, qu'à la mort d'Évergète II, en l'année 117, son fils Soter, issu de ce second mariage, était déjà marié depuis plusieurs années à sa sœur Cléopâtre, ce qui porte l'époque de son mariage au moins à l'année 121; mais elle a pu être antérieure de quelques années : et comme il est difficile de supposer que Ptolémée se soit marié avant dix-sept ou dix-huit ans, sa naissance est reportée au moins avant l'année 139, et, conséquemment, le mariage de sa mère avant l'année 140. »

gestas etiam hæc habes : *Ptolemaeus, Euergetes cognominatus ob nimiam crudelitatem suis invisus, incensa a populo regia, clam Cyprus profugit; et quem sorori ejus Cleopatræ, quam, filia ejus virginem per vim compressa atque in matrimonium ducta, repudiaverat, regnum a populo datum esset, infensus filium quem ex illa habebat, Cypri occidit, caputque ejus et manus et pedes matri misit.* Porro in Diodori Excerptis de virt. et vit. (XXXV, c. 14 p. 542 ed. Didot.) historia de Ptolemæo filii occisore ita collocatur, ut proxime sequatur fragmentum de Antiochi Sidetæ sive Pii bello Parthico (an. 129-128 sec. Porphyr.), antecedat autem in iisdem excerptis (cap. 8) locus ad servile in Sicilia bellum pertinens (an. 134-132), afque alias (cap. 9) de aris Jovis Ætnæ denuo consecratis, qui quidem ex rebus anni 131 petitus esse debet, quum post debellatos demum servos religio Ætnæ Jovis instaurari potuerit. Ex his igitur satis intelligitur de anno quo Memphis truncatus sit Diodorum cum Livio consentire. Uterque auctor in hujus temporis rebus Syriis et Ægyptiis Posidonium, ducem optimum, sequi solet. Illud tamen queritur, num fuga quoque Ptolemæi ad eundem annum 130 referenda sit, an ad antecedentem pertineat, adeo ut paullo altius Livius rem repetiverit. Hoc ut credamus, facit Diodorus XXXIII, 6 p. 524 Didot., qui quum Ptolemæum regnasse annos quindecim prodat, fugam ejus retulit vel ad finem anni 132 vel ad initium anni sequentis. — Igitur Ptolemæus Soter quum circa annum 130 a. C. natus esse debeat, initio regni agebat vitæ annum quartum fere ac decimum.

82. Ceterum si quis Livium, Diodorum et Agatharchidem negligeret, in promptu erat Soterem credere antiquiore fuisse. Nam ita Justinus XXXIX, 3 : *Igitur quum prior in minorem filium esset (Cleopatra), a populo compellitur maiorem eligere; cui priusquam regnum daret, uxorem ademit; compulsumque repudiare carissimam sibi sororem Cleopatram, minorem sororem Selenem ducere jubet. Sed Cleopatra, non tam a viro repudiata quam a matre divortio viri dimissa, Cyziceno (a. 111 sqq.) in Syria nubit etc.* Secundum haec Soter antequam regnum susciperet, jam uxorem habuisse videtur; quod de puero annorum quat-

tuordicem non est verisimile. Vehementer vereor ne in breve contrahens Trogi narrationem ut alias sic in his quoque Justinus obscuraverit. Rem ita adornandam esse conjicio. Soter Cleopatram duxerit quam primum fieri potuit, ætatis anno decimo sexto vel septimo (114. 113). Hucusque omnem potestatem penes matrem, mulierem dominandi libidine famosam, fuisse concesseris. Quare hosce regni annos uni Cleopatra assignasse videtur Posidonius (ap. Strab. II, p. 99), qui Eudoxum Cnidium navigationem suscepisse ait *regnante Cleopatra*; reversum autem dicit οὐκέτι τῆς Κλεοπάτρας ἡγουμένης, ἀλλὰ τῷ παιδός. Ac sane obtinuisse Soterem ut solus regnaret, probat papyrus Parisiensis (*du Louvre* N. 53. V. Letr. l. 1.) qui ad sextum regni annum (111 a. C.) pertinens unum regis nomen, non simul Cleopatrae matris, exhibet. Auctor vero hujus rerum conversionis fuerit uxor Soteris, audax illa et Cleopatrae marito inimice consiliis strenue obsistens. Cujus amovendæ causa nihil tentans mater filio *regnum dederit*, ut Justinus ait, id est, soli regnare concesserit, ea conditione, ut uxorem dimitteret et Syriæ regi Antiocho destinaret, ejusque loco Selenen duceret. Quo facto, mox recuperaturam se pristinam potestatem præsensit, nec spes eam sefellit. Sic rem habuisse crediderim; sin minus, aut præcox Soteris matrimonium sumere licet aut complures annos Cleopatram solam regnasse antequam populo cedens filium majorem regem crearet.

83. Sed hæc omnia corruerent, et Livii et Diodori et Agatharchidis auctoritas everteretur, si revera Soter filiam suscepisset anno 126, quam anno 114 duxisset Alexander I, ut in laterculo suo ponit Letronnius. At nihil historia suppeditat quod in ejusmodi sententiam abire cogat (*). Duas Alexander I uxores habuit; utrius erat Cleopatrae nomen; priorem nonnisi ex Eusebii Chronico novimus, ubi Alexander II Cleopatra filius esse dicitur. Duxisse eam Alexander debet ante an. 103, quo filius ex ea natus Alexander II in Con insulam transportatus est, ubi juvenem duodeviginti minimum annos natum reperit an. 86 Mithridates καὶ παραλαβὼν ἔτρεψε βασιλεῖαν. Altera uxor erat Cleopatra Soteris filia, quam scimus mortuam esse anno 81 (Porphyr.),

(*) Nec quidquam de hac re probatur titulo Apollopolitanus (ap. Letr. l. l. p. 49, in C. I. III, p. 362) : Βασιλισσας Κλεόπατρα καὶ βασιλεὺς Πτολεμαῖος θεοὶ μεγάλοι Φιλομήτορες [καὶ Σωτῆρες, καὶ τέκνα Ἀρωτῆρες θεῷ μεγίστῳ καὶ τοῖς συνώνοις θεοῖς. In quibus si recte habet supplementum καὶ Σωτῆρες, titulusque ad Ptolemaeum VIII pertinet, tamen de anno ei assignando nihil liquet nec quidquam de eo admittendum, quod cum reliqua quam novimus historia conciliari nequeat.

postquam per dies aliquot uxor suisset privigni sui (προγόνου Πορφύρ.) Alexandri II. Quando nata, quando Alexandro I juncta sit, nemo tradit nec certius sciri potest. Si editam ponamus an. 111, Alexandro nubere potuit inde ab an. 97.

84. Semotis impedimentis, quibus recentiores chronologi viam obstruebant, ad auctorem nostrum revertor. Ptolemæus igitur quem post patris obitum quattuordecim fere annos natus esset, magistro adhuc usum fuisse sponte intellegitur. Tutorem vero regis non Ptolemæus iste constituerit, qui uxoris arbitrio regnum reliquit, sed voluntas populi, qui quum matrem coegisset, ut invisum sibi filium regem crearet, personam ejus odio et iræ Cleopatrae committere non potuit; in promptu vero erat maternis insidiis virum opponere probum, longæ vitæ experientia rerumque civilium usu valentem, regis personæ additissimum.

85. Alia quædam subjungam que ad ætatem scriptoris nostri definiendam aliquatenus pertinent. — Eo ipso tempore quo sua Agatharchides conserveret, nova quædam de insulis orisque oceani meridionalis in notitiā venerant (uti patet ex § 110). Jam vero vidimus ad Cleopatrae et Ptolemæi VIII Soteris sive Lathuri regna a Posidonio referri navigationem Eudoxi Cnidii. Præterea cognitionem geographicam australis terræ sub Ptolemæo Lathuro auctam esse indicat Plinius VI, 35 § 188, ubi de Æthiopiæ gentibus: *Quibusdam pro sermone nutus motusque membrorum est* (Cf. Agath. § 41). *Quibusdam ante Ptolemaicum Lathyrum Ægypti regem ignotus fuit usus ignium.* Porro Agatharchides § 102 de Arabibus dicit: Οὗτοι πολύρυτον τὴν Πτολεμαῖον Σύριαν πεποτήκασται. Igitur penes Ptolemæos tunc fuit Cœlesyria, quam Antiochus Magnus prælio ad Panium commisso Ptolemæo V Epiphani eripuerat, nec recuperavit Ptolemæus VI, etsi recuperasset, nisi jamjam vincens prælio cecidisset (an. 146). In potestatem denique provinciam redegerit Ptolemæus VII, quo tempore rebus Syriis se immisicut, Demetrio Nicatori opponens Alexandrum Zabinam (128), et postea Tryphænam filiam Antiocho Grypo elocans (123).

86. Monendum etiam de scriptoribus nonnullis, qui ab Agatharchide landati ad ætatem ejus

proxime accedunt. Inter eos Dinias (§ 5 p. 112), Ἀργολικῶν scriptor, Arato, cuius res gestas prodidit, aut æqualis erat aut junior; si æqualis erat, senilis ejus ætas cum Agatharchidis juventute componenda. Porro § 64 p. 156 Ag. dicit terræ habitabilis partes occidentales explicasse Lycaum et Timæum, orientales Hecataeum et Basilim, boreales Diophantum et Demetrium. Horum postremus est Demetrius Callatianus, quem Ponticas regiones diligentissime descriptissime constat ex anonymi periegesi iambica. Composuit Ηερὶ Ἀσίας καὶ Εὐρώπης libros viginti. E fragmentis (t. IV, p. 381) tenuissimis nihil liquet nisi scripsisse eum post an. 216; Dionysius vero Halicarnassensis (De verb. comp. t. V, p. 30 R.) quum Demetrium inter historicos orationis elegantiam parum curantes memoret post Polybium et Psaonem, his ille non antiquior, adeoque Agatharchidis coætaneus fuerit. Diophantus vero Ponticōn auctor, si idem est cum Diophanto Mithridatis duce, Agatharchide fuit junior, attamen potuit Pontica edere antequam senex Noster de mari Erythræo scriberet. Basilis, Indicōn et Æthiopicōn auctor (Fr. H. IV, p. 346) inter quinque istos quos Plinius VI, 35 Æthiopiam explorasse dicit et ex temporum ordine recenset, loco ponitur penultimo, ut Agatharchide vix fuerit multo antiquior. Præter hos Arrianus, qui de cometis scripsit, laudatur § 111, p. 194. Scripsit hic post Eratosthenem (*) ideoque Agatharchidis fere coætaneus fuisse debet. Ex iis autem qui Agatharchidis libris usi sunt, antiquissimus est Artemidorus Agatharchide paullo junior, quippe quem floruisse Ol. 169 (104 a. C.) resert Marcianus Heracleensis.

87. SCRIPTA Agatharchidis a Photio cod. 213 recensentur hæc:

1. Τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐν βιβλ. ε'
2. Τὰ κατὰ τὴν Εὐρώπην ἐν βιβλ. μθ'.
3. Ηερὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης βιβλ. ε'.
- (4. Ηερὶ τῶν Τρωγλοδυτῶν βιβλ. ε')
5. Ἐπιτομὴ τῶν περὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἐν βιβλ. α'.
6. Ἐπιτομὴ τῶν συγγεγραφότων περὶ συναγωγῆς θαυματίων ἀνέμων (εὖων; νόμων?).
7. Ἐκλογαὶ ἱστοριῶν.
8. Ηερὶ τῆς προσφιλοῦ δημιύλας.

(*) Joannes Philoponus Comment. in Aristot. Meteorol. p. 79 Ald. 1551: Ἀρριανὸς δὲ ἐν τῷ περὶ μετεώρων φησὶν, ὡς Ἐρατοσθένης ὁ Κυρηναῖος λοχαριζεται, εἶναι καὶ πάντες μυτάλλες σταδίων ἔχειν τὴν περίμετρον τοῦ μεγάστου τῆς γῆς καὶ οὐλοῦ. Laudatur hic Arrianus etiam a Joanne ad Aristot. Phys. p. 23, quem locum in schedulis meis non exscripsi.

9. Ἐπιτομὴ τῆς Ἀντιμάχου Λύδης.

88. In Asia rerum libris decem exposita historia τῶν ἐν Ἀσίᾳ Ἀλεξανδροῦ διαδόχων; in Europiacis auctor vel a morte Alexandri M., vel ab eo tempore, in quo Heraclidæ Lembi historia substiterat, exorsus usque ad finem imperii Macedonici narrationem deduxisse videtur (*). Haud pauca in his Agatharchidem interposuisse de rebus geographicis et ad historiam naturalem pertinentibus fragmenta probant. Sic in Europiacorum fragm. 1 de anguillis Copaidis lacus, fr. 10 de phasianis, fr. 13 de vino Issæ insulæ sermo est; in Asiaticorum autem libro secundo excursus legebatur de Ἀθιοπia, quæ angustiore vocis sensu dicitur et τάν τε νῆσον τὴν Μερόν ταὶ τὴν χώραν τὴν πλησίον Αἰγύπτου (Diodor. III, 7, 3) sive Meroes regnum comprehendit. Narravit ibi Agatharchides quæ de origine Ἀθιοπum, coloniis in Ἀgyptum deductis, literis, legibus, institutis accepere (v. Diodor. III, 2-7). His deinde nonnulla subjunxit de rudibus illis Ἀθιοπum gentibus (Diod. I. l. c. 8-10), de quibus postea fusius exposuit in opere de mari Erythræo. Similiter scripto περὶ θαυμαστῶν θῶν (si ita legendum est) in multis præluserit mirabilibus illis ad quæ in geographicis libris præ ceteris auctor atten- disse videtur, quorumque colligendorum studium sub Ptolemaeo VII, talium rerum curiosissimo, in primis viguerit.

89. Libros quinque Περὶ τῶν Τρωγλοδυτῶν non diversos fuisse puto a libris quinque Περὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Horum epitomen non ipse Agatharchides senex, sed alius quidam elaborasse videtur. Librum primum et quintum excerptis Photius; quintum Diodorus Bibliothecæ libro tertio in compendium redegit (**). Præter hos Artemidorum in Geographicorum libro octavo descriptionem sinus Arabici ex Agatharchide potissimum petiisse comparata inter se Photii et Diodori ex Agatharchide excerpta et quæ ex Artemidoro Strabo enotavit, docent luculentissime.

90. Erythræum mare quum aliis sit australis oceanus universus, aliis mare ab India ad recessum sinus Arabici pertinens, aliis nonnisi illud quod Arabiae latera tria alluit, angustiore hoc sensu Agatharchides nomen adhibuisse videtur. Certe quæ ex eo referuntur, omnia pertinent ad sinum Arabicum et mare Arabiae meridionalis et sinum Persicum, cuius insulas Erythras Persa incolis frequentans nomen dedisse mari ab auctore nostro censemur. Præterea quum Photius § 47 p. 139, 3 insulas quasdam sinus Persici dicat τετραμένας πρὸς τὰ δοκοῦν πέλαγος παρεκτείνει τὴν Ἰνδικὴν καὶ τὴν Γεδρωσίαν, in his Gedrosiae oram vagis verbis indicatur, ut ab argumento operis nostri alienam fuisse suspiceris. Tum vero in circumscripto his limitibus opere Agatharchides præ ceteris tractaverit ea, quæ ad Africæ oram regionesque ei proximas pertinent. De his enim excerptorum pars est longe major, et antiquorum auctorum narrationes ubiores suppettebant. Omnilio autem Agatharchides, si ad rem judicium subactum attulit, et scientiæ geographicæ leges in scribendo non neglexit, non modo plenissimum sed accuratissimum etiam de istis regionibus opus componere potuit, quum subsidiorum copia uberrima tunc adesse deberet, aditusque ad ea, si cui alii, pateret Agatharchidi. Nam præter libros bibliothecæ Alexandriæ præsto erant τὰ βασιλικὰ ὑπουρήματα sive asservati in regiis scriniis commentarii eorum, qui regum jussu plagas istas exploraverant; nec pauca etiam ex ore testium oculatorum accipere licebat.

91. Quæ nos jam novimus de iis qui post Alexandri M. et ante Agatharchidis tempora mare Rubrum descripserunt vel explorarunt, per pauca sunt. Eratosthenes apud Strabonem p. 768 de sinus Arabici juxta Arabiæ oram longitudine laudat *Alexandrum* et *Anaxicratem*; quorum ille haud dubie idem est cum eo qui ab Äliano (H. An. XVII, 1) citatur Ἀλέξανδρος ἐν περίπλῳ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης de serpentibus cancrisque præ-

(*) Ultimum fragmentum e libro 38 petitum (Fr. H. tom. III, p. 192) de Dardanis agit, pertinetque ad historiam Philippi, qui sepius eam gentem bello aggressus est, ut an. 207 (Liv. 28, 8), 200 (Liv. 31, 28, 43) et 197 (Liv. 33, 19). Reliqui libri undecim, si in annum 168 desinebant, complectebantur res annorum 30-40, adeo ut singulis libris inesset historia annorum trium quattuorve, quæ fere ratio etiam præcedentium librorum fuisse debet.

(**) Laudat Diodorus III, 11, 1 Agatharchidis librum secundum Περὶ Ἀσίας una cum Artemidori libro octavo, de Meroes Ἀθιοπibus ceterisque. V. not. ad § 30 p. 129. In iis vero quæ lib. III, 12-48 ex Agatharchidis libro quinto refert, bis laudat auctorem suum (III, 18 et 48. Vid. Agath. § 41 p. 135 et § 103 p. 192), non citato operis titulo. Epitome Diodori cum Photii excerptis in singulis interdum verbis concinit; de aliis modo pauciora, modo uberiora quam Photius præbet. Accidit etiam ut inepta ratione vestigia Agatharchidis legit, ut § 84 p. 174. Recte Heynius De fontibus Diodori p. 63 ed. Bip.: « Artemidorum Ephesium... quem ipse (Diodorus III, 11) in iis quæ de Ἀgypto et Ἀθιοπia tradita sint, inter præstantiores scriptores refert, vix in iis, quæ de Troglodytice et Ἀθιοπia exposuit, adhibuisse videtur; convenient enim omnia cum Agatharchide. » De his contra Heynium disputare non debebat Hoffmannus *Die Iberer*, etc. p. 201.

grandibus, Neptuno sacris, quos nemo lædat ipseque auctor se vidisse narravit. De Anaxicrate aliunde non constat, nisi forte huc pertinet is, quem uribus condendis Seleucus Soter præficerat (Tzetzes Hist. VII, 174). — Pythagoræ opus περὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης novimus ex Atheneo p. 183, F (ubi de pandura Troglodytarum), et p. 634 (de tetrachordo instrumento, quo Troglodytæ utantur) et Äliabi Hist. Anim. XVII, 8 (de cepo. Cf. Agath. § 75) et XVII, 9 (de onocentrauro). Fuit Pythagoras ille Euphorione antiquior, nec fortasse diversus a Pythagora Ptolemæi regis præfecto, quem magnas gemmas in insulis maris rubri ante Arabiam sitis reperisse prodit Plinius XXXVII, 9. Nonnulli nominum similitudine seducti censem a Pythagora non esse distingendum Orthagoram, cuius Ἰνδὸς λόγουs memorat Älianus XVI, 35, quemque de Ogyride insula sinus Persici et Erythræ regis sepulcro una cum Onesicrito testem assert Strabo p. 766, et de alia re Philostratus in Vit. Apoll. III, 53, qui etiam quæ deinceps leguntur c. 54 sq. de Gedrosiæ ora ex eodem fonte hausisse putandus est, præsertim quum inter hæc etiam de Ichthyophagis pecora pisce alentibus sermo sit, quod ipsum laudato Orthagora refert Älianuſ I. l. His addit Philonem τὸν συγγράψαντα τὸν εἰς Αἴθιοπίν πλοῦν (Strabo p. 77) sive Αἴθιοπικὰ (Antigon. Mirab. c. 145 ed. Westerm.). — Ipse Agatharchides § 44 p. 155 de certa quadam Ichthyophagorum gente laudat Simmiam a Ptolemæo III missum ad explorandos populos maritimos extra fauces sinus Arabici. Alii memorantur duces Ptolemæorum, qui num etiam libros de expeditionibus suis in publicum ediderint, haud liquet. In excer-

ptis Agatharch. § 85 p. 175 mentio sit Aristonis ad exploranda Arabiae litora missi a Ptolemæo (Philadelpho, ut puto (*)). Artemidorus apud Strabonem p. 769 Satyram Philoteram condidisse narrat et a Ptolemæo II ablegatum esse ἐπὶ τὴν διερεύνησιν τῆς τῶν ἐλεφάντων θήρας καὶ τῆς Τρωγλοδυτικῆς. Ex eodem novimus Eumedem Ptolemaidis τῶν θηρῶν conditorem. Porro Philemonem præfectum, qui e Topazōn insula primus gemmas ad Berenice Ptolemaei II matrem attulit, apud Plinium habes. Alios viros huc pertinentes produnt nomina insularum, portuum, promontoriarum, specularum, venationum, castellorum, stelarum, ararum. Sic ex Artemidoro in sinu Arabico nota sunt : Σούχου φρούριον (**), Δημητρίου σκοπιά (**), Κόνωνος βωμός, Κοράου φρούριον καὶ κυνήγιον, Ἀντιφέλου λιμήν, Εύμενος ἄλσος, Φιλίππου νῆσος, Πιθαγγέλου κυνήγιον, et extra fauces ; Λίγα θήρα, Πιθολάου ἀκρωτήριον, Λέοντος σκοπή, Πιθαγγέλου λιμήν, et Πιθολάου, Λέοντος, Πιθαγγέλου, Χαριμόρου στῆλαι καὶ βωμοί. Præterea apud Ptolemaeum memorantur : Διογένους ἄκρον, Ἀντιόχου σωλήν, Ἀγαθώνος νῆσος, Μύρωνος νῆσος, Διοδώρου νῆσος, in Arabiae ora Σωστίππου λιμήν et juxta eam Τιμαγένους νῆσος, Σωκράτους νῆσος, et extra angustias Ἀγαθοκλέους νῆσοι δύο. Denique Plinio teste (VI, 34), a regum præfectis dictæ Maru (s. Mareu) insulae aquosæ et Eratonos (Eranos v. l.) sientes (***) . Non omittendi denique qui terreno itinere Äthiopiam explorarunt, explorataque descripserunt, Dalion, Aristocreon, Bion, Basilis, Simonides minor, quos hoc ordine recenset Plinius, quorumque priores certe quattuor Agatharchide antiquiores erant. Num accensus iis sit Damocritus, Αἴθιοπικῶν auctor, incertæ

(*) Aristonis statio vocatur una ex iis, que erant in via a Coplo ad Berenice a Ptol. II. ducta. V. Tab. Peut.

(**) Non scribendum esse ap. Strab. p. 770 contra codicum auctoritatem φρούριον, Τοσούχου (τὸ Σούχου codd.) ίδρυμα, ut Corayns et Cramerus fecerunt, lique ex Plinio.

(***) Apud Ptol. IV, 7, 5 alia in regione memoratur Δήμητρος σκοπιάς ἄκρων ; ubi legendum puto : Δημητρίου σκοπιάς ἄκρων. Eadem nomina in diversis oræ locis interdum redeunt; neque est cur aut Ptolemaeum aut Artemidorum errasse putemus. — Porro pro βωμός Ἐρέτος ap. Ptolem. I. l. probabiliter fuit βωμός Ἐρέτων, quum insulas Eratoniæ in Plinio neverimus. Similiter Droysenius Hellenism. II, p. 743 pro Σατύρων δρος ap. Ptol. I. l. leg. suspicatur Σατύρου δρος. Dūbitari etiam possit an recte habeant Ἀθηνᾶς νῆσος et λιμὴν εὐαγγέλων.

(****) Eratoni nomen habes in C. Inscr. I. III, p. 426 N. 4901 in titulo templi Philarum ins. : ΕΡΑΤΩΝΟΣ [ΤΟΥ ΣΥ]ΓΓΕ[ΝΟΤΣ... ΠΡΟΣΚΥΝΗΜΑ] et N. 4902 in titulo mutilo, cuius initium : ΕΡΑΤΟΝΟΣ... ΥΝΙΡ C. 1Σ....

ΜΙΑΡΨ.....ΚΑΙ.....

* Initio versus 2 dixeris quidem fuisse Θηράχου aut στρατηγοῦ, sed multo probabilius est fuisse ΚΑΙΑΡ[XI], e. c. ἀρχιχυνίγου, ἀρχιτολαχίτου etc. — FRANZ. Nescio an subsit præfectus qui apud Plinium VI, 33, § 169 cum Eratone memoratur, et a quo dictæ insulae Maru vel Mareu ; Μαρία νῆσος ap. Diodor. ; nec alia est, opinor, Μύρωνος νῆσος ap. Ptol. — Præterea habes Διοσκορίδου νῆσον (iud. Socotra) et Ζηνόδοτου insulas septem (Kuria-Muria Iodie), quas item a Græcis nomen nactas esse putare possit. At hæc nomina ficta potius ad aliorum similitudinem. Nam Διοσκορίδου ortum ex diu-sokotera, i. e. insula beata (εὐδάμιον; νῆσοι Agath. § 103); Ζηνόδοτος autem insulae nor. a Zenobio quodam dictæ, sed ab incolis earum Djenobi Arabibus. Similiter ὁ Σερπίτιος; et ὁ Νικώνος δρόμος; in oræ Azaniæ fuerint arabica nomina in græca detorta (V. not. ad. per. n. Er. p. 269).

ætatis (v. Fr. H. IV, p. 377), in medio relinquimus. Neque magis constat de Æthiopicis, quæ Suidas tribuit Charoni Lampsaceno, nos vero Charoni Naucratitæ historicæ vindicanda esse suspicamur.

92. Post tot virorum Græcorum itinera, expeditiones conditosque de iis commentarios quæras quidnam Agatharchides suis De mari Erythræo libris quinque præsterit. Vereor ne minora fuerint quam exspectaveris. Quodsi ex parte superstite de integro opere judicium ferre licet, narratorem sane habemus suavem, perelegantem, omnesque illas orationis virtutes ostendentem, quas in historicis Nostri scriptis summopere Photius laudavit, tantoque promtius nos prædicamus, quo minus geographicorum scriptores de iis solliciti esse solent. At ipsum illud elegantia studium in causa fuisse videtur ut negligenter auctor ἀξεψιαν istam, quæ in ordine narrationis perspicua et in locorum regionumque nominibus, situ, ambitu, distantiis accurate definiendis positâ præcipuum geographi laudem constituit. Qua spreta diligentia, pinguntur nullis circumscripta lineis, et pro distincta imagine præbetur confusa nitidissimorum licet colorum farrago. Ea enim nostri operis species est, ut non tam a geographo elaboratum putes quam a rhetore concinnatum, qui hoc sibi proponeret ut e variis aliorum scriptis librum eliceret amœnum ac juventuti lectorumque multitudini tanto gratiorem quo magis procul haberet exactæ doctrinæ austерitatem. Missa igitur fecit aut levi brachio tetigit populorum barbarorum nomina horrida et jejunos numeros distantiarum et quæ cetera non poterant ornare nec ore proferri rotundo; contra vero operam dedit ut argumenta narrationis scite soligeret et artificiose variaret et præ ceteris τὰ θυματικὰ καὶ παράδοξα amplectens iisque inhærens ipse videretur scriptor admirabilis.

93. DISPOSITO OPERIS. Terrarum, quas mare alluit, descriptiones ita veteres auctores disporere solent ὅστε σύμβουλον ποιεῖσθαι τὴν θάλασσαν, τῇ παραλίᾳ χρώμενοι, ἡγεμονικόν τι τὴν θάλασσαν κρένοντες (v. Ephor. ap. Strabon p. 334). Et hæc quidem ratio, qua ducem scriptor sequitur oram maritimam, ab eaque ad mediterranea, ubi commodum fuerit, digreditur, ut simplicissima sic rei est accommodatissima. Agatharchides vero tritam viam et ab artificio alienam legere noluit, sed ita libros adornasse videtur, ut pars eorum esset historicæ potius quam geographicæ;

in geographicis autem distinguerentur rerum genera, separatimque ageretur de populis, de bestiis, de plantis etc.; populi rursus componerentur secundum vitæ rationes, ideoque ichthyophagorum titulo comprehendenter omnes isti populi qui per utrumque sinus Arabici latus et meridionalem Arabiæ oram et sinus Persici insulas dispersi piscium capture vitam sustentant. Denique quum persæpe quidem in his narrationis partibus de ora maritima sermo fuisset, nec tamen justa ejus descriptio exhiberetur, separatim rursus de ea sermonem instituit, ita vero ut quæ in antecedentibus jam exposuisset, omitteret, ex reliquis autem nonnisi ad mirabilia et τὰ πόρρω κείμενα ἀπὸ τῆς συνηθείας attenderet. Sic mixtum, varium, diffusum opus conflavit, cuius geographica si quis in tabula delineare omnia tentaret, nullis aliunde assumptis auxiliis, perplexum sane negotium susciperet.

94. Sed paullo accuratius argumenta excerptorum perlustremus. Initio libri primi sermo erat de Ptolemæo II, primo venatore elephantum (§ 1). Deinde (2-8) auctor docere studet unde nomen habeat mare Erythræum; qua in re Persicam fabulam ipse secutus refellit aliorum sententias, et verbosa diatribe ridet vulgi credulitatem, quod Græcis fabulis fidem non deneget. His absolutis ad elephantos reddit (§ 9). Quæ deinde leguntur, ex oratione petita sunt de bello contra Æthiopes suscipiendo (§ 11-18); subjiciuntur nonnulla de armis Æthiopum, et quomodo Ptolemæus nescio quis equites bello Æthiopico destinatos instruxerit (§ 19, 20). Hactenus pertinent excerpta libri primi. In quo quum de elephantis maxime et Æthiopibus sermo fuisse videatur, et elephantos venandi studium regnante Ptolemæo Philadelpho Æthiopicas regiones primum aperuerit, iisdemque bestiis debeatur ut sub ceteris Ptolemæis cognitio harum terrarum subinde aucta sit: sponte nascitur suspicio primi libri argumentum positum fuisse in historia rerum, quibus meridionales isti tractus in notitiam Græcorum pervenerint. Narraverit igitur primum de Ptolemæo II venatores emitente, deque Ptolemaidis ab Eumede conditæ originibus, deinde quomodo alii duces alias venationes instituerint, in certum quendam oræ locum appellentes ex eoque in mediterranea penetrantes. Qua in re non modo hoc spectandum erat, ut regionem elephantis frequentatam seligrent, sed ut portus etiam navibus ἐλεφαντηγοῖς accommodatus in propinquuo esset, et simul lo-

cum nanciscerentur qui natura sua vel imposito castello Graecos a barbarorum impetu tutos præstaret. Jam quum a borea hodiernæ Abyssiniae elephantes non reperiantur, venatio circa Ptolemaidem, ut prima erat, sic ceteris magis boream versus sita est. Deinde apud Artemidorum sequuntur Σάβα λιμὴν καὶ κυνῆγον ἐλεφάντων, Μηδινὸς λιμὴν, cui superjacet φρούριον καὶ κυνῆγις, Εὐμένους ἄλσος et pone id Δάραβης πόλις καὶ κυνῆγον ἐλεφάντων τὸ πρὸς τῷ φρέατι λεγόμενον, tum Ηὐθαγγέλου κυνῆγον et deinceps aliæ venationes tam intra fauces sitæ quam extra eas ad sinum Avaliticum. De his igitur omnibus Agatharchidem libro primo, fortasse etiam sequente, exposuisse neque aliunde sua hausisse Artemidorum consenteaneum est. Ac facile hinc explicatur ratio qua libro quinto ora Libya describitur. Nullam ibi neque Photius neque Diodorus mentionem injiciunt Berenices, celeberrimi hujus oræ emporii; haud aliam scilicet ob causam quam quod de ea auctor jam dixerat libro primo; a Berenice enim proficisci debuerunt Eumesdes ceterique qui in Abyssiniae oram emittebantur. Ac de toto hoc tractu qui inter Berenicen et Ptolemaidem medius est, ipse Agatharchides libro quinto ad priora volumina lectorem relegavit. Sic enim intelligenda sunt verba Photii § 84 p. 174: Τὰ μὲν ἔως τῶν Ταύρων καὶ Πτολεμαῖδος ἡρμήνευται, quibus e Diodoro l. 1. jungas: δτε Πτολεμαίου τὴν τῶν ἐλεφάντων θήραν ἀπηγγεῖλαμεν. Eadem de causa de tota Abyssiniae ora in libro quinto nihil resertur nisi mirabilia quædam de umbrarum ratione quam Ptolemaide observarunt, deque balænis hujus maris ingentibus. Contra Gosselinus et Mannertus e libri quinti ratione collegerunt præter Ptolemaidem nullum in Abyssiniae ora locum insigniorem Agatharchidi innotuisse, eique opinioni suam de ætate scriptoris sententiam, spretis historiæ testimonis, accommodarunt. Similem in errorem incidit Reichardus (*). Etenim quum Artemidorus in ora inter Berenicen et Ptolemaidem media nonnisi pauca locorum nomina, multa autem in hod. Abyssiniae litore recenseat, apud Ptolemaeum vero contraria ratio obtineat: turbatam esse Artemidori descriptionem, et plurima eorum quæ in Abyssinia ille collocavit, ad Nubiæ oram transferenda esse sibi persuasit, arreptaque

nominum nonnullorum similitudine, novum prorsus locorum ordinem, ea qua solet temeritate, in credulorum usum effinxit. Quibus immorari non est operæ pretium. Nam quæ florente regno Ægyptio magni momenti erant, elephantorum venationes inde ab ultimorum Ptolemaeorum temporibus neglectas fuisse ac vicos oppidaque in Abyssiniae ora et sinu Avalitico præter pauca barbarorum metu derelicta esse sponte intelligitur, si historiam rerum Ægyptiarum reputaveris. Itaque de his nihil fere legitur apud Claudium Ptolemaeum, qui in tabulas suas præ ceteris loca mercatorum navigationibus nota recepit.

95. Libris II-IV quid Agatharchides egerit, nescimus. Pars eorum fortassis in eodem quo primus liber arguento versabatur; alia pars esse potuit de Arabiae ora meridionali adjacentibusque insulis et de sinu Persico; de quibus Ptolemaei III expeditionem hand pauca suppeditasse credideris. Sed haec in meras conjecturas retrusa.

96. Libro quinto proœmii loco rhetor noster præmittit μελέτην ὁπτορικὴν de ratione qua magna infortunia decenter annuntianda sint. Deinde gentes quæ sint a meridie Ægypti, descripturus, primum de via agit quā Memphi ad fines Aethiopiacitatem itur (§ 22), tum nitidam narrationem interponit de auri metallis ad Ægypti et Aethiopiae confinia sitis (§ 23-29). Post haec ad præcipuum libri argumentum accedens, quattuor gentium classes distinguit, fluviorum accolas, paludum accolas, errantes, ichthyophagos oræ maritimæ (§ 30). Ac primum quidem de ichthyophagis agit, qui quum non solum per Libyæ oram dispersi habitent (**), sed etiam in Asiatico litore inde ab intimo sinus Arabici recessu usque ad Gedrosiam passim occurrant, hos omnes eodem loco describendos sibi sumens auctor, § 31-39 vitam depingit eorum qui sunt intra fauces sinus Arabici, dein § 40-49 (**) ceteros recenset in meridionali Arabiae ora et sinu Persico degentes. In his § 41 laudatur Simmias, quem Ptolemaeus ad *Arabicam* potissimum (non vero Libyam) oram explorandam misisse putandus est. Ejusdem Ptolemaei III temporibus reliqua, quæ de hac Arabiae parte traduntur, primum innotuisse probabile fit e collatis inter se quæ in Monumento Adulitanio leguntur et quæ de expeditione regis in Babyloni-

(*) *Myoshormus und die Ægyptisch-Aethiopische Küste des klassischen Zeitalters* in libro: *Kleine geogr. Schriften* p. 402 sqq.

(**) Vid. not. ad. § 31 p. 129.

(***) Pag. 141 not. ad § 49 a deo verba Quæ apud Diodorum .. interposita.

niā et Persidem novimus. Indicium rei inest excerptis p. 139, 4 sq. cum Plinii narratione IX, 2 (v. p. 135 not.) comparandis.

97. His defunctus (*Διεληλυθότες δὲ περὶ τῶν παροικούντων τὴν ἀπὸ Βαθυλονίας ἔως τοῦ Ἀραβίου κόλπου*, Exc. Diod. §. 50 p. 141), ad Libycam Aethiopiam auctor rediens populos ejus mediterraneos describit. Rhizophagos Astaboræ accolas (§ 50) excipiunt Hylophagi et Spermophagi (§ 51); proxime sequuntur Venatores (Gymneta Artemidori) (§ 52), a quibus longe ad occasum remoti Elephantomachi sive Elefantophagi (§ 53), et ab his versus occasum Simi, versus meridiem Struthiophagi (§ 57); modico hinc intervallo occurunt Acridophagi (§ 58), quibus contermina regio ob scorponum multitudinem deserta (§ 59); postremi demum versus meridiem Canimulgi habitant (§ 60). Inde narratio convertitur ad Troglodytas nomades, quorum vita et instituta explicant fusius (61 sqq.). — Deinde postquam dixerat sua hac opera meridionales terræ habitabilis regiones similiter explanatas esse atque orientem Hecataeus et Basilis, ali⁹ reliquias orbis plagas primi accuratius descripsissent, generaliora quædam subjungit, ut de summa regionum borealium et australium diversitate, et si eae non ita magnis intervallis separantur, quum a Mæotide palude ad Aethiopiam iter 24 diebus confici possit. Tum bestias describit, leones, myrmecoleones, pardales, rhinocerotes, camelopardales, sphinges, cynoscephalos, cepos, tauros carnivorus, serpentes (§ 68-77).

98. In hac libri parte quæ de gentibus produntur, pretii sunt maximi, neque meliora aliunde suppetunt. Quamvis color narrationis rhetoricus nonnulla offuscaverit, in universum tamen ad vividum pingitur populorum istorum imago, quorum vitæ ratio ad hunc usque diem eadem fere permanxit. At dolemus neque situm singularem regionum exactius definiri, neque gentium afferri nomina propria, ex quibus unum Megabarenium Troglodytarum in Excerptis appetet. Ignorare ea non potuit Agatharchides, quum sat multa eorum ex antiquioribus libris Plinius de promiserit.

99. Sequitur sinus Arabici descriptio secundum commentarios regios fidemque testium oculatorum (τὰ μὲν ἐκ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ βασιλικῶν ὑπομνημάτων ἔξειληφτές, τὰ δὲ παρὰ τῶν αὐτοπτῶν πεπυσμένοι § 79 Diodor.). Sed ne justum periplum exspe-

ctes. Nihil nisi hoc Agatharchides agit, ut insolita et mirabilia exponat. Πολλῶν ὑπαρχόντων, ait, θυμασίων καὶ πόρρω κειμένων ἀπὸ τῆς συνηθείας, αὐτοὺς ἐπελεύσομαι τῶν τόπων τοὺς μνήμης ἁξίους. De mensuris tamen sinus nonnulla præmittuntur. Longitudinem ejus docemur excurrere ἐπὶ πολλοῖς, πάνυ σταδίους (§ 79); latitudinem minimam et medium et maximam paulo disertius tradit; qua occasione Panormus et Maria insula memorantur, quorum mentio in ipsius oræ descriptione non recurrat. Deinde ab Arsinoe proficiscens in occidentali sinus ora memorat thermas aquæ amaræ, lacum quendam et Nili rivum per spongiosa in mare transcurrentes (§ 80); sequitur mons mire rubicundus, tortuosus Myos seu Veneris portus apud eumque olivarum et meleagridum insulæ (§ 81); tum peninsula per quam naves transducuntur, et sinus Immundus et Ophiodes sive topazōn insula, de qua fabulosa quædam narrat. Inde post Ichthyophagorum et Troglodytarum oram, quæ ad Sotiras usque portum pertinet et hinc Arabiam versus deflectit, mare palustrè et viride magnorum causa existit infortuniorum, quibus pingendis auctor immoratur. Ceterum de paraplo usque ad Taurum montem et Ptolemaidem lector relegatur ad libros antecedentes; deinde paucis monetur de umbrarum ratione quæ Ptolemaide sit tempore solsticii. Sequuntur campi irrigui, elephantis aliusque bestiis frequentati, planisque suis memorabiles; deinde fretum insulis distinctum, in quibus aves specie admiranda; tum mare profundissimum cete alit ingentia, non molesta tamen, nisi forte in dorsi pinnas navis incurrat. Claudunt extremam sinus Troglodyticam acræ Psebæae (84). Hactenus de latere sinus occidentali, quod tanto paucioribus auctor describit, quum plurima de eo jam exposuerat in libris antecedentibus. Uberiora et accuratiora tradit de latere Arabico, in quo, ut capita narrationis verbo indicem, memorantur Neptunium (85), palmetum (86), Phœcarum insula prætensusque ei promontorium (87), Maranita a Garindanensisibus deleta, Læanites recessus et Nabatæi accolæ (88), dein Bythemanenses (89), tum Batmizomanenses ad sinum profundum (90), tres insulæ (91), litus saxosum mille stadiorum (92), adjacens mons mirabilis; alti cumuli arenæ nigrae; Charmutha peninsula et portus cothoni Carthaginensis similis; montes quinque pyramidales; sinus rotundus cum fanis deorum (93); litus irri-

guum, ad quod Chabinus mons (94); contermini Debae Arabes, apud quos fluvius auri ramenta deferens (95); Alilæi et Gasandenses Arabes (96); tum Carpæ ad sinum profundum et deinceps gens maxima Sabæorum, quorum de regione ejusque proventu, de Saba urbe, regibus, vivendi genere, commerciis, divitiis narratio exstat amplissima (97-102). Subjiciuntur nonnulla de maris in hoc tractu colore deque insulis beatis, quæ Sabæorum terræ (a meridie) objacent (103). — Absoluta oræ descriptione, exponit auctor περὶ τῶν κατ' οὐρανὸν δρωμένων παραδόξων, de ventis, maris reciprocationibus, plantis in marina aqua nascentibus, piscibus quibusdam naturæ singularis. Hactenus de argumentis excerptorum; quibus quum egregia multa debeamus, haud pauca tamen insunt etiam falsa vel parum accurata, sive quod vulgi opinionibus fidem auctor adhibuit, sive quod rhetorum in morem exaggeravit res, sive quod de situ locorum non satis ei constabat. Ejusmodi sunt quæ leguntur de auro Arabico, de ratione topazos in Ophiode insula colligendi, de Sabæorum divitiis, de situ Myoshormi et sinus Immundi et de aliis quibusdam, quorum in annotatione mentionem injeci.

100. Jam si id agitur, ut ora sinus Arabici secundum veteres auctores describatur, excerpta Agatharchidis plurima præbent eorum, quæ spectant naturam oræ, vel montibus distinctæ et saxosæ vel arenosæ, modo rectæ modo sinuosæ, mare habentis modo profundum modo humile; quæ vero pertinent ad oppida et vicos portusque, quum libro quinto de industria Agatharchides neglexerit et nonnisi præteriens in Libyco sinus latere Myoshormum et Ptolemaidem, in Arabico latere nonnisi Saba urhem mediterraneanum commine-

moraverit : ea tantum non omnia petenda sunt ex Artemidoro et Plinio et Ptolemæo et si quid aliunde addi potest. Ex his Artemidorum Agatharchidei operis libris primo et quinto usum fuisse bene constat, ac consentaneum est non neglexisse eum reliquam operis partem, ex qua si non omnia, certe plurima fluxerint eorum quæ de singulis oppidis, vicis, portibus, venationibus Strabo excerpit. Ceterum quum Artemidorus ea quæ de oræ locis et regionibus mediterraneis Cnidius auctor diversis in libris secundum genera rerum distincta tradiderat, uno loco in oræ descriptione complexus sit, nonnumquam ei accidisse videtur ut non suum cuique locum assinaret. — Plinius, qui nova habet non pauca, alios prorsus auctores secutus est, inter quos Juba princeps fuerit. Plurima autem loca ex uno novimus Ptolemæo; sed situm singulorum desinire res lubrica est, quum meridianalem sinus partem et in hac rursus occiduum maxime latus falsissime Ptolemæus delineaverit, adeo ut ex graduum notatione parum proficias, omnisque fere utilitas in serie nominum reposita sit. Nihil mirum igitur nostri quoque ævi viros doctos in diversissimas de his sententias abiisse, præser-tim quum ne ipsis quidem accurati oræ deli-neatio suppeteret. Quam quum nuper demum Moresbyi ejusque sociorum opera et studio nacti simus, de multis jam statuere licet probabilius, quamquam haud pauca etiamnunc manent semperque manebunt incerta. — Quomodo in occiduo sinus Arabici latere Agatharchidis, Artemidori, Plinii et Ptolemæi narrationes compонendæ mihi videantur, paucis indicabo tabulâ synopticâ.

AGATHARCHIDES.	ARTEMIDORUS.	PLINIUS.	PTOLEMÆUS.			
			Long.	Lat.	Long.	Lat.
Αρανδόν.	'Ηράρον πόλις.	Heroun oppidum. Arsinoe in sinu Carandra.	63° 20'	29° 30'		Ruine.
		Kλοσμα φρούριον.	63° 20'	28° 30'		Suez.
	Μοξ Εννυ (2).		63°	27° 30'		In Wadi Enned.
Φιλορέα (1).	Αλι pro hoc Philoteraν scribunt.	Δέρενον ξερον.	64°			Seitige Ezzel.
Αλλη πόλις Ἀρανόν.	Sarapine (Sapirene) i.					
Θερμανίαν δέσπαιον ἐκβολαι(3).	Sceytala ins.	Σαπτερήνη νῆσος.		64° 50' 28"		Jabal?
Θερμανία πυρφέας μηδαμίδος.	Deserta ad Myoshormum;					Chedouan?
Νεκου ὄχετος.		Μυσός θρησκ.	64° 30'	27° 30'		(Ruine ad Ras Abouchar, 27° 22').
Πλησίον τῆς λίμνης ζρος	Πλησίον όρος εν πεδιφ μιλ-	Φιλωτέρρος λιμν.	64° 15'	26° 45'		(Ad Ras Abousomer.)
μαραθίδες.	τῶδες.	ΑΙξις ήρος (4).	64° 20'	26° 45'		Mons altus juxta Ras Abou-
Ἐρεζίς λιμνὴ μεγάς, δι-	Eitra Μιδές, ζρόπος,	Δευκος λιμν.	64° 30'	26° 45'		somer?
προτερον μέν μούσ εκά-	Ετερα ζέτερα δι-	Αιχενή ήρος (5).	64° 30'	26° 45'		Coseir.
λέτο, ζετερα δι-						Cat-ears (felis aures) Mo-
						resbyi, vel Djievel Abou-
						Tiou (4,500 ped.) 25° 45'
						Mirsa (Monbaruk) 25° 30'?
						vel ad Ras Etchelah 25° 15'?
						Djebel Zabourah 25° 15'.
						Ianko s. Jenoul.
						Ras el Anf sive Ras Be-
						nass.
						Foul Bay anglice.
						Ruine, 23° 55'.
						Ababé Arabes.
						Montium vertices quinque.
						23° 45' — 15'.
						Sireni ins. ap. Bergians?
						Sition, Showarit, Mehabis,
						24° 34' — 19'.
						Coronaca s. Macour, 23° 51'.
						Severget, Zemorgele, Djeb-
						Zoumra, 23° 36'.
						Prom. ad Mirsia Chab,
						22° 55'.
						Elba s. Olba montis pars
						borealis, 22° 20'.

PROLEGOMENA.

SINUS ARABICI ORA OCCIDENTALIS.

AGATHARCHIDES.	ARTEMIDORUS.	PLINIUS.	PTOLEMÆUS.					
			Lat.	Long.	Lat.	Long.	Lat.	Long.
Πολλὰ ἡθυοφάγων θητῶν καὶ Τρεψοδοντῶν νοσέσιν καὶ		Χερόνησος (11). Μνηστοῦ ἄκρου (13).	65° 22° 65° 21° 30'	Αστραπεῖνον τῆς θαλάσσης (10). Βαρός Αθηνᾶς (12).	66° 66° 10' 66° 21° 30'	Ελβα ίσλ. (Moresby), 22° 24'. Ras Juariai, 23° 17'. Scopulus ad Cap. Elba? Cap. Elba (24° 4') s. Ras et Dildid prope Mysa Moamaa. Elba nonius vertex altissi- mus (6900 ped.) 21° 52'.	22° 10' 21° 30'	Elba isl. (Moresby), 22° 24'. Ras Juariai, 23° 17'. Scopulus ad Cap. Elba? Cap. Elba (24° 4') s. Ras et Dildid prope Mysa Moamaa.
ὅρη πανούσια		Ταῦτα ὅροι. Βαθὺς λαμῆν (14). (Διοσκορεὺς λαμῆν (15). Δίλιπτος σκοτεινᾶς ἄκρη. Αστις ἀκρα. Διογένειος ἄκρα.	65° 21° 10' 65° 21° 10' 65° 20' 20° 15' 65° 30' 19° 45' 65° 40' 19° 40'	· ·	· ·	Core ul. Merouf, 21° 52'. Portus duplex, 21° 47'. Mons rotundus ad Core Mi- chimic s. Sinaib, 21° 19'. Ras Rowag s. Cap Calme, 21° 3'. Hujus prom. extrema pars, 20° 59'.	· ·	Core ul. Merouf, 21° 52'. Portus duplex, 21° 47'. Mons rotundus ad Core Mi- chimic s. Sinaib, 21° 19'. Ras Rowag s. Cap Calme, 21° 3'. Hujus prom. extrema pars, 20° 59'.
ταῦται ἔνδεισταιν		Σαρύπαν ὅροι. Μονοδάκτυλον ὅροι. Γρίπον ὅροι (16). Σατηρίων λαμῆν. μέρη	65° 40' 19° 65° 30' 18° 30' 65° 40' 18° 65° 30' 17° 30' 65° 40' 17°	Τοπαζίων νῆσοι ζεῦ. ·	67° 67° 30' ·	Macowa, 20° 15'. Salaka mons (a table mount) Moresby, 20° 15'. Tyllah ins. due, 20° 38'. Mons ad Mysa Arrakea, 20° 9'.	67° 67° 30' ·	Macowa, 20° 15'. Salaka mons (a table mount) Moresby, 20° 15'. Tyllah ins. due, 20° 38'. Mons ad Mysa Arrakea, 20° 9'.
τοῦ Σατηρίων λαμῆνος. . .		Σατηρίας λαμῆν.	· · · · ·	· · · · ·	· · · · ·	Montes altissimi pone Mysa Avous, 20° ad Darour 19° 49'. Mysa Baroud et Geyye, 19° 35'.	· · · · ·	Montes altissimi pone Mysa Avous, 20° ad Darour 19° 49'. Mysa Baroud et Geyye, 19° 35'.
Ταῦτα ὅροι, διαφορέσσια. . .		Ταῦτα ὅροι. Ταῦτα ὅροι. Αστερόφου ἀστεροχειρα.	· · · · · · · · · · · · · · ·	· · · · ·	· · · · ·	Montes prop. Souakin. Wadi Sinterab.	· · · · ·	Montes prop. Souakin. Wadi Sinterab.
Ἐπιστροφὴ ἐπὶ τὰ κατά- την Ἀράβεια μέρη, Ηεποτανεύην, Ειδαττα τεργαλέων.		Μαζιας νῆσος Σαραπελ- τής (18).	· · · · ·	· · · · ·	· · · · ·	Sinus a Souakin ad Ras Magda perlimese regione. Mysa Eratib?	· · · · ·	Sinus a Souakin ad Ras Magda perlimese regione. Mysa Eratib?
Προδεκτικ.		Ηροδεκτικ.	· · · · ·	· · · · ·	· · · · ·	El Challuk? 18° 19'.	· · · · ·	El Challuk? 18° 19'.

(Ad lacum pone Ras Muf-
tum, 18° 40'.

SINUS ARABICI ORA OCCIDENTALIS.

AGATHARCHIDES.	ARTEMIDORUS.	PLINIUS.	PTOLEMÆUS.
(Νῆσοι ἐξ Αργούσαν καλούμενων) (21).	Hinc Azanum mare (19). Promontorium quod aliqui Hispalum scripserunt.	Βοητὸς Ἐφετός, ἀκρον. 66° 30' 16° Lat. Long.	Ras Assise, 18° 27' aut Ras Chakkud, 18° 19'?
Lacus Mandalum (22). Coloratis insula (23), et in alio multæ, in quibus testudo plurima.	Lacus Mandalum (22). Coloratis insula (23), et in alio multæ, in quibus testudo plurima.	Kαρθησίαι (20) νῆσοι αἱ καὶ Χελωνίτες δύο. 68° 17° 30' Lat. Long.	Ras Chakkud?
Σαβαντιών στόμα. Ἐν φερούσι φράσεις, τῷ Σοσχού οἴρῳ.	Ορπιδιον Suchae.	Ὀποῖτρες δύο. 67° 30' 17° Lat. Long.	Amarat ins. due, 18° 20' Core Novarit?
Σάρξ λινὴ καὶ κυνήγιον ἐλέφαντον.	Mέντρας αἰγαλός (24). Κοιδόν όρες, ἀκρον. 66° 14° 15' 13° 40' 12° 30' Lat. Long.	ostium recessus Core Novare, 18° 13' prope insulanum Purvagene.	
Ἐν βαθέστερον τούτων Τήγεσις ζέα. Σερπίτηται ἐπιθύμεται. Πισσούριον ἢ Ελατο περὶ Αστραβόρα. Πλατεῖα Σηπελαφαργός.	Σαβαντιών στόμα.	North Bluff (Mor.), 17° 20'. Massawa. Arkiko, 15° 35'.	
Daphnidis insula (25).	Ορεινὴ χερσόνησος. 68° 12° 10' Lat. Long.	Harrat, 16° 10'. Hurrow chersonesus. Dasset s. Dasset, 15° 19'.	
Oppidum Adulitōn. Κρόνους ἀκρωτήριον.	Ἄδουλος. 67° 11° 40' 11° 40' Lat. Long.	Haudia? 15° 31'. Ruine, 15° 12'.	
Æthiopæ Arotères. Aliaeū (Ariet, Elææ, Elææ var. lec.) ins. (26).	Αλαιος νῆσος. 68° 11° 40' Lat. Long.	Ras Dellema 15° 31'. Hazzaria tribus.	
Bacchias et Antilacchias ins.	Μαρεπία νῆσος. 68° 30' 14° Lat. Long.	Dhalac et proxime ins.	
Ο τάρδος νῆσος δεύτερας ἀκρότητος, ἐκτρέφεσθαις ὁ δρέπων ήσα γένη.	Ορνίεας νῆσος. 68° 12° 10' Lat. Long.	Bâryoukai Avtobâzov. 69° 30' 13° 15' Insula ad Ras Dellema sita eique objecta ius. Chammar (15° 32')?	
Εξατὰ λιμνῶν.	Βάργουκαι Αντοβάζον. 69° 30' 13° 15' Larmouse? 15° 23'.	Prom. ad Larmouse ins. (15° 21')?	
Στράτωνος νῆσος. Δημητρίου σκοτιά.	Stratonis i.	Hauktil-Bay.	
Θεασσαρία βαθεῖται πεντελῶς. Ἐν θεογατῇ Κορσικοῦ ζερα.	Sinus incognitus.	Mons ad Ras Undaddah. Mons (15°)?	

PROLEGOMENA.

AGATHARCHIDES.	ARTEMIDORUS.	PLINIUS.	PTOLEMEUS.
xai 'Egēp̄a Γηγνταν ανέδων. Μαλιώτες ληρύ. Τριπότες θρόποτες xai χυνήτον. Αντίθεου ληρύ. Τριπενταναχρεωχτοι Ko- λοσοι. Κολοσσῶν έλασος.	Promontorium in quo Cucus fons.	Aντίθεου σαλήν. Isidis portus, X diem reniū ab oppido xdu itarum distans. Ante portum diae pseudopy- lae. Inferiores lotiden pylae.	Long. Lat. 72° 10° 15' In Assab sinu.
Eπεντεν ἡ κατά Σάρα- ζαντι, πόλες εγκεφά- λοι.			Latēḡ νῆσος. 70° 11° 30' Darmaba.
Eπέντεν: Μίλεος: ὑπέρκαι- ται Δαράσσα πόλες xai χυνήτον θερέτρων, τό- πος τῷ επίπλατοι λγίσ- τον.			E regione Darmaba insulae.
Kορυοι, εργοθεοάρχοι, επιδέσπεργοι. Inler insulas huius tractus sunt: Ταξί: τριες οἰκεῖοι, χειρεύονται, Κελονοῦν, φω- χούν, λεγάκων. Φαινοποιοι νῆσοι. Πιθηκίταιον χυνήτον.			Tres insulae ad Ras Reitou. ²
Αργονέν πόλες xai ληρύ. Αι κατά τις νήσους στρεψανται Διοδορι insula.	Μαρθαγ̄ο κώμη. 73° 45' 10° 20'	Insula ad Ras Doumeira?	
	Αρασύν. 73° 45' 10° 40'	Inler Ras Doumeira et R. Σογιαν, e regione Araticei Bab-el-Mundeb.	
		Ad Ras Sejan.	
		Perim.	
		72° 30' 12° 30' Les six frères.	
		Ad Ras Bir.	
		Ras Bir.	

Αξη: Ψεζαται.

1. In constituenda serie locorum, quæ sunt usque ad Berenicen, difficultatem movent urbes Arsinoe, Philoteræ et Myoshormus. Bene novimus Arsinoen Plinius et Ptolemaei, sed nihil constat de Artemidori Arsinoe post Philoteram ponenda. Philoteram vero quum Artemidorus et Plinius *ante* Myoshormum collocent, Ptolemaeus Φιλοτέρας; λιμένα post Myoshormum exhibet. Hæc quomodo sint componenda quæritur. Primo adspectu dixeris duas fuisse Arsinoas, quarum altera apud unum Artemidorum memoretur, ac similiter distinguendam esse Philoteram a portu Philoteræ. Atque sic statuit Lepronius (*Inscr. de l'Ég.* I, p. 187), simul de locis Philoteræ et Arsinoæ Artemidori attribuendis promens conjecturam. Illam a *Cap Zaffarana* paulo meridiem versus juxta *Cap Grady Rouemi* collocat, ubi oppidum fuisse sepulcrum indicant (Wilkinson *Journ. of the R. G. S. of London* t. II, p. 32 sq.); Arsinoen vero in mari recessu prope Drepnum prom. fuisse suspicatur. Ego non nego exsistisse olym complura quan tres Myoshormos, nam jam novimus in hac ora oppida, at duas Philoteras Arsinoas que non magis admiserim quam tres Myoshormos, unam Ptolemaei, alteram Artemidori, tertiam Anonymi scriptoris, vel tres illas Adulas, quas ex scriptorum dissensu eruit Gosselinus. Scilicet Artemidorus quum crassissimos Agatharchidis errores verboverunt fere repeat, accuratus de situ locorum eductos esse vix potuit; haud igitur verisimile est omisisse eum Arsinoen Agatharchidis, aliamque cognominem urbem de suo introduxisse; contra vero quum Heropoli et Philoteram ex alio Agatharchidis libro vel, si mavis, alio ex auctore adjungeret, facile accidit ut Philoteram una cum Heropoli ante Arsinoen memoraret. Quod Philoteram attinet, apud Ptolemaeum, ut passim, sic hoc quoque loco, ordinem duorum nominum invertendum puto, ita ut Philoteræ portus ponatur ante Myoshormum. Quia in re non tam hoc me movet ut de Philoteræ loco Ptolemaeus conciliari possit cum Artemidoro Plinio, quam ut quæ de Myoshormo traduntur incongrua, explicitur. Secundum Ptolemaeum Myoshormus ponendus foret ad *Ras Abouchdr*, ubi ruinas habes. Agatharchides autem ejusque sectatores quum ad Myoshormum fuisse tradant montem rubrum (qui nullus est ad *Ras Abouchdr*) et insulas tres, Rozierum Myoshormum ponit ad *Ras Abousomer* (sec. Ptolem. Philoteræ portui assignandum), ubi revera mons ruber et insula tres extant. At simul Agatharchides Artemidorus et Strabo Myoshormum dicunt propinquum fuisse Berenice, de cuius situ constat. Ad hoc attendens Reichardus Myoshormum multo magis meridiem versus removit in eam regionem, ubi alter mons ruber occurrit prope portum *Schakara* (*Shem Scheikh* ap. Moresbyum, qui est portus bonus introitum angustum habens, intus in lacus modum dilatatus) et *Schauna*. Verum in hanc sententiam ea, quæ de tribus insulis Myoshormo objectis Agatharchides habet, secundum recentissimam Moresbyi mappam minime quadrant. Ego de his ita sentio. Quod Myoshormum Agatharchides non ita longe a Berenice et sinu Immundo abfuisse putavimus, hoc ut hanc magni faciendum, sic non negligendum est. Patet his subesse eundem errorem, ex quo Berenice ponitur ad isthmi regionem sive ad eum oræ tractum, qui Copto et Apollinopoli objacet. Caussa autem erroris Agatharchidi, mirabilia magis quam cetera curanti, exstiterit mons rubicundus. Talis enim quum extare traderetur tum ad hoc. *Abousomer* tum ad hoc. *Schakara*, utrumque montem locaque iis propinqua confudit et miscuit. Rei indicium præbel loci nomen duplex; nam θρόνος ὄρμου postea Ἀφροδίτης ὄρμου dictum esse Noster perhibet, quum seriores autores nonnisi Myoshormi nomen noverint. Nimurum duo his produntur, quorum alter, Veneris portus, componentus est cum hoc. *Schakara*, cui adjacet insula magna *Ianbo* (in mappa Berghausenii) s. *Somaal* (Moresby 24° 40' lat.) quam vernacula nomine *Jamben* Plinius, Ptolemaeus vero grece Ἀφροδίτης νῆσος (23° lat.) vocat: adeo ut sponte conjicias portum proximum item Veneris dictum esse, unumque fuisse et *nullis* illis, quos juxta Jamben ins. memorat Plinius. Alter portus est Myoshormus ad *Ras Abousomer*; ad hunc pertinent insulae tres, dum mons ruber juxta utrumque erat. Jam intelligitur quomodo Noster Myos-Aphrodites portum et ad isthnum collacare, et Berenice propinquum dicere potuerit, quum illud ad Myoshormum, hoc ad Veneris portum pertineat. Simul concesseris nominum transpositionem, quam in Ptolemaeo proposuimus, presertim quum rem suadente non solum Plinius et Agatharchides ejusque sectatores, sed gravissimum etiam testis, auctor anonymous peripli mar. Erythræi, quem item Myoshormum ad *Ras Abousomer* posuisse nullus jam dubito. Etenim a Berenice ad Myoshormum stadia computat 1800; quæ quidem, si *Ras el Anf*, promontorium longissime in mare porrectum, circumnavigaveris, nonnisi ad hoc. *Cosseir* pertinent, sed quum *Cosseir* cum Myoshormo componi nequeat, Agatharchides autem (§ 82 p. 170) de promontorio isto dicat: ἡς χαρά τὸν αὐχένα στενὸν ὅντα διακομίζουσι τὰ σκάφη πρὸς τὴν ἀντιπέραν θάλασσαν, distantia illa computanda est a cervice illa, a qua ad *Ras Abousomer* reapse sunt stadia 1800-1850. Quod Veneris portum attinet, probable est e via a Copto Berenice ducente desflexisse aliam viam ad portum illum tendentem; desflexisse autem putaverim in statione, quæ ipsa quoque *Veneris* dicitur in Tab. Peutingeriana. Igitur ordo locorum in ora hic est: Arsinoe, Clysmæ, Ennum, Drepnum, Philoteræ (*Abouchar*), ad quam Abasæi Arabes et insulae Sapirene et Scytala; tum Myoshormos (*Abousomer*), cum monte rubro, fortasse *Æas* Ptolemaei; tum Albus portus, Acabe m., Nechesia, Veneris portus (*Sherm Sheickh* a meridie promontorii *Uriah*) cum Veneris insula; deinde Berenice.

2. De *Wadi Enned* palmis et tamarcis consito, rivoque aquæ limpidissimæ quidem, sed ita infectæ, ut nonnisi camelis potus sit, vide Wilkinson I. I. II, p. 41. Eundem, ut suspicor, rivum inter *Enned* montes vidit Lepsius *Briefe aus Ägypten u. Äthiopien* p. 322, putans ille hunc fortasse esse *Tatnum* fontem Plini. Ceterum quod Plinius dicit: *pro hoc alii Philoteram* scribunt, id non ita intellige ut ejusdem loci due fuerint nomina, sed ita ut in aliis auctoribus inter Arsinoen et Myoshormum memorari viderent Ennum, in aliis Philoteram.

3. Ubinam thermae et Nili rivus ponenda sint, dicere non habeo, quum indicia rei certiora mihi non suppetant.

4. In mappa Berghauseniana *Æas*, tamquam hodiernum montis nomen, adscribitur in ora, quæ post *Cosseir* sequitur meridiem versus. Hoc si recte fit, iterum ordo locorum in ora hic est.

5. In mappa Berghauseniana notantur: *die drei Berge Akabe* (25° 26' lat.) Significatur hand dubie mons triceps, qui apud Moresbyum anglice vocatur *Cat ears* (25° 21'), cui adjacet peraltus mons *Abou-Tiour*.

6. Quod insulas attinet, constat de Topazo in alto sita (23° 26'). Itaque quæ proxime antecedit *Cardamine* est hoc. *Macour* seu *Cornaka*; reliqua a *Ras el Anf* boream versus esse debent. In Moresbyi mappa nonnisi quattuor non longe inter se dissitas notantur (*Showarit*), quæ esse videntur *Halonnesi* Plini; ab his boream versus nonnisi scopulos Anglus nauta exhibet, dum Berghausenis ibi collocoat *Siren* ins.

7. Mons insulae 800-1000 pedes altus; ἀγχυροβόλα insula non præbet, monente Moresbyo.

8. *Mirsä Shab* (*Habesch* ap. Berghaus) portus est parvis navibus idoneus. Ad hunc Bazium promontorium ponendum ex computo Ptolemaei. Sed fieri potuit, ut minus accurate latitudinem auctor notaverit, et cogitandum sit de sequente promontorio *Abou-Darah* (22° 40'), longius in mare procurrens, humile, tectum arbustis.

9. Inde a 22° 20' usque ad 21° 52 jugum montanum porrigitur, cuius meridionales vertices ad 5000-7000 pedum altitudinem assurgunt. Borealis pars a Moresbyo dicitur *scragged hill, low and broken*; hinc ei nomen πρόνωτος.

10. Elba insula « a low coral islet ». Moresby. Juxta eam ἄγκυραθλία.

11. Ad Ras *Juzrial* Moresbyus adscribit: « Low coral cliff; plenty of firewood; wells of good water close to the beach. » A meridionali chersonesi latere est *Mersa Helaib*, arius aptus portus, sed accessu difficultis.

12. Insula, quae proprie dici possit, in hoc tractu non notatur; scopuli vero permulti extant ad Cap *Elba*; adeo ut de his unus alterve major intelligendus sit. Sin falsa latitudinis nota, cogitem de insula chersoneso adjacente.

13. Mnemeum prom. vulgo referunt ad *Ras Calmez* (21°). Scilicet quum recentiores ibi sepulcra reperissent, haec putant esse perantiqua et nomen dedissi promontorio, quod dicendum potius sit Μημεῖον ἄκρον. At oras hujus loca apud Ptolemaeum omnia justo magis versus austrum, non versus boream, removentur. Quare etymologica ista flocci facio. Nominis vestigium potius prehabet portus *Moama*, qui est juxta Cap *Elba* sive Ras *Djidid*.

14. *Core ul Meroub* oram saxosam et abruptam habet, portuumque in tota hac ora profundissimus est.

15. Hic quoque saxosam oram habet et bisfidus est, vel duo sunt portus, alter juxta alterum; quod ipsum contulisse videtur ut nobili pari fratribus consecraretur. Ceterum in seqq. orae locis distantiæ sunt justo majores. Etenim quum Ptolemaeum 18° 40' sitam ex observationibus quibusdam parum accuratis Ptolemaeus ponat in 18° 25': hinc factum est ut antecedentium locorum distantiæ justo magis diducerentur. — In seqq. ap. Ptol. pro Δημητρίῳ scribendum videri Δημητρίου supra monui. Montes rotundum et in planitiis assurgentem Moresbyus vocat *hayrock* (*meule de foin*). Similis mons est ad *Core Dullow*, 21° 30'. — In seqq. Tamadaōn insulae sec. Ptol. numeros positaे rurum juxta Satyrōn montem, ubi mare ab insulis vacuum. Intellige *Tyflah* insulas duas, litora adjacentes, in quo Moresbyus habet *Duberabb*, Berghausis *Tebada* locum et *Cubad* tribum. Ab his dicta: videntur Tomadeōn (*Tabadeōn?*) insulae. In Ptol. vulgo editur Τομάδιον; Wilbergi codices Γομάδιον, Τομάδιον, Γομάδεων.

16. Pro Σάρπος fortasse leg. Τάρπος ex Agatharchide. Quodsi de situ dissensus est, componi potest eo, quod ejusdem iugis montani partes diversæ designantur. Inter *Arous* et *Mersa Darouw* (*Darou Joann. de Castro*) montes peralti sunt. V. Berghaus Mem. zur Karte v. Arab. ele. p. 46. Vix recte, Diodorus *promontoria Tauros* dicit.

17. De *Mirsa Baroud* Berghaus l. 1. ex Burkhardo notat: « Hier ist das Grab eines Scheik, mit einer Kuppel darüber, welche die Matrosen von Souakin erbaut haben, weil sie ihn als Beschützer der Seefahrer verehren. » Jam antiquitus ibi diis sospitatoribus aram nautæ struxerint. Ceterum ut supra Diocurorum portus sic noster quoque Servatorum quasi duplex est, intercedente humili tenui inter *Mirsa Baroud* et *Mirsa Geehy*, quem posteriore esse omnium in hoc tractu optimum nec magnis navibus tuendis imparem refert Burkhardius.

18. Apud Diodorum *Mzpx* [νῆσοι] δυστελλαχια non mutari velim in πελαγίᾳ. Occurril similiter δυστελλάσσοι, ut εὐθαλάττοι, εὐπελαγής. Vox in periculosum hunc maris tractum apprime quadrat. Ceterum Plinius eo præstare videtur, quod non unam quandam Mariam insulam, sed insularum complexum a Mareo quodam prefecto dici tradit. Quamquam quemnam illae fuerint, in tanta insularum ferragine non liquet. — Myronis insulam Ptolemai (et St. Byz.) a Mareu insulis Plinius non esse divisa non suspicor. Latitudines insulis assignatas bene distinebant ab iis quæ ad loca orae pertinent. — Pro *Eratonos* v. l. *Eranos*. Intelligo eas insulas quæ sunt in *el Shubuk*, sive in eo maris tractu qui subsidente mari siccus evadit. In magno refluxu fundus maris latissime detegi potuit, verae accepiteri Agatharchides p. 173.

19. Quo jure ibi Azanii maris initium ponat Plinius non perspicio, vereorque ne diversa confundat. Idem valet de Hispano promontorio, quod nescio an sit Azanii marisque Hippali promontorium, a quo Hippalo vento Indiani petebant.

20. Κατάθραξι codex edit. Argent.; vulgo Κατάθραι vel Κατάθραι. Velim Κατάθραι. Ab incolis vel accolis dicta videntur, ut supra Τομαζίον insulæ. Certe Κατάθραι Αἴθιopes, etsi non nostro loco, memorantur ap. Ptol. VI, 7 p. 304.

21. νῆσοι εξ λατούινι] Quæ proxime sequuntur insulas ad *Core Nowaret*, vulgo dictæ *Wellesley islands*, quum lapidem habeant et corallis conflatum, λατούινi dici vix potuerunt, nisi fort. corallis ibi excisa. Indicari putes; quæ vero in alto his objectæ insulæ cernuntur, humiles sunt et arenosæ (« low sand-islands » Moresby). Itaque non recte nomen habeat, queritur. Fortasse etiam gravius ulcus latet. Nam quum infra Artemidorus memoret sex insulas ad ostium sinus Arabicæ positas (*les six frères*), miro casu sit, ut sex item insulas ante ostium Sabaticum recenseantur. An dormitans hoc fecit auctor? Insulas faucibus sinu adiacentes sane savosæ sunt; an vero lapicidinis haberunt, nescio. Apud Ptolemaeum vocantur Λέσχου νῆσοι εὖ. Fortasse idem nomen in Artemidoreis latet; adeo ut ΑΑΤΟΜΙΑΙ natum sit ex ΑΔΑΝΙΑΙ. Tu videoas.

22. *Mandalum*] Nomen *Mundalu* Moresbyana mappa habet in loco qui a *Core Novaret* meridiem versus dimidio gradu distat (17° 43'), sed lacus ibi non conspicitur. Indicatur haud dubie monumentum, quod in hac regione vidit Valentia (Voy. and trav. II, p. 203), ex quo hinc notat Berghaus. l. : « Auf einem der Hügel steht ein kleines, weisses muselmännisches Grabmal; ein anderes lag gegen sieben Meilen weit. Der Pilote nannte es Mundalow. » Nomen hoc fortasse a regione sumtum. Lacus *Mandalum*, nisi latuit recentiores ora exploratores, esse debet *Core Novaret* (vulgo *Port Mornington*), qui maris recessus objectis insulis lacus in modum clauditur. De eo ita Berghaus l. 1.: « Das Fahrwasser ist zwar eng, allein der Hafen ist so geräumig, dass, wie Valentia sagt, alle Flotten Europa's darin Platz finden; auf jeder Seite vor dem Winde geschützt, können die Schiffe wie auf einem Lustwasserbecken in 5 bis 7 Faden Fiefe in grosster Sicherheit vor Anker liegen. Die Berge treten dicht an die Küste. » Ostium hujus portus diei videtur Sabaticum, propterea puto, quod in situ hoc opportunitissimo olim Saba urbs Arabicæ fuerit, sicuti aliae duas Sabæ in hac ora occurunt, idemque nomen variis sub formis de locis Arabicis frequens est (V. Ritter XII, p. 770). In insula ante portum sita (*Colorasitis* Plinii?) etiam nunc supersunt ruinae (quas Ptolemaidis esse putavit Moresbyus) et postea in eadem hac regione Suchum quendam castellum extrusisse e geographis nostris colligimus.

23. *Colorasitis*] var. l. *Colocastis* et *Casitis*; Ptol. codices: *Ὀροπότες*, *Ὀροστίδες*, *Θροστίδες*, *Θροστίδες* sinit Wilbergus. Easdem insulas ab utroque auctore indicari potu. Vero nonnis ratio me latet.

24. Post *Core Novaret* sequitur scopulorum tenui usque ad 17° 22', ubi mons (*Colobon*) juxta oram assurgit.

25. Δαρφνίν] *Ὀρεντή* dicitur in Per. mar. Erythr. p. 259. Aroteres nomen ex nom. *Hazoræ* ortum.

26. *Alien*] Αλλαλού νῆσοι Anonym. p. 261. Apud Artemidorum Ελαῖαν λέγεται ad Adulin referrem, nisi aliud suaderet comparatio Plinii. Male h. l. Strabo Artemidorum excerptis videtur. Dixerit auctor νῆσος καὶ ληψη Ελαῖα vel Ελαῖον. Certe omittens Artemidorus insulan in toto sinu longe maximam vix posuit.

101. De orientali ora sinus Arabici ex Artemidoro Strabo, si paucissima quædam excepéris, nihil affert præter ea quæ plenius ex Agatharchide narrant Photius et Diodorus. Oppidorum vicorumque nomina, quæ in mappis nostris exhiberi solent, tantum non omnia debentur Ptolemaeo; unum alterumve accedit ex iis quæ de expeditione Ælii Galli Strabo prodidit (*). Plinius, quum de Arabia plenissimam locorum farraginem habeat, nostræ tamèn oræ accuratiorem descriptionem non instituisse videri possit. Verum si paullo attentius collectanea Pliniana examinaveris, mox patebit majorem partem eorum, quæ de litore sinus Persici narrari videntur, reapse pertinere ad oram sinus Arabici. Obiter de his monui in annotatione p. 177; nunc paullo distinctius rem exponam, quæ fugit etiam nuper rimum de Arabia scriptorem, Carolum Forsterum (*The historical Geography of Arabia or the patriarchal evidences of revealed religion. In two volumes. London 1844*).

102. Etenim Plinius postquam generaliora quædam præmisit, ad oræ Arabicæ descriptionem sese convertens initium sumit ab intimo sinu Persico, ubi a Charace oppido oram Antiocho Epiphani primum exquisitam dicit (VI, 32 § 147 ed. Sillig.). Recensentur flumen Salsum, promontorium Chaldone (*Ras el Sur*), flumen Achenum, Ichara insula (hod. *Djeziret Abou-Aly*), sinus Capeus (ad hod. *el Kalif*) ejusque accolæ Gaulo-

pes et Chateni, sinus Gerricus, oppidum Gerra, regio Attene, Tylos insula (h. *Somak sive Bairehn*) et juxta eam minor alia (h. *Arad.*), Asclie insula (hod. *Allielie*), gentes Nocheti, Zuraci (Zeritæ Ptol.), Catarrei (ubi *Kártap* opp. Ptolemæi), Nomades, flumen Cynos (i. e. *Kuvð τοταός*; Lar, i. e. *canis* arabice, ap. Ptolemæum; ad hodiernum *Chardja* sive, ut Forster scribit, *Saredsje?*). His enumeratis, addit Plinius § 149: *Ultra navigationem incompertam ab eo latere propter scopulos tradit Juba, prætermissa mentione oppidi Omanorum Batrasaves et Omanæ, quod priores celebrem portum Carmanæ fecere; item Homnæ et Attanæ, quæ nunc oppida maxime celebrari a Persico mari nostri navigatores dicunt* (Cf. Mannert. VI, 1, p. 141).

103. Deinde vero ita pergit: *A flumine Canis, ut Juba, mons adusto similis. Gentes Epimarantæ, mox Ichthyophagi, insula deserta, gens Bathymi; Eblitæ montes, insula Omœnus, portus Mochorbe; insulæ Etaxalos, Inchobrice; gens Cadæi. Insulæ sine nominibus multæ, celebres vero Isura, Rhinæa et proxima in qua scriptæ sunt stela lapideæ litteris incognitis; Cobæa portus, Bragæ insulæ desertæ, gens Thaludæi, Dabanegoris regio, mons Orsa cum portu, sinus Duatus, insulæ multæ, mons Trycoryphus, regio Cardaleon, insulæ Solanades, Cachinna, item Ichthyophagorum, Dein Clari, litus Mamœum, ubi auri metallæ, regio Canauna, gentes Apitami, Casani, insula*

(*) In his duo ora loca memorantur, Leuce come, in quam appulit classis Romanorum, et Egra (Ἐγρά), a qua undicim dierum itinè Myoshormum rediit (Strabo p. 782). De situ Leuces comes cum hod. *Hauara seu Dar el Achrin* componenda satis nunc convenit inter viros doctos. V. not. ad Anon. peripl. mar. Erythr. p. 272, ubi addit Forsterum *The historical geogr. of Arabia* t. II, p. 282. Ceterum parum favent huic sententiæ verba Anon. I. l.: ἐξ ἐδῶ τῶν εὐωνύμων Βερενίκης ἀπὸ Μυστόρου δυοι δρόμοις ἡ τρισὶν εἰς τὴν ἀνατολὴν διαπλεύσαντι τὸν παραχείμενον κόλπον δρόμος ἔστι Λευκὴ κάμψη κτλ.; major enim distantiæ est quam ut bidui vel tridui cursu ex vulgari navigationis modo confici possit. Sed corruptum aliquid esse suspicari licet ex inconcinnâ ratione verborum. Fortassis legendum: ἐξ ἐδῶ τῶν εὐωνύμων ἀπὸ Βερενίκης δυοι δρόμοις etc., ejecto vocabulo Μυός δρόμον, quod ex glossa illatum videtur. A Berenice si proficiscaris, distans bene habet. Alter Forsterus I. l. Is enim putat Anonymum ad ipsum Leucen comen non accedere, sed inde a Myoshormo usque ad Sabaeorum terram in *medio sinu* navigare, adeo ut dicat post bidui vel tridui cursum in eam medii sinus Arabici partem perveniri, cui in Arabica ora objecta sit Leuce come. Nitorit hæc interpretatio verbis τὸν μέσον, τιοῦν κατέχομεν § 20 p. 273, lin. 20. Quamquam artificiosior est, non caret veri specie. — De Εγράς κώπῃ situ nemo fere certius aliquid asseverare ausus est. Diluisse tandem dubitationes sibi videtur Forsterus I. l. p. 296. Vicum eundem esse ait cum *Jambo* Ptolemaei; nam *Yembo* vocem arabicam significare *scaturiginem* et *fons aquæ*; et revera non longe ab hodierna *Jambo* urbe esse puteo aquæ dulcis et cisternas pluvialis aquæ perbonæ, docente Burkhardio (*Travels in Arab. II, p. 335*); hoc nomen in suam linguam transferentes Graecos locum vocasse Νέραν; nam νέρον significare *aquam*. At ne diecam νέρον vocabulum sèquioris græcitatæ esse, apud Strabonem p. 782 codices optimi habent μέχρι Εγράς κώπης, quod in duabus abiit in Υγράς, in tribus in Νέραν, et hinc, ut videtur, ortus est Νέρας, quod in Aldina legitur. Εγρά nomen etiam alibi obvium. Sic Stephanus: Εγρά (sic), πόλις Ἀραβίας πρὸς τῷ Αἰλανίτῳ κόλπῳ. Eandem in mediterraneis locis memorial Ptolemaeus VI, 7, p. 408 (70° 30' long., 26° lat.), ubi codices fluctuant inter Εγρά, Εγράν, Νέραν, nec non Geogr. Rav. II, 6, ubi legitur *Egram*. Ab hoc distinguendum est oppidum, cuius Stephanus meminit in hisce: Ιδρυπτα (hod. *Medina*), πόλις Ἀραβίας πλησίον τῆς Εγράς. Hæc Egra si maritimum oppidum erat, a Straboniano vico et portu non fuerit diversa, eademque a Geographo Rav. I. l. *Negra* vocari videtur. Hinc situs ejus certius quidem constitui nequit; attamen quum *Jambo* portus proximus sit *Medina*, atque in Strabonianam de Ælii Galli expeditione historiam bene cadat, ipse quoque putaverim prope hod. *Jambo* situm fuisse *Egram* vicum. Cf. quæ infra de Plinianis verbis *Dabanegoris regio* monui.

Devade, fons Coralis, Carphati, insulae Aleu, Amnathus, gens Darræ; insulae Chelonitis, Ichthyophagon multæ, Odanda deserta, Basadeserta, multæ Sabæorum, flumina Thanar, Amnum, insulae Doricæ, fontes Daulotos, Dora. Insulae Pteros, Labatanis, Coboris, Sambrachate et oppidum eodem nomine in continente. A meridie insulae multæ, maxima Camari; flumen Musecos, portus Lapus. Scenite Sabæi; insulae multæ; emporium eorum Acila, ex quo in Indianam navigatur.

Hæcigitur ita habent, ut referenda videantur ad oram, quæ a Cane fluvio deinceps sequitur. Itaque Forsterus II, p. 226 Epimaranitas Plinii componit cum Anaritis Ptolemæi, porro Epimaranitas per anagramma dici censem pro Rhamanitis (*the people of Ramah, Rhegama* (Ptol.) or *Rhums*); *Acilam* autem emporium nomine et situ respondere hodierno *Al Ceti*, quod in mappa sua Forsterus ponit a *Mascate* orientem versus eo in loco ubi in aliis tabulis notatur *Ras Heiran* et regio *Al Catarey*. Sic omnia illa, quæ ex Plinio adscriptissimus, ad brevem oræ tractum pertinerent, quem Juba incognitum dixit, in quo Ptolemaeus nonnisi duo novit oppida, *Rhegmana* et *Kρυπτὸν λιμένα* (h. *Mascal*), et cujus major pars, piratis infesta, Arabicis geographis ignota fere erat, sicuti etiam nunc tantum non est terra incognita. Hoc vero mirum esse dixeris; deinde autem quæras qui fiat ut Plinius, de inhospitali ista plaga uberrimus, oram sinus Arabici, quæ præ ceteris nota erat, vix levi bracchio tetigerit. Porro quum in sequentibus memoret *Naumachæorum* (leg. cun Barbaro *Macæ*; horum) promontorium contra *Carmaniam* (*Ras Mussendum*), et *Ogyrin insulam* (*Ormuz*): ea non hoc loco memoranda fuissent, sed in antecedentibus, si quidem antecedentia ad latus Arabiæ orientale pertinerent. Vel hæc igitur suadent in Pliniana narratione turbatum aliquid esse; idque manifesto appetet, si locorum nomina supra adscripta accuratius perlustraveris. Quo facto facile intelligis ad sinum Persicum nihil pertinere nisi prima verba: *A flumine Canis, ut Juba, mons adusto similis*, qui quidem mons haud dubie est promontorium Soli sacrum (*Ἱλίου ἄκρα*), quod post Larem flumen habet Ptolemaeus VI, 7, p. 405. Quæ deinceps sequuntur, sinum Arabicum attinent, cuius ad intimum recessum *Maranitæ* habitarunt, ad sauces vero situm erat *Acila* emporium (*Οχρὺς* Ptolemaeus, An. Per. Ermar, et ipse Plinius VI, 26, 104: *Indos peten-*

tibus utilissimum est ab Oceli egredi), uti Agatharchides et Artemidorus prodiderunt. Causa vero cur non monito lectore Pliniana narratio a Persico sinu ad Arabicum subito transiliat, non tam in codicibus lacuna mutilis quæsiverim quam in sueta auctoris festinantia et oscitantia. Nimirum quum post Canem fluvium *Anaritas* collocari reperisset, eos cum Maranitis alio in loco memoriatis confundisse et sic incongrua junxisse videatur. Ceterum illud: *Gentes Epimaranitæ* ortum suspicor ex græcis vel depravatis vel male a Plinio lectis: *Ἐνη ἐστὶ Μαρανῖται*; haud semel enim ejusmodi vitia apud Plinium occurruunt, ut VI, 25, ubi græca παρὰ Βέστην παραρρέει redduntur verbis *Parabesten præterfluit* (V. Prolegg. ad Isidorum Charac.). — Post Maranitas sequuntur Ichthyopagi (*Hatemi*), ad quos pertinere videntur Bathymi, Βαθυπανεῖς, Agatharchidis. *Eblitæos* montes dixerit præruptos vertices pone hōd. *Moīlah* sitos, quorum Agatharchides quoque mennit. *Omænus* sive *Omenus* (v. lect.) insula est Alveo νῆσος Ptolemaei, hodierna *Namdn*. Vox om sæpe nominibus præfigitur; sic inter insulas bujus tractus sunt *Om-el-Hassani*, *Om-gieral*, *Om-ros*. Contra *Namdn* jacet *Ras Mussarib*; prope quod fort. erat sequens apud Plinium portus *Mochorbe*. Post hæc notantur insulae, quibus suum cuique locum certius assignare non audeo. Juxta oram pergens *Issuram* agnoscere putares in hod. *Sayourah*, et *Rhinnæam* (*Hnnæam* v. l.) in hod. *Rhiakah*, vel, quum ea perexigua sit, in *Zugatyl* Ptolemaei, hod, *Hassanic*, insula apprime conspicua. Nihil tamen asseveraveris; nam *insula proxima*, in qua scripta sunt stelæ lapideæ literis incognitis, vix alia est quam *Ισιδις νῆσος*, παλαιῶν οἰκιῶν ἔχουσσα ὑποσταθμὸς καὶ στήλας γράμματος βαρύτεροις κεχαραγμένας; hæc autem quum una sit ex majoribus insulis ante sinum *Ælaniticum* positis, suspicari licet eodem referendas esse etiam *Isuram* et *Rhinæam* (hod. *Jouba* et *Tiran?*) et ordinem geographicum a Plinio negligi. Situs *Cobœæ* (*Gobæa* v. l.) portus incertior; fortasse hodiernus est *Sherm Abban*. *Bragæ* insulae *desertæ* esse debent tres illæ quæ in sinu ad *Cap Baridy* sitæ sunt, quum alias in hoc tractu non videam. *Thaludæi* sunt *Thamudeni* Agatharchidis. Sequuntur *Dabonegoris* regio et *Orsa mons*. Novi *Daban* locum ($18^{\circ} 5'$) et *Djebel Orra* ($16^{\circ} 40'$), sed hi a nobis alieni esse videntur, nisi seriem locorum susque deque habere velis. Nisi fallor, *Orsa mons* est hod. *Soubah*, quem Chabinum

dicit Agatharchides, in eo situm tractu, in quo Ptolemæus ponit *Arsas* gentem, quod nomen subest etiam *Orsæ* Plinii (*). Portus huic monti proximus est *Sherm Braika*. His constitutis redeo ad verba *Dabanegoris regio*; quæ nescio an corrupta sint. Etenim quum apud Agatharchidem post Thamudenos memorentur *Debæ*; porro quum in regione quæ ab Orsa monte boream versus est circa hodiernam *Jambo* quærendus sit *Egra* vel *Negra* locus, ut supra p. lxxii monui: sponte nascitur suspicio apud Plinium fuisse: *gens Thaludæi, Dabæ, Negris* (vel *Egris*) *regio*. — *Sinum Duatum* quæro in maris recessu ad *Ras Hatebah*; post quod sequuntur tres montium vertices, Plinii *Trixórhoφος*. — *Regio Cardaleón* fortasse est eorum quos Uranius apud Stephanum appellat *Kερδανίτας*; hos cum hodierna hujus tractus tribu *el Kadera* componit Forster II, p. 138, eodemque trahit τοὺς Κερδανίτας, quas Anon. Peripl. m. Erythr. p. 273 menorat, ubi Κερδανίτας corrigi vult. Sed tanto incertior res, quum ordo literarum apud Stephanum suadeat pro Κερδανίται legendum esse Κερδανίται, quod Hoeschelio auctore recepit Meinekius. Ut ut est, *Cardaleon* regio ex serie narrationis fuisse debet circa *Ras Charah*. (21° 2'). Sequentes insulæ *Solanades, Cachinna et aliae Ichthyophagorum* respondent insulis hod. *Abou-laud, Cichran, Serrain* ceterisque quæ sunt in 20°, ubi pars *Hatemi* ichthyophagorum etiam nunc degit (v. Ritter. XIII, p. 307). *Claro* aliunde non novi; *Mammæum litus*, ubi auri metalla, est in *Alilæorum* regione aurifera, de qua exponit Agatharchides. *Mammala* vicum, etsi magis meridiem versus, habet Ptolemæus. *Canaunan* regionem facile agnoscis in hodierno *Wadi Canuna* (19° 12') prope *Komfoda* urbem. Mox *Casani* sive *Gasani* (var. lect.) sunt Γασανδεῖς Agatharchidis. *Fons Coralis* in eadem regione quærenda ubi *Corolia*, oppidum *Sabæorum* in litore rubro, cuius de Sabæis agens Plinius meminit § 154. *Carphatos* Agatharchides *Carbas* vocat, et ipse Plinius ex alio fonte § 154 *Cerbanos* dicere videtur. Insulæ *Aleu* (*Alæa* var. lect.) in Arabico litore non novi, sed erant in objecta ora Libyca (archipel de *Dalac*). Num temere huc eas traxit Plinius? Harduinus scripsit *Calæu*, quod ejus nominis insulas in *Persico* sinu habet *Anonymous* in Peripl. mar. Erythr. p. 284. — Cum

Amnametho componere licet, quoad nomen, *Amna* insulam, non longe a *Ghisan* urbe sitam. *Darras* memorat Ptolemæus, sed in boreali sinus parte. E sequentibus *Annum* flumen pertinuerit ad *Mersa Ama* (18° 30'). In eadem latitudine posita *Dorich* insula cum aliis, ad quas *Doricas* Plinianas referas. — *Pteros* forsan hodierna *Tiran* (17° 10'); *Labatanis* sive *Labanis* (var. lect.) hodierna *Hacbane* (17°); *Caboris* vero hod. *Farsan Kebir*, in arabico litore insula maxima. De *Sambrachate* nihil suspicor. Inter insulas quæ hinc versus meridiem sunt, maxima nunq audit *Camaran*, Plinio est *Camari*, *Geographo Ravenn.* II, 6 *Camarun*, Ptolemæo minus recte *Kαρδανίη*; *Hecataeus* ap. Steph. B. hanc et proximas minores vocat *Καρχηδόνας*; νήσους. — *Musecros* probabiliter est torrens qui exit ad *Ras Mussarib*, post quem mox occurrit *Lohaia* portus ad *Wadi Laa*; is sit *Laupas* portus Plinii. De *Acila* vel *Oceli* constat. Et haec quidem hactenus. Quamquam singula quæque certius definire in scriptore parum accurato non potui, satis multa tamen suppeditasse puto, quæ abunde probent quid de toto isto Plinianæ geographiæ capite statuendum sit.

104. EDITIONES: 1. Ἐκ τῶν Κτησίου, Ἀγαθαρχίδου, Μέμνονος ἱστοριῶν ἐκλογαὶ. Ἀππιανοῦ Ἰστορικὴ καὶ Ἀνισθαλικὴ. Ex *Ctesia, Agatharchide, Memnone excerptas historicæ. Appiani Iberica, item de gestis Annibalis. Omnia nunc primum edita* (grecæ). Cum Henrici Stephani castigationibus. Ex off. Henrici Stephani Parisiensis typographi. An. MDLVII, 8°.

2. *Agatharchidis et Memnonis historicorum quæ supersunt omnia, e Graeco jam recens in Latinum traducta per Rich. Brettum, Oxoniensem, e Collegio Lincoln. Oxoniæ. Ex officina typographica Josephi Barnesii. 1597. 16°.*

3-5. In Photii editionibus Hoeschelianæ (August. Vindel. 1601 fol.), Schottiana (Genevæ 1611 fol.) et Rothomagensi (1653 fol.).

6-7. In Hudsoni Geogr. min. tom. I, et in geograph. min. editionis Vindobonensis tom. I, p. 191 sqq. Accedit in edit. Huds. Dodwelli dissertatione ostendens tempus quo de mari rubro vel de gentibus potius meridionalibus scripsit Agatharchides.

8. In Photii editione Bekkeriana. Berolin. 1824. 4.

(*) *Arsæ* isti sive *Orsæ* respondent hodiernis *Hurrub* vel *Harb*, de quibus ita Moresby: « Jebbel Soulbah is the stronghold of the Hurrub Bedouins, a tribe, whose character is proverbial throughout the sea for ferocity and treachery. Cf. Forster I. I. II, p. 139. Horum pars vel a parte eorum tota gens vocatur Κερδανίται ap. Anon. Peripl. m. Er. p. 273.

105. Grandiora opera quum in communis literarum naufragio tantum non omnia moles sua perdidit, laeti nos levissimam quamlibet naviculam excipimus, cui salvæ sive læsæ ad citeriorem ætatem transnatare contigerit. Eorum ex numero opusculorum nostra hæc periegesis est, quæ puerorum institutioni destinata peregrinum in docta antiquitate pretium habebat, nunc vero haud insimum locum obtinet. Compendia hujus generis geographicæ in scholis usurpabantur partim prosaica, partim poetica. Ex illis alia fuerint vetustissimorum geographorum, ut Illecatæ, γῆς περίοδοι sive περίπλοι, qui ob dictionis simplicitatem rerumque copiam modicam juventutis usibus peraccommodati erant; alia majorum operum epitomas exhibebant, cujusmodi libellum habemus periplum Pseudo-Scylacis; alia denique ex variis auctoribus collecta fuerint. Qui vero vinctam orationem solutæ substituerunt, ut memoriae succurrerent, vel iambicis trimetris, liberioribus illis, vel etiam versu heroico usi sunt. Primus inter hos extitisse videtur Apollodorus Atheniensis, qui metro iambico et chronica et orbis terrarum descriptionem condidit. Cujus exemplum secutus Noster suam scripsit periegesin, et sequiore aëo simile opus iambis composuit Dionysius Aglaophontis; hexametris vero orbem terrarum Sulla temporibus descriptis Alexander Ephesius, quem e Stephano Byzantino novimus, ac postea Dionysius Periegetes, cujus opus exstat integrum, dum reliquorum nonnisi minuta fragmina vel majores particulæ supersunt.

106. Et nostræ quidem peregeseos quì factum sit ut pars longe major perierit, supra (p. xiv) monui. Servatos in codice Parisino habemus priores versus 742, quibus descriptio oræ Europæ ab Herculis columnis usque ad Apolloniam Ponticam et paullo ulterius deducitur; reliquæ Europæ ac totius Asiae Libyæque periplus desideratur, nisi quod de Ponticis regionibus fragmenta aliquot apud anonymum geographum deprehenduntur, qui variis e scriptoribus periplum Ponti Euxini collegit (*). Nam quæ ille ex fonte poetico assummisit, modo verbotenus transcripta modo paullulum mutata, ea ex nostro opere petita esse inde intelligitur, quod primam eorum partem habemus in codice Parisino superstitem.

107. Nomen auctoris, quod una cum titulo libri

in integro codice fini operis subscriptum legebatur, nunc nos latet. Nec tamen in editionibus auctor nomine carere solebat; *Marcianus Heraclœta* erat Hæschelio, Morello, Vindingo; deinde *Scymno Chio* opus vindicarunt Lucas Holstenius (in Observatt. ad Porphyr. Vit. Pythagor. p. 117, an. 1631, et in Not. ad schol. Apoll. Rhod. IV, 284, an. 1639) et Isaacus Vossius (in præfat. ad Anonymi peripl. Ponti Eux., an. 1639); quorum conjecturam quum Dodwellus approbasset, sub Scymni nomine libellum edidit Hudsonus, cui bona fide se addixerunt sequentes editores, Gaius, Letronnus, Fabricius, usquedum Meinekius quam imbecillis et inanis esset Holstenii Vossii que argumentatio, liquido ostenderet.

108. Quod princeps editor periegesin Marciano Heraclœta inscripsit, id fecit auctoritate apographi Vaticani; hujus vero scriba auctorem istum suo periculo eruit e codice Parisino, qui initio ejus paginæ, in qua periegesis incipit, habet verba vel manca vel corrupta: εὐτυχῶς Μαρκιανῷ (Cf. p. XIV). Ex his librarius codicis Vaticani, qui in antecc. Marciani Heraclœta opuscula transcripserat, eidem geographo etiam poema nostrum tribuendum esse conjecerit. Qua quidem opinione turpiter lapsus est. Et tamen facile fieri potest, ut nescius verum auctoris nomen apposuerit. Nam verba εὐτυχῶς Μαρκιανῷ ad nostrum opus, quod Nicomedi, Bithyniae regi, dedicatur, aliquo modo pertinore omnium est veri simillimum, præsertim quum vox εὐτυχῶς dedicationis formulam subindicare videatur, qualem habes etiam Marciane maris interni periplo præfixam: Μαρκιανὸς τῷ ἐταῖρῳ Ἀμφιθαλίῳ εῦ πράττειν. Quidni igitur nostro loco esse poterat: Νικομήδει βασιλεῖ πράττειν εὐτυχῶς (vel εὐτυχεῖν) Μαρκιανός? Scripsisse Nostrum in Bithynia ex eo quod Heraclea Pontica sita esse dicitur ἐν τῷ τοῦ Κυανέων (v. 826 et 973), bene monuit Meinekius. Adde quod v. 920 Amisus tribus annis ante Heracleam Jonica colonia frequentata esse narratur. Quæ quum tempus deductæ coloniæ non doceant, nisi jam noveris Heracleæ historiam, de qua postea demum ex ordine peregeseos auctor monet, facilem explicationem habent, si auctor Heraclœta fuit et præ ceteris scripsit civibus suis. Denique vs. 56 se consuluisse dicit Didymæi Apollinis oraculum Milesium; quod quidem ante cetera adierit

(*) Præter hunc duos Nostri versus non laudato auctore assert Stephanus Byz. v. Διονυσόπολις.

Heracleensis vir, cui Miletus erat altera metropolis. Hinc igitur conjicio Nostrum oriundum fuisse ex Heraclea, multorum scriptorum patria; in qua, quum Byzantinis temporibus doctos Marcianos exstisset constet, quidni jam secundo et primo ante Christum seculo vixisse Marcianum quandam poematis geographici scriptorem, Parisini codicis indicio nitentes credamus?

109. Quodeorum sententiam attinet, qui, quum Marcianum Heracleotam, cuius periplus prosaici supersunt, a poematis auctore alienum esse recte perspexissent, Scymno Chio opus nostrum vindicarunt, res ita habet. Laudatur Scymnus Chius locis octo apud Stephanum Byz. (v. Ἀγάθη, Ἄρεως νῆσος, Ἐρμώνιασσα, Πάρος), schol. Apoll. Rh. (IV, 271. 284), Apollonium (Mirab. c. 15) et Herodianum (De dict. solit. p. 19, 4). Ex his cum nostra Periegesi nihil potest componi nisi haec Stephaniana:

Ἄγαθη, πόλις Λιγύων ἡ Κελτῶν. Σκύμνος δὲ Φωκέων αὐτήν φησιν ἐν τῇ Εὐρώπῃ.

Ἄρεως νῆσος, πρὸς τοῖς Κόλχοις ἐν τῷ Πόντῳ. Σκύμνος ἐν Ἀσίᾳ.

« Utrumque locum etiam in Periegesi nostra memoratum reperias, Agatham vs. 297: οἱ Μασσαλίαν κτίσαντες ἔσχον Φωκαῖς Ἀγάθην Ρόδανουσίαν τε, Martis insulam autem vs. 913: καθ' ὅς ἔρημος κειμένη [μιχρὰ] παρήκει νῆσος Ἄρεως λεγομένη. Atqui ex hoc utriusque chorographi consensu tanto minus suae sententiæ argumentum ducere debebat Vossius, quum illud potius justam admirationis causam habiturum esset, si de duobus scriptoribus in ejusdem argumenti explicazione occupatis alterutrum illorum locorum memoria omisso demonstrari posset. » MEINEKE. His igitur ut non probatur sententia, sic reliquis refellitur. Nam Scymnus Pharum, Adriæ insulam, Parum dixit (ap. St. B. s. v.), Noster cum ceteris Pharum vocat. Idem Scymnus urbem Bospori Cimmerii Ἐρμώνιαν dixit (St. B.), quæ apud poetam Hermonassa vocatur. — Porro apud schol. Apollonii Rhod. IV, 284 hæc leguntur: Οὐδεὶς δὲ ἴστορει διὰ τούτου (τοῦ Ἰστρου) τοὺς Ἀργοναύτας εἰς πεπλευκέναι εἰς τὴν ἡμετέραν θάλασσαν, ἔξω Τιμαγήτου, ὃ ἡ κοιλούθησεν Ἀπολλώνιος. 'Ο μὲν γάρ Σκύμνος αὐτοὺς διὰ Τανάϊδος πεπλευκέναι ἐπὶ τὴν μεγάλην θάλασσαν, ἔκπιθεν δὲ εἰς τὴν ἡμετέραν θάλασσαν ἐλήλυθεναι. Κατ παρεκβολεύεται, ὡς ἄρα ἐλθόντες ἐπὶ τὴν ἥπειρον οἱ Ἀργοναύται ἐπὶ σαυρωτήρων ἐκό-

μισαν τὴν Ἀργὸν, μέχρις οὖς ἐπὶ θάλασσαν παρεγένοντο. Ad quæ Meinekius p. xvii: « De Tanai Periegesis nostra dixit vs. 668 et 875 sqq. locis a Peripli scriptore servatis, ubi quum nihil de Argonautis afferatur, tolli quidem hic a scholiasta dissensus potest ita ut, quæ nihil suo consilio conducere vidisset, consulto ab Anonymo omissa dicas. At precaria hæc est excusatio neque satis factura iis qui ipsæ periegetæ verba inspexerint, quibuscum quo pacto illud de Argonautis episodium conglutinari possit, minime appetat. Accedit quod ipsa illa, quæ e Scymno attulit scholiastes, nisi primitivam orationis formam prorsus immutatam dicas, ita comparata sunt, ut quomodo numeris illigata fuerint vix intelligas, præsertim quum illud ἐπὶ σαυρωτήρων exquisitus dictum sit, quam quod a scholiasta demum invectum esse videatur: quam quidem suspicionem etiam augeri fatebitur, qui ista in scholiis Parisinis ita referri viderit: Σκύμνος δὲ διὰ Τανάϊδος πεπλευκέναι φησιν αὐτοὺς κατεῖς τὴν μεγάλην θάλασσαν ἀφιέσθαι· ἐλχύσαντας γάρ, φησὶν, αὐτὴν (τὴν Ἀργὸν) εἰς τὴν ἥπειρον κατὰ ἀραντες ἐπὶ σαυρωτήρων ἐκόμισαν μέχρι τῆς καθ' ἡμᾶς θαλάττης. Quid multa? tenemus ipsissima Scymni verba, non sane e carmine ducta, sed e prosaico opere petita. Nec dissimilis eorum est ratio quæ leguntur apud Apollonium IIist. mirab. cap. 15: Σκύμνος (cod. Σκυτίνος) δὲ διὰ Χίος τὴν Βρεταννικὴν νῆσον λέγει σταδίων εἶναι τετρακοσίων (τετρακισχιλίων?) τὸ περίμετρον. γίγνεσθαι δὲ ἐν αὐτῇ τὰ γεννηματα ἀπόρχηνα, οἷον τὰς ἑλαίας πυρῆνας μὴ ἔχειν, μηδὲ βότρυς γίγαρτον, μηδὲ τὰ ἐμφερῆ τούτοις. Quorum postremia quamquam, qui ludere volet, haud magno negotio ad trimetros revocare poterit, e. c. in hunc modum,

οἶον ἑλάιας (*) πυρῆνας οὐκ ἔχειν λόγος,
οὐδὲ αὐτὸν βότρυς γίγαρτον, οὐδὲ τὰμφερῆ
τούτοις —

tamen et violentior hæc ratio esset et tum demum aliquam probabilitatis speciem habitura, si de metrica Scymniani operis forma aliunde certo constaret. Denique addam quæ servavit Herodianus Dict. solit. p. 19, 4. Cujus verba adscribam, ut a Blochio et Dindorfio emendata sunt: Τό τοῦ Ις ἐπὶ ποταμῷ κειμένον παρ' Ἡροδότῳ ἐκτεινόμενον ἔχει τὸ ι. Οὕτω (i. e. ἐπὶ ποταμῷ κειμένον) κατ Σκύμνος ἐν τῷ τῆς Ἀσίας περίπλῳ» εὑρέθη ἔχεται Κελένδερις πόλις Σαμίων, κατ ἑρόν παρὰ τῇ πόλει Ἡρης (cod.

νήρης) καὶ ἀλσος. Ἡς ποταμὸς παρὰ θάλασσαν ἔξει-
σιν. » Ἐστιν Ἡς τῆς (καὶ τῆς;) Ἰταλίας, ὡς Πάρθαξ
ἐν τῷ β' τῶν Ἰταλίκων. « Ἐπει δὲ ἀρίστεο εἰς τὴν Πο-
σειδῶνίαν δὲ Ἡρακλῆς· ἔστι δὲ ποταμὸς Ἡς καλούμενος
μέγας. » In his quae Scymno tribuuntur verba,
manifestis solutae orationis vestigiis impressa,
nullis unquam machinis efficies ut ad tolerabilem
metri speciem revocentur; et tamen trimetris ista
includere præter Cramerum in *Description of Asia min.* vol. II p. 327 instituit Letronnus, quorum
conatus noli querere quam inseliciter cesserint,
Sardi venales, aliis alio nequior! At corruptæ
voci εὐρέθη quid faciam non habeo, quæ mihi
quidem olim eo usque molesta fuit, ut eam pro
parte loci Scymniani haberem, ἔχεται autem in
Ἐκτάξις mutandum existimare, cujus conjecturæ
fidem mihi facere videbatur ionicum Ἡρᾶς.
At quid impedit quoniam Scymnum ionice scri-
psisse existimenuis? ita respondit mihi consultus
de Herodianis Herodiani futurus editor, Lehr-
sius (*), simul ex hoc ipso loco se de diversitate
Scymni et scriptoris Periegeseos conjecturam
cepisse adjiciens. Qui quod de dialecto Scymnia-
ni operis conjicit, id erunt fortasse qui usu vocis
σωρατήρι μιλι quidem nisi apud Homerum et
Herodotum nusquam lectæ, confirmari putent.
ΕΥΡΕΘΗ autem ex ΕΥΡΩΝ corruptum videri
potest, ut Herodianus scripserit: οὗτῳ καὶ [παρὰ] Σκύμνῳ ἐν τῷ τῆς Ἀσίας περίπλῳ εὗρον, nisi malis
quod simplicissimum est, οὗτῳ καὶ Σκύμνῳ ...
εὗρεν, quod quin recte ita dici possit non dubitan-
dum videtur; εἴρηκεν autem, quod Cramerus, vel
εὐρόθεν, quod Letronnus conjectit, rejeculum est. »

120. Superest locus scholiastæ ad Apoll. Rhod. IV, 284: Τὸν Ἰστρὸν φησίν (sc. Ἀπολλώνιος) ἐκ
τῶν Ὑπερβορέων καταρρέοσθαι καὶ τῶν Ῥιπαίων
δρῶν,... γινόμενον δὲ μεταξὺ Σκύμνου καὶ Θρακῶν
σχίζεσθαι· καὶ τὸ μὲν εἰς τὴν καθ' ἡμῖς θάλασσαν
ἐκβάλλειν φέρον, τὸ δὲ εἰς τὸν Ποντικὸν θάλασσαν
ἐκπίπτειν, τὸ δὲ εἰς τὸν Ἀδριατικὸν κόλπον. Σκύμνος
δὲ ἐν τῇ ἑκκαιδεκάτῃ περὶ Εὐρώπης (Paris. ἐν τῇ ισ'
τῶν περὶ Εὐρώπης) αὐτὸν μόνον φησὶν ἀπὸ ἐρήμου
(Paris. ἀπὸ ἐρήμων τόπων) φέρεσθαι τὸν Ἰστρὸν.
Ῥιπαῖα δὲ ὅρη ἐν ταῖς ἀνατολαῖς, ὡς Καλλίμαχος·

« Ριπαῖου πέμπουσιν ἀπ' οὔρεος, ἥχι μάλιστα, ·
Ἐρατοσθένης δὲ (Paris. ὁσαντώς Ἐρατοσθένης) ἐν
τρίτῳ Γεωγραφικῶν ἐξ ἐρήμων τόπων φεύ, περιβάλλειν
δὲ νῆσον Πεύχην. » Ad hæc igitur (verba Meinekii
sunt) Holstenius ita commentatus est: « Hic
librorum numerus (ἐν τῇ ἑκκαιδεκάτῃ περὶ Εὐρώ-
πης) perspicue falsus; neque enim Scymni
Chii περιγραφησιν libros divisa fuit (**), tantum
abest ut de sola Europa sedecim libros scripse-
rit; extat enim [etiam?] nunc magna opusculi
pars, quæ hactenus sub falso Marciani Hera-
cleotæ nomine delituit. Quod hujus loci auto-
ritate et indicio primus omnium vero auctori
vindicavi in notis meis ad Porphyrium (**).
In MS fuerat ἐν τοῖς περὶ Εὐρώπης, sicut pag.
præcedenti ἐν τοῖς περὶ Ἀσίας idem Scymnus
laudatur [ad IV, 277]: « Οτι δὲ Αγυπτίων εἰσιν οἱ
Κόλχοι ἄποικοι, καὶ Σκύμνος ἐν τοῖς περὶ Ἀσίας λέ-
γει]. Inde imperiti librarii fecere ἐν τῇ ισ'
πρὸ τοῖς. Quod deinde voce expansa editum ἐν
τῇ ἑκκαιδεκάτῃ. Neque minus corrupta sunt qua-
ex Scymno de Istri cursu assert; nam pro illo
ἀπὸ ἐρήμου φέρεσθαι τὸν Ἰστρὸν, scribendum ἀπὸ
ἔσπερου. Quod sequentia Callimachi verba
evincunt, quæ Rhipæos montes ad ortum po-
nunt, contra ac Scymnus, cujus haec sunt
verba de Istro: κατέρχεται ἀπὸ τῶν ἔσπερίων τό-
πων. » Ad postrema quod attinet, de Istri
cursu quæ in Periegesi dicta erant, his verbis
perscripta servavit auctor Peripli: Οὗτος δὲ Ἰστρὸς
ποταμὸς κατέρχεται ἀπὸ τῶν ἔσπερίων τόπων, τὴν
ἐκβολὴν πέντε στόμασι ποιούμενος, δυσὶ περισχιζόμε-
νος καὶ εἰς τὸν Ἀδρίαν φεύ. Quorum priora, quæ vs.
774 sic edidi: ἀπὸ ἔσπερίων μόνος κατέρχεται τό-
πων, etc., nunc ita corrigenda arbitror:
κατέρχεται ἀπὸ τῶν ἔσπερίων οὗτος τόπων,
τὴν ἐκβολὴν πέντε στόμασι ποιούμενος. .
Hæc igitur Holstenius cum Scymnianis apud scho-
liastam ita conciliare conatus est, ut pro ἀπὸ ἐρή-
μου scribendum esse conjiceret ἀπὸ ἔσπερου;
eainque emendationem etiam necessariam esse
existimat propter Callimachi testimonium de situ
montium Rhipæorum. Atqui Callimachi versum
scholia Parisina non eo loco habent, quo in edi-

(*) Lehrsius in editione Herodiani (Regiomont. 1848 p. 61) legit: οὗτῳ καὶ Σκύμνῳ ἐν τῷ τῇ Ἀσίᾳ περίπλω
παρέθετο. « Εγένεται καὶ, Idem confort Eustathium ad Hom. p. 877, ubi haec: Οτι δὲ Ἡς καὶ δύομά ἔστι ποταμοῦ, ὡς
καὶ Ἰρρόδοτος (I. 179, ubi Is Babylonias fluvius memoratur) οἵτε καὶ τις δὲ Φύλαξ (Θύλαξ Elym. Gudian. v. IV p. 279,
ubi eadem exstant) Ιστορικὸς, παρεσημειώσαντο οἱ τεχνικοί. In his num Σκύμνος Herodiani in Σκύλαξ, dein in Φύλαξ
depravatus sit, an alias scriptoris nomen lateat, Σκύλαξ, Φύλαξ, Φύλαρχος, parum liquet.

(**) « Atqui a Stephano Byz. s. v. Ηέρος laudatur Σκύμνος δ Χίος ἐν πρώτῳ περιγράφεται. »

(***) « His verbis Vossium carpere videtur, a quo inventi sui laudem sibi præreptam existimat. »

tis legitur, sed ad vs. 287, quo ipso loco Apollonius Rhipeos montes commemorat. Omnino autem Holstenius a mente scholiastæ aberravit, qui non hoc dicere voluit, apud Apollonium Istrum e septentrionalibus regionibus oriri, apud Scymnum autem ex occidentalibus, sed hoc potius, Apollonii Istrum in Scytharum et Thracum confiniis in duo scindi flumina, quorum alterum in Adriaticum, alterum in Tyrrhenicum mare (εἰς τὴν καθ' ἡμές θάλασσαν) effundi, apud Scymnum autem Istrum αὐτὸν μόνον, i. e. continuum neque in plura flumina discretum, e desertis regionibus deferrì. Hoc autem si Scymnus dixit, apertum est longe aliam de Istri cursu sententiam sequutum esse scriptorem Periegeseos, qui et versu 664 et eo ipso, de quo Holstenius disserit, loco satis ostendit, se eandem quam Apollonius de Istro in plura flumina diviso sententiam sequutum esse; quæ res etiam clarius intelligetur, si integer Periegetæ locus servatus esset, qui non dubium est quin hoc dixerit, Istrum quinque ostiis in Pontum, duobus autem partim in Adriaticum partim in Tyrrhenicum mare effundi. Itaque non tantum inter περὶ et σχέζομενος sed etiam inter σχέζομενος et καὶ εἰς Ἀδρίαν aliiquid omissum esse arbitror. His profligatis supervacaneum esse puto alteram, quam de librorum numero movit Holstenius, dubitationem refutare copiosius. Ac conjecturæ viri doctissimi non favere scholiastam Parisinum, qui hæc ita scripta profert, ἐν τῇ ι' τῶν περὶ Εὔρωπης, jam a Schæfero monitum video. Non negaverim tamen in numero erratum esse: quis enim serio sibi persuadeat, ullum unquam veterum chorographorum, nedum obscuri nominis scriptorem et rariissime a Stephano ad partes vocatum, de sola Europa sedecim libros condidisse? Itaque non vituperarem equidem, si quis non decimum sextum Scymni librum, sed sextum (ἐν τῇ ι' τῶν περὶ Εὔρωπης) a scholiasta commemoratum existimaret. »

His igitur istam de "Scymno Chio nostri poematis auctore quæstionem satis superque Meinekius profligavit. Verum scriptoris nomen, dum certior lux alicunde affulserit, in medio relinquimus.

III. DE AETATE SCRIPTORIS. In præfatione auctor Nicomedem regem, cui opus dedicatur, alloquens, periegesi sua metro comico scripta exemplum secutum esse profitetur philologi Attici, qui Dio-

genis Stoici et Aristarchi discipulus simili modo historiam annorum mille et quadraginta (1184-145 a. C.), inde a Troja excidio usque ad præsentem ætatem (ἄρι τοῦ νῦν βίου vs. 23), in dissentium usum exposuerit, eanique Attalo Philadelpho nuncupaverit. Itaque anno 145, in quem desierunt Chronica Apollodori Atheniensis (nam hunc dici philologum Atticum unanimi consensu statuunt (*)), jam vixisse Noster videtur, quamquam tunc puerilem ætatem nondum egressus fuerit. Scripsisse eum quo tempore reges Pergameni jam defecerant, sive post mortem Attali III, indicatur vs. 16 verbis :

τοῖς ἐν Περγάμῳ

βασιλεῦσιν, δῆν ή δόξα καὶ τεθνήσκων
παρὰ πᾶσιν ἡμῖν ζῶσα διὰ παντὸς μένει.

Regem autem Bithyniæ, ad quem verba auctor dirigit, dici putaveris Nicomedem II Epiphanem, Prusiae II τοῦ χωνηγοῦ filium, qui per quinquaginta octo annos (149-92 a. C.) regnavit; hujus enim tempora cum iis, quæ hucusque attulimus, optime convenire videantur. Attamen de his antequam judicemus, audiamus reliqua. Etenim poeta noster postquam Atticum istum philologum Chronicis Attalo dedicatis magnam regi gloriam comparasse dixit, se ipsum ait opus suum Nicomedi dedicaturum ea de re adiisse Apollinem Didymæum, qui a Nicomede quoque religiose colatur et olim etiam patrem ejus in regno bene constituendo adjuverit. Verba hæc sunt v. 50 :

Ἐγὼ δὲ ἀκούων διότι τῶν νῦν βασιλέων
μόνος βασιλικὴν χρηστότητα προσφέρει,
πεπίρα πεπεθύμησ' αὐτὸς ἐπ' ἔμαυτοῦ λαβεῖν
καὶ παραγενέσθαι καὶ τί βασιλεὺς ἐστ' ἴδειν,
ἴν' αὐτὸς ἑτέροις πάλιν ἀπαγγέλλειν ἔχω.
Διὸ τῇ προθέσει σύμβουλον ἔξελειάμην
τὸν συγκατορθώσαντα καὶ τῷ σῷ πατρὶ¹
τὰ τῆς βασιλείας πρότερον, ὃς ἀκούομεν,
παρά σοι τε, βασιλεῦ, γνησίως τιμώμενον
κατὰ πάντα, τὸν Ἀπόλλωνα τὸν Διδυμῆ λέγω.

Jam vero constat Nicomedem II Prusiam patrem, virum ignavum, sævissimum, Bithynis infensisimum, a quo per totam vitam dissenserat, cujusque insidias ægre effugerat, tandem, juvante Attalo, regno ejusce inque Jovis templo occidisse (Appian. Mithridat. c. 7; coll. Polybio XXXVII, 2). Huncce Prusiam Noster Apollinis ope in regno firmatum esse censuit, idque Nicomedi II occisoru dicendum in hac epistola dedicatoria

(*) Sunt tamen, quæ huic sententiæ adversari possint videri, ut ad fragmenta Apollodori geographica monebo.

existimavit? Vix tu credideris. Immo dei auxilium ad ipsum potius Nicomedem II pertinuerit, qui patris crudelissimi sevitiam effugit et post magna pericula regnum adeptus est quod per annos quinquaginta octo servare ei contigit. Itaque rex, qui ipse quoque Apollinem Didymaeum summopere honorare dicitur et cui opus suum poeta inscribit, filius prioris est, Nicomedes tertius, qui a pietate Philopatoris cognomen nactus, per sedecim annos regnum tenuit (91-76 a. C.).

112. Alia est Dodwelli sententia. Is enim verbis μόνος βασιλικὴν χρηστότητα προσφέρεις subindicari censet Socratem τὸν χρηστὸν, qui Mithridatis opera fratrem Nicomedem III ejecit, imperioque potitus nomen Nicomedis assumxit; sed paucis mensibus post ab eodem Mithridate interfectus et Nicomedes III a senatu Romano in regnum restitutus est (an. 90). V. Livius ep. 74; Justin. XXXVIII, 5; Appian. Mithridat. 10; Memnon c. 30 in Fr. Hist. III, p. 541. Attamen in brevissimum istud temporis momentum, quo penes Socratem res erant, vix cadere possunt, quod de Nicomede suo Noster predicit v. 62: κοινὴν γὰρ σχέδιον τοῖς φιλομαθοῦσιν ἀνδέδειχας ἐστίαν. Quodsi verbis: μόνος.. χρηστότητα προσφέρεις allusio subest, putaverim potius Nicomedi III veram χρηστότητα vindicari, quam cognomine tantum Socrates, regni usurpator, prae se tulerit.

113. Scripsisse igitur Noster videtur circa an. 90 a. C., jam provectus aetate, vitamque agens in Bithyniae urbe, quam Heracleam suisce suscipiati sumus. Natus fortasse in Graecia erat; certe regiones recensens, quas ipse viderit et αὐτοπτικῇ πάτεται describat, ita incipit: ὃν θεατὴς οὐ μόνον τῆς Ἐλλάδος ή τῶν κατ' Ἀστίαν κειμένων πολισμάτων: adeo ut primo loco Graeciae mentio fiat. Praeterea vidit oram maris Adriatici et Ionici, Tyrrheniam, Siciliam, Libyam partem majorem in eaque Carthaginem. Scriptores vero adhibuisse se dicit v. 114 sqq. Eratosthenem (cujus meminit v. 412), Ephorum (quem laudat v. 472. 546. 802. 871. 881), Dionysium Chalcidensem, Demetrium Callatianum (de quo vid. v. 719, 796. 880), Cleonem Siculum, Timosthenem, Callisthenem, Timaeum Siculum (cf. 214. 412), Herodotum (cf. v. 565. 929), aliosque quorum nomina in codicis illo loco graves injurias passo legi jam nequeunt; sed suisce inter eos patet Theopompum Chium et Hecataeum Eretriensem, quorum illum v. 370, hunc v. 870 laudat.

114. Ceterum quam in argumento tractando rationem sequatur, ita auctor exponit v. 68

δσα μὲν εὔσημα τ' ἔστι καὶ σαρῆ
ἐπὶ κεφαλαίου συντεμών ἐκθήσομαι,
Ἐστι δ' ἔστιν αὐτῶν οὐ σαρῆς ἔγνωσμένα,
δ κατὰ μέρος ταῦτ' ἔξαχριδώσει λόγος.

Ac sane notissimas Graeciæ regiones obiter dunxat perstringit, fusius vero describit Iberiam, Italiam, Siciliam, oram Adriaticam Pontumque Euxinum, nec subsistens in sterili nominum enumeratione, non pauca interponit de locorum temperie et proventu et incolarum moribus, præ ceteris vero ad urbium origines deductarumque coloniarum tempora attendit; in quibus, quum multa aliunde non nota occurrant, præcipuum libri pretium positum est.

115. Quantumvis autem longinqua itinera et πίστιν αὐτοπτικὴν poeta jactet, quidnam lucri hinc in opus suum redundaverit, in superstite saltem parte non appareat. Nam si unum alterumve excepteris, non sui ævi geographiam scriptor tradit, sed quam multo antiquiores scriptores prodiderant; adeo ut hosce in plurimis presso pede secutus esse, præ ceteris autem Ephoro se addixisse videatur, quippe quem et ipse sæpen numero testem citat, cuiusque fraguenta cum Nostri serviculis persæpe comparare licet.

116. De Iberia multo disertiora quam Pseudo Scylax habet. In quibus quæ de Celtarum sedibus, et hac oblata occasione de quattuor τῆς οἰκουμένης gentibus maximis, Celtis, Indis, Scythis, Aethiopibus, inseruntur (170), ex Ephoro fluxisse patet. Notabilia in hoc capite traduntur de Aethiopum in Erythria insula colonia (157), de Tartessi ditione (162), de Bebrycum sedibus (201), et de boreali columna, quæ apud ultimos Celtas in mare projicitur (190). — De Liguria regione cum Scylace Noster consentit, nisi quod accuratius Scylax inter regionem mere Liguricam atque eam quam Ligures Iberibus mixti teneant, distinguit. — Italice statum, si mittas Romanum urbem tanquam ὅστρον κοινὸν τῆς θῆτος οἰκουμένης (233) honoris causa memoratam, antiquiorem quam Scylax exhibet. Nam Scylax Campanos et Lucanos jam oræ maritimæ accolas novit; Noster eos adhuc in mediterraneis habet, oram vero meridionalem totam tribuit Oenotriæ, in qua Italiani et Japygum Messapiorumque ditiones memorat, adeo ut haec proxime accedant ad ea quæ vetus ille Antiochus Syracusanus prodidit. — Siciliae

colonias græcas alias nemo recenset plenius. — De mari *Adriatico* ejusque insulis populisque Illyricis Theopompum sequitur (370 sqq.), nonnullis Timæo et Eratosthene adjunctis. Græciam ex Ephoro, ut ipse profitetur (472) describit, nisi quod de Atticæ incolis antiquissimis ex Herodoto quædam, fortasse et ipsa ab Ephoro allata, interponit. In Ponticis denique ducem præcipuum sequitur Demetrium Calatianum.

117. His delineatis, superest ut quæsiōnem tangam intricatam. Scilicet geographicā sua Noster composuit ad exemplum Chronicorum philologi Attici, quem Apollodorum esse uno ore omnes profitentur. Jam vero Apollodorus ille etiam periegesin versu comico scripsit, cuius frequens apud Stephanum Byzantium mentio exstat. Ex fragmentis autem nonnulla ita sunt comparata, ut vix quisquam dubitaverit alterum periegeseos auctorem ob oculos habuisse alterum. Nam ita Noster 391 :

Ἐνετῶν ἔχονται Θρᾷκες Ἰστροὶ λεγόμενοι
Apollodorus vero apud Steph. Byz. v. Υἱλεῖς.

Ὑπέρ δὲ τοὺς Ὑἱλους Λιθυρνὸι καὶ τινες
Ἰστροὶ λεγόμενοι Θρᾶκες.

Porro in nostris v. 405 :

Ἐξῆς δὲ μεγάλη Χερσόνησος Ὑἱλικὴ
πρὸς τὴν Πελοπόννησον τι ἔξισουμένη·
πόλεις δὲ ἐν αὐτῇ φασι πέντε καὶ δέκα
Ὑἱλους κατοικεῖν.

Apollodorus vero ap. Steph. l. 1 :

Ὑἱλις πρόκειται χερρόνησος, ἡλίκη
μάλιστα Πελοπόννησος, ὡς φασι.
· · · · · πέντε καὶ δέκα
πόλεις ἔχουσα παμμεγέθεις οἰκουμένας.

Adde quod urbem Bospori Cimmerii, quæ reliquis omnibus Kῆποι dicitur, Nostro et Apollodoro (ap. St. B. v. Ἐρμώνασσα) Kῆπος vocatur. Ceterum alias periegeseos ordo in Nostro, alias in Apollodoro; nam hic post Hyllos memorat Liburnos et Istros, a meridie boream versus progrediens, dum Noster a borea ad austrum procedit; similiter in Bosporo Cimmerio Apollodorus ap. Steph. v. Ἐρμώνασσα post Hermonassam memoravit Cepum, dum inversus ordo apud Nostrum obtinet. Sed de majoris etiam momenti rebus auctores hi inter se differunt. Sic Apollodorus, quum Laum Lucaniæ urbem dicat, novit Lucaniam maritimam, dum Noster nonnisi mediterraneam memorat.

Præterea loca nonnulla ex Apollodori periegesi afferuntur, quorum apud Nostrum mentio desideratur. Hinc igitur quamvis pateat utrumque opus habuisse sibi propria, non satis tamen intelligis, qua de causa Noster, si post Apollodorum periegesin condidit, nonnisi de Chronicis ejus verba faciat, missa mentione operis in eodem prorsus argumento versantis et ab ipso usurpati. An dices Apollodorum, quum Chronica jam anno 145 a. C. Attalo Philadelpho dedicasset, circa annum demum 90 a. C. periegesin geographicam composuisse, eoque negotio Nostri poema imitatum esse? Parum hoc probabile foret. Sed attigisse rem jam satis habeo.

118. Ediderunt periegesin sub *Marciani Heraclœotæ* nomine *Hœschelius* cum Scylace aliisque geographicis e codice Palatino et apographo Caſaubonio codicis Pitheœani, Augustæ Vindelicorum 1600, in-8°, p. 1-30; deinde cum versione metrica *Fred. Morellus* Parisiis 1606. 8°, et cum versione prosaria notisque *Erasmus Vindingius Pauli f.*, Hafniæ 1662, 8°. Post hæc sub *Scymnii Chii* nomine excudit *Hudsonus* in Geogr. min. tom. II, Oxon. an. 1793 una cum fragmentis, quæ ex Anonymi periplo Ponti Euxini Holstenius et Vossius eruerant, et dissertatione Dodwelli. Hinc repetitus *Scymnus* in edit. Geogr. Vindobon. vol. I. Sequitur editio *Gaiiana* in Geogr. min. tom. II, Paris. 1828. Varietatem lectionis ex codice Parisino 443 Supplēm. dedit *Em. Millerus* ad calcem voluminis, quod inscribitur : *Périple de Marcien d'Heraclee*, etc. Paris 1839, 8°. Paullo post in lucem prodierunt *Fragments des poèmes géographiques de Scymnus de Chio et du faux Dicéarque*, restituës principalement d'après un manuscrit de la bibliothèque royale; précédés d'observations littéraires et critiques sur ces fragments, sur Scylax, Marcien d'Heraclee, Isidore de Charax, le stadiasme de la Méditerranée; pour servir de suite et de supplément à toutes les éditions des petits géographes grecs, par M. Letronne. Paris 1840, 8°. — *Scymni Chii periegesis ed. B. Fabricius* cum annot. critica, Lips. 1846, 8° (Cf. ejusdem *Lectiones Scymnianæ*. Dresden. 1844, 8°). — *Scymni Chii periegesis et Dionysii descriptio Græciae*. Emendavit A. Meineke. Berlin. 1846, 8°. Præcedit commentatio critica.

119. Anonymi Periegesi iambicæ similem subjecimus libellum metricum, cui in codicibus titulus est: Διοχαίρχου ἀνταρραφῆ Ελλάδος. Similiter ἀνταρραφῆ vocabulo Genistius Pletho utitur, capita quædam geographiæ e Strabone excerpta inscribens ἀνταρραφῆ Θεσσαλίας, etc. Inerat opusculo nostro Græciæ insularumque græcarum perbrevis descriptio in usum puerorum. Supersunt fragmenta duo, quorum alterum Helladis regiones ab Ambracia usque ad Peloponnesum recenset, alterum Cretæ urbes et Cyclades Sporadæque insulas exhibet. Inter duo hæc fragmenta poetica librarius interposuit scriptoris incerti fragmenta duo prosaria de Attica et Bœotia de que Thessalia Græciæ accensenda, ut supra § 72 jam exposui. Priori fragmento metrico præmittitur proœmium, in quo Theophrastum quendam auctor alloquitur. Sermo et nexus sententiarum quum per totam scriptiunculam imbecillis est, tum vero in hac maxime præfatione puerilis prorsus anilisve. Causam rei Lehrsius docuit. Nimirum hoc unum allaboravit auctor, ut viginti tres versiculos acrostichos excuderet, quorum primæ literæ in unum collectæ librum nostrum prodigerent fœtum esse Διονυσίου τοῦ Καλλιφῶντος. Quod quidem artificium a multis inde seculis latuisse docent codices, in quibus opusculum Dicæarcho affingitur. Cui commento Theophrastus ille in proœmio memoratus ansam dedisse videtur (cf. supra § 74). Quamquam non defuerunt olim, qui misellum poema a Dicæarcho Messenio non alienum esse dictitarent. Allii

jejuniores id nomen a prosaicis fragmentis ad trimetrorum auctorem perperam translatum voluerunt; quod ipsum quoque admitti nequit.

120. Quando vixerit Dionysius nescio. De Lebadea agens dicit (v. 98): Τροφωνίου δπου τὸ ψαντεῖον λέγουσι γεγονέατ; quod oraculum quum Pausaniae temporibus adhuc floruisse constet, Dionysius, si vocem γεγονέατ sensu proprio usurpavit, in ceteriora utique tempora rejiciendus est. Ex orationis miseria in ejusmodi versiculis mnemonicis argumentum de aetate scriptoris certius peti vix potest. Ceterum fontes adhuc anti- quos; disertis verbis laudat Phileam (vs. 33); affinitatem quæ in haud paucis ei cum Pseudo-Scylacis periplo intercedat supra attigi (§ 70).

121. Utilitas libri exigua, quum plerumque nonnisi summa rerum capita obiter perstringantur. Nonnulla tamen deprehenduntur, de quibus aliunde non constat, ut vs. 28 de Ambracio Mænervæ templo, vs. 55 de Herculis et Veneris fanis in Alyzia oppido, vs. 67 de Locridis fluvio Hylætho, v. 90 de situ Eresii, vs. 126 de Cretæ fluviosis Didymis, Mænomeno, Cedriso, Amphimallo, Messapio Bœotia urbes ita recenset, ut ad Homericam geographiam vel ipse vel auctor, quem sequitur, attenderit.

122. Ediderunt metrica hæc iidem qui interpolata iis prosaica incerti auctoris fragmenta typis mandarunt omnes (V. § 75). Præter hos Lebronnus et Meinekius ea adjunxerunt periegesi Scymni Chii (§ 118).

ISIDORUS CHARACENUS.

123. Isidori Characeni supersunt in codicibus excerpta geographicæ, quæ inscribuntur Στρατοὶ Παρθικοὶ. Delineatur iis itinerary per Parthici imperii provincias inde a Zeugmate Euphratense usque ad Alexandriam Arachosiæ. Præterea scriptoris nostri meminerunt Plinius, Lucianus, Atheneus, Marcianus Heraclensis; horum enim testimonia ad unum eundemque pertinere Isidorum nihil est cur negetur. Et Athenæus quidem (III, p. 93, D) margaritas in sinu Persico piscandi rationem ε Παρθικαὶ περιηγητικῷ Isidori Characeni referens, eodem opere, ex quo mansiones Parthicae enotantur, usus esse videtur. Lu-

cianus (Macrob. c. 15 et 18) de Artaxerxis Persæ et Goæsi Omanorum regis longævitate Isidorum τὸν Χαρακὴν τὸν συγγραψέα laudans, num Parthiæ descriptionem an aliud quoddam ignotum nobis opus ante oculos habuerit, queritur. Ego quidem ut hoc præfracte negare non ausim, sic illud esse veri multo similius duco; nam Persæ tunc ex Parthorum imperio pendebant, Omanorum vero principes ad regionem pertinebant ditioni Parthiæ conterminam et fortassis ipsam quoque Parthis obnoxiam (*). Huc accedit, quod regiones ad sinum Persicum sitas a periegesi Parthica non alienas fuisse ex Athenæo colligitur.

(*) Id enim suadet auctor periplo maris Erythraei § 31 p. 283, 6, qui oram Arabiæ orientalem inde ab Asichi monte (Ras Hasik) τῆς Περσίδος esse dicit.

Porro vix est dubium, quin Lucianus ex Isidoro non modo Artaxerxis et Goæsi mentionem, sed ea quoque petiverit quæ eodem loco leguntur de Sinatrocle et Mascire, Parthorum regibus, et de Characis καὶ τὸν κατ' Ἐρυθρὸν τόπον regulis, Hispasine, Tiræo et Artabazo. Quæ quidem omnia ad Parthica commodissime referuntur. — Plinius in libro primo Isidorum recenset inter auctores ex quibus libros II., III., IV., V., VI. collegit, et decem fere locis librorum II., IV., V. disertam ejus mentionem injicit; Characenum vocat in auctorum indiculo libri secundi, ceteris locis, missa nota patriæ, simpliciter Isidorum laudat una cum Artemidoro, Eratostene, Pythea, aliis. Fragmenta omnia pertinent ad mensuras orbis terrarum et singularum regionum. Unde patet petitæ hæc esse ex descriptione totius orbis, qualem Eratosthenes et Artemidorus condiderunt. Idem opus innuit *Marcianus Heracleensis* in proœmio periæli maris interni, ubi inter varios perioplōn et geographiarum scriptores etiam Isidorum Characenum commemorat.

124. His præmissis, singula exponamus accuratius. Ac primum quidem patria Isidori quænam Charax fuerit quæras. Nam ut alias mittam. Characes urbes, in ipso Parthorum imperio habes Characem Mediae Rhagianæ (v. Mans. Parth. § 7 p. 251) et Characem Sidæ in Mesopotamia (v. Mans. P. § 1 p. 245) et Characem Spasini in Susiana inter Tigridem fluvium et Eulæum sita. Quam postremo loco posui, ut ceteris est longe nobilior, sic etiam Nostri fuisse patriam persuasum est. Facit hoc quod Lucianus l. 1. inter ea, quæ ex Isidoro Characeno mutuatus esse nobis videtur, tres regulos Characis Spasini memorat. Sed multo magis eo pertinere censeo locum Plinii (VI, 31, § 138), quem de Charace urbe et de ipso, ut puto, Isidoro habemus omnium disertissimum. Totum liceat adscribere. *Charax oppidum*, inquit, *Persici sinus intumum*, a quo *Arabia Eudæmon cognominata excurrit*, *habitatur in colle manu facto inter confluentis dextre Tigrim, leva Eulæum*, III mil. p. laxitate. *Conditum est primum ab Alexandro Magno*; colo-

nis ex urbe regia Durinc, quæ tum interit, deducit, militumque inutilibus ibi relictis, Alexandriam appellari jusserset, pagumque Pellæum a patria sua, quem proprie Macdonum fecerat. Flumina id oppidum expugnare. Postea restituit Antiochus quintus regum et suo nomine appellavit iterumque infestatum Pasines Saggadanaci filius rex finitimarum Arabum, quem Juba satrapam Antiochi fuisse falso tradit, oppositis molibus restituit nonenque suum dedit, emunito situ juxta in longitudinem IIII mil. p., in latitudinem paullo minus. Prius fuit a litore stadia X maritimum (*), etiam *Vipsanda porticus* habet (ut *Jamipsanda Parthicus* habet?), Juba vero prodente, LM p.; nunc abesse a litore CXX M. legati Arabum nostrique negotiatores, qui inde venerunt, affirmant. Nec ulla parte plus aut celerius profecere terræ fluminibus invectæ mari; id mirum est, aestu longe ultra id accedente non percussas. Hoc in loco ingenuum esse Dionysium (leg. Isidorum) terrarum orbis situs recentissimum auctorem, quem ad commentanda omnia in orientem præmisserit divos Augustus, ituro ad Armeniam ad Parthicas Arabicasque res majore filio, non me præterit, nec sum oblitus sui quicunque situs diligentissimum auctorem visum nobis in introitu hujus operis; in hac tamen parte arma Romana sequi placet nobis Jubamque regem ad eundem Gaium Cæsarem scriptis volunribus de eadem expeditione Arabica.

125. Hæc Plinius; in quibus Dionysium Characenum perperam pro Isidoro legi, rectissime, opinor, suspicatus est Bernhardyus ad Dionys. Perieg. p. 497. Nam Isidorum, non vero Dionysium, in primis operis voluminibus de situ terrarum Plinius una cum nobilissimis geographis laudare solet; hujus igitur memoria in Characis mentione renovanda erat. Quo accedit quod in auctorum libri sexti indiculo Isidorus, nullus vero Dionysius memoratur. Laudatur sane Dionysius quidam una cum Ephoro de prisco nomine Eubœæ lib. IV, 21: *Antea vocitata est Chalcodotis aut Macris* (**), ut Dionysius et Ephorus tradunt; et de Co insula lib. V, 36: *Cos*, ut plures existimant, *Merope* vocata, *Cea*, ut *Staphylus*,

(*) *Eiam Vispanda* codd. PT^o Silligii; *etiam inpsanda* codices Barbari; et jam *Vipsanda porticus* habet dedit Silligius, ceterum de loco corrupto nihil dijudicans. Requiritur nomen auctoris. Quare in *porticus* latebit *Parthicus*. Præcedens nomen incepit a literis iam vel ian, quum crebra sint ejusmodi nomina apud Asiaticos; nisi forte erat: *maritimum etiam ut Psanda* (vel: [ut] *Ipsanda*) habet, collato nomine Characeno *Hispasines*, *Spasines*, *Pasines*. Scriptorem Parthicum ne mireris. Memineris quæ de Hyrcano Parthico et Artavasde Armenio prodit Plutarchus in Crasso c. 33.

(**) De eo insulae nomine Macrones Ponticos nomen habere Dionysius statuit. V. Schol. Apoll. Rh. I, 1024: Διονύσιος οὐ δὲ Χαλκιδένα εἰρῆσθαι φησιν αὐτὸν Μάχρωνας, ἐπειδὴ Εὐδοέων εἰσὶ Μάχρωνες ἄποικοι.

Meropis, ut Dionysius, itemque inter autores libri quinti componuntur Dionysius et Ephorus: verum hic Dionysius non est recentissimus ille situs orbis terrarum auctor, sed Dionysius Chalcidensis, Κρίσεως scriptor aetatis Ephoreæ. Quod autem nonnulli putarunt Dionysium Plinii esse periegeten istum cuius carmen habemus superstes, et quem Augusti ætate vixisse quidam crediderunt prodente Eustathio: id tantum non absurdum est. Nam Plinii præconium in istum geographum non cadit, atque ipse Dionysius (v. 708 sqq.) nunquam se vidisse regiones Parthicas fatetur, et omnino a longinquis itineribus navigationibusque alienum, solo Musarum afflatu terras explorasse affirmat. Contra vero fieri potuit ut librarius quidam Dionysium, utpote notissimum senioris ævi hominibus periegeseos auctorem, de suo penu in Isidori locum sufficeret. Sin ipsum Plinium memoria fefellerit, fortassis animo ejus obversabatur nomen Dionysii quem paullo ante (s. 21) dixerat a Ptolemæo Philadelpho in Indiam missum simili de causa atque Isidorum Augustus in Asiam legavit.

126. Hæcigitur si recte disputavimus, de *patria* simul et *ætate* Isidori bene constaret. Videamus an cetera in eandem sententiam conspirent. Plinius l. 1. Characenum suum dicit terrarum orbis situs auctorem *recentissimum*. Idem vero V, 38 et 39 Isidori mensuras tanquam recentes opponit mensuris veterum. Nam ita habet V, 38: *Chius circuitu CXXV m. p., ut veteres tradidere: Isidorus IX adicit. et V, 39: Tota insula (Lesbus) circuitur, ut Isidorus, CLXVIII m. p.; ut veteres, 195 m. p.* Veteres illi sunt Timosthenes et Eratosthenes et Artemidorus, ex quo in nonnullis pendere Isidorum ex fragmentis colligitur. Sic de Asiae latitudine ab ultima Ægypto usque ad Tanaim, et de Europæ longitudine a Tanai usque ad Gades cum Artemidoro Isidorus consentit (v. p. 255 fr. 23 et 24); cum eodem facit de latitudine orbis terrarum, nisi quod Artemidorus solummodo ad Tanaim usque mensuris suis progressus est, ulteriora incompta existmans, Isidorus vero a Tanai ad Thulen *adjecit 1250 millia*, ut resert Plinius, qui addit hanc esse *conjecturam divinationis*. Quod si est, certe non Isidori erat conjectura, sed Pytheæ, quem in hac re Noster secutus est, sicuti eundem sequitur in definiendo ambitu Britanniae. Deinde Plinius dicit se in describendis regionibus, de qui-

bus Characenus ille Augusti jussu omnia anno-taverat, non tam hunc sequi quam Jubam et arma Romana. Ac sane nihil fere Plinianis inest, quod cum Isidorejs de Parthia excerptis componi possit, ut alios Romanus scriptor duces habuisse appareat.

127. Hactenus de loco Plinii. In Parthicis vero mansionibus quum mentio fiat Tigranis Armenii (p. 250 § 6), et Euphrates fluvius Parthorum Romanorumque ditiones distinxerit (p. 248 § 1. 7), patet Isidorum Pompeji temporibus esse posteriorem. Terminum illum utriusque imperio fuisse Augusti ætate constat. Gajus Caesar cum Parthorum rege in insula Euphratis coivit, utrinque stante hinc Romano, illinc Parthico exercitu (Vellejus II, 101).

128. In alia Euphratis insula (nunc *Koha*), Isidorus (p. 248, l. 12) narravit gazam fuisse Φραάτου τοῦ ἀποστράξαντος τὰς παλλακίδας, θεὶ Τηριδάτης φυγὰ δὲ εἰσέβαλεν. Hæc nostram de Isidori ætate sententiam everterent, si recte de iis disputaret Dodwellus (*De Isidoro Characeno* in *Huds. Geogr. tom. II*, p. 60). « Erat, inquit, sub Tiberio, erat etiam sub Nerone Teridates, qui quum priore idemne fuerit, incertum est. At prior ille certe erat de cuius fuga hoc in loco mentionem fecit Isidorus. Et fugam hanc an. U. c. 789, post Chr. an. 36 memorat tam Tacitus quam etiam Dio primo e Parthia in Mesopotamiam, tum deinde e Mesopotamia in Syriam, Parthiam obtinente Teridatis æmulo Artabano. Sed ne quidem fugam illam ætate sua fuisse innuit Isidorus. Nihil ergo habemus quo tum vixisse Isiderum aut scripsisse colligamus. » — Dodwellus igitur de eo Teridate cogitari vult, quem Tiberius Parthis, ab Arsace XIX sive Artabano III, viro sævissimo, abalienatis, regem dedit, sed vix imperio potitum Artabanus cum exercitu adortus in Syriam ejecit (Tacit. Ann. VI, 44. Dio Cass. LVIII, 26). At nostro loco non de Artabano, sed de Phraate sermo est. Itaque non video quo res pertinere possit nisi ad Tiridatem, qui Arsacis XV sive Phraatae IV imperium invaserat, deinde vero ab eo expulsus (circa an. 24 a. Chr.) Romanorum ope recuperare regnum sperabat. Eadem est sententia Santi-Crucii in *Mém. de l' Acad.* t. L p. 79. Hæc igitur ipsius Isidori ætate evenerunt, yiginti tribus fere annis antequam Parthica sua conscriberet.

129. Quod de Artemitis, græco Apolloniatidis

oppido, Isidorus tradit: νῦν μέντοι ἡ πόλις καλεῖται Χαλάστρη (p. 250), id ad ætatem scriptoris definiendam nullius momenti esse contra Dodwellum recte monet Santicrucius l. 1. Nam nomen urbis Parthicum pro Græco apud Parthos obtinuerit, dum apud scriptores Græcos et Latinos, Strabonem, Plinium, Tacitum, Stephanum, ut in Tabula Peutingeriana, priscum nomen in usu permansit.

130. Et hæc quidem de excerptis nostris. Sequitur Lucianus (Macrob. 15); qui postquam de Artaxerxis Memnonis longævitate dixerat, subjicit hæc: Ἀρταξέρξης, ἔτερος Ηεροῦ βασιλεὺς, ὃν φησιν ἐπὶ τῷ πατέρῳ τῶν ἑαυτοῦ Ἰστιθωρος δὲ Χαρακῆνὸς συγγραφεὺς βασιλεύειν, ἔτη τρία καὶ ἑνεκόντα βιοὺς ἐπιθεουλῆς τἀδελφοῦ Γωσέθρου ἐδόλοφον θη.

« Hunc Artaxerxem, Dodwellus ait p. 57, *Ochum* fuisse credidit Cl. Vossius, quem et Artaxerxis cognomen assumisse docet Diodorus Ol. 104, 3 lib. XV, 93 et veneno sublatum Ol. 111, 2 lib. XVII, 5. Sed ab Artaxerxe illo alienæ sunt notæ Artaxerxis Isidoriani. Nec tamen ullus est inter vetustiores Alexandro Magno Artaxerxes Persarum reges in quem convenient. Hic autem Artaxerxes Ochus non fratris certe, sed eunuchi Bagoæ insidiis extinctus est. Tantumque abest ut Gosethri fratris opera vitam amiserit, ut ne quidem fratrem eo vel alio quovis nomine habuerit, qui insidias in illum moliretur. Filium enim, non fratrem, Arsem suffecit illius vice Bagoas. Et filii Arsies fratribus natisque sublatis, stirpeni illius universam sustulit, ἐρήμου δντος τοῦ βασιλέως οἰκου καὶ μηδενὸς δντος τοῦ κατὰ γένος διαδεξαμένου τὴν ἀρχήν (*). Sic enim Diodorus, fratrem certe Ochi nullum fuisse innuens Bagoæ metendum, alias procul dubio, si quis fuisse, illius eunuchi insidiis excipiendum. Obstat præterea ætas quam suo Artaxerxi tribuebat Isidorus. Annū scilicet agebat, quum interficeretur, no-

nagesimum tertium. Ochi ætatem minorem arguit ætas *filiorum* a Bagoa similiter interfectorum. Arses ipse, qui patris locum supplevit, νεανίσκος appellatur et μειράκιον a Diodoro, fratres autem reliqui νέοι παντελῶς. Fefellit, ni fallor, virum alioqui doctissimum, quod post tempora Macedonum nullos fuisse crediderit proprios Persarum reges. Contrarium testatur Strabo, testis omni exceptione major nec longe ab Isidori tempore remotus. Sic autem ille XV p. 728: Καὶ γὰρ εἰ βασιλεύονται μέγρι νῦν, ἕδιον βασιλέας ἔχοντες οἱ Πέρσαι· τῇ γε δυνάμει πλείστον ἀπολείπονται, καὶ τῷ Παρθιανὸν προσέχουσι βασιλεῖ. Sic iterum: Νῦν δὲ ἡδη καθ' αὐτοὺς συνεστῶτες οἱ Πέρσαι βασιλέας ἔχουσιν ὑπηκόους ἑτέροις βασιλεῦσι, πρότερον μὲν Μακεδόντ, νῦν δὲ Παρθιαίοις. Hujusmodi regem Persarum designavit Isidorus, qui Parthorum juri fuerit obnoxius, in Parthiæ periegeticō. Id enim agitabant Arsacidæ ut reges regum appellarentur, ut e multis constat monumentis. Hunc titulum quo meliori jure mereri viderentur, id satrapiarum omnium rectoribus concedebant ut reges appellarentur. Inde factum ut apud illos tantundem valeret *regni* nomen atque *provinciae*. Inde Plinius VI, 25: *Regna Parthorum duodevinti sunt; ita enim dividunt provincias*. Solinus c. 29 de Parthia: *Regna Parthorum duodeviginti sunt*. Sic Persidis satrapa, etiam quum Parthum dominum agnosceret, regis tamen ipse titulo fruebatur. Nec ab Artaxerxis nomine alienos fuisse juniores quoque Persas, inde manifestum est, quod Artaxerxem Persarum regem vicerit Alexander Severus imperator, tum Persis denuo pristinis, quibus olim ornati fuerant, juribus quasi e postliminio restitutis. Parthis itaque rerum potentibus, quærendus erit Artaxerxes ille Persarum rex qui coævus fuerit parentibus Isidori. »

131. Hæc inter falsa multa recte Dodwellus disputatione, frustra obloquente Santi-crucio (**), qui

(*) Diodorus XVII, 5 ita habet: Βαγώας... ἀνεῖλε φραμάχιον τὸν Ὁχον διά τινος ἱατοῦ, τὸν δὲ νεώτατον τῶν υἱῶν τοῦ βασιλέως. Ἀρτον εἰσῆγαγεν εἰς τὴν βασιλείαν. Ἄνειλ δὲ καὶ τοὺς ἀδελφοὺς τοῦ βασιλέως, δητας νέους παντελῶς, δηπος μονωθεῖς δὲ νεανίσκος; μᾶλλον ὑπῆκοος αὐτῷ γένηται. Τοῦ δὲ μειρακίου ταῖς γενομέναις παρανομίαις προσκόποντος, καὶ φερεδού καθεστῶτος δητι τιμωρήσεται τὸν αὐθέντην τῶν ἀνομημάτων, φέάστος αὐτοῦ τὰς ἐπιθεουλὰς δὲ Βαγώας ἀνεῖλε τὸν Ἀρστην μετά τῶν τέκνων τρίτον ἔτος ἡδη βασιλεύοντα. Ἐρήμου δὲ δητος τοῦ βασιλέως οἰκου καὶ μηδενὸς δητος τοῦ κατὰ γένος διαδεξαμένου τὴν ἀρχήν, προχειρισάμενος ἔνα τῶν φίλων Δαρέον δύνομαι, τούτῳ συγχατεσκέντος τὴν βασιλείαν.

(**) Mem. de l'acad. t. 4 p. 81: « Pourquoi Gositithros, frère d'Ochus, n'aurait-il pu être le chef de la conjuration? Cela est d'autant plus vraisemblable, qu'il avait tout à craindre pour lui-même; car Ochus-Artaxerxes avait fait mourir ses autres frères. Ce passage d'Isidore, rapporté par Lucien, nous aurait donc conservé un trait d'histoire qui, sans être ailleurs, n'en est pas moins vraisemblable. Ajoutons que, si Artaxerxes-Mnemon a poussé sa carrière jusqu'à quatre-vingt treize ans, son fils Ochus, qui lui a survécu de vingt et un à vingt-trois ans, a pu, sans doute, mourir dans un âge très-avancé. » Quibus suspicitionibus vis eorum que Dodwellus disputavit nequaquam infringitur. Theodorus Fink in Dissertatione *De Themistocle* (Götting. 1849, p. 102) apud Lucianum legi volnit ἐπὶ τῶν πατέρων αὐτοῦ, adeo ut Artaxerxes Ochus vivente adhuc patre imperium tenuisse satis est.

ipse quoque Artaxerxem Ochum a Luciano indicari censem, verbaque ἐπὶ τῶν πατέρων ἔχοτον sensu laxiore interpretatur, adeo ut indicetur trium seculorum spatium, quod inter Isidori et Artaxerxis tempora intercedat. Sed ut mittam quae de Bagoa Ochi intersectore Diodorus, Justinus X, 3, Ἀelianus V. H. VI, 8, Joannes Antiochenus fr. 38 uno ore referunt, ut mittam Arsæ juventutem cum Artaxerxis Isidorei senectute vix conciliandam : quo tandem pacto credideris, Lucianum notissimi Persarum regis ætatem tam ineptis verbis significasse, ut nemo ullus temporis notam ex iis elicere posset? Immo produnt hæc regem aliquem notari obscuriorum, cuius ætatem Isidori verbis definiendam esse Lucianus censuit. Sin cum Vossio ista ἐπὶ τῶν πατέρων de parentum tempore intellexeris, et tamen de *Ocho* rege cogitari velis, ad reliqua incommoda accedit quod antiquior aliquis Isidorus Characenus singendus esset, qui eo ipso tempore vixerit quo Charax urbs a Pasine sive Hispasine condebatur. Quod quum per se improbabile est, tum admitti nequit si ex eodem Isidoro fluxisse cum Dodwello, Santicrucio, aliis statueris quae deinceps apud Lucianum leguntur hæcce :

Σινατροχλῆς δὲ διαρθρουσαίων βασιλεὺς ἦτος ὀγδοηκοστὸν ἡδὲ γερονὸς ἀπὸ Σαχαράκων Συθῶν καταχθεὶς βασιλεύειν ἤρξατο καὶ ἐβασιλευεῖν ἐπτά. Hic est Arsaces XI († 68 a. C.), qui Σιντρίχος vocatur ap. Appian. Mithrid. 15. 104. Cf. Mionnet Descr. V, p. 653. Scythæ illi Σαχάραυλοι vocantur ap. Strabon. p. 511.

Τιγράνης δὲ ὁ Ἀρμενίων βασιλεὺς, πρὸς δύναμιν οὐδέποτε πάντα καὶ δύοδόκοντα ἐτῶν νοσήσας ἐτελεύτησε.

Τιράτος δὲ διοικητὴ Υπακούην τρίτος βασιλεύσας δύο καὶ ἑνεκάντα βιοὺς ἐτελεύτησε.

Ἀρτάθαζος δὲ μετὰ Τίριχον θεόδομος βασιλεύσας ἔξι καὶ δύοδόκοντα ἐτῶν καταχθεὶς ἀπὸ (ἢ πò;) Πάρθων ἐβασιλεύει.

Καὶ Μνασχίρης δὲ βασιλεὺς Παρθωνίων ἔξι καὶ ἑνεκάντα ηγέτεν ἦτο. Cf. Mionnet. Descr. vol. V, p. 663, 54. Raoul-Rochette *Journal des Sav.* 1836, p. 261.

132. Igitur novem minimum Characis reguli fuerunt usque ad ætatem Isidori, quorum nonus, Artabazus, quin ipsis Isidori temporibus vel paullo

ante regnaverit, nihil est quod impedit. Primus regum, Hyppasines, quem vulgo Spasinen seu Pasinen, urbemque ab eo restauratam Characeum Spasino seu Pasinu vocant, quando vixerit eruendum est ex Plinio VI, 31 § 138, ubi : *Postea restituit (Characeum) Antiochus quintus regum et suo nomine appellavit, iterumque infestatum Pasines, ... quem Juba satrapen Antiochi fuisse falso tradit, etc. (v. supra p. LXXXI).* In quibus verba *Antiochus quintus regum magnopere viros doctos vexarunt*. Nam Seleucidam quintum esse Seleucum III Ceraunum ajunt, adeo ut de Antiocho rege ejus nominis quinto cogitandum sit. Is vulgo est Antiochus Eupator (164-163). Sed ne hunc quidem admitti volunt. Dodwellus enim l. l. regnum ejus brevius fuisse dicit, quam ut restituendæ urbi operam navare rex potuisset. Itaque auctorem Plinii videri Eupatorem unius anni regem negligisse, quintumque Antiochum dixisse Sideten (138-128). Et hoc quidem nihil est. Droyseñus vero (*Hellenism.* II, p. 710) Antiochum Eupatorem propterea a Plinii verbis alienum esse monuit, quod jam Antiochus IV Epiphanes a *Charace* oram Arabiae exquisivisse traditur ap. Plin. VI, 28. Itaque hunc ipsum Antiochum quartum (175-164) a Plinio quintum dici suspicatur; id vero ut fieri possit, auxilio advocat titulum Seleucensem (C. J. tom. III, p. 215), in quo quum legatur : καὶ Σελεύκου Καλλινίκου καὶ Σελεύκου Σωτῆρος καὶ Λυτίοχου καὶ Αντίοχου μεγάλου : Antiochum illum, qui post Seleucum III sequitur aliunde non notus nec regio cognomine in hoc titulo distinctus, fuisse censem Seleuci III filium aliquem, qui regis titulum per brevissimum temporis spatium gessisset, ita ut Antiochus Magnus esset quartus ejus nominis, Epiphanes vero quintus rex. — Haec si probaveris, verisimile non est novem regum, inter quos tres erant longævi, tempora nonnisi ad Augusti usque ætatem pertinere, adeo ut mentio eorum ab Isidoro nostro aliena esse aut ætas Isidori posterior videatur. At Droyseñii ratio artificiosior, puto, quam verior. Viscontius, ut e Droyseño disco, Spasini regis initium ad annum fere 252 a. C. ideoque ad *Antiochi II Dei* tempora resert. Argumenta Viscontii ignoro, sed a vero proxime abesse hic computus mihi videtur. Etenim Antiochus II *quintus regum* apud Plinium dicitur eodem modo quo *quintus* est in *Porphyrianis regum* laterculis; nimirum *quintus* est

τῶν Ἀσίας καὶ Συρίας βασιλέων τῶν μετὰ τὸν μέγαν Ἀλέξανδρον (v. Porphyr. fr. in Fr. II. t. III, p. 716), quorum priores quattuor sunt Antigonus, Demetrius, Seleucus Nicator, Antiochus Soter. Sic a Spasine usque ad Isidorum temporis spatium obtinemus annorum circiter ducentorum et quinquaginta, satis amplum illud quod novem regnis et compluribus etiam sufficiat.

133. Marcianus Heracleensis p. 566, postquam Isidorum Characenum inter alios geographos, Timosthenem, Eratosthenem, Pytheam, Sosandrum, Simmeam, Apellam, Euthymaneum, Philaeam, Androstenem, Cleonem, Hannonem, Scylaceam, recensuit, pergit: Μετὰ δὴ τούτων τὸν οὐ πλείστους Ἀρτεμίδωρος... καὶ Στράβων γεωγραφίαν καὶ περίπλουν συντεθειότες κτλ.: adeo ut unus alterve illorum scriptorum Artemidoro junior fuisse debeat. Id vero cadit in Isidorum, et fortasse in unum Isidorum; certe reliqui omnes quos aliunde novimus, Artenidoro fuerunt antiquiores.

134. Hæc fere sunt quæ ad ætatem Isidori definiendam ex Luciano, Marciano ipsisque excerptis adhiberi possint. Probant scriptorem nostrum Augusti temporibus debere fuisse proximum, nihil vero suppeditanum quod coarguat Augusteo ævo fuisse recentiorem atque alienum ab iis quæ de Characeno geographo refert Plinius (*).

135. *SCRIPTA ISIDORI.* Opera Isidori distinguimus duo, descriptionem orbis terrarum et Parthici regni periegesin. E priore nihil fere nisi mensuræ terrarum traduntur:

1. Terra longitudo ab India ad Gades.	m. 9818, st. 78544.
2. Latitudo ab Aethiopia ad Thulen.	5740, 48920.
3. Asia cum Aegypto ad Tannain.	6375, 51000.
4. Eur. a Tanai ad Gades.	8214, 65712.
5. Africa a Tingi ad Canarium.	3599, 28792.
6. A Chalcedone ad Si-geum.	322, 2576.
7. Ab Alexandria ad Rhodium.	583, 4664.
8. Cypri ambitus.	375, 3000.
9. Sami.	100, 800.
10. Chii.	134, 1072.

(*) Dodwellus ita statuit p. 67: « Scripterit Isidorus post initium Hadriani et tamen Luciano tanto antiquior fuerit, ut ab eo potuerit ad partes advocari, nempe Lucianus propior quam Plinio. » Atque hæc quidem de Parthica periegesos auctore, a quo antiquiorem distinguit Isidorum qui orbem terrarum descripsit. Argumentatio qua hæc nituntur, quam sit incepta, monuit Sainte-Croix; ego in exponentibus refellendisque ludibris tempus terere nefas duxi.

11. Lesbi.	168,	1344.
12. Peloponnesi.	563,	5004.
13. Britanniæ.	4875,	39000.

His addé quem in fragmentis omisimus locum Plinii V, 33: *Ex Asia interiisse gentes tradit Eratosthenes Solymorum, Lelegum, Bebrycum Colycantiorum, Trepedorum; Isidorus Arimos, et Capretas (Capreatas, Capreatas, Camipantas, Campatas var. lect.), ubi sit Apamia condita a Seleuco rege inter Ciliciam, Cappadociam, Cataonia, Armeniam; et quoniam ferocissimas gentes domiisset, initio Dameam vocatam.* De Capretis vel Capreatis illis aliunde non constat; neque Apamea ista alibi memoratur. *Ferocissimas gentes Droyseus Hellen.* II, p. 663 non Capretas intelligi vult, sed Galatas, qui hucusque contra Syriæ regem progressi sint, regionem vero, in qua hæc Apamea sita erat, a Strabone vocari Καππαδοκίαν τὴν Σελευκίδα.

136. Quod mensuras attinet cum Artemidoro Isidorus facit in N. 3 et 4; Africæ longitudinem paullo majorem quam Artemidorus statuit; de latitudine terræ ab Artemidoro eo differt quod distantiam a Tanai ad Thulen pertinentem in computum recepit ex fide Pytheæ, cuius auctoritatem majoris fecisse debet quam Polybius, Artemidorus, Strabo. De Britanniæ magnitudine item sequitur Pytheam. Insularum maris Aegæi ambitum plerumque accuratius quam priores constituit. De Cypro et Samo insulis, sicut de Britannia, cum Isidoro facit *Anonymous* quem Millerus edidit ad calcem Marciani p. 321.

137. Alterum opus continebat descriptionem Parthiæ sive regionum, quæ a mari Rubro ad Caspium et ab Euphrate usque ad loca Indo fluvio proxima Parthorum imperio tunc subjecta erant. Apud Athenæum titulus operis laudatur Παρθίας περιήγησις; excerpta nostra inscribuntur Σταθμοὶ Παρθικοὶ, quæ quidem inscriptio non nisi ad argumentum pertinere videatur eorum quæ excerptor vel ex periegesos opere collegerit vel in certo quodam ejus operis capite ab ipso Isidoro composita repererit. Caute tamen de his statuendum est. Nam Amyntæ Σταθμοὶ Ἀσίας et Bætonis Σταθμοὶ τῆς Ἀλεξανδρου πορείας (v. Script. rer. Alex. p. 134 sqq.) non subsistebant in notandis mansionibus earumque distantiis, sed regionum, per

quas via duceret, naturam et proventus atque populorum mores et instituta et quae cetera in periegesin geographicam cadunt, fusius exponebant, adeo ut Στραθηοι titulus nonnisi ad staminia operis in expeditione militari scripti pertineret. Similis vero ratio etiam nostri operis fuerit; nam scriptum est auctore Augusto, quum Cagus filius expeditionem pararet. Ante omnia igitur Romanorum usibus inserviendum erat, cardoque rei versabatur in describendis viis exercitui idoneis. Itaque Στραθηοι Πλεθοιοι titulus non minus quam alter ille ab Athenæo allatus ad totum opus referendus esse, et quo exquisitior est tanto magis genuinam inscriptionem coarguere videtur. In excerptis quidem nonnisi una via per boreales maxime provincias tendens delineatur, quæ meridionalem imperii tractum vix attingit, quum tamen etiam de regionibus ad sinum Persicum sitis auctorem egisse ex Athenæo constet. Sed nihil hoc probare videtur nisi excerptorem reliqua itineraria, quæ sane minoris momenti erant, omisssisse. Ubertatem narrationis, quam fragmenta ab Athenæo et Luciano servata ostendunt, in nonnullis vel tenuissima nostra excerpta indicant; nam præter mansionum, sive minorum sive regiarum, nomina et distantias, montium fauces, fluvios, regionum denominations, passim notatur si quis locus vel naturæ dono vel artis opere vel religione vel historia insignis est.

138. Opus Isidori e senioribus scriptoribus perpauci addibuisse videntur. Strabo, aequalis fere auctor, de Parthiæ regionibus ducem habet Apollodorum Artemitenum, qui num geographicum opus an historicum scripserit, nescimus. Plinius de his brevissimus arma Romana et Jubam sequitur. Qui postea Romanorum res contra Parthos gestas peculiaribus libris tradiderunt, sub Hadriano Arrianus, Lucii Veri tempore futile historicorum vulgus a Luciano explosum, denique sub Diocletiano Asinius Quadratus (v. Fr. H. tom. III, p. 586 sqq., 646 sqq.), Isidorum non magis usurpaverint quam Ammianus Marcellinus (XXIII, 6), qui in Juliani historia excusum geographicum de Parthici imperii provinciis intertexit. Ptolemæus quoque suas harum regionum tabulas e pejoris notæ scriptoribus delineasse debet. Tabulae Peutingerianæ itineraria in ultimis his terris mirum quantum corrupta sunt. Omnino autem quæ aliunde novimus longe plurima ad provincias occidentales circa Euphra-

tem et Tigrinem fluvios sitas pertinent; de remotori tractu per pauca traduntur accuratius. Quæ quum ita sint, excerpta nostra, quantumvis exilia, eximii pretii esse jure merito censemur.

139. Ratio autem itinerarii nostri hæc est. Initium sumit auctor ab eo loco qui Romanis ab Antiochia Euphratem petentibus erat proximus. Itaque a Zeugmate profectus orientem et meridiem versus per Anthemusiadē sive Batanam, regionem fertilem, et juxta Balicham fluvium ad Nicoporphum tendit; inde juxta Euphratem pergit usque ad Neapolin; hinc transit ad Tigrin et Seleuciam. Hucusque 28 mansiones recensentur :

Zeugma. Apamea.

1. Dæara	schœni	3
2. Charax Sidæ, Anthemusias (<i>Saroug</i>)	5	8
3. Coræa in Batane.	3	11
4. Mannuorrha Auyreth.	5	16
5. Commisimbela ad Balicham fl.	4	20
6. Alagna.	3	23
7. Ichnae.	3	26
8. Nicephorium (<i>Rakkah</i>).	5	31
9. Galabatha vicus desertus.	4	35
10. Chombane.	1	36
11. Thillada Mirrhada.	4	40
12. *, regia, Dianaæ fanum (<i>Subian Zelbi</i>).	[7]	47
13. Allan vicus.	4	51
14. Beonan, Dianaæ fanum.	4	55
15. Phaliga et Nabagad (<i>Circeesium</i>). .	6	61
Hucusque ab <i>Antiochiaschœni</i> 120.		
Hinc ad Seleuciam	100.	
16. Asicha vicus.	4	65
17. Dura sive Europus opp.	7	71
18. Merrhan cast. et vicus.	5	76
19. Giddan (<i>El Erzi</i>).	5	81
20. Belesi Biblada.	6	88
21. * insula, gazophylacium (<i>Koha</i>). .	6	94
22. Anatho insula et opp. (<i>Anah</i>). .	4	98
23. Thilabūs ins., gazophylacium (<i>Telbes</i>).	2	100
24. Izau insula et opp. (<i>El Uzz</i>). .	12	112
25. Is oppidum (<i>Hith</i>).	16	128
26. Besechana.	12	140
27. Neapolis (<i>Macdam?</i>). . (cod. 22).	12	152
28. Seleucia ad Tigrim.	9	161
Mesopotamiae et Babyloniae schœni.	171	161

140. Situs horum locorum, postquam Euphratis fluvii cursum Chesneyus diligentissime exploravit, accurate, ut plurimum, possunt constitui. Distantias facile appareat ita computari ut

schoenus, quam mensuram alii aliter determinabant, stadiorum sit tricenorum. Singuli numeri modo scripti bene habent, nisi quod a Besechano ad Neapolin non 22, sed 12 esse debeant. Quod quum locorum ratione ductus bene monuisset Ritterus, ex ipsis etiam excerptis demonstrari potuit. Nam quum a Phaliga ad Seleuciam centum schoeni colligi dicantur, hunc numerum non obtinebis nisi eo quo diximus loco Isidorus notavit schoenos duodecim. Ceterum subducta summā schoenorum 171 docemur errorem non nostrorum esse librariorum, sed corruptum jam numerum præbuisse codicem ab eo usurpatum qui primus summam istam colligit. Ac quum in sequentibus quoque nonnulli deprehendantur numeri, qui cadant quidem in summam schoenorum 858 ex toto itinerario collectam, sed explicacionem geographicam non admittant: hos quoque in prisco isto codice jam depravatos fuisse crediderim. Quamquam fieri etiam potuit, ut festinans excerptor in itinerarii mensuras transtulerit numeros, qui apud Isidorum alio pertinebant. Etenim quum Mesopotamia et Babyloniam mansiones satis diligenter breviator recensuisset, mox tædio rei victus, perfuntorie negotio fungitur, satisque habet enotasse viæ in singulis provinciis longitudinem et oppidorum vicorū numerum, de nominibus autem locorum et distantis et memorabilibus nonnisi selecta quædam hic illic interposuisse (*). Quæ brevitas et negligentia in tanta aliorum subsidiorum penuria causa fuit, ut de situ locorum, quæ ex Isidoro afferuntur, in diversissimas partes viri docti abirent. Variorum sententias, quæ quidem innovuerunt nobis et quas memorare operæ pretium videbatur (**), in annotatione indicavimus. Disensus vero quum tolli prorsus de singulis quibusque vix unquam possit, angustioribus tamen finibus circumscriberetur, si ad rationem opusculi nostri attendissent. Vulgo enim ita agunt, quasi non itinerarium, sed Parthicarum provinciarum descriptionem haberemus, et in definiendo locorum situ ut plurimum pendent ex una sonorum similitudine, quæ recentioribus nominibus cum priscis intercedat; unde fit ut quæ in excerpto

ptis componuntur oppida varium in modum distractantur; porro si quod oppidum aliunde notum apud Nostrum non memoratur, Isidori ætate nullius momenti fuisse sibi persuadent. Id vero perperam fieri vel ex uberioribus de Mesopotamia et Babylonia excerptis intelligi poterat; in quibus Babyloniam vix attingit auctor, et ex oppidis vicisque, quorum plurima afferre licuisset, nonnisi ea memorat, quæ certa in via siti mansiones præbebant. Eodem autem modo in sequentibus rem habere, ex parvo locorum numero, qui in singulis provinciis memoratur et ad longitudinem earum æquabili fere ratione accommodatus est, colligimus. Itaque de singulis oppidis nonnisi eatenus probabiler aliiquid statueris, quatenus situs eorum ad eandem viam ejusque mensuras referri possit, quamquam non nego auctorem passim nonnulla interposuisse, quæ ad itineris descriptionem nihil pertinebant. Hanc nos legem sequentes rationem itinerarii Isidorei paucis exponemus.

141. Post Babyloniam sequitur APOLLONIATIS, 33 schoenorum regio, in qua nominatim memoratur una Artemita sive Chalasar urbs (**), ad Sillam (*Dijala*) fluvium sita, a Seleucia distans schoenos quindecim. Quæ mensura in nostris mappis pertinet fere ad Bakuba (****). Sed dubium vix est quin magis boream versus usque ad regionem inter Howeiseh et Deli Abbas sitam, ubi ruiuae exstant et *Dijala* fluvium trajicere solent, progreendiendum sit. Ibi enim ut olim fuisse Chalasar (in quo sar est persicum scher, i. e. urbs) statuam, primum suadet *Chalis* canalis, quo Silla cum Tigride jungitur; deinde vero Tabula Peutingeriana, in qua a Charra (hod. *Gharfa*) ad Artemita computantur milia viginti, quæ item pertingunt ad *Chalis* canalem. Ab Artemitis autem ad Seleuciam eadem tabula consequenter habet milia 71, quæ exæquant schoenos 19. Itaque in Græcis nostris pro 1€ manu lenissima corrigen-dum puto 10. Quo admisso, quum reliqui fiant Apolloniatis schoeni, non 18, sed 14, ideoque ab Artemitis ad Chala (*Holvan*) Chalonitidis urbem sint schoeni 29, etiam hoc lucratur ut eandem fere viam regiam sequi liceat, qua etiam

(*) Similiter res habet in Marciano, in quo prima capita exhibentur accurate, in sequentibus autem peripli rationes nonnisi summis lineolis adumbrantur.

(**) Sic silentio pressimus quæ Reichardus in suis Asiae tabulis deliravit.

(***) In verbis ἔχει δὲ κόμα·, ἐν αἱ; στρέμος, numerus vicorum, qui in ceteris locis semper apponitur, excidit. Præterea pro στρέμοις et hoc loco et in aliis similibus reponendum videtur στρέμοι.

(****) Pag. 250 in annot. pro *Babuka* lege *Bakuba*.

nunc a *Bagdad* ad *Hamadan* (*Ecbatana*) proficiscuntur, dum vulgata lectio ad ambages confugere nos cogeret. Defecerit Chalasar quo tempore surgere coepit *Sassanidarum regia Dastagerd* vel *Dystagerd*, ad quam referendae sunt vastæ ruinæ, quæ non ita longe a *Silla* fluvio dissipata *Eski-Bagdad* nunc vocari solent. Quodsi nonnulli eas ad Chalasar sive Artemita pertinere putarunt, aut neglexerunt verba *Isidori*, aut *Djala* fluvium mutasse cursum finixerunt. Caput provinciæ, *Apolloniam*, non memorat *Noster*, quod extra viam urbs posita, non vero, ut *Ritterus* (IX, p. 508) suspicatur, quod viribus tunc fracta esset (*).

142. **CHALONITIS** regio, quæ deinceps sequitur ab *Apolloniatide* separatur jugo montano, 14 schoenii ab *Artemitis* sejuncto. Caput provinciæ *Chala* urbs (*Holvau* ruinæ) a finibus occiduis in nostra via distat schoenos 15, a *Zogra* fanebus, per quas in *Medium inferiore* descendimus, schoenos 5: adeo ut viæ longitudo sit schoenorū 20, pro quibus in codice 21 schoeni colliguntur, uno alterove numero corrupto. Distantiæ bene habent. Inter vicos quinque, qui regioni adscribuntur fortasse erant *Αρρεξ* (an *Rutarata Tabuke* Peut.?) et *Σοῦρα*, quos in hoc tractu habet *Ptolemaeus*. Nescio an pertineant ad ruinas in hodiernis locis *Kasri Chirin* et *Hauch-Kerek* (V. *Ritter IX*, 486. 542).

143. **MEDIA INFERIORIS** schoeni 22 a *Zogra* portis pertinent ad *Kara-Su*, qui in *Kerka* fluvium exoneratur. Proxime post *Zagram* est *Carina* regio, eujus suis locum cognominem, *Κάρινα* (hod. *Kirind*, *Kerent*, *Karund*, *Kurund* ad fluv. cogn. V. *Ritter. IX*, p. 391) et *Ptolemaeo* intelligitur. Is fuerit unus de quinque Mediae inferioris viciis viæ nostræ appositus (**). Reliqui quatuor responderint locis *Harunabad*, *Sewereh*, *Mahidech*, *Kirmanchah*, per quæ hodie iter dicit.

144. Trajecto *Kara-Su* fluvio ad sinistram habes

Bostan-Tak, montem ruinis celeberrimum, et *Baptana* sive *Bagistana* (*Bisoutoun*) urbem, a dextra autem *Gambas-Ab* (*Gambashah* aliis, parum accurate) fluvium, qui **CAMBADENE** (*Chamabandan*) regioni nomen dedisse videtur. Pars ejus, per quam Itinerarium nostrum dicit, quum ad limitem a *Concoabar* (*Kongawar*) tribus schœniis occasum versus dissitum pertineat, viæ longitudo tredecim schœnos excedere non potuit. Quare in Excerptis, quæ 31 schœnos Cambadenæ tribuunt, erratum aliquid esse debet, sive quod voces τρισχιδεχα et τριάκοντα ἐν scriba confudit, sive quod ad nostram viam excerptor transtulit quæ ἐν παρόδῳ *Isidorus* fortasse monuerat, vide licet Cambadenen, si quis maximam ejus longitudinem peragraverit, esse schœnorū triginta et unius.

145. Jam sequitur **MEDIA SUPERIOR**, a cuius initio ad *Concoabar* sunt schœni tres, hinc ad *Bazigraban* aliis tres, tum ad *Adrapanan* quattuor; inde ad *Batana* sive *Agbatana* (*Hamadan*) in altero codice computantur schœni duodecim, in altero duo solummodo, idque rectius; nam usque ad *Hamadan* in *Kiepertii mappa metior* schoenos circiter quindecim; in excerptis nostris forent duodecim. Reliqui Mediae superioris schœni 26, haud dubie pertinent usque ad montes *Kharagan* (*Ιασώνιος ὄρος Ptolemæi*), quorum jugum pone *Aveh* locum exorrigitur; quamquam distantia, si in plano metiaris, paullo minor est. Quod singula attinet, *Adrapanan* regia, duos ab *Agbatanis* schœnos distans, non diversa fuerit ab ea quam *Diodorus* memorat XIX, 44, 4: 'Ο δὲ Ἀντίγονος τὴν δύναμιν ἀπασταν ἀναλαβόν εἰς Μηδίαν, αὐτὸς μὲν ἐν τινὶ κώμῃ παρεγέμασεν οὔσῃ πλησίον Ἐκβατάνων, ἐν δὲ τῇς γύρως ἑκένης ἐστὶ τὰ βασιλεῖα. Bazigraban τελώνιον ad sauces inter *Elwend* et *Sungur* montes circa hodiernam *Saadabad* situm fuerit.

146. **MEDIA RHAGIANA** schœni 58 a *Kharagan* monte usque ad *Sirdara* sive *Caspium* montem

(*) *Ptolemaeus VI*, 1 p. 389, qui *Artemita* ponit 81° 15' long., 36° lat., *Apolloniam* collocat 81° 10' long., 36° 10' lat. (sic græci codd.; *Wilbergus* e latinis dedit 81° 30', 36° 30', nescio qua de causa). Situs urbis incertior. Inter variis conjecturas, quas *Ritterus* profert, verisimillima est illa (IX, p. 513), ex qua *Apollonia* quæritur in ruinarum tumulis prope hod. *Kara Tepe*. Locus hic adjacet *Narin(-Su)* fluvio, et canali, quæ ex *Djala* fl. in *Narin* exit. Positus est in mappa novissima (*West-Persien bearbeitet von Kiepert. Berlin 1852*) in eodem longitudinis gradu in quo *Horwisch* et *Deli Abdex*, a quibus boream versus distat 23': adeo ut longitudinis nota apud *Ptolemaeum* in vulgata satis recte habeat, latitudinem vero in latinis codd. ad verum proprius accedere dixeris. Montium jugum, quod juxta *Kara Tepe* a *Narin* fluvio ad *Tigrin* porrigitur, vocatur *Djebel Hamrin*, idemque est quod "Ορέας ὄρος dicit Polybius V, 52, 3, ubi Molonem a Duris et Tigrile octavis castris superato Orico monte *Apolloniam* venisse tradit. — Pag. 249 fin. ult. deleri velim verba: *quæ fuerit potius Apollonia*.

(**) Cod. verba ἡ γύρως Κάρινα, ἐν δὲ κώμαι ε', ἐν αἷς στεμμός (i. στεμμός), ita intellige, ut ἐν δὲ referatur ad præcedens ἡ Μηδία. Quod in barbara excerptorum gravitate nihil habet cur mireris.

pertinent. In mappis nostris metior schœnos 50; alios octo effecerint ambages viarum. Urbes in hoc tractu memorantur Rhagæ (*Rei*) et Charax, quæ ad Sirdara montem ponenda, ubi *Kala Erig* ruinæ non longe ab *Aiwani Kei* exstant (*). De variis monumentis, quorum rudera ad utrumque faucium Caspiarum latus supersunt, vide recensiones viatores apud Ritterum IX, 451 sqq.

147. Ex Caspiis pylis in *Chowar* planitiem, CHOARENEN Isidori, descendimus. Schœni ejus undeviginti pertingunt fere usque ad hodiernum *Sourchkala*. Apamea oppidum, a pylis quattuor schœnos distans, ponenda ad *Chad* fluvium, ubi nunc *Aradin* vel *Habla* mappæ exhibent (**). Deinde quattuor Isidorus vicos notaverat; nunc in hac via occurunt *Padi* et *Dekinemek* et *Abdalladet Lazdjird*, prope quem vicum vulgo ponunt confinia regionum *Iрак* et *Chorasan*.

148. Quæ deinceps montium radicibus regio prætenditur, nunc *Koúmis*, apud veteres COMISENE vocatur. Eam schœnorum esse 58 in Excerptis nostris legitur. At viæ longitudo juxta montanum tractum, antequam Hyrcaniæ juga viator ingredetur, pertinere debuit usque fere ad hod. *Daulatabad*, adeo ut Hecatompylon urbs, quam esse hodiernam *Damaghan* plurimi nunc recte statuere videntur (***) a dextra relinquuntur. Itaque via erat in Comisene schœnorum fere viginti, numerusque codicum νη̄, si ad Itinerarii rationes accommodandus est, corruptus esse videtur ex ρη̄ι vel, quod malim, ex νη̄. Suspicari etiam possis Isidorum præter itinerarium, quod in excerptis habemus, indicasse alterum multo brevius iter, quod ab initio Comisenes recta orientem versus in Parthyen tendet, adeo ut tota Comisenes longitude peragranda esset, atque hoc in integro Isidori opere pertinuisse schœnos istos 58, vicos autem octo Comisenes ad nostram viam spectare, siquidem ex altera illa ratione etiam Hecatompylon Comisenes foret (****), nec dicere Isidorus potuisset urbem non fieri obviam. At hoc vereor ne sit longius petitum.

(*) Pag. 251 § 7 verba ἀπὸ σχοῖνων ζ' Ράγα καὶ Χάραξ perperam habent, tum quod Charax non in eodem quo Rhaga seu Rhagæ loco erat, tum quod Rhaga non potuit sita esse septem schœnos post Mediae Rhagianæ initium. Aut igitur ζ' numerus corruptus est, aut computandus est ab oppido, cuius mentio omissa est.

(**) Pag. 251 § 8 addit locum Plini VI, 17 § 43, ubi inter Mediae oppida memoratur *Apamea Rhagiana*. Choarenen olim Mediae (Rhagianæ sc.) fuisse testatur Strabo p. 514.

(***) Hecatompylon a Caspiis portis distat sec. Eratosthenem ap. Strab. p. 514 st. 1960 (si bene numerus habet). Seriores vero scriptores accuratius de his regionibus edocti multo minorem distantiam produnt; nam Apollodorus Artemitenus ap. Strab. I. l. pro 1960 affert st. 1260, quæ ad *Damaghan* pertinent; Plinius VI, 17 § 44 nonnisi 133 mill. (1064 st.) computat; ad Plinium proxime accedit Ptolemaeus.

(****) Sic Moses Chorenensis Hist. Arm. II, 2 65 Hecatompylon situm dicit in regione *Cuseorum*, quod de Comisene intelligendum esse probabiliter statuit Santicrucius I. l. p. 96.

149. Sequuntur HYRCANIAE vici 11 et schœni 60, quos satis commode eruere licet, si a montibus, qui sunt pone *Daulatabad*, pergas ad *Asterabad*, et deinde orientem versus juxta *Gurgan* fluvium Maxerem.) usque fere ad *Simalgan* locum, in quo tractu montium jugum boream versus ad *Atrek* (Σοχάνδαν Ptolemæi) fluvium tendens Hyrcaniam Isidoream ab Astauenæ regione diremisse videtur.

150. Deinde per ASTAUNEN via schœnorum sexaginta ita adornanda est, ut in Nisæam Parthyenes convallem exeat. Itaque primum orientem versus per hod. *Simalgan* et *Budjnurd* tendit, hinc juxta *Germechanè* fluvium meridiem versus, usque dum inter *Djegir* et *Djaghatai* montes in Nisæa αὐλῶνα desinat. Nomen Astauenæ nescio an supersit in *Attak* jugo, quod in boreali regionis parte ab occasu versus orientem longe excurrit. Ac credere possis juxta hunc montem usque ad mare Caspium Astauenorum sedes pertinuisse. Nam Ptolemaeus VI, 9 p. 416 ita scribit: Κατανέμονται δὲ τῆς Ὑρκανίας τὰ μὲν ἐπὶ θαλάσσῃ Μαζῆραι (ad Maxerem, hod. *Gurgan* fluv.) καὶ Ἀσταυνοί· ὑπὸ δὲ τοὺς Ἀσταυνοὺς ἡ Σιραχηνή. Idem vero VI, 17 p. 432: Κατέχουσι δὲ τῆς Ἀρείας τὰ μὲν ἀρκτικὰ μέρη Νισαῖοι καὶ Ἀσταυνοί. At haud magni hæc facio, quod omnino confusa sit et ex diversis fontibus male conflata harum regionum apud Ptolemaeum descriptio; tum vero suspicionem movet quod infra Astauenos collocatur Siracene. Nam verisimillimum est hanc pertinere ad Σιρῶν urbem in Parthyenes parte orientali ab Isidoro memoratam; quam quidem infra Astauenos Isidori tanto facilius auctor quidam collocare potuit, si cum Ptolemaeo nullos inter Astauenen et Margianen medios posuit Apauarticenos. Itaque Ptolemaeum et Astauenen et Siracenem falso ad Caspium mare collocare puto. Quod idem Astauenos in Aria memorat, ex alio auctore fluxit, qui Astauenen et Parthyenes partem orientalem (ut Nysæi in *Aria* collocati docent) Arianæ attribuit. Et hoc ipsum in causa fuerit, ut Ptolemaeus, quum apud alios in

PROLEGOMENA.

Hyrcania et supra Parthyenē Astauenos collo-
cari videret, alteros Astauenos distingueret,
ideoque mari Caspio proximos faceret. — Quod
attinet Ἀσανή urbem, ἐν ἡ Λρσάκης πρώτος βασι-
λεὺς ἀπεδείθη, situm ejus nescimus; caput vero
fuisse putanda est exigui imperii, quod in As-
tauene inter Scythas obtinebat Arsaces, antequam
in Parthyām invaderet, ut bene monet Lasse-
nius in Ersch u. Gruber. v. Parthien, collato Stra-
bone p. 515 : Ἀρσάκης, ἀνὴρ Σκύθης, τῶν Δασῶν
τινας ἔχων τὸν Πέρσους καλούμενον νομάδας, παρ-
ουκοῦντας τὸν Ωρκον, ἐπῆλθεν ἐπὶ τὴν Παρθωνίαν καὶ
ἐκράτησεν αὐτῆς.

151. Post Astauenae mentionen pergit auctor : «Ἐντεῦθεν Παρθωνία σχοῖνοι κέ· ἵς αὐλῶν Παρ-
θωνίσια· ἡ πόλις ἥπτο σχοῖνων» (sic interpungas)...
«Ἐλληνες δὲ Νίσαιαν λέγουσι. Nimirum ex angustiis
inter Djegir et Daghatai montes sitis, in quam
desinere Astauenes itinerarium dixi, intramus in
vallem longam latamque, altis cinctam montibus,
in qua post sex fere schœnos occurrit caput re-
gionis, Nisapour seu Nichapour urbs. Regionis
hujus naturam beatissimam tum orientales scri-
ptores tum viatores recentiores summis laudibus
evehunt (*). Isidorus regionem urbemque Παρθωνίαν
vocat, i. e., opinor Νίσαιαν Παρθωνίων, ut sci-
licet distingueret a locis cognominibus. Sic alia
Nisa est sub Attak monte ad Atrek fluvium, quam
nonnulli ab Isidoro indicari putarunt. — Nostra
Nisa in Zendavesta inter beatas regiones recensem
tur nomine Nisaya, posteaque Haroyā, i. e. Aria.
De eadem Strabo XI p. 509 : τῆς δὲ Τρκαντας ἐστὶ^{να}
καὶ ἡ Νησατα· τινὲς δὲ καὶ καθ' οὐτὴν τιθέσαι τὴν Νη-
σαταν. Paullo accurriora Plinius VI, 26 § 113 :
Ab occasu eorum (Parthorum) urbes quas diximus
(VI, 7 § 44), Issatis et Calliope, ab oriente aëstivo
Europum (Pyropum , Peropum v. lect.), ab hi-
berno Maria (Μαργηνή Ptolemai I. l.), in medio
Hecatompylos , Arsace, regio Nisaea Parthyenes
nobilis, ubi Alexandropolis a conditore. Ammia-
nus XXIII, 6, 54 Jasonium, Antiochiam et Ni-

seam Margianæ accenset; Ptolemæus Nisæos
habet in Aria, ex antiquiore, opinor, scriptore;
similiter Σουσία (hodierna Tids non ita longe a
Nisapour boream et orientem versus sita) scri-
ptores rerum Alexandri, quos Arrianus (III, 25)
sequitur, πόλιν τῆς Ἀρσάκης dicunt. Idem tamen
Ptolemæus quum Parthie urbem maxime orien-
talem Μυσταν habeat, eā non aliam quam Ni-
sæam indicari nunc puto; scilicet uti Astauenos
et in Aria et in Hyrcania ponit, ita etiam Nisæam
variata paullulum nominis forma in Aria et in
Parthiæ parte orientali collocat.

152. Post Parthaunisam 6 schœnorum inter-
vallo sequitur Gathar urbs, post alios quinque
Siroc urbs; deinde memoratur Saphri vicus, qui
ultimus Parthyenes locus fuisse videtur et in
ultimis regionis schœnis octo collocandus est. De
his ita Sainte-Croix. I. l. p. 98 : « Je crois retrou-
ver la première de ces villes dans Carendar,
place très-forte, que les généraux de Genghizkan
vinrent assiéger aussitôt après avoir pris et pillé
Nesa (Hist. de Ghenzisk. p. 344). Si l'on sup-
pose que Siroc était à l'extrême de la Parthyène
(quod non ita esse ex Isidori verbis patet), son
nom et sa position pourraient assez convenir à
Sérakhs. » Eodem modo statuit Rennel (Geogr.
of Herodot. p. 295), assentiente Lassenio I. l.
p. 416. Præterea Saphri vicum in hodierno Ja-
feri (Rennel) sive Dchoffri (Lassen) sive rectius
Robat-Zafrani (Ritter, Kiepert) agnoscere sibi
videntur. Quæ omnia vereor ne sint irmania, quum
ab Isidori via et distantiis abhorreant. Nam Za-
frani a Nisapour occasum versus sita est. Ca-
rendar vel Caendar (Rennel) ubi fuerit in recen-
tioribus mappis non repperi; sin posita erat ubi
posuit in Herodotea sua tabula Rennelius, ad
urbem 6 schœnis a Nisapour dissitam referri ne-
quit. Similiter Serachs urbs, quæ a Nisapour non
11, sed ultra 40 schœnos distat, non potest referri
ad Siroc Isidoream, nisi omnia in Græcis nostris
turbata esse finxeris. Ceterum Saphri vicum me-

(*) Ritter VIII, p. 316 : « Die Ebene, in welcher Nischapur die Stadt und die zahlreich sie umgebenden Dorfschaften, meist an den Ausgängen der Bergreihen, in den Thalvertiefungen liegen, gehört mit ihrem gesegneten Anbau zu den schönsten, reizendsten Landschaften die B. Fraser in Persien gesehen. Die Bergablänge bestehen zwar alle aus nacktem Kies, aber sie sind reich an klaren Bächen, fliessenden Wassern und künstlichen Bewässerungsanlagen (Canats), welche die Felder und die schönsten Obstgärten befruchten, in denen alle jene Ortschaften am Fusse der Bergreihen hin ganz eingehüllt zu liegen scheinen. Die Felder sind in kleine Beete vertheilt, und prangen mit den mannigfaltigsten Farben ihrer Gewächse. Die angebauten Terrassen am Fuss der Berge und auf ihren Vorhöhen, stehen durch ihre reichere Bewässerung im schönsten Schmuck. » — P. p. 319 : « Der Ruhm der Landschaft Nischapur ist sprichwörtlich unter den Persern geworden und daher nicht wenig übertrieben, wenn die dortigen Bewohner damit prahlen, einst habe man in den verschiedenen Mahalehs (Districten) Nischapurs an 14000 Dörfer gezählt, die von 12000 Wasserleitungen und 18 kleinen Flüssen befruchtet gewesen, etc.

morari video ubi non exspectabam, in *Aethici Cosmograph.* p. 60 ed. Baudot, ubi haec: *A Carris eivitate usque ad oppidum Catippi inter Hyrcanos et Bactrianos (leg. Barianos?) mons Menalius., a quo proximum jugum Partas dicitur. Ab oppido Catippi usque ad vicum Saphrim, inter Daas et Auracas et Parthyenas mons Oschobaris.* Cum his conferenda est Tabula Peutingeriana, quae in tractu inter *Catippen* et *Sapham* (*Saphat* G. R. II, 3; Σούφρα vel Σοῦπρα Ptol. p. 400) loca sito montem habet, cuius nomen desideratur, sed cui gentis nomen *Bariani* subscriptitur, adeo ut dubium non sit, quin mons iste sit *Aethici Oschobaris*, *Sapham* vero *Saphri* vicus, post quem deinceps sequuntur *Oscanidati* mil. 35, *Asbana* mil. 22, *Alexandria* mil. 20, *Antiochia* mil. 60. Sunt igitur ab Antiochia (*Meroutchak*) ad *Saphri* milia 137 sive 1096 stadia sive 36 1/2 schoeni (quamquam auctoritas horum numerorum pene nulla est); a *Saphri* autem et extrema Parthyene ad *Nisapour* urbem sec. Isidorum sunt schoeni 19, adeo ut ab Antiochia ad *Nisapour* forent 55 1/2 schoeni. Quod a vero non longe recedit; nam in mappa Kiepertii a *Meroutchak* ad *Nisapour* linea recta habes distantiam schoenorum 60. Jam *Gathar* urbs a *Nisapour* orientem versus 6 schoenos distans eo fere loco fuisse debet ubi nunc est *Djeroud*; post alios schoenos quinque *Siroc* ponenda est ad hod. *Dizar*; reliquis schoenis octo, qui ad *Saphri* vicum et fines Parthyenes pertinent, ducimur ad *Tedjend* fluvium omnium in his regionibus maximum (*Ochum Strabonis*), qui a meridie boream versus fluens Parthiae et Ariae montes dirimit, ideoque cum adjacente *Saphri* vico aptissimus sese obtulit, quo Parthicorum montium jugum, *Oschobarin* (*), auctores *Aethici* ab oriente determinarent. — Apud Ptolemaeum montes qui a Parthia orientem versus inter Ariam et Margianam excurrunt, dicuntur Σάριφα δρη, qui versus meridiem Ariam a Parthia dividere perhibetur, Μασδωρχνόν δρος (VI, 5 p. 399) vocatur (**). Posterior nomen

(*) Fortassis *Oschorbaris* nomen a fluvio, quem *Ochum* Strabo dicit, ductum est. *Baris* tanquam montis Armeniae nomen e Josepho et Nicolaio Dam. notum est. Ap. Ptolemaeum VI, 17 p. 433 in Aria tenent τὰ παρὰ τοὺς Παροπαντάδας Παρούτας, ὑπὲ οὖς Οθρεῖται.

(**) Quodsi Ptolemaeus VI, 17 p. 433 Μασδωρχνός gentem in Aria ad confinia Parthiae et Carmaniae desertæ memorat, id censeo eodem errore fieri, quo alia loca in meridionali tractu veteris Parthyene provinciae posita transfert ad meridionalia ejus Parthiae, quæ usque ad Carmaniam desertam extendit.

(***) Lassen l. l. p. 416: « Wir finden also bei Isidor, Plinius und Ptolemaeus den Namen Parthyene für eine Provinz, deren Hauptbestandtheil (imo: *deren Bestandtheil*; nam ultra nihil proditur) das Land Nessaea war, in deren Hauptstadt die Arsaciden ihre Königsgräber hatten. Plinius und Ptolemaeus unterscheiden es sehr bestimmt von Parthia, als einen Theil des Ganzen; das Parthaea erwähnen sie eben so wenig wie Isidor (imo Plinius l. l. sec. optt. codd. memorat Parthaea, et in eodem capitulo eodem sensu Parthyene regionem Nisicam; eodem modo Strabo l. l. in eodem

superest in hodierno loco *Masdoran*, non longe ad *Tedjend* fluvio in ipsis faucibus, per quas montes transit viator e Nisaea in Margianam proficiscens. Alterum nomen rectius foret Σάριφα δρη; nullus enim dubito quin sint montes ad *Saphri* vicum siti, quos Ptolemaeus una cum accolis eorum Nisais in Ariam transtulit (v. supra). Quid igitur de *Saphri* situ et Parthyenes termino orientali statuendum sit, satis jam patere existimo. Ceterum Isidori itinerarium non nisi per partem Parthyenes orientalem dicit; occasum versus provincia pertinuit usque ad confinia Comisenæ (cf. Ptol.), usque ad *Hecatompylon*, puto, quippe quam urbem Parthyenes potius quam Comisenæ olim fuisse consentaneum videtur. Priscam hanc Parthicorum regum ditionem Strabo p. 514 innuit verbis: ἡ δὲ Παρθυαί... πρὸς τὴν σμικρότερην δασεῖαν καὶ δρενῆν καὶ ἄπορος, et Plinius VI, 29 § 113: Semper fuit Parthyæa (sic codd. optt.; *Parthia* vett. edit.) in radicibus montium supra dictorum. Postea addita Comisene et Chorenæ. Strabo l. l. : μέρη δὲ ἐστὶ τῆς Παρθυηνῆς η τε Κωμισηνή καὶ η Χωρηνή, σχεδὸν δέ τι καὶ τὰ μέχρι Πυλῶν Κασπίων καὶ Ταπύρων, ὅντα τῆς Μηδίας πρότερον. Eodem tempore aut postea orientem versus usque ad Margianam et versus meridiem usque ad Carmaniam fines prolati, ut ambitus sit is quem Plinius et Ptolemaeus Parthiae nomine describunt. Hæc ipsa rursus erat pars magni Parthorum imperii. Quod Lassenius putat Parthyenen Isidori a vetere Parthyæa Plinii et Strabonis diversam esse, non probavit vir doctissimus (**). Nomina Παρθυαί et Παρθυηνή apud optimos scriptores usurpantur promiscue.

153. Sequuntur *APAUARCTICENES* schoeni 27, qui metiendi sunt in via, qua versus *Scherachs* opp., et hinc ad *Meroutchak* sive *Merwrud* proficiuntur. Eadem, ut videtur, regio apud Mosem Chorenensem (Geogr. p. 365 ed. Whiston.) vocatur *Apachtharia*, quam ab Aria septentrionem versus sitam dicit; nomen vero e lingua Zendica

(*) Fortassis *Oschorbaris* nomen a fluvio, quem *Ochum* Strabo dicit, ductum est. *Baris* tanquam montis Armeniae nomen e Josepho et Nicolaio Dam. notum est. Ap. Ptolemaeum VI, 17 p. 433 in Aria tenent τὰ παρὰ τούς Παροπαντάδας Παρούτας, ὑπὲ οὖς Οθρεῖται.

(**) Quodsi Ptolemaeus VI, 17 p. 433 Μασδωρχνός gentem in Aria ad confinia Parthiae et Carmaniae desertæ memorat, id censeo eodem errore fieri, quo alia loca in meridionali tractu veteris Parthyene provinciae posita transfert ad meridionalia ejus Parthiae, quæ usque ad Carmaniam desertam extendit.

(***) Lassen l. l. p. 416: « Wir finden also bei Isidor, Plinius und Ptolemaeus den Namen Parthyene für eine Provinz, deren Hauptbestandtheil (imo: *deren Bestandtheil*; nam ultra nihil proditur) das Land Nessaea war, in deren Hauptstadt die Arsaciden ihre Königsgräber hatten. Plinius und Ptolemaeus unterscheiden es sehr bestimmt von Parthia, als einen Theil des Ganzen; das Parthaea erwähnen sie eben so wenig wie Isidor (imo Plinius l. l. sec. optt. codd. memorat Parthaea, et in eodem capitulo eodem sensu Parthyene regionem Nisicam; eodem modo Strabo l. l. in eodem

PROLEGOMENA.

explicandum esse, in qua *apakhtaria* significet *septentrionalis* (ab *apak*, *septentrio*), censem Lassenius l. l. p. 416, Bourouf (*Mém. sur 2 inscriptions cunéiformes trouvées près d'Hamadan. Paris 1836*, p. 25. 132), Ritter VII, p. 824; VIII, p. 55. Præterea provinciam nostram, variante paullulum nomine, memorat Ptolemaeus, sed perperam in meridionalem Parthia partem removet. Etenim postquam septentrionales Parthiae provincias posuit Comisenen et juxta hanc Parthyen, ita pergit: Εἴτα (i. e. ab his versus meridiem) ἡ Χορσανή (deb. Χορχηνή) καὶ ὑπὸ ταύτην Ἀρτικηνή (v. l. Ἀρτικηνή) vel, ut Wilbergus edidit, καὶ ἡ Ηερταυτικηνή; in quibus verba ὑπὸ ταύτην haud dubie bene habent, nec erant negligenda; nam in meridionalem Parthia regionem ejici Articenen (Artacen) produnt urbes huic tractui assignatae Πάγαί et Ἀρταχάνα, quae aperte respondent urbibus Πάγαλ et Ἀπταρχικηζ, quas in Apauarcticene habet Isidorus. Porro quum sæpius jam viderimus regiones de quibus agimus, a nonnullis Ariae tribui, et hinc factum esse ut eadem loca tum in Parthia tum in Aria ap. Ptolemaeum memorentur, vix erraverim si ad Πάγαοι Apauarcticenes referam etiam Πάγαυρα oppidum quod in boreali Ariae parte non longe a Sariphis montibus Ptolemaeus collocat. Quæ apud Plinium VI, 18 § 46 memoratur Apavortene (Aparvortene var. lect.) ad Isidori Apauarcticen referri nequit (*). Ubinam sitæ fuerint Apauarctice et Rhagau (*Rhagauna* G, R. II, 4) oppida, parum liquet. In hodiernis *Radgan* et *Abiward* nomina habes similia, sed quæ in nostram viam minime cadunt. Secundum Tabulam Peut. ad hunc tractum pertineret *Oscunidati* (*Oscanibate* G. R. II, 3 An. hod. *Osseinabad?*) et *Asbana* (hod.

Masdoran?), fortasse etiam *Alexandria* (*Scherach?*), quam eadem esse puto cum Alexandropoli, quæ Nisæ regioni apud Plinium adscribitur. In Tabula P. quidem *Alexandria* non nisi 60 milia ab Antiochia distat; sed parva est numeri auctoritas, nec urbem in medio deserto ab Alexandre conditam credideris.

154. Sequuntur *Margiane* schoeni 30 et Antiochia urbs et post Margianam Aria. Secundum mensuras Isidori Antiochia esse debet hoc *Meroutchak* sive *Merirrud*, non vero quæ ab ea boream versus 40 schoenos distat *Merw Schal Djehan*, ut plurimi statuunt, quos ipse p. 252 not. secutus sum. Ptolemaeus quidem Antiochiam ita collocat, ut ad hoc. *Merw Schahi Dehan* referenda videatur, cuius origines Arabum geographi ab Alexandro Magno repetunt (**) (cf. Plinii verba in annot. p. 252). At Alexander in expeditione sua ad Oasin istam, in qua *Merw* sita est, non penetravit, sed nonnisi meridionalem Margiana partem adiit, quæ Ariae montibus proxima est.

155. *Arie* schoeni 30 priores ducunt usque ad *Herat* fluvium (*Arium Ptolemai*); pars Aria meridionalis, quæ *Anaon* vel *Anabon* dicitur nomine aliunde non noto, schoenis 55 usque ad *Farrāh* urbem et paullo ultra pertinet. Ex urbibus ab Isidoro memoratis Ἀλεξάνδρεια ἢ ἐν Ἀρέοις ad hoc. *Herat* vel ejus viciniā recte refertur. *Candac* et *Artacauan* ubi sitæ fuerint, nescimus. *Phra* (*Φαράζανα*, 108°; 29° 40 Ptol.) hodie est *Farrāh*; qua urbs *Anaon* regionis primo loco assertur, utpote maxima; ex ordine autem itinerarii ultima fere esset debutu. Bis (*Βίγις* Ptolemaei? 108° 40'. 29° 20') ad hodiernum *Bist* vel *Bast* referri non posse, si distantiarum ratio habenda, luce clarius est (**); neque Nie (*Iyya-

capite Ηερθυζίαν et Ηερθυηνήν nullo discriminē dieit) und Parthyene hatte eine andere Lage (sc. Lassen Niseam fuisse putat ad boreale latus montium Hyrcanorum. Quod aliter habere supra vidimus). Es müssen daher die parthischen Könige die geographische Nomenklatur verändert haben, das alte Parthyæa aufgehoben und dafür ein nördlicheres Parhyene errichtet haben; sie versetzten das nach ihnen selbst benannte Land in die Gegend, wo die Aufzüge ihrer Herrschaft sich gebildet hatten und wo die Stifler des Reichs ihre Ruhestäde sich gewählt hatten. *

(*) Plinius l. l.: *A Caspī orientem versus regio est Apavortene dicta in eaque fertilitate inclusa locus Darium; mox gentes Tapyri, Anariaci, Staures, Hyrcani. Cf. Justinus XII, 5: Seleucus urbem quoque nomine Daram in monte Zapartenon condit, etc. Droyseius Hellenism. II, p. 413 situm loci a Plinio male definiri, et ad Apauarcticen Isidori pertinere opinatur; Lassenius l. l. p. 417 nihil dijudicat. Indicatur haud dubie eadem regio, quæ ap. Ptolemaeum Δαραθης vocatur, quamquam non ab oriente portarum Caspiarum sed ab occasu in Media ponitur. Neque alio pertinet Darathe Tabular Peutingeriana.*

(**) Ritter VIII, p. 531: « Die Eingebornen weisen auf die Ruinen von *Merw i mukan* hin, welches die von den Griechen erbaute Stadt (Antiochia) sein soll, worüber aber die Geschichte nichts weiß. Dasselbe ungefähr ist es, was auch schon Ebn Haukal (*Oriental Geogr. ed. Ouseley* p. 215 sq.) von *Meru Schahjehan* sagte, die von Tahmuras oder Dul Karnein (i. e. Alex. M.) erbaut sein solle, und dass man zu seiner Zeit noch Mauerreste und Bauten dieses alten Merw sehe. »

(***) Paullo supra *Farrāh* urbem in *Farrāh-rud* influit *Gizi* fluvius in mappa Burnesii (*Central Asia*); fort. a hunc erat *Bīgīs*, vel *Bīz*.

Ptolemaei, $109^{\circ} 31' 30'$) pertinet ad hod. *Neh* sive *Nehbendar*, quæ 55 schœnos occasum versus a *Farrah* distat. Gari fortasse querenda ad montes *Chorat*, quibus nunc *Ghore* vicus adjacet.

156. Ab Anauôn regione queritur an auctor noster orientem versus via recta sed molestissima (Ritter VIII, p. 155) Arachosiam petiverit, an primum meridiem versus juxta *Zareh* lacum, deinde orientem versus juxta *Hilmend* fluvium longiore quidem sed commodiore via perrexerit. Illud Droysenius et Lapieus statuunt; hoc nobis placet. Nimirum ex oppidis, quæ in seqq. memorantur, Bût, prima Arachosiae urbs, aperte pertinet ad ruinas urbis *Bist* vel *Bost* (Beste Plinii, *Bestia* T. Peut.), ac nescio an pro BIYT ap. Isidorum reponendum sit BICT. Hucusque autem a *Farrah* linea recta nonnisi 40 schœni sunt, dum apud Isidorum 84 habes, qui multo longiorem viam produnt qualem modo designavi. Huc accedit quod Zarangiana aptissime referatur ad regionem prope *Zareh* lacum, et quod in *Palacenti* urbe facile agnoscis vastas urbis ruinas juxta *Hilmend* jacentes, quæ nunc vocantur *Poulki*.

157. Igitur ZARANGIANÆ schoeni 21 juxta *Zareh* vel *Zareng* lacum pertinent usque ad *Hilmend* fluvium. Πάρις urbs nescio an potius fuerit Ζάρις, lacui cognominis. Positam fuisse puto ubi nunc est *Djelabad*, quæ ipsa quoque *Zarang* vocatur in mappa Burnesii, dum Kiepertii mappa in propinquuo urbis exhibet vicum *Dareng*. Altera Zarangianæ urbs Κόρος fuerit *Koluk*, quam Burnesius inter *Djelabad* et *Pichawaran* urbis ruinas notat, Kiepertus vero non exhibet (*).

158. Sequitur SACASTANE sive Scytharum regio, quæ tum planitiem juxta *Hilmend* fluvium tum vero montana complexa esse videtur; quatenus ad montana pertinebat vocabatur Παραταχηνή, quandoquidem nomen hoc Lassenius (l. l. v. *Paratakene*) derivare censem a sanscrito *parvata*, Zendico *pourata*, persico *parouta*. Idem nomen produnt Παρυῆται vel Παροῦται, quorum mon-

tibus Paropanisadæ meridiem versus ab Aria et Arachosia apud Ptolemaeum VI, 17 et 18 dis-terminantur. Aliam Paratacenen in Mediae et Persidis confiniis, aliam inter Oxum et Jaxartem fluvios novimus. Ceterum itineraryum nostrum nonnisi eam Scytharum regionis partem spectat quæ est in planite. Urbes ejus Barda (**), Min, Palacenti, Sigal (Σίγαρα Ptolemaei) et huic finitima Alexandropolis aliunde non notæ; Palacenti in ruinis, quæ *Poulki* nunc vocantur, querenda est; de ceteris certius quiddam fortasse proferri posset, si de crebris in hoc tractu vett. urbium ruinis earumque situ bene constaret.

159. Schoeni Sacastane sexaginta pertinent usque fere ad ruinas urbis *Bist* vel *Bost*, quæ in excerptis nostris est prima urbs ARACHOSIAE. De eadem ita Plinius VI, 25: *Amnis Erymanthus* (*Hilmend*) *præterfluens Parabesten Arachosiorum*; debebat *præterfluens Besten*; nimirum in graeco suo fonte legit παραρρέων Παραθήστην pro παρὰ Βῆστην. In Tab. Peutingerianæ itineraryo, quod a Persepoli per Arachosiam in Indianum dicit, dicitur *Bestia deselutta* (leg. vid. *desolata*, adeo ut tum jam deserta fuerit), et corruptius etiam in G. Rav. II, 1, *Bestigia deselenga*. De sequentibus oppidis Pharsana, Chorochoad et Demetrias non liquet; Alexandropolis autem, Arachosiæ caput, in quam desinunt regionis schoeni 36, hodierna est *Kandahar*, quam incolæ ab *Is Kandar* sive Alexandro Magno conditam etiamnum perhibent, et in vetustæ urbis ruinis aedificatam tradit Court in *Journal of As. Soc.* t. V, p. 389 (V. Ritter. VIII, p. 121). *Præterfluens Arachosius* (Zendice *Araqati* vel *Haraqaita* vel *Hara-quand* (v. Ritter. l. l.) est hod. *Argand-Ab.* Sec. Ptolemaei tabulas Alexandria hæc (114° long., 31° lat.) ab Ortospana (118° long., 34° lat.) sive *Cabura* (hod. *Caboul*) distat stadia 2250. A *Ca-boul* ad *Kandahar* in novissima mappa habes linea rectam stadiorum 2400.

160. Hæc fere sunt quæ de adornatione itinera-

(*) De ruinarum copia in hac regione cf. Ritter VIII, p. 152: « Von hier (inde a Palak) nordwestwärts am Strom (Hilmend) hinab bis Jelabad durchreisete Christie 16 geogr. Meilen weit ein Land mit einer erstaunlichen Menge Ruinen zerstörter Städte bedeckt. In *Pulkî* (Palacenti Isidori) nahmen sie einen Raum von 16 engl. Quadratmeilen ein und zeigten Gebäude, Wälle, Festen, Gärten; zwischen den Trümmern wohnten Schäfer. Belludschen und die gefürchtetsten Räuberhorden des Landes, wie die Beduinen in der Thebais und um Palmyra. Die Ruinen von Duschak (jetzt Jelabad) nehmen einen Raum ein so gross wie die von Ispahan; die Gebäude sind alle aus Backsteinen, oft zwei Stock hoch mit gewölbten Dächern erbaut, und auf ihren Trümmern steht das neue Jelabad mit 2000 Häusern. Fünf geogr. Meilen im Norden von dort ist die Gräuze zwischen Sejestan u. Khorassan, und auch da liegen noch die Ruinen von Peschawarun in unausmesslicher Ausdehnung. Niemand kennt die Geschichte dieser Gegend, die noch zu Timurs Zeit in hoher Blüthe stand. »

(**) Nescio an cum Βάρδα (Βάρδα?) urbe componendi sunt Βάτριοι, quos in Drangiana memorat Ptolemaeus VI, 19, p. 436 : Κατέχουσι τὰ μὲν πρὸς τὴν Ἀρείαν Δαράνδαι, τὰ δὲ πρὸς τὴν Αραχωσίαν Βάτριοι· ἡ δὲ μετοξὺ χώρα καλεῖται Τατακηνή.

PROLEGOMENA.

rii nostri monenda putavi. Quantacunque sit excerptorum exilitas, distantiarum numeri, si duos exceperis, nihil vitii traxisse videntur aptamque admittunt explicationem, nec accuratioris aliquid de his regionibus in vett. scriptis traditur. Quæ in Tabula Peutingeriana per Parthici imperii provincias itinerarya notantur, ob nominum obscuritatem et depravationem et ingentem numerorum corruptionem utilitatem habent peregrinam. Rationem eorum quum plerique parum assecuti esse mihi videantur, paucis perstringere liceat.

161. A SELEUCIA ad ECBATANA urbem hæc exhibentur :

Seleucia,	
Rache.	60
Rutarata (Ἀρρατα Ptol. ?)	40
Berdanna.	20
Ecbatanis.	120

De intermediis locis nihil constat. Berdanna fortasse est Baptana Isidori. Distantiae ita comparatae, ut summa earum ne rectam quidem lineam a Seleucia ad Ecbatanam ductam exæquet. Pergit auctor tabulæ :

Ecbatanis	
Anarus	37 mil.
Sevavicina (hod. Saweh)	11
Thermantica	20
Orubicaria	18
Pycnis (h. Peik)	27
Ange	16
Rhages	10

. In his viæ directionem indicant Sevavicina (Saweh) et Pycnis (hod. Peik). Apud Plinium, VI, 17 § 43 in codicibus legitur : Reliqua Medorum oppida Phisganzaga (vel Fiscanzaga vel Fisacanga) et Apamea Rhagiana cognominata. Pro dubiis illis Harduin dedit : Phazaca, Aganzaga; mihi eadem oppida latere videntur quæ in T. P. vocantur Pycnis et Ange. Præ ceteris Plinium notasse loca in via ad portas Caspias ducente sita consentaneum.

162. Alterum itineraryum Tabula exhibit ab Ecbatanis ad Antiochiam Margianam et regiones Indicas :

Ecbatanis.	
Onoadas.	
Darathæ 16.	
Concobæ 10.	
Beltra 20.	
Hecantopolis 9.	
Spæne 50.	
Pascara 32.	

Europus 10.
Nage 15.

Catippa 20.	Palitas 45.
Fociana 20.	Parhe 15.
Stai 10.	Propasta 75.
Sapham 35.	Aris 25.
Oscanidati 35.	Pharca 25.
Asbana 22.	Arate 17.
Alexandria 20.	Parthona 15.
Antiochia 60.	Cetra 35.
	Magaris 50.
	Carsania 55.
	Tazora 10.

In his Nagæ (Agæ G. R.) Droyseñus II, p. 715 ex Rhagæ corruptum esse censet; inde que probari putat falsum esse Strabonem qui Rhagas, Europum et Arsaciam tanquam ejusdem urbis nomina assert. Sane quidem Europum et Arsaciam diversas urbes fuisse e Ptolemaeo et Plinio et ruinarum indiciis recte colligitur; at Europum etiam a Rhagis distinguendam esse non est cur putemus; nam quum alia sit Europus in orientali Parthiæ regione (Plin. VI, 29, § 113), hanc potius in Tabula indicari suadet præcedens Hecantopolis, quam ad notissimam Hecatompylum Parthorum recte retulit Lapieus. Porro quum OEnoadae et Darathe apte componantur cum Oïvvouïa (95°; 38° 40' Ptol.) in boreali regione Parthia occidental, et cum Dura Justini sive Plinii Darieo a Caspis portis orientem versus sito: totum hoc itineraryum a Mediae locis alienum esse, et, modo permisissent tabulæ dimensions, priori ad Rhagas usque pertinente uno tenore jungendum fuisse censeo. De Concoba, Beltra, Spæne locis nihil constat; Pascara fuerit Παρθεῖα Ptolemaei, a Hecatompylo orientem versus sito. Nagas ad Nisapour, Catippen ad Kadempa probabiliter refert Lapieus. De Sapham (Σαφηνι) vidimus supra. — Quæ a Nagis deflectitur via in Indianum dicit; Palitas (Paligas G. R.) ignota; Purhe, Propasta, Aris fuerint Φρά Isidori, Ηροφεσία, et Πάρις seu Ζάρις Isid.; Pharca, Βάρδα Isid.; Cetra, Κάρουρα Ptolemaei, hod. Caboul; Tazora, hod. Lahore. — In altera via Thubrasene (Thibrasene G. R. II, 3 p. 42) fuerit Τριέζενιξ Ptolemaei; Aspacora (Aspapagora, G. R. I. 1.) ignota mihi; pertinuerit ad regionem τῶν Ἀσπιῶν seu Ἀσπατῶν, ut ap. G. R. legi velim Aspanagara, i. e. Aspiorum urbs. Scobaru et Carsania in Geogr. R. p. 38 sunt Scobarum et Carsamir inter loca Indiae. Carsamir, ni fallor, est antiquiorum scriptorum Κασπάπυρος, Caspiria, hod. Cachmir. De Parthona et Magari tu videoas.

163. Tertium itinerarium ab Ecbatanis per Persepolin in Indiam ducit :

Ecbatanis.

Rapsa 30 (‘Ράψα 90° 10'. 35° 40' Ptol.).

Bregnana 22 (Πρεργάνα 87° 40'. 36° Ptol.).

Nisaci 10 (Νεσέργη 91°. 34° Ptol.).

Portipa 12 (Πορτοπάνα 89°. 35° 50 Ptol.).

Persepolis 12 (Περσέπολις 91° 15'. 33° 20' Pt.).

Pantyene 60, i. e. Παρθυνῆ.

Arciotis 30, i. e. Ἀρειῶντις.

Caumatis 20, i. e. Καυματίας s. Καυματώδης χώρα.

Aradarum 10, i. e. Δαραδῶν χώρα Ptol.

Taharene 20, i. e. Ταταχνή χώρα Ptol.

Bestia deselutta 20, i. e. Beste desolata.

Rana 20 (Bainna G. R. II, 1; leg. Ramma).

Bauterna 20 (apud Βατρίους Ptolemæi).

Cotrica 20 (Goriae, Γωρυκτα?).

Ochirea 16 (Achirea G. R.; Ἀριγαῖον ap. Arrian. IV, 24, 6.).

Phara 20 (Βάζιρα Arriani IV, 27, 5. 28, 1,

Baziphara in Itin. Alex. c. 107).

Ora 15 (Ora Arriani IV, 27, 5.).

Pileiam 20, i. e. Peucela.

Arni 20, i. e. Ἀόρνη (*).

Alexandria Bucephalos.

Mediae et Persidis oppida Ptolemæus præbet omnia, quamquam non ita semper posuit, ut in

eandem viam apte cadant. Deinde Tab. Peut, non oppida, sed regiones memorat, usque ad Besten. A Beste præter viam adscriptam habes alteram qua versus oram maritimam descenditur :

Bestia.

Rhana 20 (I. Rhamna).

Alcon 10.

Paricea 70.

Rhamna, quæ etiam in via per Arachosiam in Indiam ducente post Besten proxime sequitur, est regio τῶν Ραμών, quos in Gedrosiæ parte Indo vicina ponit Ptolemæus. In *Alcon* latet Ἀρβίων. Similiter in G. Rav. II, 5 pro *Asciōn*, *Oritōn* lege *Arbiōn*, *Oritōn*. Juxta Arbios occasum versus degunt Parsires, quorum Parsis oppidum. Ptolemæus (VI, 21, p. 439) regionem dicit Παρισηνήν (rectius diceret Παρσηνήν), quam habes in *Paricea* Tabulæ, cujus distantiarum numeros licebat negligere. Ceterum quam diverso modo hæc Tabulæ itineraria in tabulis geographicis vulgo disponantur, ipse videoes.

164. *Editæ* sunt Isidori Characeni mansiones Parthicae in geographis Hoeschelii (an. 1600), Hudsoni (vol. II, an. 1703) Zosimadōn (Vindob. vol. I. 1806). Nuper denique : *Isidori Characeni Stathmos Parthicos recensuit, brevi annotatione instruxit B. Fabricius. Dresden 1849.* Marciano Isidorum junxit E. Miller (Paris 1839). Cf. p. 137.

ANONYMI PERIPLUS MARIS ERYTHRÆI.

165. Negotiator quidam natione Græcus, primo post Christum natum seculo in Berenice, ut videtur, Ægypti emporio, sedem fixerat, inde que mercaturæ causa emporia tum oræ Libycæ ad Azaniam usque, τὸν Arabiae usque ad Canen urbem frequentavit, nec non per altum etesii ventis in Indicas stationes trajecit. His in itineribus quæ ipse viderat et quæ de reliquis oceani australis plagis aliunde acceperat, quatenus ad navigationis et commerciorum rationes pertinenter, literis consignata in usum mercatorum edere decrevit. Sic libellus noster exstitit, qui quum mercatorium, ut ita dicam, stylum, eumque Ἐλληνος αἰγυπτιάζοντος, præ se ferat, dictionis sane virtutibus non magnopere commendatur, toto-

que cœlo distat ab epidicticis illis quæ de Erythræo mari Agatharchides λογδαῖδας elaboraverat : rerum vero traditarum copia, varietate, fide, utilitate adeo præstat, ut pretiosissimi thesauri loco habendus sit. Nam quæ de longinquis Libya orientalis Indiæaque emporiis et de veterum in hac orbis terrarum parte commerciis accuratiore novimus, eorum longe plurima uni nostro debentur periplo.

166. Nomen auctoris latet. In codice Heidelbergense, qui solus libellum nostrum servavit et post Arriani periplus exhibit, titulus legitur : Ἀριανοῦ περιπλούς τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Cujus fide acquiescens Stuckius (**) periplus vindicavit Arriano Nicomedensi, Fabricius (**) vero alii

(*) Ἀόρνη pro Ἀορνος est apud Pseudocallisth. III, 4 p. 99 not.

(**) Titulum Stuckiana periplus editio præfixum habet huncce : *Arriani historici et philosophi maris Erythræi periplus ad Adrianum Cæsarem Augustum etc. Genevæ 1577.*

(***) Arriani Alexandrini Periplus maris Erythræi recensuit et brevi annotatione instruxit B. Fabricius. Dresden 1849. — « Auctor hujus peripli, ait p. 1, est Arrianus, mercator Alexandrinus, qui regnante Claudio imperatore vixit, quod Vincentus, Anglus, in libro egregio *The periplus of the Erythrean sea* (Londini 1800-1805, II vol. 4)

cuidam Arriano, homini Alexandrino, inscripsit. Quamquam quæ res sit, vix quemquam veterum librorum usu paullo exercitatiorem latuerit. Vide dicet quum non modo periplos maris Erythræi, sed etiam Anonymi periplos Ponti Euxini (cujus pars posterior ante Arrianeum Ponti periplo in cod. Heidelb. legitur) Arriano tribuatur, nec ulla titulorum indicio diversi Arriani distinguantur: nihil dubium est, quin notissimum nomen scriptoris Nicomedensis ad vicinos libellos librariorum arbitrio translatum sit. A omnino sæpius fit, ut minuta diversorum auctorum opuscula quæ in eodem argumento versantur in eodemque volumine conjunctim exhiberi solent, ad eundem etiam auctorem referantur. Nostrum vero libellum tanto promptius aliquis Arriano tribuere potuit, si de paraplo maris Erythræi, qui in Indica historia Arriani legitur, quedam inaudiverat. Bene hoc sensit Vincentus, et pro certo statuerunt Schwanbeckius ac Bernhardyus; nec aliter censuisse existimandi sunt ceteri qui periplo nostrum sub Arriani nomine circumferri passim monuerunt (*).

167. Auctorem in Ægypto vixisse patet. Ita habet § 29 p. 280, 5: Τινὰ καὶ τῶν παρ' ἡμῖν ἐν Αἰγύπτῳ φένδρων δικρύει τὸ κόρμιον. Nomina mensium cum romanis jungit ægyptia, ut § 6 p. 263, 6: ἀπὸ μηνὸς Ἰανουαρίου μέχρι τοῦ Σεπτεμβρίου, 8 ἐστιν ἀπὸ Τυελ ἔως Θεοῦ. § 39, p. 288, 5: Περὶ τὸν Ιούλιον μῆνα, 8ς ἐστιν Ἐπιφί. Cf. § 49, p. 293, 36. § 56 p. 298, 28. Idem quum in describendis Libyæ et Asiæ paraplis a Berenice profisciscatur, alterumque litus τὰ δεξιὰ ἀπὸ Βερενίχης, alterum τὰ εὐνόμια ἀπὸ Βερενίχης dicat, probabiliter in ipsa Berenice, celeberrimo tunc emporio, sedem habuit. Mercatorem fuisse totius libri ratio clamat. Non aliorum negotiatorum nautarumque ex

narrationibus vel diariis totum opusculum consarcinatum esse, sed ipsum auctorem partem emporiorum, quæ describit, adiisse, tum per se probabile est, tum indicatur § 20 p. 273, 20, ubi contra morem veterum scriptorum Noster e sua ipsius persona loquitur: Διὸ καὶ εἰσπλέοντες τὸν μέσον πλοῦν κατέχομεν, καὶ εἰς τὴν Ἀραβίκην γώραν μᾶλλον παροξύνομεν. Cf. § 48, p. 293, 12: τὰ πρὸς τὴν ἐμπορίαν τὴν ἡμετέραν. Quænam vero ipse viderit et quæ aliorum ex fide tradat, ex conimerciorum ratione et narrationis indole in aliis libri partibus alia infra colligemus.

168. DE STATE SCRIPTORIS quæstio non tam vere impedita est quam recentiorum quorundam opinionibus obscurata. Primum liquet scripsisse Nostrum post tempora Augusti, quoniam imperatorum Romanorum mentio sit § 23, p. 274, 5: Χαρίσκηλ, ἐνθεσμος βασιλεὺς ἐθνῶν δύο, τοῦ τε Οὐμρίτου καὶ τοῦ παραχειμένου Σαβάτου, συνεχέσι πρεσβείαις καὶ δώροις φέλος τῶν αὐτοχρατόρων. Deinde autem Ptolemæo antiquiore fuisse geographicæ probant. Nam de India extra Gangem sita nihil Noster sapit ultra ea quæ inde ab Eratosthene usque ad Plinium tradébantur, dum multo accuratius de his Ptolemæum edictum esse constat (**). Scripsisse eum ante sublatum a Romanis regnum Nabatæorum (an. 105 p. C.) liquet. ex § 19. Porro Plinius VI, 26 § 104 de navigatione ad Indiae emporia per altum Hippalo vento instituenda expositurus ita habet: *Diique ita navigatum est, donec compendia invenit mercator lucroque India admota est. Quippe omnibus annis navigatur, sagittariorum cohortibus impositis, etenim pirate maxime infestabant. Nec pigebit totum cursum ab Ægypto exponere, nunc pri- mum certa notitia patescente.* Apud Nostrum vero de his ita legitur § 57 p. 298: Τοῦτον

studiose exposuit ac demonstravit. Hunc nuper Carolus Ritter in libro *Erdkunde* vol. XII, p. 245 sq. rectissime secutus est. — Nescio an alia Vincentus in prima operis sui editione, alia in secunda senserit. In hac, quam solam manus teneo (*The commerce and navigation of the ancients in the Indian ocean*. II, vol. in-4°. London 1807.), Vincentus de nomine auctoris nihil dijudicat, verum, *si forte genuinum neque fictum esset nomen Arrianus*, referendum id esse censem ad mercatorem aliquem Alexandrinum. « Who the author was (ait, II, p. 4), is by no means evident, but certainly not Arrian of Nicomedia... It is not impossible, if the periplo of the Erythrean sea was found anonymous, that it was attributed to an author whose name on similar subjects was familiar. But if Arrian be the real name of the author now under contemplation, and not fictitious, he appears from internal evidence to have been a Greek, a native of Egypt, or a resident in that country, and a merchant of Alexandria. » Ritterus loco a Fabricio lundato de nostro scriptore non agit, verum XII, p. 14 ita habet « In dem bekanneten Periplus welcher einem sonst unbekannten Arrien im ersten oder wohl auch einem spätern Jahrhundert nach Ch. G. zugeschrieben wird. »

(*) Vid. Vincent I. I., Schwanbeck *Ueber den Periplo des Erythræischen Meeres in Rhein. Mus.* 1850 p. 350, Bernhardy *Analecta in geogr. gr. min.* p. 21; Gosselin *Geogr. systém.* tom. III, p. 7; Mannert. tom. I, p. 131; Ulert tom. I, p. 209; Forbiger t. I, p. 443; Ritter XII, p. 209, alii.

(**) Quodammodo huc facit etiam quod Noster § 61 p. 301 dicit: νῆσος; λεγομένη Παλαιομύδου, παρὰ δὲ τοῖς ἀρχαῖοις Ταπεζώνην, Ptolemaeus vero, postquam duo haec insulae nomine memoravit, nunc eam Σαλακήν vocari prodit. Monuit hoc Vincentus I. I. II, p. 53.

δὲ δόλον τὸν εἰρημένον περίπλουν.. οἱ μὲν [πρότεροι?] μικροτέροις πλοιοῖς περικολπίζοντες ἔπλεον· πρῶτον δὲ "Ιππαλος κυβερνήτης... τὸν διὰ πελάγους ἔξευρε πλοῦν,.. ἀφ' οὗ μέχρι καὶ νῦν... Νηψιλοὶ διὰ τοῦ ἔωθεν γῆς παραπλέουσι τὸν εἰρημένους κόλπους. Itaque quum hæc navigandi ratio Plinii demum ætate invaluisse videatur, Nostro autem periplus scribente per aliquantum certe temporis in usu jam fuisset: Plinium, qui an. 79 mortuus est et an. 77 opus suum absolverat, librum Historiæ Naturalis sextum composuisse censebis antequam sua scriberet Noster. — Denique certiorem temporis notam periplus præbet § 5, p. 261, ubi Nostri ævo Zoscales apud Auxumitas regnasse traditur: Βασιλεὺε δὲ τὸν τόπον τούτων ἀπὸ τῶν Μοσχοφάγων μέχρι τῆς ἀλλής Βαρθαρίας (*) Ζωσκάλης, ἀκριθῆς μὲν τοῦ βίου καὶ τοῦ πλείονος ἔξεχόμενος, γενναῖος δὲ περὶ τὰ λοιπὰ καὶ γραμμάτων Ἑλληνικῶν ἐμπειρος. In annalibus autem regum Abyssiniæ hunc habemus laterculum (v. Salt. in Itin. Abyss. p. 460 sq. Cf. Ludolph. Histor. Æthiop. II, 4; Corp. Inscr. III, p. 513):

	A.	M.	A. C.
Za Bazen regnavit.	16	*	8 a.— 8 p. C.
Hujus anno octavo Christus natus.			
Za-Senatu.	26		9— 34 p. C.
Za-Les.	10		35— 44
Za-Maseuh.	6		45— 50
Za-Sutuwa.	9		51— 59
Za-Adgaba.	10	6	60— 70
Za-Agba.	"	6	70
Za-Malis.	6		71— 76
Za-Hakale.	13		77— 89
Za-Demahé.	10		90— 99
Za-Awtet.	2		100— 101
Za-Elawda.	30		102— 131
Za-Zigen et Rema.	40		132— 171
Za-Gafale.	1		172
Za-Besiserk.	4		173— 176
Za-Elasguaga.	76		187— 252
El-Herka.	21		253— 273
Za-Besi Tsawesa.	1		274
etc. etc.			

(*) Hunc fere regni Auxumitani ambitum prius constituit rex, qui insculpi jussit monumentum Adulitanum, nostro Zoscale antiquior. Idem vero rex quum in inscr. Adul. (C. I. tom. III, p. 512) de se prædicet: Καὶ πέραν δὲ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης οἰκοῦντας Ἀρραβίταις (Κανχαΐται; sec. codicem Peripli?) καὶ Κιναδοκολπῖται, στράτευμα ναυτικὸν καὶ πεζικὸν διπλεψύμενος καὶ ὑποτάξας αὐτῶν τῶν βασιλέων, φόρους τῆς γῆς τελεῖ ἐκθεύεσσα καὶ δόεις σθαῖς μετ' εἰρήνης καὶ πλεύσθαι, ἀπὸ τε Λευκῆς κώμης ἥσα τῶν Σαβαΐων χώρας ἐπολέμησα: haud diu tamen populi isti imperatis obtemperasse videntur. Certe Nostri temporibus latrociniis suis adeo famosi erant ut oræ eorum appropinquare nautæ non auderent.

(**) Ad ea quæ de hoc nomine in'not. p. 297 monui, add. Lassen De Taprobane ins. p. 8 et Indische Alterthumskunde tom. I, p. 154 et Schwanbeck I. l. p. 350. Regium Pandionis nomen jam occurrit in Açokæ inscriptionibus multis annis ante C. n.

Vides Zoscalem Peripli esse Zahakalen Annaliūm, qui regnavit an. 76-89 p. C., quo tempore apud Romanos imperaverunt Vespasianus (70-79), Titus (79-81) et Domitianus (81-96). Igitur Nostrum scripsisse paullo post mortem Plinii inter annos 80-89 p. C. existimamus.

169. Restat ut aliorum de sententiis moneatur. Salmasius (ad Solin. p. 835) Plinium et Peripli auctorem, quamquam de iisdem rebus sæpe diversa traderent, eodem tamen tempore scripsisse censuit. Nimirum Muziris statio Indica secundum Periplum § 54 p. 296 sq. in regno Κηπροβάτου erat; Plinus autem VI, 26 § 104 de eodem loco: *Regnabat ibi, quum proderem hæc, Cælobothras;* denique Ptolemæus in hac regione habet Κάρουρα, βασίλειον Κηπροβάτου. Hos omnes Salmasius putat eundem regem memorare, quem Plinus et Noster suis temporibus regnasse dixerint recte, Ptolemæus vero falso ad suam ætatem pertraxerit. Ac sane facile fieri potuit, ut idem rex Nostri et Plinii temporibus fuerit, Ptolemæus autem fonte usus sit qui eandem ætatem repræsentaret; sed nihil est incertius, quum nomen istud non sit certi alicuius regis proprium, sed cognomen omnibus hujus tractus regibus commune(**). Idem cadit in Pandionem Plinii et Nostri et Ptolemæi (v. not. ad p. 297, 10).

170. Dodwellus (in Hudson. G. M. I, p. 85 sqq.) periplum scriptum esse censuit post an. 161 p. C., sub. Marco Aurelio et Lucio Vero impp. Scilicet quum de Eudæmone Arabia (hod. Aden), vico in Charibaelis ditione maritimo, Noster § 25 p. 277 dicat: νῦν δὲ οὐ πρὸ πολλοῦ τῶν ἡμετέρων γρόνων Καισαρ ἀντὴν κατεστρέψατο: Dodwellus Cæsaris nomine indicari vult Trajanum, de quo Eutropius VIII, 2: *Arabiām postea in provinciā formam rededit.* Hæc enim verba quum emphaticæ dicta sint de Arabiæ particula Syriæ contermina, quam, ut Ammianus XIV, 8, 13 ait, *provinciā imposito nomine et rectore constituto, obtemperare legibus nostris Trajanus compulit imperator, incolarum tumore sæpe contuso, quum gloriose Marte*

Medos urgeret et Parthos (Cf. not. ad. p. 271) : Dodwellus suos in usus historiam Romanam ita constituit, ut Trajanus Arabiam universam ad Oceanum usque subegerit inque provincias distinxerit, quarum una dicta sit *Arabia prima*, quandoquidem meridionalis Arabia pars in Periplo § 16 p. 271, 7 ἡ πρώτη Ἀραβία vocatur. Qua in re parum curavit Dodwellus verba periplusa habere ut de provincia Romana cogitari omnino nequeat. Nimirum dicit auctor Azaniam ex vetere instituto subjectam esse τὴν βασιλείαν τῆς πρώτης γηγενέντης (λεγομένης conj. Dodwell.) Ἀραβίας, et administrari a tyranno sive praefecto Mapharitis regionis. Deinde vero quum Charibael rex p. 274, 5 crebris donis et legationibus amicitiam τῶν αὐτοχράτων colere perhiibeatur, his verbis Dodwellus tempus indicari censet, quo duo simul imperatores essent, videlicet Marcus Aurelius et Lucius Verus (161-181) (*). Quam quidem interpretationem verba nequaquam flagitant, nihilque impedit quin οἱ αὐτοχράτορες intelligantur (Vespasianus, Titus, Domitianus). — Reliquam Dodwelli disputationem imbecillis hisce fulcris innitentem non refero. Tortuosam ejus perversitatem fuse demonstrare operae premium duxit Schwanbeckius l. l. p. 338-351.

171. *Vincentus* l. l. II, p. 52 sq. ad Salmassi de scriptoribus nostri aetate sententiam rediit, Ceterum voce Καισάρ § 26 Claudium indicari censet. Inde ab infesta Elii Galli expeditione semper Romanos in ora Arabiae loca quaedam possedisse, certe in Leuce come praesidium habuisse et percepisse vectigalia putat. Nimirum, praeunte

Dodwello, haec nescio quo pacto elicuit e § 19 p. 272, ubi de Romanis ne verbum quidem est, ac sponte intelligitur praesidium et vectigalium exactores in Leuce come, Nabataeorum portu, non Romanorum fuisse, sed Malichæ regis. Ab hoc errore proficiscens *Vincentus* postea Romanos ad oceanum usque potestatem protulisse sub Claudio imp. suspicatur. Quum enim Plinius VI, 24 (v. not. ad per. p. 277) prodat Claudio imperante, Anni Plocami, qui maris rubri vectigal a fisco redemisset, libertum quendam circa Arabiam navigantem aquilonibus in Taprobanen esse delatum : navigationem istam vult a liberto illo non alio consilio susceptam esse nisi ut tributa Arabica colligeret; itaque Oceani oræ partem tum penes Romanos fuisse; haud dubie igitur tunc etiam Eudæmonem Arabiam a Romanis, ut suorum emporiorum negotia augerent, esse destructam (**). — Vides haec omnia in meras conjecturas retrusa esse, quibus ex historia probabilitatem addere non licet. Quare vocem Καισάρ, quæ in tantas angustias interpretes conjecit, quum ad Elii Galli expeditionem referri nequeat, corruptam (**) potius in libro corruptissimo esse quam historicos de re magni momenti siluisse maluimus.

172. *Schwanbeckius* (*Rh. Mus.* 1850 p. 350 sqq.), quamquam argumenta quibus Salmasius et *Vincentus* suam sententiam stabilire tentarunt, pondere carere recte intellexit, et ipse tamen Nostrum Plinii aetate vixisse et paullo ante Plinium scripsisse censuit (***) , quoniam ea quæ de India navigatione Plinius sua demum aetate innotuisse

(*) Similiter Letronnius αὐτοχράτορες dici Septimum Severum et Caracallam (198-210) putavit.

(**) Vincent. l. l. II, p. 52 : « The Romans, from the time they first entered Arabia under Elius Gallus, had always maintained a footing on the coast of the Red Sea. They had a garrison at Leuke Kome in Nabathea, where they collected the customs, and it is apparent that they extended their powers down the gulf, and to the ports of the ocean, in the reign of Claudius, as the freedman of Annius Plokamus was in the act of collecting the tribute there, when he was carried out to sea. If we add to this the discovery of Hippalus in the same reign, we find a better reason for the destruction of Aden at this time, than at any other. Aden had been one of the great marts for the Indian commerce, and if Claudius or the prefect of Egypt, was now disposed to appropriate this trade to the Romans, this was a sufficient cause for ruining Aden, in order to suppress rivals or interlopers. The jealousy or opposition of Aden to the new discovery would naturally afford ground for quarrel, and if not, the Romans knew how to provoke one whenever it suited their interest. »

(***) Pro ΚΑΙΣΑΡ fuisse ΕΑΙΣΑΡ in annotatione conjectimus, ubi addendum erat Schwanbeckium nomen Χριστόν reponi voluisse, quod quidem longius a traditis literis recedit.

(****) Similiter Mannert. I, p. 131 : « Noch etwas älter als Plinius ist der Verfasser eines Periplus des Erythräischen Meers, den man gewöhnlich dem Arian zuschreibt, oder wenigstens sind die Schiffstagbücher, auch einige Reisebeschreibungen, aus denen er fertiggestellt wurde, in die Zeiten zu setzen, in welchen noch das Cäsarische Haus Rom beherrschte. Er hat den Erythräischen und Indischen Meere und den anstossenden Küsten und Häfen die nemlichen Nachrichten, welche Plinius, meist in mehrerer Kürze und mit eignem Raisonnement gibt; er kennt den abgekürzten Weg von Arabien auf hoher See nach der Indischen Halbinsel, weiss wie Plinius, dass der Indus bei den Eingebornen Sindus heisse, und beide bestimmen die östliche Grænzen der Erde gleich hinter dem Ganges bey der Stadt der Serer Thina : einzelner ganz genau miteinander übereinstimmender Angaben nicht zu gedenken. Ein Schriftsteller zu Zeiten des Ptolemæus, in welche Dodwell den Verfasser dieses Periplus versetzen will, müsste aus den damaligen Schiffersnachrichten

dicit, ita comparata sint, ut ex periplus nostro Romanus scriptor desumssisse debeat. Quodsi de nonnullis Plinius diversa vel etiam contraria prodat, ea compilatoris festinantiae vel oscitantiæ esse imputanda (*). Videamus quæ res sit. Plinius post ea quæ supra § 168 citavi, primum describit viam ab Alexandria ad Berenicen, deinde ita pergit: *Navigare incipiunt æstate media ante Canis ortum aut ab exortu potius. Noster § 57, p. 298 nihil nisi: Πλέουσι δὲ εἰς αὐτὴν (τὴν Λιμυρικὴν) κατὰ κατρὸν ἀναγόμενοι ἀπ' Αἴγυπτου περὶ τὸν Ἰούλιον μῆνα.* Plinius igitur accuratiora tradens non Nostra festinanter excerptisit. — Deinde Plinius: *Veniunt circiter XXX die Ocelin Arabicæ aut Canen turiferæ regionis (Nihil Noster de XXX dierum itinere, quod tamen non finxit Plinius), Est et tertius portus qui vocatur Muza, quem Indica navigatio non petit, nec nisi turis odorumque Arabicorum mercatores. Iatus oppidum, regia ejus, appellatur Sapphar, aliudque Save. Indos autem potentibus utilissimum est ab Oceli egredi.* Memorantur apud Nostrum § 21 Muza et Sapphar et Save; at Muzam Indica navigatione non peti non dicitur, longeque petitum foret, si quis statueret excerptorem sua elicuisse ex § 24 p. 275, ubi Ozelus auctor narrat non tam emporium esse quam ὅρμον καὶ ἔδρευμα καὶ πρώτην καταγωγὴν τοῖς ἐστι διάφοροι. Porro nihil Noster de turis mercatoribus; nonnisi myrrham et lygnum et Aduliticas merces e Muza exportari tradit. Illud quoque: *Indos potentibus utilissimum est ab Oceli egredi, in Periplo quæris frustra.* — Post hæc Plinius: *Inde vento hippalo navigant diebus XL ad primum emporium Indiæ Muzirim non expeten-dum propter vicinos piratas, qui optinent locum Nitrias, neque est abundans mercibus.* Præterea longe a terra abest navium statio lintribusque adferruntur onera. Regnabat ibi, quum proderem hæc, Cælobothras. In his, si regis nomen exceperis, nihil est, quod cum Nostri narratione componi possit. Neque quadraginta dierum navigationis in periplus mentio fit, neque Muziris primum

Limyrices emporium est, sed Naura, post quam sequitur Tyndis et tum demum Muziris; neque Muzirin, sed loca circa Cænetarum chersonesum piratis infesta dicuntur; neque Nitriam pirate tenent, sed Naura, quæ a Nitria aut non diversa aut ei proxima erat, ἐμπόριον vocatur; neque mercibus Muziris caret, sed ἀχμάζει τοῖς ἀπὸ ἣς Ἀριακῆς εἰς αὐτὴν ἐρχομένοις πλοίοις καὶ τοῖς Ἑλληνικοῖς. Quam narrationis diversitatem quo quis pacto ab excerptoris negligentia repetiverit? Immo vera Plinius tradiderit, quum rerum status viginti fere annorum spatio, quo Plinius fons a periplus nostri tempore distare videtur, facile mutari, pirataque armis Romanorum, qui quotannis hoc navigabant sagittariorum cohortibus impositis, in angustiorem oræ tractum coerceri potuerint. Quod vero Plinius de *navigium statione a terra longe remota* habet, id non ad Muzirim, sed ad Nelcyndam pertinere videtur, quum de hac statione tale quid rectissime Noster prodat. Præterea de navigatione per altum Hippalo vento instituenda Noster § 57 p. 298 nonnisi ἐν παρόδῳ tanquam de re omnibus nota paucis verbis monuisse satis habet, nec ita hoc facit ut apud Plinius legitur. Dicit enim proficiisci nautas aut a Cane Arabiæ aut ab Aromatum in Libya promontorio, et petere aut Indoscythiam aut Barygaza aut Limyricen. — Pergit Plinius: *Alius utilior portus gentis Neacyndon (quod ortum videtur e græco Νελκύνδων), qui vocatur Becare (perperam contra codd. auctoritatem editur Barace).* Ibi regnabat Pandion, longe ab emporio in mediterraneo distante oppido, quod vocatur Modura. Regio autem ex qua piper monoxylis lintribus Becaren convehunt, vocatur Cottonara. Quæ omnia gentium aut oppidorum nomina apud neminem priorum reperiuntur, quo adparet mutari locorum status. Ex India navigant mense Ægyptio Tybi incipiente nostro Decembri, aut utique Mechiris Ægyptii intra diem sextum, quod fit intra Idus Januarias nostras; ita evenit, ut codem anno remcent. Navigant autem ex India vento Voltuno et, quum in-

die Erde weiter gekannt haben. An der Ostküste Libyens gehen seine Nachrichten viel südlicher, als man um diese Zeit eine Küste vermutete; und nach aller Wahrscheinlichkeit hat Plinius diesen oder mit ihm einerley Quellen bey der Stelle vor Augen, wo er bekannt, dass Seeleute schon viel südlicher gekommen waren, als man gewöhnlich die südliche Durchfahrt von Afrika ansetzte. »

(*) Schwanbeck. l. l. p. 367: « Dass Plinius nicht ganz genau in allen Einzelnen mit dem Verfasser des Periplus stimmt, dass er sogar das Gegenteil von diesem sagt, ist bei seiner oberflächlichen Art sehr begreiflich. » Cautius Vincent. l. l. p. 50; qui quum monuisset apud Plinius passim de Indicis locis et mercibus legi quæ etiam in periplus occurruunt, addit: « and yet there is no absolute proof that either copied from the other. But those who are acquainted with Pliny's method of abbreviation, would much rather conclude, if one must be a copist, that his title to this office is the clearest. »

traverse rubrum mare, Africo vel austro. Noster memorat sane Nelcyndam emporium et Bacari (non *Becaren*) vicum et Pandionem in mediterraneis degentem nec non piper Cottonaricum, at nihil habet de gente Neacyndon, de Madura urbe, et quæ deinceps de navigationis tempore apud Plinium leguntur. Hæc igitur ita sunt comparata, ut ista de Plinio e periplo nostro sua mutuato sententia ne tunc quidem admittenda foret, si aliunde ætatem Nostri definire non licet (*). Quoniam fonte Plinius usus sit, non liquet. Index auctorum græcorum, quos in libro sexto adhucuerit, nonnisi nota nomina præbet, quorum nullum ad rem nostram pertinere potest. Omnia Plinius quæ *apud neminem priorum* reperiit dicit, non e periplo aliquo in publicum tunc edito sumserit, sed privato commercio accepisse videtur a negotiatore quodam, qui tunc in navibus sagittariorum manu instructis (de qua re nihil apud Nostrum legere est) stationes Indicas frequentavit. — Praeter laudatos viros doctos neminem novi qui data opera de ætate nostri scriptoris inquisiverit. Qui verbo rem attingunt, ut plurimum Salmasii vel Vincenti sententias probant (**).

173. ARGUMENTUM peripli ita delineabo, ut primum geographicæ, deinde nautica, tum ea quæ commercia spectent, paucis comprehendam. A Berenice, ἐμπόρῳ ἀποθέειμενῳ, proficiscens auctor, post brevem Myoshormi, alterius emporii, mentionem, primum τὰ δεξιὰ ἀπὸ Βερενίκης sive Libycum litus describit (§ 1-18). Post Aegyptum igitur oram maritimam Ichthyophagi sparsim incolunt, mediterranea vero Barbari tenent, quos Agriophagi et Moschophagi excipiunt. Sequitur a Moschophagis ad alteros Aualitæ sinus Barbaros pertinens regnum Auxumitarum. Ibi in ora maritima quater mille a Berenice stadiis dissitum emporium portu carens, Ptolemais Venationum (§ 3); deinde post alia ter mille stadia Adulis ἐμπόριον νόμιμον in sinu profundo positum, in quo e mediterraneis per Cyenium et Auxumen et Coloen ebur confluit. Deinde præter Alalæi insulas aliquumque sinum profundissimum,

ad quem opianus lapis reperitur, post alia quater mille stadia deducimur ad τὰ πέρχεν ἐμπόρῳ Barbariæ, Aualiten, Malao, Mundu, Mosyllum, post quæ occurunt Niloptolemæum, Gaza, Elephas promontorium, Aromatum prom. et emporium, Tabæ prom., Opone emporium. Sequuntur Azaniæ Apocopa magna et parva, parvum et magnum litus, septem Azaniæ ὅροι, quorum priores duo Serapionis et Niconis dicuntur, deinde Pyralaæ insulæ, Menuthias insula, denique Rhapta Azaniæ emporium ultimum. Post hæc ora versus occasum deflecti et orientalis oceanus juxta australē Æthiopias et Libyæ et Africæ litus mari occiduo misceri perhibetur. Hactenus τὰ δεξιὰ ἀπὸ Βερενίκης; in quibus quæ sunt usque ad Opponen, ipse Noster adiisse videtur; hucusque enim descriptio emporiorum accuratior testem oculatum prodit, et hucusque, non item in ulteriora, merces Aegyptias exportari videmus. Nimirus Azania pertinebat ad regnum Charibaelis Saæborum regis, ab eoque demandata erat Chalaubo Mapharitidis regionis tyranno sive præfecto, cuius in præfectura Muzenses commercia Azaniæ a rege redemerant. Itaque Græci negotiatores Azaniæ portus non solebant frequentare, ac Noster sua ab Arabibus accepisse videtur. Ceterum quæ de Azania in periplo leguntur, in universum recte habent facilemque admittunt explicationem, dum Ptolemai de eadem ora narratio vehementer laborat. Recte fortassis ille contra Marinum (cum quo Noster facit) contendit non esse inter magna et parva Apocopa distinguendum (v. not. p. 268), sed quæ idem de magnis Azania sinibus, qui nulli sunt, deque eorum serie et de Menuthiadis insulæ situ habet, a vera oræ figura longissime recedunt et ex male mixtis fontibus conflata ad sistema geographicum, secundum quod ultima Libyæ tunc notæ magis versus meridiem producenda erant, accommodata esse milii videntur.

174. In altera peripli parte (§ 19 sqq.) τὰ εὐώνυμα ἀπὸ Βερενίκης exponens auctor primum memorat Leuen comen, Nabatæorum por-

(*) Idem Schwanbeckius censet periplo nostro usum esse Ptolemaeum, nec non in Tab. Pentingeriana nonnulla ex eodem assumta esse. Quæ in hanc sententiam attulit, quam sint levidensia, non expono. Probent ista qui, si nomina quædam in duobus scriptoribus idem argumentum tractantibus eadem occurrant, alterum sua debere ex altero duxisse censem.

(**) V. Mannert. I, p. 131 (de quo cf. supra p. xcvi not.), Ukert Geogr. I, p. 209; Ritter loco supra p. xcvi laudato; Benfey in Ersch u. Gruber's Encycl. v. Indien p. 90 (qui periplum circa an. 60 p. C. scriptum esse censem.); Lassen Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes IV, p. 198. Lucas Holstenius in epistola ad Peirescium (p. 17 in ep. Parisinis Bredovii) de nostro auctore hæc habet: « Certum est fuisse mercatorem Alexandrinum σύγγραφον Marino Tyro aut Ptolemaeo geographo. »

tum, quem *Arabes* frequentare indeque terrestri itinere in Petram Malichæ regiam onera transportare dicit, adeo ut hic portus ab Ægyptiorum commercio maritimo tunc alienus fuisse, ac merces Ægypti breviore via terrestri Petram transportata esse videantur. Nabatæorum ditionem excipit ἡ Ἀραβίκη χώρα (modo recte id nomen habeat, neque legendum sit ἡ Ἀραβίτικη), quam præter ichthyophagos tenent gentes latrociniis dedita, Κανφαῖται (?) dicti (Ἀρραβῖται et Κιναδοχολπῖται in mon. Adulit.). Quare Ægyptii oram istam vitantes a Berenice in medio sinu Arabico usque ad Combustam insulam navigant εἰς τὴν Ἀραβίκην χώραν (*), ubi in Charibaelis Sabæorum et Homeritarum regis ditione occurrit Muza emporium, deinde Ocelis statio et Diodori insula et in meridionali litore Eudæmon Arabia. Sequitur in regione thurifera sub Eleaze rege Cane emporium, Avium et Trulla insulæ, sinus Sachalites in eoque Syagros promontium (*Cap Fartak*), cuius situm Noster rectius quam Ptolemæus indicat. Subjunguntur quædam de Dioscoridis insula. Jam ad Canen et Syagrum usque oræ descriptio accurata est et locuples; quæ vero sequuntur usque ad Indoscythiam paucioribus absolvuntur, in iisque falsa complura deprehendimus; porro ad Canen usque merces Ægyptias importari vide-

mus, in reliquæ autem Arabiae et Persidis et Carmaniae portus nonnisi e Cane Arabicæ et e Barygazis et Limyrica Indicæ naves expediti solent: hinc igitur colligimus Nostrum non adiisse hunc tractum, sed pro more ætatis suæ per alatum Hippalo vento stationes Indicas petiisse. In ea autem navigatione, nisi ab Aromatum promontorio proficiscebantur, a Cane Arabicæ solabant, inde vero usque ad Syagrum prom. juxta oram navigabant, et hinc demum tendebant per alatum: itaque ad Syagrum usque litus Arabicæ bene novit auctor, deinde vero aliena ex fide pendens parum accurata tradit. Quibus accensum videtur quod post Syagrum in hod. *Dzofar* Moscham portum et Omanam regionem collocat (§ 32 p. 282), hodiernam *Mascatam* in Oman terra sita cum alio regionis thurifera portu (*Dzofar*, *Zafar*) confundens. Ptolemæus, qui cum Nostro hac de re fere consentit, ex eodem vel simili fonte hausisse videtur, quamquam is simul etiam hodiernæ *Mascate* situm indicateo loco, in quo ponit χωρὶς τὸν λιμένα, prò nomine proprio usurpans appellativum, quod in *Mascate* portum quadrat optime. — Sequuntur in perioplo Asich mons, Zenobii insulæ, regio Barbara Persis subjecta, Serapidis insula (**), de Ca-

(*) Quod si in antec. verba ἡ Ἀραβίκη χώρα recte habent, hoc loco fortasse legendum est εἰς τὴν Σασσαΐτην χ. Cf. not. ad h. l. p. 273.

(**) Serapidis insulam (hod. *Massera seu Moseirah*) incolere dicuntur ἄγθρωποι ιεροὶ ἐχθρόπαγον (§ 33 p. 283), pro quo scripsi ἀνθρ. πονηροί, quum eo nomine piratas auctor notare soleat, et ferocissimos in hoc tractu piratas degere constet. Fortasse tamen a mutanda vulgata abstinentiam erat. Fieri enim potest, ut insulae hujus memoria quadam subdit fabulus, quas de Sacra sive Panchæa insula ex Euemero refert Diodorus, utque similia etiam Noster acceperit. Narrat Diodorus VI, 2, 4 Euemeron ἔκπλεύσαντα ἐκ τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας ποιήσασθαι τὸν πλόν δὲ ὥκεανον πλείους ἡμέρας, καὶ προσενεγκόντας νῆσοις πελαγίας, ὃν μίαν ὑπερέχειν τὴν ὄνομαζομένην Παγχάιαν, ἐν ᾧ τεθέασθαι τοὺς ἔνοικούντας Παγχάιους εὐσεβεῖς διαφέροντας καὶ τοὺς θεοὺς τιμῶντας μεγαλοπεπτετάτους θυσίας. Idem V, 41, 4 postquam de Arabia Felici egerat, pergit: Τάκτης δὲ κατὰ τὰς ἐσχατιας τὰς παρακεντίδος χώρας καταντικρὺν νῆσοις κείνται πλείους (*Moseira* et propinquæ minores), ὃν τρεῖς εἰσὶν ἀξιοὶ τῆς Ιστορικῆς ἀναγραφῆς, μία μὲν ἡ προσαγορευμένη ιερὰ, καθ' ἓν οὐκ ἔξεστι τοὺς τετελευτητάς θάπτειν, ἔτερα δὲ πλάσιον τάντης, εἰς ἣν κομίζουνται τὰ σώματα τῶν ἀποθανόντων ταφῆς ἀξιούντας (Hæc sieta ad similitudinem eorum quae de Delo et Rhenea scimus). Fert insula sacra thus, myrrham, alia aromata. Thuriis arbor δένδρον ἔστι τῷ μὲν μεγάθει μικρὸν, τῇ δὲ προσοψὶ τῇ ἀκάνθῃ τῇ λευκῇ παρεψερε... Οἱ δὲ λιθωνῶδες γιγνόμενος ἔξι αὐτοῦ ὀπίζεται ὡς ἀν δάκρυον. Cum quibus conseruque de eadem arbore in mediterraneis Arabiae nascente apud Nostrum § 29 leguntur: "Ἐστι δὲ τὸ δένδρον τὰ λιθωνωφόρά οὐ μεγάλα λίαν οὐδὲ ὑψηλά... ὡς τινα καὶ τῶν παρ' ἡμῖν ἐν Αἴγυπτῳ δένδρων διακρίνεται τὸ κόμμα. Sed propius ad rem nostram pertinet quod Diodorus c. 42, 1 ait: τὸ δὲ πλάσιον τῆς νῆσου φασὶν εἶναι σταδίων ὡς διακοσίων: tot enim Serapidis insula, idque satis recte, in perioplo tribuntur; longitudinem insulae Noster stadiorum 600 esse dicit, quum sit fore st. 450. — Incolunt Panchæa ins. Panchæa indigenæ, et adyense Oceanitæ, Scylætæ et Cretenses; mons Οὔρανος δίπολος et Τριψύλος "Οὐνυτος; urbs Panara, et alia tria oppida: Hyracia, Dalis, Oceanis. Noster vero tres vicos in Serapidis ins. esse narrat. *Massera* autem insulæ promontorium australis *Ras Bir-Rassas*, prom. boreale in mappa Arabicæ Bergausiana *Ras Alif*; cum quibus *Hyracia* et *Dalis* nomina componi possint. — Quod de incolis Panchæa et diversis gentibus mixtis Diodorus habet, non alienum est ab insula, quæ aptam nautis stationem præbebat. Similiter in Dioscoridis insula (*Socotra; beata insula*) et Arabes et Graecos et Indos habitasse e perioplo nostro discimus. Nec non Agatharchides § 103 p. 191 de beatis insulis Arabicæ australi adjacentibus: "Ἐν ταύταις ταῖς νῆσοις, inquit, ιδεν ἔστιν ὅρμοντας ἐμπορικὰς τὰν προσχώρων σχεδίας, πλείστας μὲν ἔκτινεν οὐ κατεστήσατο παρὰ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν δὲ ἀλέξανδρος ναυστάθμον, οὐκ δολίας δὲ ἀπὸ τῆς Ιερεσίδος καὶ Καρμανίας καὶ τῆς σύνεγγυς πάσσος. Denique videant indicarum linguarum periti an non Ἱερὰ νῆσος apud Diodorum sit interpretatio nominis indici *Ma-sera* sive *Mo-seira*. Quæ quidem suspicio inde mihi subnascit quod in regis indici nomine Σιρο πτολεμαῖος (apud Ptolemæum VII, 1, 82) voculam Σιρο indice *sanctum* significare monet Benfeyus (v. not. ad periop. § 50 p. 294).

PROLEGOMENA.

læi insulis narratio falsissima (*), Calon mons, Asabon montes e regione montis Semiramidis, Apologi emporium prope Pasinu Characem, Omana aliud Persidis emporium; tum Parsidaram regio ad aliud regnum (Parthorum puto) pertinens et sinus qui corrupte, ut videtur, τὸν Τεράθων(**) vocatur, in eoque promontorium (*Ras Arubah*) et Oraea emporium; post hæc Scythia Parthis tunc parens cum Sinho fluvio ejusque ad ostium emporio Barbarico. Indoscythiam excipit ἡ Ἰνδικὴ, in eaque primum quidem Ariace sub Mambane rege, deinde sub Ceprobothra Limyrike, tum regnum Pandonionis. Novit Noster, quod non novisse videtur Ptolemæus, oram a Barygazis meridiemque versus exporrigi et hinc Indis eam terram dici Dachinabadam (*Dekan hod.*). Litoris ratio singulaque emporia accurate describuntur usque ad Nelcyndam; hucusque progressus auctor sistens paullulum periegesin, de ventis etesiis monet, quibus inde ab Hippali temporibus in Scythiae et India hæc emporia navigari soleat. Ultiora omnia rarius mercatores frequentaverint (***) , neque Noster adiisse putandus est; nam quæ in sequentibus de oræ configuratione leguntur, a vero tam longe recessunt, ut αὐτοπτικὴ πίστις in his admitti nequeat. Quo accedit quod distantiarum mensuræ non amplius notantur, nec nisi perfunctorie regiones describuntur. Recte quidem auctor § 58 post Nelcyndam litus item versus meridiem exporrigi dicit, sed quum hæc oræ directio nonnisi usque ad Comori pr. (*cap Camorin*) pertineat, Noster multo longius eam producit usque ad Poducam

(*Pondichery*) et Sopatmam (*Madras*), et hinc demum navigationem πρὸς ἀνατολὰς ἡ πονεύειν (§ 61), et ibi demum objacere dicit Palæsimundu insulam, quam occasum versus usque fere ad Azaniam extendi opinatur. A Sopatma autem ortum versus navigari ait juxta Masaliam et Desarenen regiones, inde versus boream juxta gentes barbaras (quas ab oriente Gangis fl. Ptolemaeus collocat), tum iterum ortum versus ad Gangem fluvium et emporium , a quo sequitur Chryse, ἡ ἐσχάτη τῆς ἀνατολῆς ἡ πειρας, eique in alto objecta insula cognominis. Post hæc ora versus septentriones tendit usque ad Thinarum locum quandam, indeque occasum versus refluens oceanus cum Maeotide palude aquas miscere perlibetur.

Has igitur oras Noster describit et hanc quasi terrarum figuram periplo suo delineat. Quæ ipse vedit, nemo alius exponit accuratius, in ceteris inter multa egregia partim antiquorum geographerum opiniones repetit, partim errores habet proprios.

175. Jam videamus quomodo nauta et mercator negotio suo fungatur. Ut a nauticis exordiis diligenter auctor notat, quoniam mense ex Egypto in certa aliqua emporia εὐχείρως proficiscendum sit, ratione habita ventorum, qui in sinu Arabico et Oceano statis anni tempestatis regnant. Ubi de navigatione hippalo vento instituenda verba facit, loca indicat unde solvere nautæ soleant, et quinam sit itineris modus, prout quis aut Indoscythiam aut Barygaza et Limyricam petat (§ 57). Neque negligit signa τοπικὰ, quæ in alto navigantibus nuntient terram propinquam, ut

Deinde vero huc facit quod *Socotra* quoque insulæ nomen indicum est (*dvipa sukhatala* i. e. *insula fortunata*). Quemadmodum ex hoc nomine tum Agatharechidis νῆσοι εὐδίμονες, tum peripli Ptolemeique Διστοχυρίδος νῆσος derinant, sic fortasse ex *Mo-seirah* tum λεγάνης Diodori, tum Σεραπίδος vel Σεραπίδος νῆσος, aliorum deducendæ sunt. Ptolemaeus VI, 7 ita : Σεραπίδος νῆσος, ἐν τῷ λεπρῷ. Eadem notare videtur Ammianus Marcellinus XXIII, 6, 47 de Arabice insulis agens : *Insignior tamen aliis Turgana est, in qua Serapidis maximum esse dicitur templum*; in quibus *Turgana* est "Οργανα Ptolemaei, qui insulam hanc a Serapidis insula distinguunt, non procul tamen ab ea collocat. Quaritut an revera duæ insulæ distinguendæ sint, an duplex eidem nomen fuerit, an denique "Οργανα nomen ex insula sinus Persici perperam huc translatum sit, ut cum aliis statui in not. ad *Ariean.* p. 658, ubi adde apud Plinius VI, 32 § 153 pro vulgata : *Ogyris distat a continente CXX* (vel *CXXV*) *m. p. e codd. Voss. legendum esse CCXXV vel CCXX* (2000 stad.).

(*) *Calæu insulæ* Plinii VI, 32 § 150 nihil huc pertinere dixi in not. p. 284. Adde illud *Calæu*, quod editiones exhibent, a Harduino e periplo nostro in Plinium temere illatum esse. Codices præbent. *Alieu et Aliæu* V. Prolegg. in Agatharechid. p. LXVII.

(**) Fort. sufficit manu lenissima corrigere *Τεραθαιων*. Ut Marcellinus pro "Οργανα habet *Turgana*, ac Geographus Rav. eandem Gedrosias gentem et *Teritas* et *Oritas* dicere videtur : sic Noster *Τεραθαιων* dicere potuit pro "Αραθαιων adeo ut "Αραθαιων sint "Αραθαιων Ptolemaei. De formis "Αραθαιων, "Αρεται, "Ορεται, "Ορεται monui in not. ad *Arieanum* — *Oraea* emporium probabiliter est "Αρεται Ptolemaei ab Arabic fluvium, et quæ ab emporio septem diemum itinere distare dicitur metropolis, cuius nomen in codice peripli excidit, laud dubie est Ηάρεται, Γεδωραίς μητρόπολις, quæ in Ptolemaeo tribus gradibus et dimidio ab ostio Arabic fluvii distat. — Ptolemaeus enim quium ad Nostri geographica proxime accedere solet, ex hoc incerta Peripli multo tutius explicaveris quam ex scriptoribus rerum Alexandri Magni.

(***) Cf. Strabo p. 686 : Καὶ οἱ νῦν δὲ ἔξι Αἰγύπτου πλέοντες ἐμπορικοὶ τῷ Νεῖλῷ καὶ τῷ Αρεθίῳ κάτιπα μέχρι τῆς Ἰνδικῆς σπάνιοι μὲν περιπετεύκαστοι γέγονοι οὖν τοῦτο δὲ ιδιώτατοι καὶ οὐδὲν πρός ιστορίαν τῶν τόπων γρήσιμοι.

serpentes nigri prope sinum Irinum, virides in mari Barygazeno (§ 40); sin versus Indi ostia cursum tenueris, longe adhuc a terra semoto occurrit fluvii aqua alba (§ 38). Alia sunt indicia τοπικὰ impendentis tempestatis. Quodsi ad Aromatum promontorium aqua turbari coepit mutatque colorēm, tremens nauta ad Tabarum promontorii tutamen confugit (§ 12). Quibusdam in locis maris fluenta navigationem secundant, ut si quis Tabis Oponen petat (§ 13); in aliis summopere cavendum est; sic in Arabico sinu inter Nabataeorum et Sabaeorum regiones δ παράπλους ἐπισφαλῆς καὶ ἀλίμενος ἡ χώρα καὶ δύσορμος καὶ ἀκάθαρτος, ράχιαις καὶ σπιλοῖς ἀπρόσιτος καὶ κατὰ πάντα φοβερά (§ 20). Inter Arabiam vero et Diodori insulam ῥωδής, καταπνέουσαν ἀπὸ τῶν παραχειμένων ὄρῶν, δ διάπλους (§ 24). Alia pericula vitanda ad Irinum sinum (§ 40), alia in sinu Barygazeno, ubi cautum tæniæ, mare breve, litus humile ac summa repentina fluxus et refluxus vehementia adeo navigationem præpediunt, ut advenæ naves non nisi remulco tractæ indigenarum piscatorum opera Barygaza attingere possint (§ 40). Portus commodi ubi suppetunt, rationem eorum non exponit Noster, contra vero monet ubinam boni quidem portus non sint, attamen stationes præbeantur modo securæ, modo periculosiores. Sic Barbariae emporia insigniori portu carent, habent tamen ἀγχυροβολίαις καὶ σάλοις τοὺς δρόμους κατὰ καιροὺς ἐπιτηδείους (§ 7). Ad Malao emp. δ δρόμος ἐπίσταλος, σκεπόμενος ἀχρωτηρίῳ τῷ εἶ ἀνατολῆς ἀνατείνοντι (§ 8). Ad Mundu eurp. ἀσφαλέστερον δρμεῖ τὰ πλοῖα εἰς τὴν προσκειμένην ἔγγιστα τῆς γῆς νῆσον (§ 9). Mosyllum jacet ἐν αἰγιαλῷ δυσδρμῷ (§ 10). Prope Aromatum emporium δ δρόμος ἐπίσταλος [καὶ] κατὰ καιροὺς ἐπικύνθυνος διὰ τὸ προσεχῆ τὸν τόπον εἶναι τῷ βορέᾳ (§ 12). Juxta Apocopa Azaniae portus nullus, passim vero loca ἀγχυροβολίαις accommoda (§ 15). Muza emporium ἀλίμενον μὲν, εὔσταλον δὲ καὶ εὔορμον διὰ τὰ περὶ αὐτὴν ἀμμόγεια ἀγχυροβόλια (§ 24). Ptolemaidis τόπος ἀλίμενος καὶ σκάφαις μόνον τὴν ἐπιδρομὴν ἔχων (§ 3). Similiter Nelynda Limyricæ onustis navibus adiri nequit, sed ad Bacaren vicum subsistendum ibique onera expromenda sunt (§ 55). In Adulitico autem sinu quum olim ad Diodori insulam litora proximam appellerent, nunc ad Orinen insulam naves sint, quoniam prior statio barbarorum incursio-

nibus obnoxia sit. — Præterea *navigiorum genera* in aliis regionibus alia notare solet. Πλοιάρια διπτὰ καὶ μονόξυλα ad Rhapta promontorium (cui hinc nomen est) et Menuthiadem insulam usurpant (§ 15, 16); σχεδίαις ἐντοπίαις δερματίναις εἴς ἀσκῶν Arabes thus in Canen convehunt (§ 27); ἐντόπια διπτὰ πλοιάρια τὰ λεγόμενα μαδάρα Omanis in Arabiam expedientur (§ 36); μαχρή πλοῖα δὲ λέγεται τράππαγα καὶ κότυμεῖα in sinu Barygazeno naves peregrinas remulco trahunt (§ 44); alia sunt τοπικὰ πλοῖα, quibus e Paduca et Sopatma in Limyricen navigant (§ 60); alia ibidem εἴς μονοξύλων πλοίων μεγίστων ἀφαις εἴσεγμένων, λεγόμενα σάγγαρα, alia quae hinc in Chrysen trajiciunt, κολανδιοφωντα (*) τὰ μέγιστα. Alibi magnitudines navium distinguuntur. Sic Arabes Leuen comen adeunt πλοίοις οὐ μεγάλοις, dum grandibus navibus utuntur Indi qui ligna aliasque res magni voluninis in Arabiam deportant.

176. EMPORIA, in regum ditionibus sita, aut ἀποδειγμένα, νόμιμα, ἔνθεσμα sunt, aut τοπικά. Hæc commerciis inserviunt quæ inter portus ejusdem regionis intercedunt; illa recipiendis mercibus peregrinis aut exportandis indigenis lex vel usus destinabat. In Ägypti ora emporia ἀποδειγμένα dicuntur Myoshormus et Berenice (§ 1), in Auxumitarum regno ἐμπόριον νόμιμον Adulis (§ 4), apud Sabæos Arabes Muza (§ 21) (**), apud Persas ἡ Ἀπολόγου (§ 35); in regione thurifera Moscha est δρόμος ἀποδειγμένος τῷ Σαγαλίτου λιθάνῳ (§ 32). In Ariaca Indica legitimum emporium est Barygaza; quod etsi expressis verbis non monet Noster, tamen inde patet quod reliqua hujus regni emporia, Suppara, Calliena, Mandragora, Palæpatinæ, Melizigara, Byzantium, Togarum, Tyrannosboas, vocantur τοπικά, in quæ si vel forte fortuna naves græcanicæ appellant, imposita custodia Barygaza deducuntur. Ceterum ex his Callienam Saragana senioris temporibus ἐμπόριον ἔνθεσμον fuisse, sub Sandane autem imminutum esse traditur (§ 52). Similiter Eudæmon Arabia olim eximium fuit emporium, postea vero mutata navigationis ratione ad vici exilitatem redactum est, quem non ita multum ante Nostri ætatem Elisar destruxit (§ 26). In Limyrica Muziris, in Pandionis regno Neleynda ἐμπόρια ἀποδειγμένα Nostri temporibus fuerint; certe hæc urbes dicuntur αἱ νῦν πράσσουσαι (§ 53),

(*) At vix sana vox κολ., quæ in codice accentu caret. Fort. erat: κολάνδια ὄντα μεγ. vel πάντων τὰ μ., vel κόλαντα διατίσσοντα τῷ μεγέθει vel κόλαντα λέγονται ὄντα μέγιστα.

(**) Probabiliter etiam Cane erat ἐμπόριον νόμιμον, quamquam id in codice nostro disertis verbis non dicitur.

i. e. penes quas nunc res sunt, quod Plinii aetate de Muziri nondum valuisse e supra allatis colligimus. In Barbaria, ubi suos singula loca principes (tyrannos Noster vocat) habebant, νόμιμον aliquod emporium non memoratur. Neque in Azaniae emporia ejusmodi distinctio cadebat, quippe quae Arabibus subjecta nonnisi Arabicis Muzensium navibus frequentabantur. Qui in Gedrosiae ora unus memoratur locus, Oræa, dicitur ἐμπόριον μικρόν (§ 37), sicut Aualites (§ 7) et Ptolemais (§ 3). Leuce come in Nabataeorum dictione ἔχει ἐμπόριον τινὰ καὶ αὐτὴ τάξιν τοῖς ἀπὸ τῆς Ἀραβίας ἔξαρτος οὐδένοις, ibique praesidium regium erat et quarta mercium pars vectigalis loco percipiebatur (§ 19). Denique Ocelis οὐχ οὖτις ἐμπόριον ὡς ὅρμος καὶ πρώτη καταγωγὴ τοῖς ἔσω (in Indicas stationes) διαίρουσι (§ 25).

177. Propter ea quæ de emporiis modo diximus, tum ob vectigalia et portitoria atque dona regibus vel præfectis destinanda plurimum mercatoris intererat bene nosse quorumnam imperio quævis regio esset subjecta. Ad hæc attendens Noster memorat regnum Auxumitarum sub Zoscale, Nabataeorum sub Malicha, Sabæorum Homeritarumque sub Charibaeo, thuriferæ regionis sub Eleazo; regnum Persarum, aliud in Gedrosiae ora, Parthorum in Indoscythia, Mambanæ in Ariace, Ceprobotræ in Limyrica, inque proximo hinc tractu Pandionis. Præterea in Sabæorum terra distinguit Mapharitidem regionem ejusque præfectum (τύραννον) Cholæbum, qui Charibaelis nomine etiam Azaniam administrabat. Ad eundem Charibaelim etiam Dioscoridis insulam pertinere, in Barbaria vero singulis emporiis suos esse principes narrat. Interdum de indole regis alicujus vel incolarum certi cuiusdam emporii mōnet; sic Zoscales, Auxumitarum rex, avarus reique augendæ nimis intentus, ceterum probus vir nec literarum græcarum ignarus esse dicitur (§ 5); porro in Mundu emporio οἱ κατοικοῦντες ἐμποροὶ σχληρότεροι, in Aualite ἀταχτότεροι, in Malao εἰρηνικώτεροι (§ 7-9). His adde quæ de latronibus et piratis sinus Arabici et Indiae leguntur § 20. 53.

178. Ceterum præter maritima passim etiam mediterranea loca, quibus cum portibus commercia intercedebant, auctor noster commemorat. Pertinent huc urbes regia vel principum sedes, ut Petra Nabataeorum (§ 19), Saphar et Save apud Sabæos (§ 21), Sabbathia in Arabia thurifera (§ 27), Parsis Gedrosia (§ 37), Minnagara

Scythiae metropolis, in Ariaca India Minnagara alia et Ozene, quarum illa Nostri tempore regis sedes erat, hæc ante fuerat; præterea tanquam precipua Indiæ emporia memorantur Paethana et Tagara, unde Barygaza merces longis itineribus devehuntur (§ 51, p. 294), in Pandionis autem regno Argalu locus, ubi margaritides sindones conficiuntur (§ 59), et apud Auxumitas Cyeneum, Axum et Coloe, per quæ ebur Adulin comportatur (§ 4). Eodem consilio § 47 auctor dicit Βαρυγάζοις ἐπικεισθαι Aratrios, Gandaræos, Po-claide in eaque Alexandriam Bucephalum, et supra hos suis sub regibus Bactros. Quas regiones indoctus Noster non aliam ob causam memoret et Barygazis finitimas dicit quam quod merces inde in maritimum emporium confluere novit, sicut paullo post § 48, p. 293 dicit: Κατάγεται δι' αὐτῆς (Οὔζηνς) καὶ ἀπὸ τῶν ἄνω τόπων ἡ θάλασσα ιδεῖσθαι καταφερομένη νάρδος καὶ ἡ Κατταβουρίνη (leg. puto Κασπαπυρηνή, Caspapyri, Cachmir, regionis) καὶ ἡ Παρθοπατίγη (fuerit ἡ Παρθοπατίσηνη) καὶ ἡ Καβολίτη (Caboul regionis). Similiter malabathri commercium narrationi de Thinarum et Sesatarum populis mediterraneis ansam dedit.

178. Præcipuum vero operam in eo ponit mercator, ut species (γένη) sive merces, quæ in singula emporia maritima navibus importentur (προχωρεῖ, εἰσάγεται, εἰσφέρεται) indeque exportentur (ἔξαγεται, ἔξφέρεται), accurate recenseat. Quia in re non satis habet nomina earum apposuisse, sed saepius monet etiam de qualitate et minore vel majore mercis alicujus copia vel inferenda in certum aliquod emporium vel ex eo exportanda. Porro distinguit res mercaturæ causa (πρὸς ἐργασίαν) importandas ab iis quæ doni loco ad reges et præfectos mittendæ vel naucleris benevolentiae captandæ causa distribuendæ sint.

179. Quodsi in his Ægyptiam mercaturam præ ceteris ob oculos habet, haud pauca tamen etiam de commerciis assert quæ peregrina emporia inter se exerceant, sive quod de instituto (προγονούμενος, συντήθος) ab alteris ad altera naves expediuntur, sive quod præternavigantes negotiatores data occasione merces commutent. Sic Barygazeni in Omana emp. naves lignis onustas mittunt συνήθεως (§ 36), et in Ægyptum navigantes e Moscha portu (§ 32) et Barbariæ emporiis (§ 14) obvias res in prætervectione assumunt. Similiter Muzenses συγγραῦνται τῇ τοῦ πέραν ἐργασίᾳ καὶ Βαρυγάζοι

ιδίοις ἔχαρτοις (§ 21), atque Cane ἔχει καὶ αὐτὴ σύγχρονης τῶν τοῦ πέραν ἐμπορίων, Βαρυγάζων καὶ Σκυθίας καὶ Ὄμάνων καὶ τῆς παρακειμένης Περσίδος (§ 27), et si quae alia ejusmodi leguntur.

180. Hæc sunt argumenti capita, in quibus ratio et indeoles et pretium libelli eximii, quem unum ex hoc genere superstitem habemus, reposita sunt. Reliqua non adeo multa quasi πάρεργα intersperguntur. Quorum nonnulla et ipsa mercatores virumque non ultra sapientem redolent. Ejusmodi est quod Barygazis narrat (§ 47) veteres drachmas in commercio occurrere signatas effigie Menandri vel Apollodoti; hos vero fuisse inter Alexandri successores, qui ad Gangem usque penetrasset, relictis a dextra Limyricæ et India australi. In Gangetica vero regione auri metalla esse ac monetam auream, cui Caltis nomen, reperiri monet. Alia ad geographicas descriptiones pertinentia habes § 15 de Menuthia-de, § 33 de Serapidis insula, § 30 de Diōscuridis ins., § 61 de Taprobane, § 29 et 32 de regione thurifera, thurisque collectione et custodia, § 50 de bestiis Dachinabadæ, § 63 de Gangis incrementis; quibus addit § 59 de Comari deæ cultu notitia, et historica quædam de Ptolemaide Therón (§ 3) nec non de Parthicis in Scythia regulis (§ 38).

181. Dictio auctoris, utpote hominis βανάυσου, paullo rudior et in cultæ simplicitatis, angusto aliquot formularum giro sese continet. Quod ipsum, ut nunc res habet, non ingratum nobis venit, quum ad redintegranda verba in permultis locis corruptissima idoneum præbeat auxilium. Notanda sunt in mercium catalogo nonnulla vocabula Romana, ut λέντια (§ 6), σκοτουλάτος (§ 24),

δηνάριον (§ 6, 8), quæ ante Nostrum a græco aliquo scriptore usurpata esse vix probaveris.

182. Appendix loco subjicio MERCIMUM, QUAE IN PERIPLO MEMORANTUR, INDICULUM.

I. ANIMALIA : Ή αρθέντα εὐεῖδεῖς πρὸς παλλακίαν regi destinandæ importantur Barygaza (§ 49). — Δούλικα κρέστονα, & εἰς Αἴγυπτον προχωρεῖ μᾶλλον, in Oponere periuntur (§ 14). — Σώματα θηλυκὰ ex Arabia et India in Dioscoridis insulam transportantur (§ 31). — Σώματα, servi, Omanis et ex Apologi emporio imp. Barygaza (§ 36); item ex Mundi et Malao, rarius tamen (§ 8, 9). — Ἡπτοι regi Canen, tyranno Muzam importantur (§ 23, 24). — Ἡ μένοντι νωτηγῷ tyranno Muzam imp. (§ 34).

II. RES, QUAS ANIMALIA SUPPEDITANT : Βούτυρον (?) in Ariace (§ 41); Barygazis imp. in τὰ πέραν ἐμπόρια Barbariæ Libycæ (§ 14 (*)). — Δέρματα Σηρικὰ (**) exp. ex Barbarico ad Sintum fl. emporio (§ 39). — Ἐλέφας exp. Aduli (§ 6); ὀλύγος Aualite (§ 8); ὀλύγος, ὄμοιος τῷ Ἀδουλιτικῷ, Ptolemaide (§ 3); σπανίως, Mossylo (§ 10); πλεῖστος, ἡστων δὲ τοῦ Ἀδουλιτικοῦ, ex Azaniæ emporiis (§ 16, 17); præterea exp. Barygazis (§ 49), Muziri et Nelycynda (§ 56). Cf. Βωσαρή Ἐλέφας in Desarene regione, § 62. — Ἐριον Σηρικὸν ε Thinarum regione per Bactriam Barygaza, et per Gangem fl. in Limyricen imp. (§ 64). — Κέρατα (?) Barygaza in Omana et Apologi emporia imp. (§ 36, ubi v. not.). — Κοράλλια imp. Canen (§ 28), in Barbaricum Indi emporium (§ 39), Barygaza (§ 49), Nauram, Tyndin, Mužirin, Nelycyndam (§ 56). — Λάκκος χρωμάτινος Adulin exportatur (§ 6) ἀπὸ τῶν ἔσω τόπων τῆς Ἀραβίκης (ex locis quæ intus sunt ab Arabia sive ab Arabia orientem versus, i. e. ex India?

(*) Βούτυρον significare oleum censem Lassen. *Ind. Alterth.* I, p. 213, addens: « Die Butter muss so heißen Laendern wie Indien fremd sein ». Attamen de butyro (*Ghee* indice) in *Dekan* regione e lacte parato dicit Ritterus VI, p. 498-V, p. 895. Contra vero τὸ θλιτόν, quod ex India in Moscham Arabiæ Noster deportari ait (§ 32), de butyro sive *Ghee* intelligendum esse suspicatur Ritterus XII, p. 335, præter necessitatē Intellige oleum sesaminum, quod ex India etiam alio exportari scimus. — Ceterum quum butyrum nonnisi in altioribus minusque calidis *Dekan* regionibus parari videamus, idque consentaneum sit, mireris hanc mercem caloris impatiens in torridam Barbariæ zonam navibus transferri. Quare nescio si § 42 (πολυτύρος, δὲ ἡ γύρα στοὺς καὶ ὄρυζης καὶ θλαιον στοσμίνους καὶ βούτυρον καὶ καρπάσου) et § 14 (σῖτος καὶ ὄρυζα καὶ βούτυρον καὶ θλαιον στοσμίνου) pro βούτυρον legendum sit βόσμορον sive βόσπορον, quod cum ceteris cerealibus aptius componeretur, ut apud Strabon. p. 190: λίνον στείρεται (in India) καὶ κέγχρον, πρὸς τούτον στοσμόν, ὄρυζα, βόσμορον (cf. p. 692), et Diodor. II, 36: τὴν ὄρυζαν καὶ τὸ βόσπορον, ἔτι δὲ στοσμόν καὶ κέγχρον. Aliibi nomen non occurrit; eadem fortasse plantam describit Theophr. H. Pl. IV, 4, 9. Quenam sit, inter herbarios non constat. Vide Ernest. Meier. *Botanische Erläuterungen zu Strabons Geographie* (Königsberg, 1852) p. 64.

(**) Vocem δέρματα in not. ad. § 39 cum Vincento fortasse corruptam esse dixi. Perperam, Plinius 34, 41: Seres hoc (ferrum) cum vestibus suis pellibusque mittunt. Conferendum etiam est locus, quem ex *Mahdbhārata* II, c. 50, dist. 1847 affert Lassen I. I, p. 321 ubi dona quæ *Iudhishthiræ* afferunt gentes *Cala*, *Tukhāra* et *Kanka* recententur: lana (cf. ἔριον Σηρικὸν in peripl. § 64), *pelles*, *texta serica* (*kitaga*, i. e. quod a verme, ἀπὸ στρόβης, κιδεῖ, provenit, μέτριζα), *texta* et *patta* strata sive tapetes (« von patta gemachtes, i. e. aus der Pattaflanze, deckenähnliche Matten ») Lassen. Cf. τέρπονες ὀμαριπελλίνοις παραπλήσιοι, quibus ὑποστρωμάτιον loco Sesatae utuntur in Peripl. § 64), mollia ovium vellera etc. Quæ quidem omnia ad Sericam regionem (quam sic de στρόβη proventu apud peregrinos dici usus obtinuit) spectare vix dubium est.

Potius legendum est τῆς Ἀριανῆς, quod etiam § 41 in Ἀρχεικῆς abiit). Laccus purpura est, quam indice dicunt λάξιδ, vulgari lingua *lakkha* vel etiam *rāxid* (a *rang*, i. e. tingere), monente Lassenio l. l. p. 316, qui de insecto purpuram istam præbente laudat Guilielmum Roxburgh *On the Lac insect in Asiat. Res.* vol. III, p. 364 sqq. — Μαργαρίτης, ἵκανὸς καὶ διάφορος, exp. Muziri et Nelynda (§ 56). Cf. πινικόν. — Νῆμα Σηρικὸν ε Thinarum terra importatur Barygaza et in Limyrices emporia (§ 64); exp. Barygazis (§ 49) nec non ex Barbarico Indi emporio (§ 39). — Πινικὸν κόγχου κολυμβήσις πλεῖσται κατὰ τὸ στόμα τῆς Περσικῆς θαλάσσης (§ 35). Πινικὸν, πολὺ μὲν, χεῖρον δὲ τοῦ Ἰνδικοῦ exp. ex Apologi et Omanis emporiis (§ 36). Πινικὸν κολύμβησις ad Colchos in Pandionis regno prope Epiodori insulam; collectum transportatur in Argalu locum mediterraneum, ubi μαργαρίτιδες (?) σινδόνες conficiuntur (§ 59). Margaritas habet etiam Taprobane (§ 61). Importantur in Gangem emporium (§ 63). — Πορφύρα, διάφορος καὶ χυδαία, ex Aegypto imp. Muzam (§ 24) et Canen (§ 28) et ex Omanis et Apologi empp. Barygaza (§ 36). — Πινόκερως exportatur ex Aduli (§ 6) et Azaniæ emporiis (§ 7). — Χελώνη exp. Aduli (§ 6), Aualite (7); ἀληθινὴ καὶ χερσαία δλίγη, καὶ λευκὴ μικροτέρα τοῖς δστράχοις, Ptolemaide (§ 3); χελωνάρια δλίγα, Mossylo (§ 10); χελώνη πλείστη καὶ διαφορωτέρα τῆς ἀληγῆς, Opone (§ 13); δρεινὴ Menuthiade ins. (§ 15); πλείστη et διάφορος μετὰ τὴν Ἰνδικὴν, ex Azaniæ emporiis (§ 16. 17); ἀληθινὴ καὶ χερσαία καὶ λευκὴ, πλείστη δὲ καὶ διάφορος τοῖς δστράχοις μείζοις ἢ δρεινή, ex Dioscuriadis ins. (§ 30. 31); ἵκανὴ in Serapidis insula (§ 33). Η γελώνη τῆς Χρυσῆς νήσου πάντων τῶν κατὰ τὴν Ἐρυθρὰν τόπων ἀρίστη, § 63. Η τε Χρυσονησιωτικὴ καὶ ἡ περὶ τὰς νήσους τὰς προκειμένας αὐτῆς τῆς Λιμυρικῆς exportatur Muziri et Nelynda (§ 56). Denique Taprobane testudinem habet (§ 61).

III. PLANTÆ ET QUAE EX PLANTIS PROVENIUNT. Αλόη exportatur e Cane (§ 28). — Αρώματα (εὐωδία, θυμάματα) ex Aualite (§ 7), Mossylo (§ 10). Inter Tabarum species (§ 12) recensentur: ἀσύρη καὶ ἄρωμα, καὶ μάγλα, et similiter in Opones mercibus: κασσία καὶ ἄρωμα καὶ μότω; in quibus forsitan certum quoddam aromatum genus καὶ ἔσοχὴν vocatur ἄρωμα (an *cinnamomum?*); fortasse etiam pro ἄρωμα leg. ἀργέω, ut in not.

suspicatus sum. — Ασύρη, cassiae genus, e Tabis (§ 12). — Βδέλλα (hanc formam pro vulgaris βδέλλιον assert etiam Hesychius) nascitur in ora maritima Gedrosiae (§ 37); exportatur e Barbarico ad Sinthum fl. emporio (§ 39); e mediterraneis fertur Barygaza (§ 48), unde auferunt peregrini mercatores (§ 49). Cf. Dioscorid. I, 80; Plin. XII, 9; Galen. therapeut. ad Glauc. II, p. 106, ubi Σκυθικὸν βδέλλιον ad Indo-Seythiam peripli pertinet. Apud Dioscod. pro Σαραγηνοῦ βδέλλιον Lassenius l. l. p. 291 probabiliter Χαρακηνικὸν reponendum esse conjicit, quum Charax emporium Gedrosiae propinquum sit, neque de Arabico bdellio certius constet. Bdellium indicum est gummi *Amyridis Agallochi*. De Gedrosiae bdellio res incertior. Vide quae congesit Lassen l. l. p. 490. Neque de nominis βδέλλιον etymoliquet; indicum esse Lassenius suspicatur. — Γίζειρ, cassiae genus, e Tabis (§ 12). — Δόξαι Barygazis vehuntur in Omana et Apologi emporia (§ 36). — Δούακα (probabiliter ea cassiae species quae apud Dioscoridem I, 12 δάκαρ s. δακάρ s. δάρκα vocatur) exportatur e Malao et Mundu empp. Barygaza (§ 8. 9). — Εέντια φάλαγγες Barygazis exp. in Omana et Apologi empp. (§ 36). — Βέσμορον s. βόσπορον? V. not. pag. CV — Ελαῖον, οὐ πολύ, ex Aegypto exp. Adulim (§ 6); ἔλαιον σησάμιον, in Ariace proveniens (§ 40), Barygazis exp. in Barbariae empp. (§ 14) inque Moseham Arabiae (§ 32). — Ἰνδικὸν μέλαν (*Indigo*) exp. e Barbarico Seythiae (§ 39). Vid. Salmas. in Exerc. Plin. p. 181 veterum testimonia compnens, ridensque quae Plinius 35, 25 de atramento Indico tradit. — Κάγκαρον exp. e Malao et Mundu (§ 8 not. 9). — Καλάμιον μέλι. Vid. μέλι. — Κάρπασος (sanser. *Karpasii*; hebr. *Karpas*; *Gossypium arboreum*) in Ariace provenit (§ 41). — Κασσία seu κασσία (hebr. *Kiddah* et *Keziah*) exp. e Tabis (§ 12); σκληροτέρα e Malao et Mundu (§ 8. 9); κασσίας γρῆμα πλείστον e Mosylo et Opone (§ 10. 13). Peripli auctor certani quandam cassiae speciem κατ' ἔσοχὴν cassiam dicere videtur, siquidem quae cum cassia ab eo componuntur γίζειρ, ἀσύρη, μότω, δουάκα, aliis sunt genera cassiae. Quodsi Strabo aliquie in Barbariae regione et cassiam et cinnamonum nasci dicunt, cinnamoni nomine item cassiae genus signari videtur (*). Ipsum hoc cinnamono-

(*) Quum genuinum cinnamonum (*cinn. Zeilanicum*) quod nos novimus, nonni in Taprobane proveniat, pluri-mi credunt in Libya nusquam id nasci, sed quod ex Indiæ emporiis in Barbariam et hinc ad alios devehebatur, in

mum a Nostro cassiam dici censem Cooley Anglus. Quamquam quænam lauri species in hac regione proveniant, et cassiam præbeant, nondum constat. Ceterum laurus cassia fuerit arbor τῶν δαφνῶν, quos in ora Barbariæ Periplus memorat. Κιννάς εἰσι, τὸ λεγόμενον Ἰνδικὸν, ἀπὸ τῶν δένδρων ὃς δάκρυ συναγόμενον, in Dioscoridis insula (§ 30 ubi v. not.). — Κόστος (sanscr. *Kushtha*) exportatur e Barbarico ad Indum emporio (§ 39), et Barygazis, quo fertur ἀπὸ τῶν ἄω τόπων per Poclaidem etc. V. Plinius XII, 25: *Radix costi gustu fervens, odore eximio, frutice alias inutili. Primo statim introitu amnis Indi in Patala insula duo sunt ejus genera; nigrum, et quod melius, candicans.* Lassen l. l. p. 287 duo nunc costi in India genera reperiri ait, alterum in Multan regione, alterum in Kaboul et Kachmir; in Kachmir regione nuper radicem plantæ denuo detectam esse (v. Royle ad Vigne travels II, p. 459). — Κρόκος ex Ægypto fertur Muzam (§ 24) et Canen (§ 28). — Κύπερος, *juncus odoratus*, ex Ægypto in Muzam (§ 24). — Λέντια, linnea, exp. Adulin ex Ægypto (§ 6). — Λίθανος (hebr. *lebonah*, arab. *touban*), δι περιτικὸς sive Libycus ἐν τοῖς πέραν τοῦ Ἀραβικοῦ κόλπου proveniens, exportatur e Barbariæ emporii, Tabis (§ 12), Mossylo (§ 10), διλγος e Malao et Mundu (§ 8. 9); ἐν

Ἀκάνναις μονογενῶς πλειστος καὶ διάφορος γίνεται (§ 11). — Arabici thuris ἔκδοσεῖον in Eleazi regno est Cane emporium (§ 28); ad Sachaliten sinum λιθάνου ἀποθήκη prope Syagrum prom. (§ 30). Præterea Moscha dicitur λιθάνου τοῦ Σαχαλίου ὅρμος ἀποδεδειγμένος, unde in Canen et Indianam (§ 32) et Indoseythiam (§ 39) transvehatur. In Barbariæ ora nuper thuris arborem denuo detexit Kempthornius (*Description of the Frankincense tree as found in Guardafui apud Harris The Highlands of Abyssinia, London, 1844, Vol. I, App. III, p. 427*), ex quo Ritterus XII, p. 360 refert arborem perfrequentem esse in jugo montano, quod mille pedes altum *Cassim* portui immineat; in nudis crescere saxis; aroma a pastoribus collectum vendi Banianis et Arabibus. Ceterum accuratius arborem Ritterus quidem non descripsit. Præterea ex Meiero l. l. p. 137 disco Richardum (*Tentamen Floræ Abyssinicae I, p. 148*) in Abyssiniae montibus et quater mille pedum altitudine reperisse *Boswellianam papyrifera*, ab indigenis *Makkar* seu *Makar* dictam (μάκαρ Peripli?), ex qua effluat liquor resinæ similem, pellucidam, flavam (zitronengelb), et, si cremenetur, albo vaseo emittens suavissimum odorem thuris Indici; denique Russeggerum (*Reisen vol. II, t. II, p. 330*) referre a meridie *Kordofan* regionis inde

ipsa Libya natum esse a veteribus putari, præsertim quum similiter de aliarum plantarum patria sæpenumero erratum sit. Alia sententia est *iri docti*, *Desborough Cooley* in dissertatione *On the Regio Cinnamomifera on the Ancients in Journal of the royal geogr. soc. of London 1849. vol. XIX, p. 106-191*). Cujus disputationis summam paucis comprehendit Ernst Meyer (in *Botanische Erläuterungen zu Strabons Geographie, etc. Königsberg, 1852 p. 142*): « Er beweist, inquit, dass der *Zeilanische Zimmet* vor dem sechsten Jahrhundert unserer Zeitrechnung gar nicht in den Handel gekommen, und dass ihm die Zingalesen selbst noch im dreizehnten Jahrhundert wenig Aufmerksamkeit schenkten. Weit früher, zeigt er, sei ein *Chinesischer Zimmet* überland durch Persien zu den Phöniziern gelangt. Daher der Name *Cinnamomum*, *chinesisches Amomum*, und der Persische Name *Darchini*, *chinesisches Holz*. Später hätten aber die Sabaeer eine ähnliche Waare aus dem *ästlichen Afrika* unter demselben Namen zu Markt gebracht, und allmälig die ursprüngliche chinesische völlig verdrängt. Theophrastos, Dioscorides und Andere unterschieden zwar *Zimmet* und *Kassia*, doch keineswegs durch wissenschaftlich festgestellte Merkmale, woraus sich auf eine spezifische Verschiedenheit ihrer Mutterpflanzen schlussen lasse. Die Zimmetrinde sei nur mit, die Kassiarinde ohne das Holz zu Markt gekommen. Das habe sich indessen schon zu Galenos Zeiten geändert; damals wäre beides, Zimmet und Kassia, in beiderlei Formen, als blasse Rinde und als Rinde mit dem Holze auf den Markt gekommen, die beste Kassia dem geringsten Zimmet so ähnlich dass Galenos (vol. XIV, p. 56. 63. 70. 73 ed. Kühn) sie nicht mehr habe unterscheiden können; ja derselbe erzähle sogar, wie aus dem Kassiabaum zuweilen Zimmet werde, so dass das Ganzে zwar einen Kassiabaum darstelle, einzelne Seitenzweige desselben aber Zimmet wären. Später verschwinde der Name Zimmet unter den Handelsartikeln des rothen Meeres ganz. Schon der Verfasser des Periplus dieses Meeres, der nach Letroneo nicht vor Septimius Severus und seinen Sohn Caracalla, also in den Anfang des dritten Jahrhunderts unsrer Zeitrechnung zu setzen sei [perperum, utique], *scheine*, was man *vorden* Zimmet nannte, mit dem Namen *Kassia* zu bezeichnen, indem er die früher bekannten Kassiasorten, so weit sie noch im Gebrauch waren, mit ihren Eigennamen *Gizi*, *Moto*, *Duaka* und *Asyphe* nennt, und die Kassia als einen besondern Artikel an ihre Spitze stellt. Bei Philostorgius komme zwar der Zimmet noch einmal vor; Cosmas Indopleustes *scheine* aber wieder wie der Verfasser des Periplus *unter Kassia auch den Zimmet zu begreifen*. Sehr natürlich; denn Kassia sei das acht semitische Keziah, der Name des arabisch-afrikanischen Produkts, auf welches man den Namen des ursprünglich chinesischen Produkts im Handel nur übertragen hatte. Erst nach der Gründung Bassorahs durch die Sassaniden habe sich der Handel aus dem rothen Meer in den Persischen Meerbusen gezogen; nun erst habe man Zimmet aus Malabar und später noch die bessere Art aus Zeilon kennen gelernt, welche den arabisch-afrikanischen gänzlich verdrängte. Nach dem einstimmigen Zeugniß aller Schriftsteller müsse man aber den letztern als ein Erzeugniß des Landes der Somauli betrachten. Nur die irrite Voraussezung dass im Handel derselbe Name zu verschiedenen Zeiten immer dasselbe Object bezeichne, habe bisher die Anerkennung dieser Thatssache verhindert. »

a duodecimo latitudinis gradu silvas esse *Amyridis papyriferae*, quæ dicatur *Luban*; indeque confirmari quod unus tradit Herodotus II, 8. — *Arabici thuris arboreum recentiores viatores oculis nondum usurpasse videri dixi in annot. ad § 29; at vidit eam in *Subahn* montibus *Hadhraumaut* regionis Purser Smyth (*Journal of the geogr. soc. of London* XV, p. 119), quamquam accuratior ejus descriptio adhuc desideratur. Ceterum duo thuris genera nunc in *Makalla* portu *Wellstedius* vendi narrat, alterum *louban*, alterum *louban mati*; hoc est *thus eximium*, quod quum suffitum minus suavem præbeat, tamen sic vocari ab *Arabibus* potuisse Meierus l. l. p. 135 censem, quoniam ad manducandum præferatur, et manducando potius quam suffiendo apud Arabes thus inseriat. — *Thus Indicum* (e *Boswellia serrata* et *Boswellia glabra* in *Bandelkand* regione inter *Cona* et *Négpur* proveniens), cuius jam Strabo p. 782 et Dioscorides I, 81 meinierunt, a Nostri commerciis alienum fuisse videtur. De thure *Carmaniae*, quod e Juba Plinius XII, 31 memorat, et nonnullos omnium optimum dicere Strabo l. l. refert, inter recentiores parum liquet (V. Meier l. l. p. 132). — *Λύκιον* exportatur e Barbarico *Scythiae* (§ 39) et Barygazis (§ 49). Plinius XXIV, 77: *Lycium præstantius e spina fieri tradunt, quam et pyxacanthum Chironiam vocant, quales in Indicis arboribus diximus, quoniam longe præstantissimum existimatur Indicum*. Cf. Dioscor. I. 133; Galen. vol. XIII, p. 204; Celsus V, 26, 30. VI, 7. — *Μάγλα*, aliunde non notum, fortasse *cassiae* genus, exportatur Tabis (§ 12). — *Μάχετρ* exp. e Malao et Mundu (§ 8. 9). Plinio et Dioscoridi, aliis, est cortex *Indicus*; fortasse *cassiae* species. De aromatisera *Abyssiniae* arbore *makar*, cuius supra mentionem fecimus, cogitari vix potest. — *Μαλάθαρον* (sanscr. *tamālapatra*, i. e. lauri *cassiae* folium; nunc vocari solet *tegpat*, quod ortum ex *tvak* (laurus *cassia*) et *patra* (folium), docente Lassenio l. l. p. 284) quomodo a Sesatis *Thinæ* accipiant protulit narratione fabulosa; hinc in *Indiam* depor-*

tatur (§ 65); per *Gangem fl. in Gangem emporium* devehitur (§ 63); ex tñw ἔσω τόπων φερόμενον exportatur *Muziri* et *Nelcynda* (§ 56). Ptolemaeus VII, 2, § 16 optimum malabathrum esse dicit in *Cirrhadia*, circa hod. *Rangpur* (*). Plinius XII, 59: *Dat et malabathrum Syria, arborum folio convoluto, arido colore, ex quo exprimitur oleum ad unguenta; fertiliore ejusdem Ægypto. Laudatius tamen ex India venit... Sapor ejus nardo similis esse debet sub lingua, odor vero in vino suffervescit antecedit alios.* — Μέλι τὸ καλάμινον τὸ λεγόμενον σάκχαρι (sansc. *çarkara*, pracr. *sakkara*, arab. *sukkar*, pers. *chakar*) Barygazis exp. in Barbaricæ emporia. Cf. Plinius XII, 17: *Saccharum... mel in arundinibus collectum gummiū modo candidum, dentibus fragile, amplissimum nucis avellanae magnitudine, ad medicinæ tantum usum.* — Μελίλωτον ex Ægypto importatur Barygaza (§ 49). — Μοχρότον, θυμίαμα, aliunde non notum (an de *makar* arbore collectum?), exportatur e *Mundu* emp. (§ 9); ξστον τοῦ Μουντίτικου e *Mossylo* (§ 10). — Μότω, cassiae genus, exp. Tabis et Opone (§ 13). — Μύρον, οὐ βαρύτιμον οὐδὲ πολὺ, sed ἔσχον, regis in usum, ex Æg. imp. Barygaza (§ 49). — Νάρδος (sanscr. *naladá*, odorifera; pers. *narada*, *narda*, *nard*; hebr. *nerd*) ἡ Γαγγητικὴ per fluvium in *Gangem* emp. defertur (§ 63), indeque *Muzirim* et *Nelcyndam* (§ 56). Porro in Barygaza emporium κατάγεται δι' Οζήνης ἀπὸ τῶν ἄνω τόπων ἡ διὰ Πωκλαΐδος καταφερομένη νάρδος ἡ Κασταπυρηὴ καὶ ἡ Παροπανισηνὴ (**) καὶ ἡ Καβολίτη καὶ ἡ διὰ τῆς παραχειμένης Σκυθίας (§ 48). Barygazis nec non a Barbarico *Scythiae* nardum exportant Ægyptii (§ 49. 39). Ceterum de nardo, e *Valerianæ* proveniente et de forma plantæ etiam στάχυς νάρδου seu ναρδόσταχυς dicta, v. W. Jones *On the Spikenard of the Ancients in Asiatic Researches* tom. II, p. 416 sqq.; Roxburgh Additional remarks on the Spikenard of the ancients ib. tom. IV, p. 97 sqq., et *Botanical observations on the Spikenard* ib. p. 433. — Ναύπλιος (?) διάγος exportatur ex *Azaniæ* emporiis (§ 17). « Obscuræ est significatio[nis] et suspectæ scripturæ. » L. DINDORF in St.

(*) « Nach Royle p. 320 wird das *Tegpat* in Rangpur und *laja* aus *Cinnamomum albiflorum* gezogen. » Lassen. l. l. p. 281. n.

(**) Sie § 177 correxi *vulgatum* Παροπανισηνή. Confer quæ de *Dioscoridis loco monet* Lassenius l. l. p. 288: « *Dioscorides I, 6* sagt es gebe eine Indische und eine Syrische Art (der Narde); diese finde sich aber nicht in Syrien, sondern heiße so weil sie auf einem Berge wachse, der theils gegen Syrien, theils gegen Indien gewendet sei. Ein grossartiger Berg! Diese geographische Unwissenheit lässt sich nicht forschaffen, auch wenn wir Assyrien für gemeint halten; es muss aber etwa der *Paropanisus* gemeint sein. »

Thes. v. ναύπλιος. Quod apud Plinium IX, 49 legitur: in Propontide concham esse acatii modo carinatum, inflexa puppe, prora rostrata: in hac condi nauplum, animal sepiæ simile, id ad nos nihil facere videtur. Nescio an pro ναΥΠλιος fuerit ναΡΓΙλιος. Nimirum inter merces hodiernas Zanguebar regionis Guillain in *Annales maritimes* 1843 p. 818 recenset huile de coco. Apud Arabes vero Indica cocos nucifera vocatur *nargil* (sanscr. *nārikēla*). V. Ritter V, p. 836, Lassen. p. 267); *nargillus nux Indica* ap. Joannem de Marignola (an. 1340), monente Rittero; denique apud Cosmam Indopl. p. 336 quattuor locis nuces dicuntur ἀργέλλια, ubi num ναργέλλια (sicuti p. 337 ναρδόσταχνς pro ἀνδρόσταχνς) scribendum sit, an parum accurate nomen Cosmas noverit, in medio relinquo. Fieri igitur facile potuit, ut apud Nostrum cocos Azanica nucifera nomine indico appelletur ναργίλι vel ναργίλιος, adeo ut scribendum foret aut ναργίλιος διλίγος aut ναργίλιος διλίγον. — Οθόνιον τὸ Σηρικὸν e Thinis Barygaza et in Limyricen fertur (§ 64); Ἰνδικὸν χυδαιὸν ίχανὸν in Ariace (§ 41) ex Ozene deportatur Barygaza (§ 48); multum etiam e Tagaris (§ 51). Ex India Limyrica Serica othonia in Ægyptum feruntur (§ 56). Οθόνιον παντοῖον καὶ Σηρικὸν καὶ μολόχιον Barygazis in Ægyptum (49); δόνιον Ἰνδικὸν τὸ πλατύτερον, ἢ τε λεγομένη (*) μοναχὴ (sc. δόσιν) καὶ ἡ συγματογήνη (?), indidem in Barbariæ emporia (§ 14), nec nou in Arabia, si quidem ex Arabia transportatur Adulin. (§ 6). Denique δόνιον Ἰνδικὴ fertur in Dioscoridis insulam. — Οἴνος, Λαοδικῆνος καὶ Ἰταλικὸς, οὐ πολὺς ex Ægypto fertur Adulin (§ 6), Aualiten (§ 7), Malao (§ 8), Muzam (§ 24), Canen (§ 28), in Barbaricum Scythiae (§ 39); Ἰταλικὸς, Λαοδικῆνος καὶ Ἀραβίκος Barygaza (§ 49); οὐ πολὺς Muzirim et Nelcyndam (§ 56). Vitem fert regio ab Oræa emporio mediterranea (§ 37) et Muzensis (§ 24), unde Arabes vinum portant in Azaniæ emporia, οὐ πρὸς ἐργασίαν, ἀλλὰ δαπάνης χάριν εἰς φιλανθρωπίαν τῶν βαρθόρων (§ 17). Barygaza mittitur etiam ex Omanis et Apologi emporio (§ 36). — Ομφακος Διοσπολιτικῆς χυλός ex Ægypto in Aualiten (§ 7). — Ορυζα (sanscr. *vrīhi*) in Oræa regione et Ariace (§ 37. 41); fertur Barygazis in Barbariæ emporia (§ 14) et

Dioscoridis insulam (§ 31). — Πέπερι (sanscr. *pippali*) πολὺ Κοττοναρικὸν export. Muziri et Nelcynda (§ 56); πέπερι μαρχὸν Barygazis (§ 49). — Πυρὸς διλίγος ex Ægypto Canen mittitur (§ 28); modicam ejus copiam fert Muzensis regio (§ 24). — Σάκχαρι. Vid. μέλι. — Σανδαράξη ex Æg. Barygaza (§ 49), Muzirim, Nelcyndam (§ 56) vehitur. — Σαντάλινα et σασάμινα (?) ξύλα Barygazis in Omana et Apologi empp. (§ 36). — Σησάμινον ἔλαιον. Vid. Ἐλαιον. — Σινδόνες διαφορώταται αἱ Γαγγητικαὶ (§ 63); aliæ in Taprobane (§ 61); μαρχαρίτιδες (?) in Argalu loco (§ 59); παντοῖαι καὶ μολόχιοι ex Ozene mittuntur Barygaza (§ 48); (hinc in Arabia,) ex Arabia Adulin (§ 6). — Σιτος ex Ægypto importatur Adulin (§ 7), Malao (§ 8); οὐ πολὺς Muzam (§ 24) et Canen (§ 28); δοσις ἀρκέσει τοῖς περὶ τὸ ναυκλήριον, διὰ τὸ μῆτ τοὺς ἐμπόρους αὐτῷ χρῆσθαι, Muzirim et Nelcyndam (§ 56). E Limyrike et Ariace frumentum importatur in Barbariæ emporia (§ 14), Moscham (§ 32), Dioscoridis ins. (§ 32); et e Muza doni gratia in Azaniæ portus (§ 17). — Συμρνη exp. e Malao, Mundu, Mosyllo (§ 8. 9. 10); Ἐλαχίστη, διαφέρουσα δὲ τῆς ἄλλης, ex Aualite (§ 7); ἐκλεκτὴ καὶ σταχτὴ, ἀβειρμανία vel Γαβειράτικα, Μιννία e Muza (§ 24). — Στύραξ ex Ægypto importatur Canen (§ 28), Barbaricum (§ 39), Barygaza (§ 49). — Φοῖνιξ πολὺς ex Omanis et Apologi emporiis Barygaza mittitur (§ 36. 37).

IV. METALLA ET METALLICA. — Αργυρᾶ σκεύη, ἀργυρώματα ex Ægypto portantur Mosyllum (§ 10), Barbaricum Scythiae (§ 39); τορνευτὰ sive τετορνευμένα Muzam tyranno (§ 24), Canen regi (§ 28); βαρύτιμα Barygaza regi (§ 49); τοπικῷ ρυθμῷ κατεσκευασμένα Adulin regi (§ 6). — Αρσενικὸν ex Æg. Muzirim et Nelcyndam (§ 56). — Δηνάριον, διλίγον πρὸς τοὺς ἐπιδημοῦντας, ex Æg. Adulin (§ 6); χρυσοῦν καὶ ἀργυροῦν οὐ πολὺ in Barbariæ emporia (§ 8-13); ἔχον ἀλλαγὴν καὶ ἐπικέρδειαν τινὰ πρὸς τὸ ἐντόπιον νόμισμα, Barygaza (§ 49). Cf. χρῆμα. — Κάλτις, νόμισμα χρυσοῦν in Gangetica (§ 63). — Καστίτερος (καστίρα sanscr.) ex Æg. in Aualiten (§ 7), Malao (§ 8), Canen (§ 28), Barygaza (§ 49), Muzirim et Nelcyndam (§ 56). Ipsa quidem India stannum habet, non ea tamen regiones quas Ægyptia mercatura adiit.

(*) De significatione vocum μοναχὴ et συγματογήνη parum liquet. Vide not. ad § 6 p. 263. Addo § 6 in codice esse μοναχὴ et § 14 ἡ τε μοναχὴν (sine accentu). Unde fortasse elicias μολοχίνη, *malvarum colorem habens*. Sequuntur sane liac § 6: καὶ πετρώματα καὶ κανύάκαι καὶ μολόχινα καὶ σινδόνες; sed in his quoque corrigendum putem μολόχιναι σινδόνες, quium μολόχινα substantiae positum offendat, et μολόχιναι σινδόνες § 48 memorentur.

PROLEGOMENA.

— Μέλυεδος ex Ἀργ. Barygaza, Muzirim, Nelycyndam (§ 49. 56). — Ὁρείχαλκος, ὃ γράντιαι πρὸς κόσμον καὶ εἰς συγχοπὴν ἀντὶ νομίσματος, ex Ἀργ. Adulin (§ 6). — Σιδηρος, σιδηρὰ σκεύη, ex Ἀργ. in Malao, Mundu, Tabas, Oponen (§ 8. 9. 12. 13); σιδηρος δὲ δαπανώμενος εἰς λόγχας, πόροι μάχαιραι καὶ σκέπαρν, Adulin (§ 6); σιδηρος Ἰνδικὸς (*) καὶ στόμωμα ex Arabia Adulin (§ 6); λόγχαι αἱ τοπικῆς ἐν Μούζῃ κατεσκευασμέναι, πελκία, μάχαιραι, δημήτια e Muza in Azaniam (§ 17). — Στιμμι ex Ἀργ. Barygaza (§ 49), Muzirim, Nelycyndam (§ 56). — Χαλκὸς ex Ἀργ. Canen (§ 28), Barygaza (§ 49), Muzirim et Nelycyndam (§ 56); χαλκουργήματα Muzam tyranno (§ 24); ποτήρια in Barbaricæ emporia (§ 8-13); ποτήρια χαλκὴ στρογγύλα μεγάλα Adulin (§ 6); μελεφθα διλγά in eadem (26); μελεφθα γχλκὴ εἰς τε ἔψησιν καὶ εἰς συγχοπὴν φελίων καὶ περιστελίων τιοὶ τῶν γυναικῶν Adulin (§ 6). — Χρῆμα ex Ἀργ. in Barbaricæ Scythiae (§ 39); ιχανὸν Muzam (§ 24) et Canen (§ 28). — Χρυσὸς ex Omanis et Apologi emporii Barygaza (§ 36); χρυσώματα ex Ἀργ. Muzam tyranno (§ 24); τοπικῷ διδυμῷ κατεσκευασμένα Adulin regi (§ 6).

V. LAPIDES. — Λιθία διαφανής, gemmæ, in Taprobane (§ 63); διαφανής παντοίᾳ exportatur Muziri et Nelycynda (§ 56). — Ἄδαμας exp. Muziri et Nelycynda (§ 56). — Καλλεανὸς λίθος exp. e Barbarico Scythiae. Quinam sit lapis nescio an constet. Lasseius *kaljana* indice esse aurum dicit, ideoque Καλλεανὸν λίθον significare suspicatur χρυσόλιθον. Forsan recte. Quamquam χρυσόλιθον (*topazos?*) Noster in Indianam importari dicit. — Λύγδος exp. e Muza (§ 24). — Ὄνυχινὴ λιθία πλείστη ex Ozene et Paethanis devehitur Barygaza (§ 48. 51), indeque exportatur (§ 49). — Μουρίνη ex Ozene Barygaza, hinc in Egyptum fertur (§ 49). Μουρίνη λιθία ἡ γινομένη ἐν Διοσπόλει ex Ἀργ. Adulin (§ 6). — Ὁψιανὸς λίθος (*) reperitur ad hoc. *Baie d'Hauakil* (§ 5). Σάρπειρος exp. e Barbarico Scythiae (§ 39). — Υάκινθος exp. Muziri et Nelycynda (§ 56). — Υάλος ἀργῆ ex Ἀργ. Barygaza (§ 49), Muzirim, Nelycyndam (§ 56); οὐλὴ σκεύη in Barbaricæ Scythiae (§ 39); λιθίας

οὐλῆς πλείστα γένη ex Ἀργ. Adulin, Aualiten, Mosyllon (§ 6. 7. 10); e Muza in Azaniam (§ 17). — Χρυσόλιθος ex Ἀργ. in Barbaricæ Scythiae (§ 39), Barygaza (§ 49), Muzirim, Nelycyndam (§ 56).

VI. VESTIMENTA. — Ιμάτια βαρβαρικὰ ἄγνωστα ἐν Αιγύπτῳ γινόμενα exp. Adulin (§ 6); βαρβαρικὰ σύμμικτα γεγναμένα, in Malao et Aualiten (§ 8. 7); ιματισμὸς Ἀραβικὸς χειριδωτὸς δὲ ἀπλοῦς καὶ δικοῖος καὶ διστούλατος καὶ διάχυτος, Muzam (§ 24); ιματισμὸς πολυτελῆς Muzam tyranno (ib.); ιματισμὸς Ἀραβικὸς κοινὸς καὶ ἀπλοῦς καὶ διάθος περισσετερος et regis in usum διάφορος ἀπλοῦς, Canen (§ 28); ἀπλοῦς ικανὸς καὶ νόθος οὐ πολὺς in Scythiam (§ 39); ἀπλοῦς καὶ νόθος παντοῖος, et regi ἀπλοῦς πολυτελῆς Barygaza (§ 49); ιματισμὸς οὐ πολὺς Muzirim et Nelycyndam (§ 56); ἐντόπιος ex Omanis et Apologi empp. Barygaza (§ 36). — Ἀερόλατα ex Ἀργ. Muzam (§ 34), Canen (§ 28); νόθοι γρωμάτιοι et regi ἀπλοῖ οὐ πολλοῦ, Adulin (§ 6). — Δικρόσσια ex Ἀργ. Adulin (§ 6). — Ζῶναι πολύμιτοι πτυχαῖοι ex Ἀργ. Barygaza (§ 49), σκιωταὶ Muzam (§ 24). — Καυνάκαι ex Arabia Adulin (§ 6); ἀπλοῖ ex Ἀργ. Adulin (ib.). — Λόδικες οὐ πολλαὶ ex Ἀργ. Muzam (§ 24) et Canen (§ 28). — Περιζώματα Barygazis Adulin (§ 6) et in Barbariam (§ 14). Πολύμιτα ex Ἀργ. in Barbaricæ (§ 39), Muzirim, Nelycyndam (§ 56). Cf. ζῶναι. — Σάγοι Ἀρσινοτικὸι γεγναμένοι καὶ βεβαμένοι ex Ἀργ. in Barbariam (§ 8-13). — Στολαὶ Ἀρσινοτικαὶ ex Ἀργ. Adulin (§ 6). Χιτῶνες ex Ἀργ. in Malao, Mundu, Mosyllum (§ 8. 9. 10).

His addē artis opera, ἀνδριάντες inter dona Charibaeli regi destinanda (§ 48). Cf. Strabo p. 784, qui inter res qua in Arabiam importantur, habet τόρεμα, γραφῆ, πλάσμα. Denique Ariacæ regi donantur etiam μουσικά (§ 49).

183. EDITIONES PERIPLI. — 1. Ἀρριανοῦ περίπλους Εδεσίου πόντου. Τοῦ αὐτοῦ περίπλους τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, etc. Froben. Basileæ. Anno MDXXX. 4°, (editore Gelenio (**)).

2. Arriani historici et philosophi Ponti Euxini et maris Erythræi periplus ad Adrianum Cæsarem

(*) V. J. M. Heath *On Indian iron and steel* in *Journal of the R. Soc. of Great Brit. and Ire.* V, p. 390. IV, p. 187.
(**) Cf. Caylus *De la pierre obsidienne* in *Mem. de l'Ac.* t. 36 p. 457 sqq.

(***) Editionem paraverat etiam Lucas Holstenius, qui an. 1628 ad Peirescium de ea ita scribit: « Græcum textum ex conjectura multis locis emendavi, quum alia non suppetarent auxilia præter ingenium, et maximo mihi adjumento fuere chartæ nauticae sinus Arabici et topographica delineatio omnium portuum ad oram Ἀgyptiacam, quas in Anglia ex autographo Joannis de Castro proregis Indiae orientalis depinxerunt. Intercepserant eas Angli temporibus Elisabethæ cum accuratissima descriptione ejusdem auctoris, qui jussu regis Hispaniarum totum simum accuratissime circumnavigando lustravit. Tum in Indiæ ora recte constituenda ad Arriani mentem et ex rei natura et veritate, unice mihi profuit charta imperii magni Magor, Indoscytharum regis, quam eques Anglus, legatus eo ab Jacobo rege missus, delineavit et Anglica lingua publicavit. »

Augustum. Nunc primum e græco sermone in latinum versus plurimisque mendis repurgatus. Accesserunt et Scholia, quæ luculentam Regionum, Gentium, Insularum, Oppidorum, Fluminum, Mercium cæterarumque rerum memorabilium utriusque Peripli descriptionem continent, ex accurate veterum ac recentiorum authorum collatione. Addita est præter loca, in quæ solers Lusitanorum penetravit navigatio, omnium cum Oppidorum, quæ Danubius irrigat, tum fluviorum qui in eum devolvuntur, diligens et jucunda observatio, præterea ipsius Ponti chorographica tabula. Io. Guilielmo Stuckio Tigurino authore. Cum gemino indice rerum scitu dignarum, quæ in utroque periplus explicantur. Lugduni, Barth. Vicentius. MDLXXVII. fol. Aliis in exempl. legitur: Genœ apud Eustathium Vignon. MDLXXVII. — Editio neque verba scriptoris multo emendatiora præbet, neque rerum intelligentiam juvavit insulsa commentarii farragine.

3. Ἀρριανοῦ τέχνη τακτικῆ, Ἐκταξὶς κατ' Ἀλανῶν, Περίπλους πόντου Εὔξενου, Περίπλους τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, Κυνηγετικός, Ἐπικτήτου ἐγχειρίδιον, τοῦ αὐτοῦ Ἀποφθέγματα καὶ ἀποσπάσματα τὰ ἐν τῷ Ἰωάννου Στοβαῖον ἀνθολογίῃ καὶ ἐν ταῖς Ἀγελλίου ἀγρυπνίαις ἀττικαῖς σωζόμενα. Arriani ars tactica, Acies contra Alanos, Periplus Ponti Euxini, Periplus maris Erythræi, Liber de Venatione, Epicteti enchiridion, ejusdem Apophthegmata et fragmenta, quæ in Joannis Stobæi Florilegio et in Agellii

ARRIANI NICOMEDENSIS PERIPLUS PONTI EUXINI.

184. Flavius Arrianus Nicomedensis, Epicteti discipulus, inter varia opera, quæ omnes novimus, condidit Indicem historiam et Periplus Ponti Euxini. Illa quasi supplementum est Historiae Alexandri et in codicibus tanquam octavus Ἀναβάσεως liber exhiberi solet. Collegit eam scriptor ex Megasthene et Nearcho et his ipsis innidente Eratosthene: adeo ut omnis de eo opere disquisitio, si missam feceris excerptoris opellam, ad duces istos revocanda sit, de quibus dixi in Fragn. Hist. tom. II et in Scriptt. Rerum Alexandri. Proprio magis Marte rem gessit Arrianus in Periplus Ponti Euxini. Hunc vero ita instituit, ut primum a Trapezunte usque ad Sebastopolim procedat, deinde a Bosporo Thracio ad Trape-

Noctibus Atticis supersunt. Cum interpretibus latiniis et notis. Ex rec. et museo Nicolai Blancardi. Amstel. ap. Jansson. Wæsberg. MDCLXXXIII. 8°. Versio est Stuckii, ex quo etiam in reliquis pendere solet Blancardus.

4. In Hudsoni Geogr. min. tom. I, an. 1798, cum Dodwelli dissertatione *De ætate peripli maris Erythræi ejusdemque auctore.*

5. In geographis edit. Vindobon. vol. I, p. 297 sqq.

6. *The voyage of Nearchus and the Periplus of the Erythrean sea, translated from the Greek by William Vincent. Oxford 1809. Græca ex Blanchariana ed. repetuntur. Versio anglica Stuckii potius latina quam græca auctoris verba exprimit. Ceterum de interpretatione periplus optime Vincentus meruit opere quod inscribitur: The commerce and navigation of the ancients in the Indian Ocean, by William Vincent, dean of Westminster. London 1807, 2 vol. 4°. Secundum operis volumen titulum habet: The periplus of the Erythrean sea.*

7. *Arriani Alexandrini periplus maris Erythræi, recensuit et brevi annotatione instruxit B. Fabricius. Dresdæ 1849.*

Codicem periplus Heidelbergensis post Gelenium denuo contulit Bernhardyus, selectamque ex editionis varietatem dedit in Analectis in Geogr. min. Halæ 1852. Ego post impressam jam nostram editionem codicem nactus nonnulla ex eo notabo in Addendis.

zuntem oram legat, tum a Sebastopoli denuo exorsus reliquum Ponti litus describat. Quæ quidem rerum dispositio, ut perplexa est et a more geographorum recedit, sic ex ratione nostri libelli facile explicatur. Vel inscriptio: Ἀρριανοῦ ἐπιστολὴ πρὸς Τραϊανὸν Ἀδριανὸν, ἐν ᾧ καὶ περίπλους Εὔξενου Πόντου, prodit rem nobis esse cum epistola et periplus fundi libertate ista, quam commercii epistolici familiaritatibus concedimus. Res vero ita habet.

185. Arrianus quo tempore has ad Adrianum literas scripsit, præfектus erat Cappadociæ. Quæ provincia tunc præter alia Armeniam minorem complectebatur et in ora inde ab Amiso pertinebat usque ad Dioscuriadem sive Sebastopolim (*),

(*) Apud Ptolemaeum Y, 6 ora Cappadocie juxta regionem Leucosyrorum et Pontos Galaticum, Polemoniacum et Cappadocicum pertinens desinit in Sebastopolim, ut apud Arrianum, ita tamen ut Sebastopolis a Dioscuriade diversa sit ponaturque 44° 45' lat. inter ostia Apsorrhii fluvii (44° 40') et Phasidis (45°), ubi aliis nemo hujus nominis urbem me-

PROLEGOMENA.

εἰς δέπερ στρατόπεδον τελευτῇ Ρωμαίοις ἡ ἐπικράτεια (Arr. Peripl. § 26). Ab oriente autem raris Romanorum castellis gentes barbarae innivebant, quarum impetus hostilis subinde retinendus erat. Sic Albani sub Pharamane Iberi bellum intulerunt, quod ut in ipsis initii extingueretur, Arrianus noster incusso metu effecisse prodit. Etenim Dio Cassius LXIX, 15: 'Ο μὲν οὖν τῶν Ιουδαίων πόλεμος, inquit, εἰς τοῦτο ἐτελεύτησεν Ἐπερος δὲ ἐξ Ἀλεξανδρίας (εἰσὶ δὲ Μασσαγέται) ἔκινθη ὑπὸ Φαρασαμάνου (*). Καὶ τὴν μὲν Μηδίαν Ισχυρῶς ἐλύπησε, τῆς δ' Ἀρμενίας τῆς τε Καππαδοκίας ἀφάμενος, ἐπειτα τῶν Ἀλεξανδρίας τὰ μὲν δώροις ὑπὸ τοῦ Οὐδολογίου πεισθέντων, τὰ δὲ καὶ Φλάδιον Ἀρριανὸν τὸν τῆς Καππαδοκίας ἀρχοντα φοβηθέντων, ἐπάντατο. Tempus hujus motus, de quo accuratiora non accepimus, in vigesimum ultimumque Hadriani annum (136 p. C.) incidit; nam Judaicum bellum ceptum est imperatoris anno decimo sexto (Euseb. Chron.), ξυμπεις decimo octavo (Aristo Pellaus ap. Euseb. P. E. IV, 6), finitum autem anno undevicesimo (Euseb. Chron. (**)), adeo ut subsecutum Albanorum bellum ad sequentem annum referendum sit, quo Arrianum Tactica sua composuisse ipse nos docet (***). Horum vero scribendorum occasionem dedisse curam ordinandæ in provincia disciplinæ militaris et tuendi contra hostem nominis Romani, sponte intelligitur (*). Pericula ista a barbaris impendentia quum nullo non tempore cavenda essent, cuique prætori munus ineunti hoc injunctum negotium, ut provinciæ partem hostium incursionibus obnoxiam obiret singulorumque castellorum muros, fossas, præsidia, arma, commeatum diligenter insperiret. Id ipsum Arrianus fecit anno 131 vel 132 init., quo tempore Cotys II rex fato recens defunctus erat (**). Quid tunc in mediterraneis egerit,

morat. Vix dubium est, quin merus error sit Ptolemai, sive quod Cappadociae terminum, qui erat ante Trajanum cum seriore male miscuit, sive quod Sebastopolim, potissimum tunc Colchidis locum, perperam ad Phasidem, præcipuum veteris famæ Colchicæ sedem, transtulit, sicut invicem Άσα, Άστει urbs, tanquam priscum *Dioscuriadis* nomen ex Nicianoris Melonomasii memoratur apud Stephanum v. Διοσκουράς. Ceterum in Ptolemaeo error ille ab interpolatore proficiunt possit videri. Nam in Colchidis descriptione (V, 9) sub 44° 45' non Sebastopolis, sed Phasis urbs ponitur, Sebastopolis vero tanquam alterum Dioscuriadis nomen (Διοσκουρίας καὶ Σεβαστόπολις) laudatur. Sic certe res habent in novissima Ptolemai editione Lipsiensi. At Phasidis mentionem codices græci non habent, sed e latini editores intulerunt; verba autem τὰ καὶ Σεβαστόπολις codices optimi (B. E. M. Palat. I ap. Wilb.) omitunt: adeo ut, si nostris copiis critici res dijudicanda est, interpolatio in Colchidis descriptione locum habeat, et suus Ptolemaeo error debeat relinquiri.

(*) Pharamana: Iberum regis mentio fit in Peripl. § 15 p. 379.

(**) Cf. J. M. Flemmer De itineribus et rebus gestis Hadriani imp. sec. numorum et inscriptionum testimonia. Hauniæ 1836, p. 98 sqq.

(***) Arrian. Tact. c. 44 p. 286 ed. Didot.: εἰς τὴν τὴν παροῦσαν βασιλείαν, ἢν Ἀδριανός εἴκοστὸν τοῦτο ἔτος βασιλέύει.

(*) Pertinet hoc etiam fragmentum Arriani, quod inscribitur *Ἐκτάξεις; καὶ Ἀλεξανδρία, in quibus Ἀλεξανδρία pro Ἀλεξανδρίᾳ* scriptis senioris avi homo, nominum confusione saepius obvia. V. Ammian. Marc. XXIII, 5, 16; Zonaras XVI, 1. Cf. Ubert. Geogr. III, 2 p. 565.

(**) Vid. Peripl. § 23 p. 392. Cotym II diem obiisse anno 428 aera Bosphorane (ab auctunino anni 297 a. C. sive 407 a. u. c. computandæ) sive an. 131 p. C. sive numorum constat. Cf. not. seq.

nescimus; in ora autem maritima loca munita inde a Trapezunte usque ad Sebastopolim cum classe lustravit. Rationes rei gestæ ex officio redidit *literis latinis*, quarum bis in periplo fit mentio, primum § 7 p. 372, ubi haec: Καὶ ξέλογεν... εἰς Ἀλεξανδρίαν, ἵναπερ αἱ πέντε σπεῖραι εἰσιν ἔδρυμέναι. Καὶ τὴν μισθοφορὰν τῇ στρατιῇ ἔδωκα καὶ τὰ δύλα εἶδον καὶ τὸ τεῖγος καὶ τὴν τάφρον καὶ τοὺς κάμνοντας καὶ τοὺς σίτου τὴν παρασκευὴν τὴν ἐνοῦσαν. Ἡπειρὸν δὲ ὑπὲρ αὐτῶν τὴν γνωμὴν ἔσχον, ἐν τοῖς Ρωμαϊκοῖς γράμμασι γέγραπται: deinde § 13, p. 377: Ἐς Χῶδον ποταμὸν εἰσεπλεύσαμεν, ὃν δὲ ἐνέκα, καὶ θάρσα ἐνταῦθα ἐπράξαμεν, δηλώσεις τὰ Ρωμαϊκὰ γράμματα. Simul vero de hoc itinere privatas literas græce scripsit ad Hadrianum familiarem, virum græce doctum et eruditulum; in quibus quæ ad publicum prætoris munus pertinebant, hic illic paucis attigisse satis habet, pluribus vero exponit de iis quæ Hadriani personam (ut § 2 ubi de statua ejus, et § 3 de votis pro imperatore in sacrificio nuncupatis) vel sua ipsius in navigatione ista pericula (§ 5 et 6) spectabant, vel si de singulis locis memorabilia quædani suppetterent (ut § 7 de Apsaro olim Apsyro, § 10 de Phasidis aqua, § 11 de Argūs navis ancora, § 16 de Strobilo monte, in quo vinetus Prometheus). Denique singula quæ sunt a Trapezunte usque ad Sebastopolim loca, portus, fluvios, eorumque distantias, populos etiam barbaros eorumque regulos recenset, adeo ut tota narratio ad formam peripli geographicæ proxime accedat (§ 1-16). Deinde latius exspatiatus alterum his caput adjungit (§ 17-25) parapluim oræ a Bosporo Thracio usque ad Trapezuntē, qui classi Romanæ in ultimas imperii stationes mittendæ usui esse posset. Quibus absolutis, ut ultro etiam progrediendum reliquaque oræ de-

scriptionem addendam Arrianus putaret, movit Cotyis Bosporanorum regis obitus tum Arriano nuntiatus (*). Etenim quum Cimmerii Bospori (**) sicut regionis vicinæ reguli (***) tunc Romanorum fere arbitrio constituerentur, fortassis illuc quoque classis mittenda erat ad ordinandas res Bosporanorum. Itaque hanc quoque navigationem juxta Asiæ et Europæ litora Noster addidit (§ 27-37), adeoque totius Ponti periplus in epistola adumbravit.

186. Ceterum geographi munere, quod data occasione scriptor epistolæ suscepérat, paucissimis defungitur. Oratione pressa, eleganti tamen et a sueta periplorum ruditate vehementer discrepante, litora Pontica raptim ut plurimum perstringit; nonnullis tamen locis fama claris immortatur diutius, ut jejunitatem narrationis scitis mitiget temperamentis. Sic § 32-34 sermo prolixus interponitur de Achillis insula (quam perperam non distinguit a Cursu Achillis); § 10 de Phaside fluvio pluribus exponit, et § 29 quæstionem de Europæ Asiæque termino versibus Æschyleis illustrat. In singulorum locorum rectione interdum plenior esse potuisse. Præ ceteris neglexit Ponti tractum borealem, qui a Bosporo Cimmerio ad Istrum pertinet. Utilissima pars libelli est, in qua ora a Trapezunte usque ad Bosporum Cimmerium describitur; de hac

enim uberiore periplo nunc destituimur, quum Scylax nonnisi pauca præbeat, in Marciani autem et Anonymi periplis ea quæ faciunt, deperdita sint.

187. Arrianum, utpote Bithynum et Βιθυνιακῶν scriptorem et Cappadociæ præfectum, suis itineribus nosse Ponti oram meridionalem usque ad Dioscuriadem, in eaque describenda Marte proprio agere potuisse consentaneum est; idem vero num etiam reliqua Ponti circumnavigaverit, quærimus; sin fortasse hoc quoque iter peregerit, an ipse tum stadiasmum, quem nostro in libello profert, collegerit, dubitamus; id enim negotium ab Arriani ingenio videtur alienius, et haud pauci ante eum in hac re posuerant diligentiā, quorum copiis uti licebat. Accuratissimus autem et Arriani temporibus recentissimus periplus, quantum nos scimus, fuit Menippi Pergameni, qui Augusti et Tiberii temporibus floruit. Quare hunc maxime ab Arriano usurpatum esse facilis est conjectura. Accedit quod Marcianeī peripli, e Menippo brevianti, pars superpestes, a Bosporo usque ad Amisum pertinens, de plerisque locorum distantiis, interdum etiam in singulis verbis adeo cum nostro libello consentit, ut vix dubium sit, quin vel in meridionalis oræ stadiasco Arrianus Menippum adhibuerit (*).

188. Inter seriores scriptores Arriani Periplo

(*) Peripl. § 26 p. 392: Ἐπει δὲ ἐπιθόμην Κότυν τετέλευτήκεναι τὸν βασιλέα τοῦ Βοσπόρου τοῦ Κιμμερίου καλούμενου, ἐπιμελὲς ἐποιησάμην καὶ τὸν μέχρι τοῦ Βοσπόρου πλεῖον δηλώσαί σοι, ὡς, εἴ τι βουλεύοι περὶ τοῦ Βοσπόρου, ὑπάρχοι σοι καὶ τόνδε τὸν πλοῦν μὴ ἀγνοοῦντι βουλεύεσθαι. Successor Cotyis fuit Rhœmetalces, cuius hic est titulus in Panticaea anno 1830 repertus et primum in Ἐρημερίδibus Odessensiis, deinde a Bæckhio in C. I. II, p. 151 n., 2108 f. editus: [Αὐτοφ]έρ απόρα Καί[σ]αρα Τραϊ[ανὸν] Ἀδριανὸν Σεζαντόν, [ὑπα]τον τὸ [γ', τὸν τῆς οἰκουμένης? εὐρεύτερον] καὶ ίσον κτίσ-την (i. e. statorem, qui regnum dederit), Τ[ιβέριος]; Ιού[λιος] βασιλέ[ης]ς 'Ροιμητάλκης φιλό[αισα]ς ρ καὶ [φιλοράματος], εὐσέβης, εὐχαριστ[ῶν τῆς εἰς] ἔαντὸν καλούσα] γα[θί][ος] ἀνέστησεν, δι' ἐπιμελήτου..... Ιού[λιος] Φ[λαύ]ο[ντος]..... Ετοὺς λα[ρνα]ς, Απελλάσιον.... Ad hæc Bæckhius: « Titulus pertinet ad mensem secundum anni Bosporani 430, sive Novembrem p. Chr. 133, a. u. c. 886. Rhœmetalces res Cotyi II successit ep. Bosp. a. 428, imperante tum Hadriano; cui etsi Rhœmetalces biennio demum post statuum hanc dedicavit, tamen hoc ob receptum ab illo regnum fecisse videatur; et certe iam anno ep. Bosp. 428 nummi Rhœmetalces Hadriani capite signati sunt. Ceterum notavit editor, Cotym II sine certis et legitimis heredibus defunctum videri, quod Arrianus in Periplo Ponti Euxini imperatori nuntians regis hujus obitum, describat oram hujus terræ, si qua velit de hac dicione constitvere; et Rhœmetalces ius aliquatenus fuisse dubium, inde patet, quod Antonino Pio imperatore inter Rhœmetalcem et Eupatorem lis orta est. Tamen auditio negotio hic imperator Rhœmetalces imperium confirmavit (Jul. Capitol. Vit. Antonin. c. 9), Hadriani, ut videtur, judicium secutus. »

(**) Cf. Strabo VII, p. 312: καὶ νῦν ὑπὸ τοῖς τῶν Βοσπορανῶν βασιλεῦσιν, σὺς Ἄρωμαῖοι ἀν καταστήσωσιν, ἀπαντά ἔστιν. Plinius Epist. X, 13. 14. 15.

(***) Cf. Peripl. § 28 p. 393: Ζύχων βασιλεὺς Σταχέμφαξ* καὶ οὗτος παρὰ σοῦ τὴν βασιλείαν ἔσχεν.

(*) Ex antiquioribus scriptoribus laudantur: Agathou ἐν τῷ τοῦ Πόντου περίπλῳ ap. schol. Ap. Rh. II, 1015; Alexander Polyhistor περὶ Εὐξείνου Ηένου ap. Steph. Byz. saepius. Polemonem περὶ τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων scripsisse testatur Suidas (F. H. III, p. 125). Quamquam non liquet an his peculiaria de Ponto scripta, an partes operum majorum indi- centur. Plurimum materiæ geographis præbuerunt Heracleotæ Argonauticæ et de Heraclea urbe scriptores, ut Herodotus, Nymphis, Promathidas, Callistratus, porro de Odesso scriptores Heraclides et Demetrius Odessenus, deinde Demetrius Callianthus historicus, quem accuratissime Pontum descriptissem testatur auctor periegeseos iambicæ; addit Bithyniacōn auctores Demosthenem, Asclepiadēm, Artemidorum Ascanonitam, et qui Mithridatica condiderunt, ut Diophantus, et Theophrastus Mytilenæus etc. Inter Romanos Sallustius in ea historiæ parte, ubi de Mithridaticis rebus sermo erat, (peculiari libro, ut Wernsdorf, ad Avien. præf. putat.) de Ponti situ expouit, ut constat ex Avieno in Or. mar. 34 sq. et fragmentis in quibus Sallustius in situ Ponti, de situ Pontico, de Ponto laudatur. Tenuissima illa fragmina cum

præ ceteris usus est *Anonymous Peripli* auctor, in quem Arriani Nicomedensis nomen in cod. perperam transfertur. Præterea Nostrum laudat Stephanus Byz. v. Ἀλγηναι, Ἀλχηνη (quod in vitioso codice reperit pro Ἀρμένη, v. not. ad. p. 388, 1) Ἀψιδαι, Ἰστρος (*), Κοτύωρα, Λαζοι, Τύχνα, plura ille laudans ex Arriani Bithyniacis et Parthicis. Denique de Ponticis regionibus Arrianum citant Procopius De bell. Goth. IV, 14, p. 535 ed Bonn. et Leo Diaconus IX, 6. At quæ ab illis afferuntur, in nostro Arriano non exstant. Quare truncatum esse quem tenemus libellum complures existimarent. Verumtamen quæ Leo Diaconus l. l. (not. ad p. 414) ex Arriani *Periplo* assert, Achillem in Myrmecione Bospori Cimmerici oppido (cujus in Pseudo-Arriano § 50 mentio fit) natum esse et hinc a Scythis crudelitatem ejus aversatis pulsum in Thessaliam abiisse, atque Scythicam hanc Achillis originem testari colorem capillorum et oculorum et ingenium et vestitum et alia quæ de Achille poetae canant : ea longissime absunt a splendidissimo Achillis præconio, quod in nostro Arriani *periplo* (§ 34 p. 399) legitur, nec in eodem libello tam contraria tradiri potuerunt, ut recte monet Bernhardyus in *Analect. ad geogr.* p. 21 (**). Cimmerius iste Achilles haud dubie eidem Byzantinorum fabulæ debetur ex qua apud Malalam p. 97 ed. Bonn. Achilles dicit στρατὸν τῶν λεγομένων Μυρμιδόνων τότε, νῦν δὲ Βουλγάρων. Bernhardyus Leonem censem fesellisse speciem scriptoris cognominis, cui de suo penu *Periplum*

affinxerit. Quod si est, indicari putaveris Arrianum historicum, qui Dexippi fere æqualis fuisse videtur (Fr. H. III, p. 673, 12). At malim cogitare de *periplo* aliquo Ponti Euxini, qui sub Arriani nomine apud Byzantinos circumferebatur. Fortasse illum ipsum quem ex parte adhuc habegus *periplum Pseudo-Arriani variis e fontibus conflatum* (in quo Myrmecii mentio fit, sed de Achille fabula nondum legitur), postea novis additamentis auxerunt. Procopius vero Bell. Goth. IV, 14, p. 535 ed. Bonn. ita habet : Ταύτην παραρέπει τὴν χώραν (τὴν Λαζικήν) ποταμὸς, Ρέον δνουα, οὗ δὴ τὸ φρούριον φωδόμησαν ἐκ παλαιοῦ Κελχοῦ, οὐπέρ Στερεον αὐτοὶ τὸ πλεῖστον ἐξ ἔδρας καθεῖλον, ἐπει ἐν πεδίῳ κείμενον ἐς ἄγαν ὑπτίῳ εὐέροδον σφίσιν ἐδοξεν εἶναι. Κοτύσειον δὲ τότε τὸ φρούριον ὀνομάζετο τῇ Ἐλλήνων φωνῇ, νῦν μέντοι Κοτατίσιον (Κοτάϊν cod. Reg.) αὐτὸ καλοῦσι Λαζοὶ τῇ τῆς φωνῆς ἀγνοιᾳ τὴν τοῦ δύναματος διαφθείροντες ἀρμονίαν. Ταῦτα μὲν Ἄρριανὸς οὕτως ἴστορησεν ἕπερ δέ φασι πόλιν τε γεγονέναι ἐν τοῖς ἀνωγρόνοις τὸ χωρόνον καὶ Κύταιν καλεῖσθαι· ἐνθένδε τὸν Αἴγανην δύρμησθαι καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοὺς ποιητὰς αὐτὸν τε Κυταιέα καὶ γῆν τὴν Κολχίδα Κοταΐδα καλεῖν (Cf. not. ad Scyl. p. 62). Arrianus noster de his ne verbum quidem habet, etsi de Phaside fluvio multus est § 10 sq. Probabiliter eundem Procopius quem Leo Pseud-arrianum laudat; ex eodemque fluxerit quod de Phaside Europam et Asiam distinguebat apud Procopium legitur (v. not. ad p. 394 et § 12 p. 412).

189. EDITIONES. INDICA HISTORIA ANABASI TAN-

ceteris omnibus quæ apud veteres scriptores grecos et latinos de Ponto accepimus, in narrationem continentiam et quæ gallice stylum Sallustianum redderet, conflavit ediditque (in Mém. de l'ac. t. 32, p. 627-49. t. 35 p. 475-503) *De Brosses*, præfixo titulo : *Le périple de l'Euxin, tel qu'on peut présumer que Salluste l'avait écrit, vers la fin du troisième livre de son histoire ; rétabli sur les fragments qui nous en restent, à l'aide des anciens écrivains que Salluste a pu consulter et de ceux qui ont eu son ouvrage entre les mains.* — Inter seriores historicos amplum de situ Ponti excursum historiis suis inseruerunt Ammianus Marcellinus XXII, 8 et Procopius Bell. Goth. IV, 2 sqq.

(*) Hunc Stephani locum (Ιστρος. Ἀρριανὸς δὲ Ιστρίαν, ὡς Ὀλσίαν, αὐτὴν ἐγει) non adscripsi in not. ad p. 399, 23.

(**) Alter olim Bernhardyus ad Dionys. p. 941 statuerat : « qui (Arriani *periplo*) copiosior olim ac luculentior exstabat. », fortasse Vossium secutus, qui in præstat. ad *periplum Pseudo-Arriani* de genuino Arriani scripto dicit : « Compendium voco, quia revera sit. Multo enim locupletior fuit ille *periplo*, quam est hodie. Citat ex eo loco quædam Eustathius in *commentariis ad Dionysium*, quæ hodie tamen apud eum non reperiuntur. Unde non dubito, quin multum imminentum sit *scriptum illud.* » At quæ apud Eustathium de locis Ponticis leguntur aperte summa sunt ex Bithyniacis Arriani, recteque Dodwellus (*De auctore anon. peripl. Ponti Euxini* § 3) : « Quæ habet (Eustathius), omnia ea istiusmodi sunt, ut in nullo fortasse *periplo*, sed in historiis ea scribere potuerit Arrianus. » *Contra denuo Galilii in præfat.* ad Arr. p. VII : « Scalent argumenta, quibus oratio apud Arrianum detruncata et imminentia cognoscitur, si illam cum Anonymo et Marciano comparaveris. » At quomodo ejusmodi comparatio rem probabit? Sane habet et *Anonymous* et *Marcianus* quæ in Arriano non leguntur; sed unde colligas haec debuius etiam apud Arrianum memorari? Res simplicissima hæc est : Arrianus habet quæ non legis apud *Marcianum* (*Artanen fluvium, Rhœn, Liliæum, Lycum fl., Meltroum, Tyndaridas, Nymphæum, Tiuum, Erythinos, Thymena, Zephyrinum, Eusenen*); contra *Marcianus* in servato fragmento præbet quæ non notavit Arrianus (*Diam, Psilliæ, Climaca, Timolaium, Callistratin, Garium, Euarchum fl., Zalecum fl., Lycastum fl., et Chadium fl.*); *Anonymous* vero et *Marcianum* et *Arrianum* in unum conflans habet quæ apud utrumque leguntur *omnia*, lisque de suo penu unum *Gurzubandum* locum addidit (Vid. *tabula Stadiasmī Ponti Euxini*). Ceterum Galilii de Arriano disputationem mire confusam attingere non erat operæ pretium. — Si quid in Arriani libello truncatum est, dixeris initium et finem epistole ab iis qui in *geographica opuscula* eam receperunt, omissa esse, utpote a proposito aliena. Fortassis etiam vocabulum aliquod hic illuc in Arriani codice nostro excedit quod servaverit auctor anonymous.

quam octavus liber jungitur in editionibus *Gerbeltii* (Basileæ 1539. 8) et *Vulcanii* (Genevæ 1575 fol.); a septem Expeditionis Alex. libris primum distinguitur in edit. *Blancardi* (Amstelod. 1668. 8). Deinde *Hudsonus* eam Indicæ hist. partem, qua Nearchi navigatio exponitur, dedit in Geogr. gr. tom. I (Ox. 1698. 8). Postea Indicam cum Exp. Alex. ediderunt *Gronovius* (Lugdun. Bat. 1704. fol.) et *Raphelius* (Amstelod. 1757. 8), et inter Arriani opera omnia *Borheck* (Lemgov. 1792 sqq. 8), separatim vero *Schmiederus* (*Arriani historia indica cum Bonav. Vulcanii interpretatione latina, permultis locis emendatiore, rec. et illustravit F. Schmieder. Halæ 1798*, 8). *Hudsonum* secuti Nearchi paraplaum ex Indica hist. excerpserunt editores geographorum min. Vindobonenses (tom. I, an. 1807). Denique Indicam habes in Arriani opp. omn. quæ edidit *Neophytus Ducas græcus* (Vindobon. 1810. 8°), et in Arriani editione Didotiana (Paris 1846),

in qua Indicam denuo recensuit sermonemque ionicum ad certam normam quandam exigere studuit Dübnerus.

190. **PONTI EUXINI** periplus primus edidit Geleminus in *Geographis Basileensisibus* (1533. 4°); deinde Stuckius (Genevæ 1577 fol.) et Blancharinus (Amstelod. 1683. 8) una cum *Pseud-Arriani* periplus maris Erythræi (v. supra p. cxi), *Hudsonus* in Geogr. gr. tom. I (Oxon. 1698), *Borheck* in opp. Arriani (Lemgov. 1792 sqq.), editores Geogr. Vindobon. (1807), *Neophytus Ducas* in opp. Arr. (Vindob. 1810), *Gaius* in Geogr. min. tom. III (Paris 1831), Hoffmannus (*Arriani Periplus Ponti Euxini. Anonymi Periplus Ponti Euxini et Maeotidis paludis. Anonymi mensura Ponti Euxini. Agathemerij hypotyposes geographiae. Fragmenta duo geographica. gr. et lat., cum aliorum selectis suisque notis ed. S. F. G. Hoffmann. Lips. 1842.* 8), nos denique in Arriano Didotiano (1846).

ANONYMUS AUCTOR PERIPLI PONTI EUXINI.

191. Præter Arriani de Pontica circumnavigatione epistolam alias exstat Ponti Euxini periplus ab incerto ævi senioris auctore Byzantino e variis fontibus collectus et eodem quo genuinus Arriani libellus modo inscriptus: Ἀρριανοῦ περίπλους Εὔξενου Πόντου... Τραϊανῷ Ἀδριανῷ Σεβαστῷ Ἀρριανός (V. p. 402). Non tamē integrum habemus. Desideratur pars media, in qua ora describatur ab Apsaro fluvio ad Maeotidem pertinens. Duarum vero quæ supersunt particularum priorum (§ 1-42), a Bosporo Thracio exordientem, e libro Vaticano Holstenius descriptis et ex Holstenii schedis primus edidit in tertio Geographorum

volumine Hudsonus; altera, quæ paralum a Maeotide palude usque ad Byzantium continet, initio legitur acephali codicis Heidelbergensis. Denique ejusdem libri excerpta quædam habet codex Vindobonensis 292, fol. 315-316, ut intelligitur ex loco mutilo (V. p. 402 not.) quem inde transcripsit Lambecius in Commentariis de bibl. Cæsar. Vindob. lib. V, p. 534 (*). Memorandum denique fragmentum de ambitu Ponti Euxini, quod inter miscellanea geographica præbent codex Hafniensis (V. p. 424) nec non, ut nunc video, codex Parisinus (**). Id enim quum singulas mensuras et in nonnullis etiam singula

(*) Lambecius, quum fragmentum anonymi ab Hudsono tom. III editum non nosset, locum istum ad genuinum Arriani libellum, qui nunc mutilus esse videretur, pertinere putavit; atque Hudsonus Geogr. tom. I, Lambecium secutus, Arriani locum inseruit. Condonandum hoc; at non debebant errorem hunc repetere seriores Arriani editores. Vid. not. ad pag. 402.

(**) In codice Parisino N : 83 Supplementi fol. 46 post breve de Dionysio Periegeta scholion, Ηεριγητοῦ Διονυσίου γένος; inscriptum, varia leguntur excerpta geographica. Ac primum quidem ventorum duodecim laterculus hicce: Ἰστέον δὲ διὰ ἄνεμοι εἰσὶ δύο δέκα. Ἐγείρονται δὲ ἐκ τῶν τεσάρων περάτων, ἀνταποδόν, δυσκῶν, ἀρκτούν καὶ μεσημβρίας. Πρώτος ἀπτλιώτης, δεύτερος καικίας, τρίτος βορρᾶς δὲ καὶ θράκης, τέταρτος ἀπαρκίας, πέμπτος θρασκίας, ἔκτος λάπυν (ἀποκ. δ.), ἔβδομος λέρουρος, ὅγδος λίβη, ἑντακτος λιβεντος, δέκατος νότος, ἑνδέκατος εὐρώνοτος, δωδέκατος εύρος. Deinde Ponti Euxini habes stadiasmus, in quo uncis inclusa supplevi, parenthesos signis ejicienda indicavi: "Εως τοῦ Ἱεροῦ Διός Οὐρίου ἡτοι στόματος [τοῦ Πόντου] ἀπὸ τοῦ ιεροῦ λεγομένου πενταποτού (leg. πέμπτου στομάτου) Ἰστρου τοῦ ποταμοῦ (τοῦ πόντου) στάδια .γχμ., γινόμενα μίλια ὅμοιοι υπε".

Ἄπο δὲ Βοσπόρου (Βοσπόρου cod.) ποταμοῦ τοῦ [καὶ] Δανάπεως καλούμενου ἔως τοῦ Ἱεροῦ Διός Οὐρίου στάδια .εχ.. γίνονται μίλια ψμτ', .ε' 5' (Pro .ε' 5' codex ubique habet στ'; sed tertias miliarii partes numeratas esse, ut in anonymi periplus, patet e seqq. ubi μίλια χλα'.γ').

Ἄπο δὲ Χερωνίου ἔως τοῦ Ἱεροῦ Διός στάδια .μ[ερός]., μίλια .αρπ[τα]., .ε' γ'..

Ἄπο δὲ τῆς Πορθμίας καθώμης τῆς ἐν τῷ τέλει [τῷ] τῆς Εὐρώπης τοῦ Πόντου μερῶν (cod. μέρους) [καὶ ἐν τῷ στομάτῳ] τῆς Μαιώτιδος λίμνης ἡτοι Βοσπόρου τοῦ Κιμμερίου καλούμενου, ἔως τοῦ ιεροῦ Διός Οὐρίου [στάδια .α, αρ', μίλια .αυπ'.]

Ἄπο δὲ τοῦ ιεροῦ Διός Οὐρίου ἔως (ξεν cod.) τῆς πόλεως Ἀμισοῦ στάδια ,δχλ', μίλια .γχα', γ'.

Ἄπο δὲ Ἀμισοῦ ἔως τοῦ Φάσιδος ποταμοῦ στάδια .γωδ', μίλια .φ[τα].

verba et vitia orationis eadem exhibeat quæ periplus Anonymi, ex hoc ipso repetendum est. Attamen quum ratio, qua stadia in miliaria Romana convertuntur, alia in fragmento isto, alia in periplo sit: quæritur an hæc discrepantia imputari debeat scribæ fragmenti, an plures fuerint ejus peripli recensiones, quarum singulæ sua quædam propria haberent. Hoc mihi verisimilius esse videtur. Quemadmodum Chronicæ nonnulla Byzantina et libri de antiquitatibus Constantinopolitanis et fabulosæ Alexandri M. historiæ et si quæ sunt similia, fundum quæque habent communem, quem deinceps scribæ pro arbitrio et ingenio vel servant, vel mutant, minuant, augent: sic eandem sortem nacta sint Byzantina nostra de Ponto Euxino collectanea; indeque explicandum fuerit quod Procopius et Leo Diaconus ex Arriano afferunt, quæ in Arriano et nostro Pseud-arriano frustra quærimus (*).

192. Auctor hujus compilationis num ipse nomen suum celaverit, an alias quidam Arrianum ei substituerit, parum liquet. Opera autem, ex quibus conglutinatus periplus est, novimus hæc:

1. Marciani epitomen peripli Menippæi.
2. Arriani periplum.
3. Anonymi periegesin iambicam.

4. Pseudo-Scylacis periplum.

193. Fundus libri est *Epitome Marciani*; ex hac enim sumsit ordinem peripli et argumenti indiculum. Singulis etiam capitibus olim tituli, ut apud Marcianum, præfixi erant, quorum in codice nostro nonnisi primus (**) superest, reliquos librarii omiserunt. Stadiorum summas particulares iisdem locis quibus Marcianus colligit. Loca in superstite Marciani parte memorata ad unum habet omnia; ut plurimum ipsa etiam verba Marciani reddit.

194. Quæ in *Arriani* periplo loca memorantur, item exhibet omnia (**); quæ in Arriano et in superstite Marciani parte non occurunt, ea ex Marciani parte deperdita fluxisse censenda sunt. Præterea ex Arriano passim assumit breves notitias geographicas et historicas vel mythologicas. Überiora autem de originibus urbium et populis eorumque moribus quum nèque Arrianus præberet neque Marcianus in excerpto Menippo (quem scimus historiam non neglexisse) curasset: Noster ea assumit ex Anonymi periegesi iambica, modo servatis versibus modo paullulum mutatis modo dissolutis prorsus et cum Arriani et Marciani verbis arte conflatis (*).

195. E *Pseudoscylacis* periplo (§ 69) duxa sunt

Ἄπο δὲ τοῦ Φάστιδος ποταμοῦ ἔως τοῦ στομίου (τῶν σταδίων cod.) τῆς Μαιώτιδος λίμνης στάδια, δρυ', μίλια φυγ', [γ']. Γίνεται δέ ὁ πάς περίπλους Εὐξείνου πόντου, τῶν δεκιῶν τῆς Ἀσίας μερῶν τοῦ Πόντου (τῶν τελευταίων) τῶν τε εὐωνύμων τῆς Εὐρώπης, ἔως τοῦ Ἱεροῦ στάδια δισμέρια (τρισμ. cod.) φπτ', μίλια γρυψ'.

Ο δὲ περίπλους τῆς Μαιώτιδος λίμνης, εἰς ἣν τρέπεται ὁ Τάνας ποταμὸς, στάδια, δρυ', μίλια αστ'.

Ἐστι τὸ στάδιον ἔχον μῆκος διπολὸν ἐστι τὸ πεποδόρμον (I. τὸ τοῦ Ιπ.). Τοιαῦτα δὲ ἐπτὰ μίλιαν ἔν ποιοῦσιν.

Οὐτὶ εἰσοπτέτε μυριάδων [add. foret καὶ δισχιλίων] σταδίων ἔστιν ἡ περήγησις (I. περιμέτρος) τῆς γῆς, ὡς τῷ Ἐραστοφένει δοκεῖ.

Deinde alia sequuntur fragmenta quæ ex scholijs ad Dionysium vel ex geographia aliqua ad Dionysii poema accomodata (ut illa Nicophori Blemmidæ) fluxerunt.

Jam quod Ponti stadiasmus attinet, stadiorum numeri in fragmento superstite cum periplo nostro bene quadrant, excepto eo qui pertinet ad distantiam a Phaside ad ostium Maeotidis. Ea enim quum in periplo p. 422, 45 sit stadiorum 4025, mil. 536 ½, in fragmento exhibentur stadia 4150, milia 553 ½. Qua de re nihil nunc dijudicare licet, quum peripli pars, qua singulæ hujus tractus distantiae enumabantur, jam deperdita sit. Summa totius peripli maris Pontici quum eadem sit in periplo et fragmento nostro, eaque bene quadrat in summas peripli particulares: consequitur in fragmento aut corruptum esse stadiorum numerum 4150, aut eam distantiam, quæ in antecc. excidit, a nobis autem ex periplo suppleta est, aliter habuisse quam in periplo.

(*) Nescio an similis sit sententia Kochleri, cuius meminit Osannus in not. ad fragmentum codicis Hafniensis: « Neque nunc exploravem, inquit, viri sagaciissimi, Kochleri puto, sententiam, qui periplo, qualis hodie feratur, nihil aliud quam antiquorum contractum periplum contineri contendit in libro Petropoli an. 1808 vulgato: *Mémoire sur quatre médailles du Bosphore Ciménéen* p. xxii. »

(**) Βιθυνίας τῆς πρὸς τῷ Πόντῳ περίπλους. In Marciano nonnisi Βιθυνίας περίπλους codex habet. Supplendum ex Nostro videtur τῆς πρὸς τῷ Πόντῳ, præsertim quum in proxime antecc. Marcianus dicat: μέρος τοῦ Βιθυνῶν ἔθνους τὸ πρὸς τῷ Πόντῳ κείμενον.

(***) Quod non memorat Ἰόνας, quod loci nomen apud Arrianum p. 396, 6 esse videtur, id indicat aut intellexisse Nostrum errorem Arriani aut aliter legisse. Fortasse pro ἐξ δὲ τῶν ἔχοντων τῆς λίμνης ἐς Ἰόνας στάδιοι τῷ legeundum: ... λίμνης ἔστι, [Πών εἰ στάδιον τῷ νεὶν εἰσ τῇ Ἰόνος στάδιοι τῷ].

(*) Loci et periegesi poeticae petitis addenda sunt quæ leguntur § 51, p. 415, 20: ἐν ταῦτῃ δὲ τῇ Θεοδοσίᾳ λέγεται ποτε καὶ εὐγένειας ἐν τῷ Βοσπόρῳ οἰκήσαται. Jamhōs refingere licet ita:

Ἐν τῇ Θεοδοσίᾳ ποτε οἰκήσαται φασι: aut: Ἐν τῷδε τῇ Θεοδοσίᾳ λέγεται ποτε

Καὶ γυγάδας ἐν τῷ Βοσπόρῳ. Καὶ φυγάδας οἰκήσαται τίνας τῷ Βοσπόρῳ.

Alia nonnulla in Anonymo leguntur quæ item fluxerint e Scymno, quamquam manifesta orationis metrica vestigia non supersunt.

§ 44 p. 412, 28 : Ἡ δὲ Μαιῶτις λίμνη λέγεται εἰς οὐκισοῦντα τοῦ Πόντου, quod parum concinuit cum praeceptibus ex Arriano summis : Τῆς δὲ λίμνης, τῆς Μαιῶτιδος περίπλους λέγεται σταδίων ὅμοι τούς Θ. Cum eodem Scylace (§ 92) faciunt hæc § 91 p. 422, 37 : Λέγεται δὲ τῆς Εὐρώπης διπάραπλους ἵσος εἶναι τῷ περίπλῳ τῆς ποντικῆς (*) τῶν τῆς Ἀσίας μερῶν, quæ parum apte cum suis ipsius mensuris auctor componit; debebat saltem : Ἔνιοις δὲ λέγεται κτλ. Denique § 46 p. 412, 41 verba : εἴτε Φαναγόρου πόλις, Κῆποι πόλις, ex eodem Scylace § 69 assūmisit, ut colligitur tum e rariore nomine Φαναγόρου πόλις, tum ex ordine harum urbium, quem Noster e sui peripli ratione invertere debebat. Præterea in his quoque negligentem se præbet, quum easdem urbes mox denuo aliis nominum formis afferat ex periegesi iambica, Φαναγόρειαν et Κῆπον dicens. Quare nescio an Scylacis loca postea demum ab aliquo inserta sint. Certe si tollerentur, periplus foret concinnior.

196. Præter laudatos num alios fontes Noster adhibuerit queritur. Artemidorum ad manus ei fuisse putari possit. Nam § 63 postquam a Chersone ad Tyram stadia 4110, a Tyra ad Cremniscos 240 stadia computavit, addit ex Artemidori sententia intervalla esse stadiorum 4420 et 480. Sed quum alias nusquam fontes suos laudet nec ulla auctorum nomina occurrant nisi ea quæ poeta in periegesi citaverat, hoc quoque loco Artemidori mentionem inde repetiverit. Fieri etiam potest ut Marcianus Artemidori mensuras cum Menippeis hoc loco composuerit. Contra vero ex ignoto nobis auctore fortasse petita sunt plurima eorum quæ de ditionibus populorum leguntur hæcce :

§ 32, p. 409, 15 : Ἀπὸ δὲ Πολεμωνίου ἔως πλησίον τοῦ Θερμάδοντος ποταμοῦ Χάλιβες ἔθνος ὄχουν.

§ 33, p. 409, 28 : Ἀπὸ δὲ Κοτυώρου ἔως πλησίον Πολεμωνίου πρῶτον Τιβαρηνὸι ὄχουν.

§ 35, p. 410, 7 : Ἀπὸ οὖν Φαρνακίας τῆς καὶ πάλαι Κερασοῦντος (**) ἔως πλησίον Κοτυώρου πρῶτον ὄχουν ἔθνος οἱ λεγόμενοι Μοσυνοίκοι.

§ 37, p. 410, 38 : Ἀπὸ οὖν Τραπεζοῦντος ἔως τῆς Ἀρητιάδος νήσου καὶ Φαρνακίας τῆς καὶ πάλαι Κερασοῦντος ὄχουν ἔθνος οἱ λεγόμενοι Μάκρωνες.

[§ 38, p. 411, 6 : Ἀπὸ οὖν Οφιοῦντος ποταμοῦ (occasum versus) τὰ ἔθνη τῶν δύο Πόντων ἐστί· τὰ δὲ ἔχόμενα (ortum versus) βαρθάρων διαφόρων ἐστιν ἔθνῶν. Hoc e Marciano summis, ut ex fragm.

Menipp. p. 572, 2 colligis; parum apte tamen nunc memorat, quum in antecc. nulla duorum Pontorum facta sit mentio.]

§ 42, p. 412 : Ἀπὸ οὖν Ἀρχάδεως ποταμοῦ εἰς Οριοῦντα ποταμὸν πρῶτον ὄχουν ἔθνος οἱ λεγόμενοι Ἐκεχειρεῖς, τῶν δὲ Μαχελῶνες καὶ Ἡνίοχοι (Machelones et Heniochos in hoc tractu ponit Arrianus).

§ 50, p. 415, 3 : Ἀπὸ οὖν Ἀθηναϊνος μέχρι Κυτῶν Σκύθαι κατοικοῦσιν.

§ 57, p. 416, 24 : Ἀπὸ οὖν Καλοῦ λιμένος μέχρι τοῦ Ἰστρου πάλιν Σκύθαι κατοικοῦσιν.

197. Fieri potest ut hæc fluxerint e periegesi iambica, quæ in Ponti perioplō ab ora Europæ summis initium. Certe eandem adornationem fuisse perioplō, unde nostra proveniunt, ex ratione qua termini *a quo* et *ad quem* designantur, intelligitur. In omnibus enim locis, excepto postremo, ita Noster loquitur quasi inversa directione circumnavigatio procederet. Sic post Cytharum mentionem dicit ab Athenæone ad Cythas Scythas pertinere, quum tamen Athenæonis in sequentibus demum mentionem fieri possit, neclum situm ejus lector noverit. Porro poetæ periegesin subesse his ditiorum definitionibus tanto facilius credideris, quum quæ de moribus populorum passim monentur, ex ea petita sint. Quodsi metrica orationis forma nunc non satis appetat, excerptor eam solvisse putetur. At quomodo poeta ille Polemonii mentionem facere potuit? Num hæc est excerptoris? Res incerta. Itaque etiam de fonte, ex quo hæc hausta sint, nihil dijudico. — Præterea alia quædam minora Noster habet, quorum origo dubia est; sed minimas quasque vermiculati operis tesseras scrutari nunc non vacat.

198. Congestam sic materiam neque subacto iudicio auctor concinnavit, neque novis copiis de suo penu magnopere auxisse videtur. In ea perioplī parte, de qua et Arrianum et Marcianum conferre licet, unum Gurzubanthum locum (p. 407, 29) inter Carusam et Zagoram interposuit. Sed hoc ipso additamento prodit negligientiam. Nam quum recte Arrianus a Carusa ad Zagoram stadia esse 150 tradat, ille a Carusa ad Gurzubanthum computat stadia 60, hinc vero ad Carusam stadia 150, non mutato numero Arriani. Similem oscitantiam in aliis nonnullis deprehendimus, de quibus in annot. ad Arrianum passim monui. Qua ratione stadiasmum Ponti Noster

(*) Verba τῆς π. vel post Εὐρώπης vel post Ἀσίας, vel potius post utramque vocem poni velis.

(**) Terminos Macronum, Mosynocorum et Tibarenorum alter definiunt Scylax et ceteri scriptores antiquiores. Diversa Nostri narratio ex errore repetenda, qua duas Cerasentes confunduntur. Vide not. ad Scylac. § 86, p. 64.

instituerit, modo Arriani modo Marciani numeros assumens, modo neutrum secutus, ex subjecta tabula synoptica intelligitur, normam vero ac legem, cui in his auctor se addixerit, frustra circumspicis. Ceterum stadiorum numeris de suo addidit numerum miliariorum, quæ more Byzantinorum ita computavit, ut miliarium sit stadiorum septenorum et dimidii (*). Si quid gratum nobis fecit, id ponimus in notatis locorum nominibus recentioribus, sive quod a priscis ea prorsus differant sive populi ore paullatim in aliam formam abierint. Cujusmodi sunt quæ legenduntur: § 3, p. 403 Μέλαιναν τὴν νῦν λεγομένην Καλήν ἄκραν. § 6 Ἀπολλωνίαν νῆσον.. τὴν νῦν λεγομένην Δάριην. § 11, p. 404 Ἀπολλωνίαν τὴν νῦν λεγομένην Σωζόπολιν. § 12 εἰς Τυνδρίδας τὸ νῦν λεγόμενον (τὰ νῦν λεγόμενα?) Κυρσαῖτα (Κυρσαῖτὸν?). § 13, p. 405, 13 Ψύλιδα ποταμὸν τὸν νῦν λεγόμενον Παπάνιον. § 19 p. 406, 20 Καλλίστρατιν καὶ Μαρσίλλαν § 23, p. 407 Εὔχροον ποταμὸν τὸν ἥδη Εὔχροον λεγόμενον. § 24 Ζάγωρον χωρίον [τὸ] ἥδη Καλίππους λεγόμενον. § 26 εἰς Εὐσένην τὴν καὶ Δαγάλην λεγομένην. § 38, p. 411, 1 Ύσσου λιμένα τὸν νῦν λεγόμενον Σουσάρια. § 51, p. 415, 18 νῦν δὲ λέγεται ἡ Θεοδοσία τῇ Ἀλανικῇ ἢ τοι τῇ Ταυρικῇ διαλέκτῳ Ἀρδάβδα, τουτέστιν ἐπτάθεος. § 57 τοῦ Ἰστρου ἢ τοι Δανούσεως. § 58 Βορυθένην τὸν νῦν Δάναπριν. § 75, p. 420, 24 νῦν δὲ αἱ Καρίαι λέγονται (ἢ Καρίαι λέγεται?) Καρέξ. Ibid. εἰς Τετρισιάδας ἢ τοι Τίριζαν ἄκραν.. νῦν δὲ λεγομένην Ἀκραν. § 90, p. 422, 18 λιμένα Δάριην τῆς μανιομένης τὸν νῦν λεγόμενον Σωθένην, in quo diversa loca male confundit auctor. Sæpe etiam duplices nominis formas, quas in fontibus suis reperit, componit; quarum nonnullæ nonnisi prava librorum lectione niti videntur. Sic § 75 formam Τετρισιάδα ex Arriano, Τίριζαν ex poeta assumisit. § 52, p. 415, 22 legis: εἰς Ἀθηνῶν λιμένα ἢ τοι Σκυθοτάύρου λιμένα, quorum hoc est Arriani, illud alterius fontis, cui in hoc tractu se

addicit. Idem cadit in § 57, p. 416, 23 : ἀπὸ δὲ Κορονίτεδος ἢ τοι Κερχινίτεδος, quorum hoc Arrianus habet, illud alter fons præbuit fortasse librariorum vitio. Similia hæc sunt: § 30, p. 409, 11: εἰς Φαδισάνην ἢ τοι Φάδισταν. § 34, p. 410, 1: εἰς Φαρνακίαν ἢ τοι Φαρνακίαν. § 39, p. 411, 15: εἰς Ἀδινῆν τὸν ἥδη λεγόμενον Ἀδινῆν (quod in nostris libris habet Arrianus). § 90, p. 422, 12: εἰς Κυνέας ἢ τοι Κύλας. Ceterum non ubique ad mutata nomina attendit. Non monet Byzantium etiam Constantinopolim dici; vice versa § 36 Ἐρμύσαν assert, quæ Arriano aliisque vocatur Ἐρμύνασσα: adeo ut, nisi librorum vitium subest, dicendum suisset: Ἐρμύνασσαν τὴν νῦν λεγομένην Ἐρμύσαν.

199. *Aetatem* auctoris sæculo quinto non esse priorem ex eo quod Marcianum exscripsit, colligimus. In eandem sententiam ducunt verba Ὅσσου λιμένα τὸν νῦν λεγόμενον Σουσάρια (§ 38, p. 411, 1). Nam *vetus* nomen *Hyssi portus* reperitur adhuc in Tabula Peutingeriana et in Notitia imperii (p. 96 ed. E. Boecking.), ubi: *Cohors Apuleja civium Romanorum Ysiporto;* apud Procopium vero (B. G. IV, 2) locus jam vocatur altero nomine Σουσάριαν (V. not. p. 371). Monuit haec Mannertus VI, 2 p. 376, qui *Anonymum aetate inter Notitiam imperii et Procopium media sive sæculo quinto scripsisse* putat probabiliter (**).

200. *Anonymi* fragmentum secundum, quod codex Heidelbergensis præbet, primus edidit cum Scylacis periplo J. Vossius Amst. 1639. 4°, deinde Jac. Gronovius in *Geographicis antiquis* Lugd. Batav. 1697. 4°, et Hudsonus in Geogr. tom. I. (an. 1698). Idem Hudsonus alterum fragmentum primus edidit in Geogr. tomo tertio. Utrumque in eodem volumine non tamen tanquam partes ejusdem peripli, dederunt Gailius in Geogr. tom. III (1831) et una cum Arriano aliisque Hoffmannus (1842).

(*) Cf. Leo Tact. c. 17: τὰ δὲ ἑπτά καὶ ἡμίσια στάδια ποιοῦσι μῆλον ἔν. Heron in Isagoge ms.: τὸ μῆλον ἔχει στάδια ἑπτὰ ἡμίσια ... πόδες Φιλεταρίους δρ', Suidas et Photius v. στάδιον: ἑπτὰ γάρ ἡμίσια στάδια ποιοῦσι μῆλον. Eadem schol. Lucian. Contempl. 8; schol. in Platon. Critiam p. 211 Ruhmk., Bachmann Anecd. I, p. 369. Basilius Seleucus p. 373: ἀπὸ δεκαπέντε σταδίων, διπερ ἢ μῆλα δύο. V. plura in Thes. gr. v. μῆλον (Alii nonnisi septem stadii computant, minus accurate.) Cf. Uerkert. I, 2, p. 76. Quomodo ortus sit hic computus certius quidem dicere non habeo; ni fallor, auctores nostri in stadium non Olympicos, sed Philetærios pedes 4500, quot milio tribuit Hero I. I. — Ubi miliarii partes exprimendæ erant, liberius in his versaturs peripli auctor, nonnisi 1/3 et 2/3 miliarii notans; quamquam ne ad has quidem particulas accuratius stadium numeri ubique exiguntur, nescio an auctor in librariorum culpa.

(**) Cf. Kehler in *Mém. de l'acad. de Saint-Petersbourg* tom. X, p. 615 (citante Gailio præf. p. xxiv): « Cet auteur donne des détails qui nous font connaître l'état de ces lieux dans le quatrième siècle de notre ère, temps où ce périple fut, à ce qu'il paraît, composé, au moins enrichi de nouvelles observations. » Ad Diocletiani tempora periplum pertinere opinabatur Dodwellus; quod recte improbat Osannus in not. ad fragm. De ponti ambitu, seriorisque atlatis scriptum esse censem.

STADIASMUS PONTI EUXINI.

	ARRIANUS.	ANONYMUS.	MARCIANUS.	
A Byzantio ad Fanum Jovis	120	120		
A FANO JOVIS AD HERACLEM.				
A Fano ad Rhœbām fl.	90	90	90	
Inde ad Melænam s. Calen acram.	150	240	150	240
Artanen fl.	150	390	150	390
Psilin fl.	150	540	150	540
Calpen portum.	210	750	210	750
Rhoen.	20	770	20	770
Apolloniam s. Thyniadem i.	20	790	20	790
Chelas.	20	810	20	810
Sangarium fl.	180	990	180	990
Hypium fl.	180	1170	180	1170
Diam.	· · · · ·	60	1230	60
Lilæum.	100	1270	40	1270
Elæum.	60	1330	60	1330
Caletem empor.	120	1450	[120]	1450
Lycum fl.	80	1530	80	1530
Heracleam.	20	1550	20	1550
In summa a Fano ad Heracleam.	· · · · ·	[1550]	1550	1550
Item linea recta.	· · · · ·	· · · · ·	1200	· · · · ·
Ab Heraclea ad Apolloniam Thraciæ.	· · · · ·	· · · · ·	1000	· · · · ·

1000 stadia Strabo p. 543.

1500 st. Strabo p. 543; 1600 st.
(200 m.) Plin. VI, 1.

	AB HERACLEA AD AMASTRIM.			
Ab Heraclea ad Metroum s. Auliam.	80	80		
Inde ad Posidium.	40	120	40	120
Tyndaridas s. Cyrsaeta.	45	165	45	165
Nymphæum.	15	180	45	210
Oxinam.	30	210	30	240
Sandaracen.	*90	300	40	280
Crenidas.	60	360	20	300
Psyllam emp.	30	390	30	330
Tiūm.	90	480	90	420
Billæum fl.	20	500	20	440
Psyllidem s. Papanium fl.			60	500
Parthenium fl.	100	600	70	570
Amastrim.	90	690	90	660
In summa ab Heraclea ad Amastrim.	· · · · ·	[690]	700	· · · · ·
A Fano Jovis ad Amastrim.	· · · · ·	[2240]	[2250]	· · · [2120]

304 (38 m.) Plin. VI, 1 ab Heraclea
ad Tiūm.

	AN AMASTRI AD SINOPEN.			
Ab Amastri ad Erythinos.	60	90		
Inde ad Cromnam.	60	120	90	180
Cytorum.	90	210	90	270
Ægialos.	60	270	60	330
Climacem.	"	"	50	380
Timolaium.	"	"	40	420
Thymena.	90	360	20	440
Carambin.	120	480	120	560
Callistratin s. Marsillam.	"	"	20	580
Zephyrium.	60	540	40	620
Garium.	"	"	30	650
Abonutichos s. Ionopolin.	130	690	120	770
Ægineten.	150	840	120	890
Cinolin.	60	900	60	950
Stephanen.	180	1080	180	1130
Potamos.	150	1230	150	1280
Lepten acram s. Syriadem.	120	1350	100	1380
Armenen.	60	1410	60	1440
Sinopen.	40	1450	40	1480
In summa ab Amastri ad Sinopen.	· · · · ·	[1450]	· · · [1480]	· · · 1450
A Fano Jovis ad Sinopen.	· · · · ·	[3690]	· · · [3730]	· · · 3570

1300 st. ab Heraclea ad Carambin
Strabo p. 546.700 st. a Carambi ad Sinopen Strabo
p. 546.

3500 st. Strabo p. 546.

STADIASMUS PONTI EUXINI.

	ARRIANUS.	ANONYMUS.	MARCIANUS.	
A SINOPA AD AMISUM.				
A Sinope ad Euachrum fl.	.	80	80	
Inde ad Carusam.	150	70	150	70
Gurzubanthum.	"	60	210	"
Zagora s. Calippos.	150	300	150	360
Zalecen fl.	"	90	450	120
Halym fl.	300	600	210	660
Nanstatthum.	90	690	40	700
Conopium.	50	740	50	750
Eusemen s. Dagaled.	120	860	120	870
Amisum.	*160	1020	160	1030
		[607]	[1702]	[950]
In summa a Sinope ad Amisum.		[1020]	[930]	950
A Fano Jovis ad Amisum.		[4710]	4660	4520
				900 st. Strab. p. 547; 1040 st. (130 m.) Plin. VI, 2.

	ARRIANUS.	ANONYMUS.	MARCIANUS.	
AB AMISO AD TRAPEZUNTEM.				
Ab Amiso ad Lycastum fl.	"	20	20	
Inde ad Chadisium fl.	"	40	60	270
Anconem port. et Irin fl.	160	100	160	100
Ieracleum.	360	520	360	520
Thermodontem fl.	40	560	40	560
Berin fl.	*90	650	60	620
Thoarin fl.	60	710	90	710
Cenoen..	30	740	30	740
Phigamuntem fl.	40	780	40	780
Ameletum fl.	"	20	800	
Phadisanen..	150	930	130	930
Polemonium.	10	940	*50	980
Iasonium pr.	130	1070	130	1110
Cilicum insulam.	15	1085	15	1125
Genetem fl.	"	55	1150	
Boonem..	75	1160	20	1200
Colyora.	90	1250	90	1290
Melanthium fl.	60	1310	60	1350
Pharmathenum fl.	150	1460	150	1500
Pharnaciun s. Cerasuntem.	120	1580	120	1620
Aretiadem ins.	30	1610	30	1650
Zephyrium.	120	1730	120	1770
Tripolim.	90	1820	90	1860
Argyria.	20	1840	20	1880
Philocaleam.	90	1930	90	1970
Coralla.	100	2030	100	2070
Cerasuntem.	"	60	2130	
Illeum montem.	150	2180	90	2220
Cordylen.	40	2220	*45	2265
Hernionassam.	45	2265	45	2310
Trapezuntiem.	60	2325	60	2370
	[2325]	[2370]		800 st. (100 m.) a Pharnacia ad Trapezuntem, Plinius VI, 4.
In summa ab Amiso ad Trapezunt.				2200 st. ab Amiso ad Trapezuntem, Strabo p. 548.
A Fano ad Trapezuntem.		[7035]	[7030]	

	ARRIANUS.	ANONYMUS.	MARCIANUS.	
A TRAPEZUNTE AD PHASIN.				
A Trapezunte ad Hyssi portum.	180	180	180	
Inde ad Ophimuntein fl.	90	270	90	270
Psychrun fl.	30	300	30	300
Calon fl.	30	330	30	330
Rhizium fl.	120	450	120	450
Ascurum fl.	30	480	30	480
Adienum fl.	60	540	60	540
Cordyla.	"	100	60	640
Athenas.	180	720	80	720
Prytanin fl.	40	760	40	760
Armenen.	"	24	24	784
Pyxiten fl.	90	850	66	850
Archabium fl.	90	940	90	940
Apsarum fl.	60	1000	90	1000
				1120 st. (140 m.) a Trap. ad Apsarum, Pl. VI, 4.

STADIASMUS PONTI EUXINI.

	ARRIANUS.	ANONYMUS.	
Inde ad Acampsin fl.	*15	1015	» »
Bathyn fl.	75	1090	» »
Acinasen fl.	90	1180	» »
Isin fl.	90	1270	» »
Mogram fl.	90	1360	» »
Phasin fl.	90	1450	» »
<i>In summa a Trapezunti ad Phasin.</i>	[1450]	[1432]	560 st. (70 m.) ab Apsaro ad Phasin, Plin. VI, 4.
Ab Amiso ad Phasin.	[3775]	3802	1400 st. circiter, Strabo p. 548.
<i>A Fano ad Phasin.</i>	[8485]	[8462]	8000 st. circiter, Strabo l. l.

A PHASI AD SEBASTOPOLIN.

A Phasi ad Charientem fl.	90	180	» »	
Inde ad Chobum fl.	90	390	» »	
Singamen fl.	210	510	» »	
Tarsuram fl.	120	660	» »	
Hippum fl.	30	690	» »	
Astelephum fl.	120	810	» »	
<i>In summa a Phasi ad Sebastopolin.</i>	[810]			800 st. (100 m.) Plin. VI, 4; 600 linea recta,
A Trapezunte ad Sebastopolin.	2260			Strab. p. 496.
<i>A Fano ad Sebastopolin.</i>	[9295]			

A SEBASTOPOLI AD OS BOSPORI.

A Sebastopoli ad Pityuntem.	350	500	» »	360 st. Strabo p. 497. a.
Inde ad Niticum.	150	500	» »	
Abascum fl.	90	590	» »	
Borgyn fl.	120	716	» »	
Nesin et Herculeum pr.	60	770	» »	
Masaificam.	90	860	» »	
Achaeum.	60	920	» »	
Heracleum pr.	150	1070	» »	
alind promontorium.	180	1250	» »	
Veterem Lazicam.	120	1370	» »	
Veterem Achaian.	150	1520	» »	
Pagras portum.	350	1870	» »	500 stadia Achaeorum, Strabo l. l.
Sacrum portum.	180	2050	» »	1088 st. (136 m.) ab Heraclea ad Hieron, Plin. VI, 5.
Sindicam.	300	2350	» »	850 stadi. Cercetarum usque ad Bata, Strab. l. l.
Panticapaeum.	540	2890	» »	400 stadi. a Batis ad Sindicum portum, Strab. l. l.
Os Bospori (Porthmum).	60	2950	» »	180 stadi. a Sindice p. ad Corocondama, Strab. l. l.
<i>In summa a Sebastopoli ad os Bosp.</i>	[2950]			708 stadi. (88½ m.) ab Hiero ad Bospori introitum,
A Phasi ad os Bospori.	[3760]	4025		Plin. VI, 5.
<i>A Fano ad os Bospori.</i>	[12245]	12487		

AB ORE BOSPORI AD CHERSONESUM.

A Porthmio ad Myrmecium.	60			
Inde ad Panticapaeum. 25 lin. recta.	[60]			
Tyristacen.	»	60	120	
Nymphaeum.	»	25	145	
Acras.	»	65	210	
Cylas.	»	30	240	
Cimmerium.	»	60	300	
Cazecam.	420	480	180	480
Theodosiam.	280	760	280	760
Scythotaur. port. Atheniona.	200	960	200	960
Laimpadem.	600	1560	600	1560
Criumefopon pr.	»	220	220	1780
Symbolorum portum.	520	2080	300	2080
Chersonesum.	180	2260	180	2260
<i>In summa a Porthmio ad Chersonesum.</i>	[2260]		2260	1000 st. a Theodosia ad Symbolorum port., Strabo p. 309.
<i>A Panticapaeo ad Chersonesum.</i>	[2200]		2200	2200 sec. fragm. Anon.

STADIASMUS PONTI EUXINI.

	ARRIANUS.	ANONYMUS.	
A CHERSONESO AD BORYSTHENEM.			
A Chersoneso ad Cercinitin.	600	600	
Inde ad Calon portum.	700	1300	700
Inde recta linea ad Tamyracen.	300	1600	300
Inde ad Hecates ἀλσος.	"	"	1200
A Tamyrace ad ostium paludis.	300	1900	"
Inde ad Eonas.	380	2280	"
Inde ad ostium Borysthenis.	150	2430	"
Ab Hecates luco ad ostium Borysthenis.	200	3000	
(Inde ad Olbiam ἀνάπλους.	240	3240	
A Chersoneso ad Borysthenem	[2430]	3300	
A Panticapæo ad Borysthenen.	[4690]	[5200]	

A BORYSTHENE AD ISTRI OSTIUM SACRUM

	ARRIANUS.	ANONYMUS.	
A Borysthene ad ins. anonymam.			
Inde ad Odessum.	60	80	60
Scopelos.	80	140	80
Istrianorum portum.	"	"	160
Isiacorum portum.	250	300	90
	50	440	390
	[80?]	[480]	480
Niconium.			300
Tyram fl..			780
Neoptolemi (turrem).			30
Crenniscos.			810
Antiphili (turrem).			120
Psilos Istri.	1200	1640	930
secundum ostium.	60	1700	4410 st. a Borysthene ad Tyram, Strabo p. 306.
Pulcrum ostium.	40	1740	4110 st. a Chersoneso ad Tyram, sec. Anonym.
Naracon ostium.	60	1800	4420 " " " sec. Artem. ap. An.
Sacrum ostium.	120	1920	4400 " " " sec. Strab. p. 308.
	[1980]	120	1680
			300 stad. a primo ostio ad Sacrum ost., Strabo p. 306.
In summa a Borysthene ad Sacrum ost.	[1920]	1960	300 stad. a Tyra ad Sacrum ost., Strabo p. 303.
A Panticapæo ad os Istri sacrum.	[6610]	7400	900 stad. a Tyra ad Sacrum ost., Strabo p. 303.

AB ISTRI ORE SACRO AD JOVIS FANUM.

	ARRIANUS.	ANONYMUS.	
Ab ore Sacro ad Istriam.			
Inde ad Tomos.	500	300	500
Callatim.	300	800	300
Carum portum.	300	1100	1100
Tetrisiadem.	180	1280	180
Bizonem.	120	1400	120
Diospolin.	60	1460	1400
Odessum.	80	1540	60
Hæmi prom.	200	1740	1540
Mesenibriam.	360	2100	200
	[260?]	[2000]	1740
Achialum.	90	2190	2000
Apolloniam s. Sezopolim.	70	2260	70
Chersonesum.	150	2440	2160
Aulæi tichos.	60	2500	250
Thyniadem.	250	2750	2650
Salmydессum.	120	2870	120
Phrygiam s. Philiam.	200	3070	2770
Cyaneas.	330	3400	200
Fanum Jovis Uril.	320	3720	2970
	40	3760	310
	[3660]	40	3280
			3600
A Sacro ostio ad Fanum Jovis.	[3760]	3640	1500 st. ab Apollonia ad Cyaneas, Strabo l. l.
A Borysthene ad Fanum Jovis.	[5680]	5600	4440 st. ab Istri ostio ad Ponti ostium, Plin. IV, 18.
A Chersoneso ad Fanum Jovis.	[8110]	8900	
A Portimio ad Fanum juxta Europ.	[10370]	11100	
A Portimio ad Fanum juxta Asiam.	[12245]	12487	
Totius Ponti periplus.	[22615]	23587	E Strab. numeris colliguntur 22550 stad.; in quibus desideratur distantia a Corocondama ad Panticapæum et a Symbolorum portu ad Chersonesum.

	ARRIANUS.	ANONYMUS.	
A Sacro ostio ad Fanum Jovis.			
A Borysthene ad Fanum Jovis.	[3760]	3640	
A Chersoneso ad Fanum Jovis.	[5680]	5600	
A Portimio ad Fanum juxta Europ.	[8110]	8900	
A Portimio ad Fanum juxta Asiam.	[10370]	11100	
Totius Ponti periplus.	[12245]	12487	
	[22615]	23587	

ANONYMI STADIASMUS MARIS MAGNI.

201. Devenimus ad libellum qui inscribitur Σταδιασμὸς ἡτοι περίπλους τῆς μεγάλης θαλάσσης, i. e. *maris mediterranei* (quod *magnum* senioris ævi scriptores passim vocant) *periplus et per stadia emensio*. Auctor ejus anonymous, geographum aliquem Alexandrinum præceteris secutus, sumto ab Alexandria initio primum legit oram Libycam ad columnas usque Herculeas; deinde iterum ab Alexandria exorsus Asiaticum litus descriptsit usque ad Fanum Διὸς Οὐρφου, ut ego censeo, vel, ut codex habet, usque ad Dioscuriadem; post hæc Europæ paraplumi exhibit a Fano Byzantiorum (quod e regione situm erat Fani Jovis Urii) usque ad Herculis columnas. His inserta erant insularum descriptiones variaque diaplorum farrago.

202. Major ejus periopi pars nunc deperdita. Superstites in uno codice Matritense particulæ duæ vel tres; prima, periopi initium, loca maritima recenset ab Alexandria ad Uticam (§ 1-127). Hinc quæ sunt usque ad frustum Gaditanum et quæ deinceps in Asiatico litore sequebantur ab Alexandria ad Carnas Phœnicia, ea omnia unius, ut videtur, folii jactura in codice aliquo absunt. Servata pars altera præternavigationem Asiæ, multis insertis diaplis, præbet a Carnis usque ad Miletum. His denique abrupte præter ordinem subjiciunt Cypri et Cretæ insularum periopi, quos tertiam fragmentorum partem dicere licet. Vides plurima interisse; adde quod servatae particulæ lacunis modo aperte hiantibus modo male tectis nec non singulorum ferme verborum depravatione laborant.

203. Jam ut indolem operis laceri quidem sed pretiosissimi exponamus, progrediamur a libro, cuius in codice pars est. Etenim codex Matritensis (de quo v. not. p. 427) post Nicephori patriarchæ Cp. Chronographiam habet incerti auctoris narrationem de orbe terrarum inter Noæ filios distributo et deinde laterculum maximorum montium duodecim fluviorumque quadraginta. Quibus absolutis, scriptor quendam in Jesu Christo fratrem alloquens, cui lucubrationem suam nuncupasse videtur, velle sese profitetur iis quæ modo exposuisset subjungere Magni maris perioplum et de insulis notitiam variam. Dixit

nostrumque profert perioplum, adeo illum a prioribus quisquiliis discrepantem, ut seu margarita niteat in stercore. Videlicet quæ de terra inter Noæ prosapiam divisa ferebantur, ea Byzantinis pro geographia quadam compendiaria erant, quibus alia nonnulla selecta geographicæ in usum dissentium addebantur. Sic illa de maximis montibus, flaviisque in compluribus chronicis deprehenduntur; neque omnes in his substituisse docet Chronicon Paschale, in quo præterea urbes maximæ secundum septem orbis terrarum climata enumerantur. Simili igitur consilio Noster perioplum dedisse censendus est.

204. Auctor iste Byzantinus quinam fuerit et quando scripserit, nescimus nec scire magnopere refert, quandoquidem de suo vix quidquam ad rem attulerit præter ignorantiam et supinam negligentiam, qua ducem vel duces suos occitanter exscripsit breviavitque; quamquam non omnia libri vitia ad eum refero, quippe quorum multa adeo sunt barbara (*), ut seculo decimo, quo scriptus codex est, nonnisi a librario prorsus rudi exarari potuerint. Majoris momenti quæstio est de ætate fontium ex quibus opusculum vel a Byzantino monacho vel ante eum ab alio conflatum sit. Nimirum non ex uno eodemque veteris alicujus scriptoris perioplo ea quæ nunc legimus promanarunt. Ac primum quidem duas distinguendas dixeris partes narrationis indole disperses. Quarum altera (§ 148-296), Asiæ ab Oronte ad Miletum paraplus, nihil fere præbet nisi littoræ navigationis stadiasmus, in sinibus etiam compendiorum mensuras et præterea insularum distantias, et a Rhodo et Delo ad urbes nobiliores trajectus, sicuti ab Asia per insulas in Græciam diaplos; altea autem pars, quæ de Libya et Phœnicia et Syria usque ad Orontem (§ 1-148) et de Cypro Cretaque insulis (§ 297-335) agit, non solum nomina locorum et distantias habet, sed in plurimis etiam doctrina nautica navigationis rationem illustrat, ut in his auctor noster opus aliquod in peculiarem nautarum usum compostum adhibuisse debeat. Credi sane possit haec ex eodem fonte fluxisse unde reliqua ducta sint, narrationis vero discrepantiam ab excerptoris vel librarii alicujus arbitrio repetendam esse, quippe

(*) Hujusmodi est quod ἀπὸ præpositio locis plurimis accusativo jungitur. Forma novitia μελανὸν (pag. 450, 1) num ad auctorem Byzantinum an ad scribam referri debeat parum liquet. Idem valet de locorum nominibus depravatis.

qui in Libyæ paraplo (§ 1-127) notitias nauticas diligenter et plurimum enotaverit, in Phœnicia autem et Syriæ litore (§ 128-153), quum ter duntaxat (§ 128. 134. 146) de rebus nauticis moneat, magnam jam festiniantiam prodat, in sequentibus denique satiscens vel tedium victus omnia quæ fugientem calamum inhiberent, abjecerit, post hæc tamen resumto spiritu in Cypri et Cretæ periplis ad pristinam diligentiam reversus sit. At non ita rem habere, sed complures Nostrum fontes usurpasse, si singula diligenter perpendas, veri sit similius. In ipsa Libyæ descriptione, in qua pars nautica præ ceteris conspicua est, auctor præter nauticum libellum etiam alium periplus (eundem, puto, cui in Asiae minoris paraplo se addixit) ob oculos habuisse videtur. Id enim suadet quod in prima ejus parte (§ 1-9) notitiae nauticæ nonnisi parenthetice inter nomina locorum et distantiarum notas inseruntur, ut in hisce : Ἀπὸ Ταποσίρεως ἐπὶ τῷ Χιῳ (χώμη ἔστι· βράχη φυνόμενα) στάδιοι λ'. Ἀπὸ Πλινθίνης ἐπὶ Ταποσίρου (πόλις ἔστιν ἀλίμενος· λεπὸν τοῦ Ὀσίριδος) στάδιοι λ' et sic porro. Quam adornationem incommodiorem relinquit inde a § 10, ubi primo stadiasmus assert, deinde cetera subjungit. Prior ratio indicare mihi videtur stadiasmus aliqui ex alio periplo notitias nauticas additas esse. Eodem facit quod interdum duplex ejusdem loci nomen tam inconcinno modo apponitur, ut non veteris scriptoris manum sed seri ævi compilatorem agnoscas. Sic § 56 : Ἀπὸ Πτολεμαῖδος εἰς Τεύχειρα στάδιοι σύπολις ἔστι Πενταπόλεως ἀρχαῖα. Αὕτη χαλεῖται Ἀρσινόη. Ubi ne putes voculam καὶ ante καλεῖται excidisse, vetant gemella hæc § 95 : Ἀπὸ Ἐρμαίου ἐπὶ Γάραφα στάδιοι τ'... Καλεῖται Αινεόσπορα. § 93 : [Ἀπὸ Κεφαλῶν εἰς Νεάπολιν στάδιοι χγ'].... αὕτη καλεῖται Λέπτις. His addē § 41 : Ἀπὸ τοῦ Βατράχου εἰς Πλατεῖαν στάδιοι σν'. Prὸς τῷ πελάγει κεῖται νῆσος καλούμενή Σιδωνία (i. e. Ἀηδονία); nam Platea ab Aedonia vix fuerit diversa. Quæ quum in annotatione a glossatore profecta esse putavissim, nunc nihil video, quin ex fontium diversitate derivanda sint. Accensendæ videntur etiam ejusdem nominis formæ variæ, ut § 52 : εἰς Ἀπολλωνίαν et mox εἰς Ἀπολλωνιάδα. Deinde mira est confusio in titulis, qui singulis oræ Libyæ partibus præfiguntur, modo a barbaris accolis, modo a regnantium populorum ditionibus, modo a sinuum nominibus petiti. Tractus qui ab Alexandria ad Magnum Catabathnum pertinet (§ 1-33), inscriptione caret. Sequitur Marmarica usque ad

Apolloniam. Proxima usque ad Berenicen inscribuntur Κυρήνης (voluit auctor πεντάπολις Κυρήνης). Quatenus ab Apollonia orientem versus ditio Cyrenaica pertinuerit, non notatur, quum tamen occidentalem terminum ad aras Philæorum ponendam § 84 memoret. Deinde a Berenicen sequitur Σύρτις Κυρηνιῶν (§ 58) et mox (§ 62) post Boreum promontorium ex alio fonte novus titulus Σύρτις Κυρήνης; nimirum alias ad Berenicen, alias ad Boreum pr. Syrtis initium posuisse constat. Pertinet ea usque ad Aras; quibus memoratis, novus ponitur titulus (§ 85) Σύρτις μεγάλη, quasi antecedentia non essent pars ejusdem Syrtidis Magnæ. Sequitur § 100 Syrtis parva usque ad Thapsum (§ 113). Proximis titulus præfigitur : Λοιπὸν Φοινίκη, sive quod post finem Syrtidis novam inscriptionem flagitans auctor regionem Punicam eo nomine signare voluerit, sive quod sero demum titulus a librario additus est, qui truncatum jam codicem habens in seqq. (§ 128) Phœniciaæ oppida recenseri videret. Hoc si est, ceteros quoque titulos indidem repete licebit; sin minus, auctor e diversis libris hinc inde aliquid arripiens istam inscriptionum farinam collegit.

205. Transeamus ad Asiae minoris insularumque stadiasmus, quem esse opus vermiculatum facile cognoscimus. Ac primum qui leguntur diaphli a Rhodo ad Scyllæum (§ 275), a Co in Delum (§ 280. 282), a Myndo ad Sunium (§ 281), quum mirum in modum laceri sint, vel hinc suspicari licet initio eos nonnisi margini adscriptos fuisse; quam conjecturam firmat quod non suis omnes locis nunc in verborum ordine exstant. Nam qui § 280 habetur diaphlus per insulas a Co ad Delum, is manifesto quasi commentarius sive scholion est ad verba stadiasmī § 279 : Ἀπὸ Κῦ εἰς Δῆλον στάδιοι ρ', ideoque his verbis statim fuisset subjungendum. Similiter diaphlus a Myndo in Sunium (§ 281) post § 278, ubi de Myndo agitur, ponendus erat. Quo neglecto, factum est ut alter a Co in Delum diaphlus (§ 282) a priore (§ 280) male divelleretur. — Deinde laterculum distantiarum quæ sint a Rhodo ad viginti Asiae urbes insulasve (§ 271), non ex eodem fonte manare ex quo continentis ora describitur, colligimus e verbis 'Ex Ῥόδου εἰς Φύσκον στάδιοι υν'. Nam Physcus urbs in oræ descriptione non exstat, sed quo loco Physcus situs erat, Samos memoratur, quod navale Physci fuisse videtur. Præterea a Samo ad Rhodium Stadiasmus satis recte computat sta-

dia 310, dum in laterculo isto a Rhodo ad Phycum 450 stadia numerantur perperam. Denique quum in oræ descriptione nihil offendam quod cogat ut auctorem ejus Augustea ætate juniores fuisse putemus, laterculus ille mentionem habet Cæsareæ urbis, cui Herodes rex in honorem Augusti nomen indidit. — Pergamus ad diaplos, qui descriptioni Ciliciæ inseruntur. A Pyram ostio ad Solos linea recta esse stadia 500 et Noster § 165 tradit et ex Artemidoro Strabo p. 675, quamquam reapse distantia stadiis quadrungentis non major est. Similiter aliorum diaplōn mensuras, etsi falsissimas, eodem fere modo Noster et Strabo exhibent. Scilicet a Selinunte ad Acamantem Cypri promontorium Noster § 204 stadia 1006 (1060?), Strabo p. 682 stadia 1000 exputant, quum sint circiter 700. A Chelidoniis vero ad Acamantem et Marium Noster § 233 stadia 1800 numerat, Strabo l. l. stadia 1900, nos non ultra 1100. A Side ad Acamantem in Strabone l. l. sunt stadia 1600, in peripli codice 1006, qui numerus quamquam ad verum proxime accedit, tamen quum ob nimiam accurationem suspectus sit et de ceteris distantiis inter Cyprum et Ciliciæ oram intercedentibus Nostrum Straboni simillimum videamus, probabiliter corrigendum est in : 1600. Conferenda etiam hæc (§ 197) : Ἀπὸ Ἀνεμούριον ἐπὶ τὰ τῆς Κύπρου ἔγγιστα, ἐπὶ Κρομμύου ἄκραν, στάδιοι τ' cum Strabonianis p. 667 : καθ' ἣν (τὴν Ἀνεμούριον ἄκραν) ἡ πέτιρος ἔγγυτάτω τῆς Κυπρίας ἐστίν, ἐπὶ Κρομμύου ἄκραν ἐν διάρματι σταδίων τν'. Qui præter hos notatur § 186 ab Aphrodisiade in Achæorum acten Cypriam diaplus apud Strabonem non occurrit. Proclivis igitur conjectura utrumque auctorem in his eosdem vel simillimos fontes adhibuisse. Quominus autem idem de tota Asiæ minoris descriptione statuamus impedit varius de urbibus regionumque terminis dissensus quo Nostra a Strabonianis distinentur. Censendum potius est compilatorem nostrum diaplos modo laudatos oræ stadiasco aliunde addidisse. Com-

probatur hoc etiam eo quod § 233 una cum Acamante promontorio memoratur Marium urbs; quæ quum a Ptolemæo Lagi diruta, post restorationem autem Arsinoe dieta sit (quo nomine recensetur in Cypri periplus § 309), sequitur diaplum § 233 allatum e fonte manare antiquiore quam ut in reliquam oræ Asiaticæ descriptionem cadat, in qua, ut alia mittam, Attalia, Attali Philadelphia opus, memoratur. Præterea in § 233 codex noster ordinem rerum turbatum habet, adeo ut pateat aut diaplum a Chelidoniis ad Acamantem postea demum additum esse aut titulum Λοιπὸν Λυχία non suum obtinere locum. Illud probabilius est. Quod denique attinet stadia 500, quæ a Pyram ostio ad Solos linea recta esse dicuntur, ea Strabo ita exputat, ut ostium Pyrami prope Mallum ponatur; Noster autem suum Pyrami ostium multo magis versus occasum ponit, ab eoque usque ad Solos *juxta oram* non nisi 360 fere stadia colligit. Liqueat igitur stadia illa 500 linea rectæ, quum in nostrum periplus non quadrant, notari oscitanter aliunde arrepta.

206. Vidiinus Asiæ minoris descriptionem variis auctam esse additamentis, quorum indagandorum copiam faciebat narrationis ordo turbatus rerumque traditarum ratio inconcinna. His resectis, qui restat Asiæ minoris stadiasco num ex eodem totus fonte petitus sit, non dijudico. Neque de ætate fontis vel fontium accuratius certisque fulsum argumentis proferre quidpiam habeo. Nihil equidem deprehendi, quod ætatem primo ante Christum seculo posteriorem prodat (*), nec refragor si de hac peripli parte statuas quod de toto Stadiasco Gaius (**) sibi persuasit, geographicæ manare ex auctoribus Straboni coævis vel potius eo antiquioribus, quamquam firma ejus sententia argumenta non suppetere profiteor.

207. Antiquitatis indicium esse putarunt quod § 213, p. 488 Melas fluvius Pamphyliam a Cilia dirimere proditur, quem *antiquum finem* fuisse tradit Plinius V, 22. Ac sane Scylax (§ 101 p. 76,

(*) Nam quæ serius evum innuere videatur Ἰανουαρίας ἄκρας mentio (§ 160), vix dubium est quin debeat librario genuinum nomen corrumpenti.

(**) Gail. Geogr. min. tom. II, p. 432 in Dissertat. de stadiasco : « Unum autem speraverim [spe sane fallaci], non bene multa me latuisse, quibus auctoris actas et geographicæ materiæ natura, quoad licet, dignosceretur. Ex his omnibus concludam : 1. prologi auctorem, quem Stadiasco editorem haud immerito dixerim, fuisse Christianum, sed cuius ætatis, incertum : at illius orationem puram esse et corruptæ lingue anteriorem ; 2. irrepssisse quidem nonnullas dicendi formas, quæ recentem gracismum et librariorum incuriam redolent, sed summam rerum geographicarum manare ex auctoribus Straboni coævis ; immo, ex quibusdam causam esse conjiciendi genuinum opus illud ante Strabonem potius conscriptum esse quam post Christum natum : quod obiter subdoratus cl. Mannertus sententia nostræ adstipulari videtur, quamquam in hac questione immorandi otium viro docto defuerit ; 3. hoc Stadiasco adimpleri ea, quæ scripserunt Strabo et Ptolemæus de litoribus iisdem etc. »

ubi v. not.), etsi fluvii non meminit, tamen Pamphyliam ad Melanem usque pertinere statuisse debet, dum aliter sentiunt Artemidorus, Mela, Strabo, Plinius. At nihil his profligatur; nam Ptolemaeus (V, 8, p. 333 ed. Wilb.) iterum Melane fluvio Pamphyliam a Cilicia Aspera distinguit. — In Cilicia Noster (§ 173) memorat *Elæussam*, quam Ptolemaeus *Sebasten* vocat (Cf. St. B.: Ἐλαιοῦσσας ή νῦν Σεβαστή); nomen hoc Archelaus rex in honorem Augusti loco indidisse putandus est; at non inde sequitur periplum ante Archelai tempora scriptum esse; nam vetus Elæussæ nomen et Strabo et alii seriores usurpant. Similia dicenda forent si quis Solos (§ 170) non vero Pompejopolim in Stadiasco memorari videns hinc temporis indicium petere vellet. Paullo aptius antiquitatis argumentum præbere videtur Coryci Lycii mentio (§ 228. 215). Etenim Strabo p. 666 in hujus oppidi regione non nisi Κωρωδὸν αἰγαλὸν novit, idem vero p. 671 Corycum inter oppida a Servilio Isaurico (an. 78) capta enumerat, ut deletam tunc esse credideris, præsertim quantum hujus Coryci mentio apud seriores geographos, quantum scio, non recurraat. Quo concesso, periplum inter Attali Philadelphi, qui Attaliam (§ 223) condidit, et Servilii tempora sive inter an. 130-80 a. C. compositum dicese probabiliter. Reputandum tamen est Coryci mentionem redire § 271 in eodem illo Rhodio laterculo in qua *Cæsaream* Augusti ævo structam habes. Suspiciari quidem licet antiquum laterculum, forsitan ex Timosthenis Rhodii Stadiasmis repetendum, novitiis accessionibus auctum esse; sed nihil ejusmodi suspicione probatur, quam ipsam hodierna *Kourgos*, non semper jacuisse Corycum docens, labefactat. — Alia hujus generis argumenta, speciosa et inania tamen, proferre possem, quæ, ne sermo longus inutiliter trahatur, lubens omitto.

208. Ab Asia Minoris paraplo ad reliquam operis partem me converto, in qua librum nauticum, quamvis non eadem ubique diligentia, exscriptum esse patet. Num totius maris interni oram an, quod est verisimilius, solummodo partem ejus nauticus ille tractaverit, parum liquet; attamen præter Libyam, Ægyptum, Phoeniciam, Syriam et Cyprum Cretamque etiam objectum insulis litus Asiaticum descriptum ab eo esse tum per se pro-

babile est tum verbis nonnullis periplus nostri subindicatur. Nam quæ § 315 in Cypri periplus ab operis nostri adornatione prorsus aliena leguntur: Ἐντεῦθεν (ἀπὸ τῶν Ἀκρῶν) μετέβημεν εἰς τὸ Ἀνεμούριον, haud dubie ex nautico illo libro ducta sunt, in quo Cypri periplus junctus erat paraplo Ciliciae. Similiter eundem auctorem e Caria per Rhodum et Carpathum et Casum insulas in Cretam transiisse e nostri Cretensis periplus initio (Ἀπὸ τοῦ Κάσου εἰς τὸ Σημάνιον τῆς Κρήτης κτλ.) colligitur (*).

209. Ceterum ratio libri egregii hæc est. Præter nomina et distantias locorum notat auctor numerus loci sit (§ 3. 4. 70. 99. 116. 311), an habeat vel λιμένα vel δρόμον vel ὄφορον vel σάλον, sæpe accuratius etiam rem definit, addens portum aliquem esse ἐπίστημον (101), καλὸν (331), παραχειμαστικὸν (125. 345), μεγάλοις πλοίοις (125), πλοίοις μικροῖς (86. 314), φορτηγοῖς (2), τριπλοῦν (297), παντὶ ἀνέμῳ (16. 29. 297. 304); item δρόμον vel ὄφορον esse θερινὸν (8. 28. 38. 40. 48. 53. 66. 70. 84. 310), χειροποίητον (30), μαχρὸν, παντοῖον ναυσῖν (14), πλοίοις μικροῖς (26. 57. 94), φορτηγοῖς (12. 14. 41), καλὸν ἀπὸ λιθὸς (32. 78), τοῖς ἀρ' ἐσπέρας ἀνέμοις (14), τοῖς ἑτησίαις (63). Prætereæ notantur σάλοι (7. 9. 126. 128), σάλοι ἀνατείνον (51), ἀγχυροβόλια φορτηγοῖς (25), κοιτῶνες πλοίοις μικροῖς (128), promontoriorum ratio (ἀκρωτηρίον ταπεινὸν 11; τραχὺ 18. 19; ὑψηλὸν 66; δεσμὸν 48; σκοτάς ἔχον 40. 34), αἰγαλοὶ (60. 82. αἰγαλὸς βαθὺς 60. 71. 72), θῖνες λευκαὶ (67. 93), ἵερὰ in litore conspicua (49. 38. 14. 297. 307) et deserta castella (70. 78), arbores denique in Libyæ litoribus solitariae (18. 30); deinde vero νῆσοι, νησία (72. 74. 38, etc.), σκόπελοι (28. 73), χοιράδες (304), πέτραι (46), βράχη (112. 114. 117, ὑψηλὰ 37, μετέωρα 57, ἐπιφανόμενα 5, καταρχῆ 113). Multum etiam nautæ resert de aquatione doceri accurate. Noster itaque non modo monere solet num locus quidam ἄγνωστος (80. 81) sit an habeat aquam, sed plerumque etiam significat cujusnam aqua sit generis et ubi reperiatur (ὕδωρ καλὸν 324; πάνυ καλὸν 31; πολὺ 29, 30; πλατὺ 35. 42; γλυκὺ 32; ποτάμιον 96; δένυματα ἔξοι 77; ἀναχτὸν, 75; πηγαῖον ἀναχτὸν 26; σύναχτον 43; λακκαῖον 12; δμέριον 29; ἐν τῷ αἰγαλῷ 38. 54. 34; ἐν φάραγγι 12; ἐν τοῖς ἄγροῖς 26; ἐν τῇ νάπῃ 29. 40; ἐν τῇ ἁμμαρ 15. 28. 35. 51; ὑπὸ τὸ δένδρον 18; ὑπὸ τὴν συκῆν 30; παρὰ τὸ ἱερὸν 14; ἐν τῷ πύργῳ 41; ἐπὶ

(*) Hinc simul proclivis conjecturâ est Europæ paraplo a scriptore isto nautico alienum fuisse; alias enim periplum Crete insulae, que non Asiae, sed Europæ a geographis accensetur Europæ paraplo juxxit.

τοῦ πύργου 13; ἐπὶ τῷ φρουρίῳ 63; ἀπὸ σταδίων τε'). Huc accedunt quæde navigandi ratione deque appellendis sistendis navibus præcipiuntur. Cujusmodi sunt ista: Ἐντεῦθεν ἀναγθεῖς παράπλεες· πέτραι εἰσὶν ὑψηλαῖ (46). Ἀπὸ σταδίων δύο παράπλεες· ἔχει γὰρ βράχην ὑψηλά (37). Τοῦτον τὸν τόπον παράπλεες ἀπὸ τῆς γῆς σταδίους χ' (146). Ὁρμίζου ἐπ' αὐτὸν τοῖς ἄνωθεν ὀνέμοις (34). Ὁρμίζοι ἀν̄ ὑπ' αὐτὸν τοῖς ἀφ' ἐσπέραξ ὀνέμοις (53). Λασπαλῶς ὁρμίζου ἐπὶ τοῦ Ἐρμαῖου (93). Ὁρμίζου ὑπὸ τὸ χῶμα (14). Ἐκ δεξιῶν τὴν ἄκραν ἔχων ὡρμίζου (13). Ταύτην ἔχων εὐώνυμον προσορμίζου (15). Εἰσάγου δεξιῶς εἰς τὸν πλαταμῶνα (11). Ταύτην ἔχων δεξιὰν κατάγου (16). Ἐν ἀριστερῇ κατάγου (44). Καθορῶν τὸ βράχος κατάγου (23). Ἡ κατάγωγή ἐστιν ἐπὶ τῇ πόλει δύσκολος πάνω (113. 114). Ἐπισταλός ἐστιν δ ὅτοπος· ὀστραλῆζου (55). Φυλάσσου παραπλέων (57). Διαφυλάττου (204). Et quæ sunt similia.

210. Jam videamus quænam huic periopi parti nauticæ insint momenta chronologica. In Libye ora memorantur *Castra Cornelii* cum portu egregio in quo naves magnæ soleant hibernare (§ 125). Eiusmodi portum oppido vel vico destitutum fuisse vix quisquam crediderit. At Julii Cæsaris temporibus locum, ubi Cornelius olim castra metatus erat, nondum fuisse habitatum ex Bell. Civ. II, 24 (v. not. ad p. 472) facile intelligitur. Strabo Castrorum illorum non meminit. Pomponius Mela III, 7 habet quidem *castra Lælia* (*), *castra Cornelia*, non satis tamen liquet an oppidum an nihil nisi locum historia celebrem significare voluerit, præsertim quem Plinius V, 3 non oppidum vel vicum sed *locum Castra Cornelia* consignaverit (**). Tutijs jam de oppido cogitare licet apud Ptolemaeū IV, 3 § 6 (Κορνηλίου παρεμβολή), quippe qui loca inhabitata nec nisi priscis castris nobilia notare non soleat. Sed hoc ut ut est, dubitari nequit, quin vicus in Castrorum locum non successerit ante tempora Augosti; nec minus probabiliter statuas portum istum a nautis hibernandi causa tum demum frequentari cœptum esse quum proximus Uticæ portus luto et arena inutilis evaserat. Nam por-

tum olim Uticam habuisse ex Livio (ΛΛV, 31) et Appiano (Pun. c. 75) constat et testantur reliquæ, quæ arte factum et clausum fuisse produnt. Apud Nostrum vero (§ 126) Utica λιμένα οὐκ ἔχει, ἀλλὰ σᾶλον ἔχει. Igitur tum portus jam erat obrutus; nondum vero fuerit Cæsaris temporibus, qui *Uticæ classem concendit* (Bell. Afric. c. 98); nec proximis abhinc temporibus urbs, Cæsareæ familiæ favore pollens, artis opera, quæ portum tutarentur, neglexerit. Sed quando demum civium industriam vicerit Bagradæ fluvii vis lutifera aut antea jam fregerit vicinæ Carthaginis renascens potentia, propter testimoniorum penuriam dici nequit. Ipsa autem Carthago, sub cuius mole naves appellebant (**), Nostro vocatur πόλις μεγίστη (§ 124). Quæ quidem urbs tanta incrementorum celeritate usa est, ut jam Strabo de ea prædicet: εἴ τις ἀλλη καλῶς οἰκεῖται τῶν ἐν Αἰθύῃ πόλεων, et Pomponius Mela *jam iterum opulentam* dicat. Ne tamen ad hæc novi splendoris primordia ætatem scriptoris nostri pertinere censeamus, impediunt quæ de aliis Libyæ oppidis in perioplo referuntur. Videlicet quemadmodum Utica portu carere dicitur, sic Adrumetum quoque urbs est ἀλίμενος (§ 116). Igitur cothon ejus, quem Hirritus (Bell. Afric. c. 62, 63) memorat, jam evanuerat, sicuti qui postea ibi ab Arabibus constructus est portus egregius nunc ipse adeo hominum incuria neglectus jacet, ut in salo navibus subsistendum sit. Similiter Leptis Magna λιμένα οὐκ ἔχει (§ 93); nimirum priscus portus tunc arenis obrutus erat, ut etiamnum videre est, dirutis molibus quæ fluxum maris et eluviem arcerent. Jam vero quum Leptis sub Romanis imperatoribus eximie floreret et a Septimio Severo maxime, cui ea urbs patria erat, splendidissimis monumentis ornaretur, portum, utilissimum divitiarum instrumentum, a Severo susque deque habitum undarumque ludibrio proditum esse nemo non cum Barthio, doctissimo Libyæ exploratore, negaverit. Itaque post annum 200 p. C. periopli scriptum esse persuasum est. Ab altera parte Leptis urbs Nostri temporibus nondum bellis Asturia-

(*) *Castra Lælia* (*Delia* codd., præter unum Paris.) aliunde non nota. Nescio an hoc pertineat hodiernus locus *Aliyah* (sic Smyth., *Kala Barth* in mappa), prope quem *Castra Cornelia* querenda esse censem.

(**) Quod Barthius *Wanderungen* I, p. 211, not. 6 habet: « Plinius nennt an irgend einer Stelle die Castra ein oppidum stipendiarium, wie Morelli anführt », frusta quæsivi in Plinio, qui Corneliorum castrorum, quantum equidem scio, nonnisi loco laudato meminit.

(***) Ὁρμίζου ὑπὸ τὸ χῶμα Noster ait. Admvendus his verbis erat locus Appiani in Pun. c. 123: ἐξ τὸ χῶμα κατέφυγον, οὐ πρὸ τοῦ τείχους εὑρύχωρον ἐμπρότοις ἐξ διάθεσιν τῶν φορτίων ἐγεγένητο ἐκ πολλοῦ. Cf. Dureau de la Malle *Recherches sur la topographie de Carthage* p. 52.

norum barbarorum oppressa erat (c. 364 p. C.). Ptolemais vero quamvis adhuc esset πόλις μεγίστη (§ 55), portum tamen jam obrutum habuisse debet, quum nihil de loco auctor moneat nisi haec : ἐπίσαλός ἔστιν ὁ τόπος, ἀσφαλίζου : adeo ut cogitandum sit de tempore inter florentem urbem et a Justiniano restauratam medio. Idem cadit in Berenicen, cuius portus hodie parvulis tantum navigiis patet, Nostri autem ætate pejus etiam habuisse videtur; nam signantur quidem brevia juxta Berenicen cavenda et promontorium ad quod naves sistenda sint, de portu autem altum silentium. Denique animadvertis in Syrtis ora Eperum dici *castellum barbarorum* (§ 86), quod nisi labante jam in Africa Romanorum potentia locum habere vix potuit.

211. Transeamus in Cyprum. Memoratur ibi (§ 304) πόλις Ἐρημος Ἀμυόχωστος λεγομένη, quæ quum in eodem tractu ponatur, in quo Strabo Leucollam et Arsinoen collocat, vel haec, ut ego putem, vel illa tanquam urbs arenis obruta apud Nostrum significatur, ut primum hoc pateat periplum Strabonis ætate juniores esse. Et quoniam Ptolemaeus quoque neque Arsinoen hanc neque Leucollam novit, jam desertam tunc fuisse quam dicit Noster urbem conjicimus. Simul vero concedes ἀμυόχωστον non fuisse nomen urbis proprium, sed desertæ ruinis inditum, eamque appellationem serius demum, quum proprium nomen in oblivionem jam abiisset, usu communis esse receptam (*). Præterea citeriorem ætatem redolet quod Ἰεράπυνα Cretica urbs apud Nostrum ut in Dione Cassio et Hierocle Ἰεράπυνα vocatur. Adde § 302 et 311 formas Κουρικχὸν et Κρομμυζὸν pro Κουρικὲς ἄκρα et Κρομμύνους ἄκρα, quorum hoc, etsi leviter corruptum, ipse Noster in Asiae Minoris paraplo (§ 197) habet. Sed levioris haec momenti sunt et fortasse in Κρομμύνου ἄκρον, Κουρικὲς ἄκρον resingenda. Ceterum inter Cyperi urbes periplus Salaminem recenset, quam Constantini Magni anno 29 terræ motu dirutam et post restau-

rationem Constantiam dictam esse constat. — Quatenus igitur ex tenuioribus indiciis probabiliter aliquid colligi potest, periplus partem nauticam eum oræ maritimæ statum, qui erat inter regna Severi et Constantini, prodere et ex libro inter annos 250-300 p. C. scripto desumptam esse censeo. Nauticōn auctorem antiquiores περὶ ἀμύνων libros Cleonis, Timostenis, Timageti, Cratetis, aliorum in usus suos convertisse sumere licet. Quamquam de his non magis constat quam de temporibus quibus noster periplus seculo quarto vel quinto vel serius e variis, quos indi- cavimus, fontibus primum consarcinatus, deinde vario modo et auctus et truncatus sit.

212. Enumerandis vitiis quibus liber fœdatur innumeris non immoror. Paucas paginas lustranti abunde cuique res patebit. Sortem hanc iniquam tanto molestius ferimus quanto clarius vel in tanta labore pretium opusculi eximium cognoscitur. Nullum novi librum, qui in locorum maritimorum recensu copias expromat uberiores. Proxime accedit Ptolemaeus, multo tamen inferior (**). Nauticus vero liber, qualem Libyæ et Cretæ descriptio ostendit, unicus est quem ex tota antiquitate habemus reliquum. Cujus quanta sit fides et in situ locorum definiendo utilitas, recentissimi maxime peregrinatores, in Creta Pashleyus, in Libya strenuissimus Barthius noster patefecerunt sæpiusque grati ac mirabundi professi sunt. Quare vehementer dolemus Smythium et Beecheyum, Anglos doctos diligentesque, quibus plurimum nos debemus, quum amplissimis copiis instructi Libyæ oram terra marique explorarent, Stadiam nostri fuisse immemores. Quem si nossent, haud pauca constituisserent accurati vitassentque errores quos Ptolemaeo duci insido addicti caverent.

213. Ediderunt periplum Iriarte et Gailius et Hofmannus. Codicem denuo contulit E. Millerus. Vide not. ad pag. 427.

(*) Quod olim in Ptolemai (V, 13) editionibus e codd. aliquot legebatur ἀμυόχωστος, ubi meliores codd. Πηδάλιον ἄκρον habent, e nota marginali illatum est. Etenim quum postea in locum urbis desertæ nova urbs successisset, quæ nomen loci deserit, quod usq; invaluerat, conservavit (hodierna Famagusta) : hanc librarius quidam Cyprus (cf. not. ad § 307) margini adscripsit, postea aliis in textum recepit, et quum graduum numeri non adessent, in notæ urbis gratiam Pedalium prom. ejecit.

(**) In oræ Libycæ locis 127 supra triginta occurruunt, quorum mentio apud Ptolemaeum non occurrit. Vide § 9. 20. 24. 30. 32. 42. 44. 58-61. 64. 66. 67. 69-71. 76-78. 80-82. 96. 97. 100. 101. 114. 110. 120. 124.

MARCIANUS HERACLEENSIS.

214. Marcianus ex Heraclea Ponticus, nomine Romanus, patria et lingua et studiis Graecus, Ptolemæo geographo, quem legebatur, junior, Stephano Byzantio, a quo legebatur, antiquior, quoniam potissimum tempore vixerit, veterum testimoniorum fide asseverari nequit. Salmasius in Exerc. Plin. p. 495 floruisse eum censem Synesii temporibus. Eadem sententia est Lucæ Holstenni in epistola ad Peirescium (an. 1628. Febr.), ubi de Marciano : « *Author hic, inquit, σύγχρονς* fuit Synesio, qui Epistola C ad Pylämenem rhetorem Heracleotam, Marciani meminit. » Videlicet Synesius l. l. ad Pylämenem rhetorem, quem Heracleensem fuisse ex epp. 103 et 149 patet, inter alia etiam hæc scribit : Πρόσειπε παρ' ἐμοῦ πάνυ πολλὰ τὸν σεβασμιώτατον Μαρκιανὸν, δν εἰ προλαβὼν Ἀριστούην Ἐρμοῦ λογίου τύπον ἐν ἀνθρώποις ἔφην Ἐλληλυθέναι, μόλις ἂν ἔτυχον τῆς ἀξίας, δτε πλέον ἔστιν ἡ τύπος· ἐπιστολὴν δὲ ἐξ εὐθείας πρὸς αὐτὸν ἐπιθεῖναι καίτοι προθυμηθεὶς ἐνάρκεσα, ἵνα μὴ εὐθύνας ὑπόσχυος τοῖς πανδέκταις τοῖς ἀπασιμιλεύουσι τὰ δνόματα· οὐ γάρ μικρὸς δικίνδυνος ἐν τῷ πανελληνῷ τὴν ἐπιστολὴν ἀναγνωσθῆναι· καλῶ γάρ ὅτια τὸν τόπον, ἐν ᾧ πολλάκις ἐφρόντιστα τὰς βαρείας φροντίδας τῶν ἀπανταχθέντων ἐλλογίμων συνιόντων, ἐψή ψῆ τῆς ἱερᾶς ἀκοῦσσαι τοῦ πρεσβύτου φωνῆς παλαιὰ καὶ νέα καταματευόντης διηγήματα. Habemus in his Marcianum quendam, quem fortasse in Heraclea Bithyniae urbe vixisse, quoniam Pylämenes Heracleensis erat, suspicari licet. Quamquam num eo tempore Pylämenes Heracleæ artem suam exercuerit, et Heraclea vocetur Πανελλήνιον, an non Byzantium potius, ubi diutius Synesium versatum esse scimus; porro num Marcianus ille etiam scriptor et geographicus quidem scriptor fuerit; num tantum Synesius studio et oris rotunditati indulserit, ut Ἐρμοῦ λογίου τύπον appellat virum, quem nos non novimus nisi tamquam misellum

alienorum librorum breviatorem ac dicendi genere anilem et impotentem; num denique Christianus episcopus sanctam senis venerandi vocem in pagano nostro, Ptolemæi τοῦ θειοτάτου admiratore et θεοὺς λογίων obtestante (p. 567, 28), prædicaverit: hæc omnia mero nostro arbitrio dijudicanda relinquuntur. Itaque ex Synesii loco parum nos prosicimus; ac omnino, nisi disertiora testimonia suppetant, tanto majus est errandi periculum, quo frequentius nomen Marciani apud sérioris ævi homines occurrit. A Ponticis id regionibus non alienum fuisse liquet ex Synesii epistola 191 ad Tryphonem, ubi: Μαρκιανὸν τὸν φιλόσοφον τὸν ἄρχαντα Παφλαγόνων προσεῖπε παρ' ἐμοῦ, sive hunc eundem cum Marciano epistolæ 100 (*), sive diuersum ab eo esse putas. Adde titulum Amastris urbis Paphlagonice in C. Inscr. t. III, p. 385, n. 4151, ubi Αἴλιος Αύρήλιος Μαρκιανὸς δ πρώτος ἀρχων.

215. Paullo tutius de ætate scriptoris nostri judicare licet, si opera ejus in examen vocaveris. In quibus quum orationis indoles, quam e processu maxime cognoscimus, labentei græcitatem arguat, citerioris ævi auctorem cum Byzantinis scriptoribus componendum facile agnoscis. Geographia, qualem Marcianus adumbrat, quum ex antiquioribus libris ducta sit, nihil fere suppeditat unde id quod quærimus erui possit. Quanvis enim multa se acceptis de suo penu addidisse passim auctor profiteatur, indicia tamen hujus operæ in libris de Oceano, quos præ ceteris suæ ipsius diligentia opus (τῶν ἐμαυτοῦ πόνων ἐναργὲς γνώσιμα p. 567, 30) esse dictitat, tam exigua sunt, ac tam manifestum est longe plurima e Ptolemæo verbotenus fere exscripta esse, ut in his vaniloquentia hominis neminem lateat. Nec aliter res fuerit in compendiis ex Artemidoro et Menippo collectis. Si quid tamen in his mutavit vir

(*) Hoc placuit B. Fabricio (*Ueber Markianos aus Heraclea in Rhein. Mus.* II, 3, p. 369. 1843). Idem monet Graevium exemplari Geographorum Hæschelianorum in bibliotheca Heidelbergense asservato adscrispsisse: *De Marciano Libanius agit in epistola quadam ad Modestum p. 30.*; id vero admitti non posse, quum hunc M. Antiochenum fuisse liquet ex Liban. ep. 602 b et 1535, ejusdemque Marciani mentionem fieri epp. 51. 213. 305. 732. 1444. 1446. 1535. 1537 et 1196, ubi Wolfius: « Marcianus hunc esse credo, ad quem aliquot Symmachi nostro (Libanio) æqualis existat epistola, v. c. lib. VIII, 9. 22. 52. 57. 72. Fuit is sub Valentiniiano juniori Vicarius. V. Jac. Gothofredi Prosopographiam codicis Theodosiani p. 371. » Adde Eunapii fragm. 44 in Fr. Hist. IV, p. 33. Graecum scriptorem, cui Marcianus nomen, memor Photius in Bibl. cod. 158 p. 101, a. 18, ubi Phrynicus, Marc. et Commodi impp. aequalis, in sozistotikēς παρασκευῆς libro decimo inter alia etiam hæc tradere dicitur: Καὶ Μαρκιανὸν φησι τὸν κριτὸν συγγραφαὶ ὑπερορᾶν μὲν Πλάτωνος καὶ Δημοσθένους, τὰς δὲ Βροτού τοῦ Ἰταλοῦ ἐπιστολὰς προχρίνειν καὶ κανόνα τῆς ἐν λόγῳ ἀρετῆς ἀποράνειν κτλ. Is fortasse est Marcianus quem inter præceptores suos nominat Marcus Aurelius.

Ponticus, præ ceteris id in Ponticorum descriptione quæsiveris. Invenisse autem hoc unum mihi videor. In Menippi Epitome § 9 p. 571 ita habes: Οὗτος δ ποταπός (Euarchus) ὅριει Παφλαγονίαν καὶ τὴν ἔχουμένην Καππαδοκίαν· τινὲς δὲ αὐτὸς Λευκοσύρους ἔχαλεσαν. Nuvi δὲ μετὰ τὴν Παφλαγονίαν τὰ ἔχουμενα μέχρι τῶν Βαρθαρικῶν δρίων ίδιας Πόντος καλεῖται: ἐνήρχοτα δὲ εἰς ἐπαρχίας δύο. Marcianus igitur, si ἐπαρχίαν vocem eo sensu usurpavit quo de regionibus Romanorum imperio subiectis adhiberi solet, Pontum ait in duas nunc dirimi provincias. Menippus, Strabonis sere æqualis, dicere id non potuit; ac duos Pontos (Galaticum, Galatiae regni sub Dejotaro partem, et Polemoniacum, qui Ponti regnum constituit) et Ποντικὴν βασιλείαν, non vero provincias, eum memorasse constat e Stephano Byzantio (v. Fr. Menippi i. p. 572). Pontus vero Polemoniacus sub Nerone demum (62 p. C.) in provincias formam redactus est. Deinde, nescio quando (*), adjectus est tertius Pontus, Cappadocius dictus, qui Ptolemai ætate et deinceps una cum reliquis duobus pars erat unius Cappadociae provinciae. Diocletiani autem et Constantini temporibus quum veteres provinciarum rationes mutarentur, etiam magna ista Cappadocia in complures provincias ita est divisa, ut Pontica ejus pars, veteri Ponto Galatico et Polemoniaco respondens, distin-

gueretur in Heleno-Pontum provinciam, de Helena matre Constantini († 328) dictum, et in Pontum Polemoniacum. Eaque divisio permanxit usque ad Justinianum, qui duos hosce Pontos in unum, cui Helenoponti nomen, contraxit (Novell. 28 et 31). Itaque apud Marcianum Ponticæ provinciæ duæ nonnisi ad tempora inter Constantinum et Justinianum media referri possunt (327-527 p. C.). Etsi igitur quæ de Marciano Synesii coætaneo supra legimus, num ad Nostrum an alium pertineant, minime liquet, nihil tamen novimus quod impedit quominus geographus Synesii ætate (c. 400 p. C.) vixisse possit (**), sive in Heraclea patria sive Constantinopoli.

216. SCRIPTA MARCIANAE HÆC SUNT:

1. Ἐπιτομὴ τῶν ἔνδεκα τῆς γεωγραφίας Ἀρτεμίδουρου Ἐφεσίου (ἐν βιβλίοις τα').
2. Περίπλους τῆς Ἑών θαλάσσης ἐν βιβλίοις β'.
3. Περὶ τῶν ἀπὸ Ρώμης πρὸς τὰς ἐπιστήμους τῆς οἰκουμένης πόλεις διαστάσεων.
4. Ἐπιτομὴ τῶν τριῶν τοῦ τῆς ἔντὸς θαλάσσης περίπλου βιβλίων Μενίππου Περγαμηνοῦ (ἐν βιβλ. γ').

217. ARTEMIDOREÆ GEOGRAPHIÆ EPITOME perit, nisi quod nonnulla ex ea servarunt Stephanus Byzantius et scholiasta ad Apollonium Rhodium (**), quorum ille vicesies, hic semel mentionem ejus injiciunt. Ipse Marcianus in Epitom.

(*) Id jam factum esse quo tempore Archelaus ab Antonio Cappadociam obtinuit, suspicari possit ex Dione LI, 2, ubi Lycomedes quidam ἐν μέρει τοῦ Καππαδοκικοῦ Ηἵτου regnasse dicitur. At quum Menippus nonnisi duos Pontos noverit, neque alius ejus ætatis scriptor tertium memoret, Dio regionem, ubi Lycomedes regulus erat, e sui aevi consuetudine indicasse videtur. Quod Mannertus VI, 2, p. 352 de origine nominis Ponti Cappadocici dicit, hanc admittes, si tempora regni Cappadocici et Pythodoridis reputes.

(**) Ex Salmasii et Holstenii sententia Marcianus circa 400-410 p. Chr. ponit solet in compendiis historiæ literarum, V. Saxe in Onomastico I, p. 477; Groddeck. Init. hist. litt. II, 83, 91; Wolf *Vorlesungen über die gr. Lit.* p. 331; Schöll *Litterat.* III, p. 325; Passow *Grundzüge*, etc. p. 46; Petersen *Handbuch d. gr. Lit.* p. 347; Bibliotheca Britannica by R. Watt. II, p. 643, citante Fabricio p. 368. Meinekius in *Vindictis Strabon.* p. x: « Habuit (Strabonianus) operis cognitionem Marcianus Heracleota, quinti seculi scriptor, quem Byzantii docuisse verisimile est. » Dodwellus (*De scriptis et ætate Marciani Heracleotæ* in Hudson. Geogr. t. I, p. 157) post longas perversissimarum disputatiuncularum ambages in hanc desinit sententiam: « Plane ergo nihil video quod Marciani ætatem multo inferiorem arguat ætate Ptolemaei. Nihil plane cur junior creditur tertio æra nostre Christianæ seculo. » Addo aliorum quorundam sententias a Fabricio enotatas. Moreri in *Dictionnaire histor.* ita habet de Marciano: « Comme il ne parle point de la ville de Constantinople, il est à croire que c'est avant le règne de Constantin qu'il a écrit, et néanmoins après Ptolémée le géographe. » Similiter in *Biographie univ. anc. et mod.* (Paris 1826) t. XXVI, p. 615: « Il paraît avoir vécu au commencement du quatrième siècle, un peu avant la translation de l'empire à Constantinople. » Non reputarunt Constantiopolitanæ regionis descriptionem in Marciani libris perlisse. Verum etiam si superstes esset in eaque nonnisi Byzantii nomen usurparetur, nihil certioris inde de ætate scriptoris colligi potuisse vix est quod viris doctis probetur. Denique apud Duran de la Malle in *Géogr. physique de la mer Noire*, etc. p. 354 de Marciano legere est: « géographie du temps de Claude et par conséquent contemporain de Pline. » B. Fabricius I. I. nihil dijudicat. Vix enim quidquam tribuerit illis quas scribit p. 374: « Stephanus ist es, und er allein, der den Marcianus sehr oft anführt, den Menippus Z. B. nur (?) nach dieser Epitome des Markianus; und sehr natürlich war daher (!) die von mir früher offensichtlich (nescio ubi) schon grænzsse Vermutung, dass Markianus ein Zeitgenosse des Stephanus war, wenn denn wirklich keine anderen Gründe gelten sollten. Denn (!) der Gedanke liegt allerdings nahe, dass dem Stephanus diese Auszüge erwünscht sein müssten, da er die Hauptsache hier vereinigt glaubte und für sein grosseres Werk compendiarische Arbeiten den umfassenderen Originalen selbst vorziehen musste. »

(***) Hic scholasticus locus (III, 359) unus est ex iis, quibus evertitur opinio virorum quorundam doctorum, nullum in scholiis laudari scriptore in Augusteo ævo juniores.

Menip. p. 566, postquam dixerat antiquiores perioplōn auctores, quorum nomina recenset, quibusque legendis diu se insudasse contendit, rem parum accurate tractasse et minus instruc-
tos ad negotium accessisse, pergit hunc in modum : Ἀρτεμίδωρος δὲ ὁ Ἐφέσιος γεωγράφος κατὰ τὴν ἔκαστην ἔκαστην ἐννάτην Ὁλυμπιάδα γεγονός, τὸ δὲ πλεῖστον μέρος τῆς ἐντὸς καὶ καθ' ἡμᾶς τυχαίουντος ὑθαλάτης ἐκπεριπλέυσας, θεασάμενος δὲ καὶ τὴν νῆσον τὰ Γάδειρα καὶ μέρη τινὰ τῆς ἐκτὸς θαλάττης, ἣν ὀψεανὸν καλοῦσι, τῆς μὲν ἀκριβοῦς γεωγραφίας λεπίται, τὸν δὲ περίπλουν τῆς ἐντὸς Ἡρακλείου πορθμοῦ ὑθαλάσσης καὶ τὴν ἄνωμέτρησιν ταύτης μετὰ τῆς προσηκούσῃς ἐπιμελείας ἐν ἔνδεκα διεξῆλθε βιθλίοις, ὃς σαφέστατον καὶ ἀκριβέστατον περίπλουν τῆς καθ' ἡμᾶς ἀναγράψαι θαλάττης.... Ἐγὼ τοίνυν πάντων τῶν μνημονευθέντων προκρίνας Ἀρτεμίδωρον τὸν Ἐφέσιον, ἐπιτομὴν τῶν ἔνδεκα βιθλίων τοῦ μνημονευθέντος ἐποιησάμην, προσθεὶς καὶ ἐξ ἑτέρων παλαιῶν τὰ ἐλλεί-
ποντα, καὶ τὴν διαίρεσιν τῶν οἰκίαν βιθλίων φυλαξάς, ὃς μετρίαν μὲν γεωγραφίαν, τελεύτατον δὲ περίπλουν ἀπεργάσασθαι. Ibid. § 4, p. 567 : Τὴν ἔκδοσιν τῶν τριῶν βιθλίων (Menippi) ἐποιησάμην, οὐκ ἀφελόμε-
νος τῆς προσηγορίας τὸν πατέρα τούτων, οὐδὲ εἰς ἔμαυ-
τὸν μεταστήσας τοὺς ἀλλοτρίους πόνους, δισπερ οὐδὲ τοῦ πᾶσι πεφροντισμένων ἐπεξελθόντος Ἀρτεμίδωρού, ἀλλὰ τὰς μὲν ἔκεινων προσηγορίας ἐπιγράψας τοὺς βι-
θλίοις, ὃς ἂν μηδὲν εἰς τοὺς λογίους ἀμαρτάνειν δο-
κοίην θεοὺς, τὰς δὲ τούτων ἐπιτομὰς καὶ διορθώσεις τῶν ἔμαυτοῦ ποιησάμενος πόνων ἐναργές γνώρισμα, ὥστε τοὺς ἔντυχάνοντας μηδὲν μήτε τῶν παρ' ἔκεινων συγγραφέντων μήτε τῶν παρ' ἡμῖν προστεθέντων ἀδιορ-
θώσεως ἐπιμελοῦς ὅξιωθέντων ἀγνόησαι. Peripl. mari-
ris ext. I, 1, p. 516 : Ἀρτεμίδωρος δὲ Ἐφέσιος γεω-
γράφος ἐν ἔνδεκα τοῖς τῆς γεωγραφίας βιθλίοις τὸν περίπλουν (sc. τῆς ἐντὸς θαλάσσης), ὃς ἂν ἦν μάλιστα δυνατὸν, συνέγραψεν· ἡμεῖς δὲ τῶν βιθλίων τούτων τὰς περιττὰς τοῦ μνημονευθέντος ἀνδρὸς παρεκβάσεις, προσέτι δὲ βαρδάρων Αἴθιοπικὰς πόλεις ἀρχέντες, ἐν-
επιτομῇ σαφέστατο μετ' ἀκριβοῦς τῶν ἔρευνθέντων προσθήκης τὸν περίπλουν ἐποιησάμεθα, ὃς μηδὲν ἐν-
δεῖν πρὸς τελειοτάτην σαφήνειαν τοῖς περὶ τοῦτο τὸ μέρος τῆς γεωγραφίας σπουδάζουσι. Ibid. I, 3, p. 519 : Τὸν μὲν ὅλν περίπλουν τῆς θαλάσσης ταύτης (sc. τῆς ἐντὸς) διὰ τῆς ἐπιτομῆς τῶν οἰκίαν βιθλίων Ἀρτεμίδωρου τοῦ γεωγράφου σαφῆ κατεστήσαμεν, ὃς προείρηται. Ibid. II, 2, p. 542 : Τῆς γὰρ ἐντὸς Ἡρακλείων στηλῶν ἀπά-
σης θαλάσσης, δισπερκαὶ προειρήκαμεν, ἀκριβῆ τὸν πε-
ρίπλουν (δῆγε οἰόμεθα) πεποιημένα ἐν ταῖς ἐπιτομαῖς τῶν ἔνδεκα βιθλίων Ἀρτεμίδωρου τοῦ Ἐφέσιον γεωγράφου, δινομίζουμεν τῆς καθ' ἡμᾶς θαλάσσης ἐπιμελέστατον

ἐν τοῖς τῆς Γεωγραφίας τὸν περίπλουν πεποιηθεῖσι.

218. Ex allatis facile colligitur opus hoc non tam justum fuisse Artemidoreæ geographiæ compendium quam periplus maris interni, ex Artemidoro eadem fere ratione collectum, qua Oceanii periplus e Ptolemæi et Protagoræ geographiis Marcianus elicuit. Videlicet quæ ad oræ maritimæ descriptionem pertinerent loca ex Artemidoro assunxit omnia et passim etiam aliunde petitis auxit, mediterranea autem vix obiter attigit. Fragmenta omnia ad loca maritima vel non longe a mari distantia pertinent, præter fr. 21 et 22, p. 574, quibus Themisonii Phrygiæ urbis et maris Caspii mentio fit.

219. PERIPLUS MARIS EXTEKI libris constat duabus, quorum priore oceanus orientalis, occiduo altero describuntur. In illo post premissum de instituto suo et ducibus quos secutus sit et causis variarum in periplus mensurarum et totius orbis terrarum dimensionibus deque aliis rebus ad propositum parum pertinentibus procœdium auctor ab Älanitico recessu exorsus primum Libyæ oram usque ad Prasum promontorium, deinde Asiaticam ad Cottiarim usque, Sinarum fluvium, recenset. Liber posterior post procœdium exhibuit oceani occidentalis partem borealem, ab Herculis columnis sive a Calpe usque ad Sarmatiā, et deinceps partem australēm usque ad Hypodromum Äthiopicum. In singulis ita rem Marcianus instituit. Primum fines uniuscujusque regionis indicat; tum urbes, vicos, fluvios, montes oræ maritimæ, eorumque distantias recenset; deinde quæ sit longitudo et latitudo regionis docet; post hæc apponit numerum gentium, provinciarum, urbium, vicorum, montium, fluviorum, etc., in unum collectis et maritimis et mediterraneis; postremo loco habet summam stadiorum quæ e paraplo regionis efficitur. Hæc constans ratio est in libro utroque; ceterum Europæi oceani para-
plus eo præstat, quod locorum maritimorum inter-
valla non uno stadiorum numero significantur, sed duobus, ita scilicet ut ex numeris quos varii peripli suppeditabant auctori, et maximus et nimicus apponatur. Præterea in hac operis parte non modo longitudinem latitudinemque singularium regionum exhibit, sed τῆς μεσογείας quoque τὸν πε-
ριορισμὸν sive summam stadiorum quæ ex longitudine omnium laterum mediterraneorum conflatur.

220. Periplum hunc non habemus integrum, sed, codicis Parisini quaternionibus tertio et sexto deperditis, ἀέφαλον et μεσουρον. In libro

primo desunt proœmii initium capitumque indiculus, in altero paraplus Libyæ occiduaæ. Deinde vero majus etiam daunnum intulit scribæ cuiusdam festinatia, qui opus nostrum excerpit potius quam transcripsit. Initio rem egit strenue, sed mox fatiscens in generali regionum descriptione ut plurimum acquieavit, missaque fecit τὰ κατὰ μέρος (*). Sic in libro primo nonnisi oræ a Tigri ad Indum pertinentis, in secunda autem nihil nisi Bæticæ, Lusitaniae, Aquitaniae, Germaniae et Sarmatiae peripli particulares supersunt, adeo ut ea quæ præ ceteris servata velis, per majorem operis partem jam desiderentur. Huc accedunt minores lacunæ, ac nominum numerorumque depravationes frequentissimæ.

221. Sed ne dolori indulgeas temporisque crepes injuriam. Jacturam ferre licet levius. Periplus ille bonam partem ex opere selectus est quod habemus integrum (**). Etenim de fontibus suis Marcianus in proœmio libri primi ita habet : Τῶν δὲ ὀκεανῶν ἔκατέρων τοῦ τε ἐώσι καὶ τοῦ ἑστερίου (ἢ τὴν εἰδῆσιν ἐς δυοὺς ἀρχικότον ἀνθρώποις ἡ τῶν πολλῶν σπουδὴ καὶ φιλομαθία σαρῆ κατέστησεν) ἔκ τῆς γεωγραφίας τοῦ θειοτάτου καὶ σοφωτάτου Πτολεμαῖου ἔκ τε τῆς Πρωταγόρου τῶν σταδίων ἀναμετρήσεως, ἢν τοῖς οἰκείοις τῆς γεωγραφίας βιβλίοις προστέθειν, ἔτι μὴν καὶ ἔτέρων πλείστων ἀρχαίων ἀνδρῶν, τὸν περίπλουν ἀναγράψαι προειλόμεθα. Inter hos quinam fuerint ἔτεροι πλεῖστοι, ne Marcianus quidem dicere potuerit. Protagoræ meminit etiam II, 5, p. 543, ubi hæc : Ἐπεὶ δὲ πολλοὶ τῶν ταῦτα τὰ μέρη περιπλευσάντων περὶ τὸν τῶν σταδίων ἀριθμὸν διεργάλλουν,... διπλοῦν δὲ ἐπίπαν τὸν ἀριθμὸν τῶν σταδίων προσγράψαι προειλόμεθα, τό τε μὴ πλεῖον καὶ τὸ μὴ ἔλαττον... Τοῦτο γάρ σαφῶς καὶ Πρωταγόρας ἐν τῇ Γεωγραφίᾳ ποιήσας δοκεῖ τὴν περὶ τοὺς σταδίους πλάνην ἐκπεφυγέναι. Et II, 38, p. 558 : Τὰ δὲ κατὰ μέρος τῆς Σαρματίας κεφαλαιωδέστερον ἐτέξαμεν, μὴ προσθέντες τῶν σταδίων τὸν ἀριθμὸν τῷ τὸν ἀρκτικὸν τούτου ὀκεανοῦ σχεδὸν ἀγνωστὸν τυγχάνειν... μάλισθ' ὅτε καὶ δι Πρωταγόρας παραλειπούνται τούτων τῶν σταδίων τὸν ἀρι-

θμὸν δοκεῖ. Præterea Photius cod. 188, postquam de volumine in quibus Alexandri (*Polyhistoris*) Θουμασίων συναγωγὴ legebatur, nonnulla retulit, subjicit hæc : Ἐν ταῦτῷ (in eodem volumine) δὲ καὶ Πρωταγόρου γεωμετρίας (γεωγραφίας e Marciano legi jubet Casaubon.) τῆς οἰκουμένης ἐπιγραψὴν ἔχον, λόγοι τέ, ὃν τὰ μὲν εἴ, εἰ καὶ μὴ σπουδαίως καὶ ὡς οἱ ὕστερον ἀκριβῶς, ἀλλὰ οὖν τὴν τῆς Λασίας καὶ Διεύης, ἀλλὰ καὶ Εὐρώπης περιήγησιν ποιεῖται· τὸ δὲ ἔκτον σύστοιχόν πως ἔστι τῇ Ἀλεξάνδρου συναγωγῇ· τῶν γάρ κατὰ τὴν οἰκουμένην παραδοξογομένων ἀναγράφει τὴν ιστορίαν, ὃν τὰ μὲν εἰς ἀρχαιοτέρους ἀναφέρει, πολλὰ δὲ καὶ εἰς αὐτοφίλαν ἔλλει, οὐκ ἔλαττον τῶν ἄλλων προβαλλόμενα τὸ παράδοξον. Σαρῆς δὲ καὶ οὗτος καὶ κεφαλαιώδης κατὰ τὸ ἔκτον τὴν φράσιν μάλιστα. Mirabilium collectionem spectat Tzetzes in Chil. VIII, 647, ubi inter autores qui mirabilia multa et mendacia tradidèrent, cum Ctesia, Jambulo, Regino, Alexandro, Sotione, Antigono, Eudoxo, Hippostrato, aliis recensentur δι Πρωταγόρας αὐτός τε ἄμα καὶ Πτολεμαῖος. In ejusdem Tzetzae scholiis ad. l. versum ap. Cramer. Anecd. Ox. III, p. 370, 2 legitur : Πρωταγόρας δι περιηγητὴς καὶ Πτολεμαῖος Διονύσιος, in quibus, modo recte Cramerus codicis lectionem exhibeat, latet mendum. Si ignotus nobis Ptolemæus quidam indicatur, legi possit δι Ιωνίου; sed nescio an scribendum sit Χέννος, nam Ptolemæus Alexandrinus grammaticus, Hephaestionis filius, προσαγορευθεὶς δὲ Χέννος, scripsit περὶ παραδοξού ιστορίας, teste Suida v. Πτολεμαῖος, sive περὶ τῆς εἰς πολυμαθίαν κατινῆς ιστορίας λόγους εἴτε secundum Photium bibl. cod. 190 (**).

222. Jam ut illuc revertar, Marcianus fontibus suis ita usus est, ut quæ ad regionum divisionem, fines, loca, fluvios, montes, insulas pertinerent, e Ptolemaeo assumeret, eumque in multis verbottenus exscriberet (adeo ut manca sæpe possint Ptolemaei verbis resarciri), stadiasmum vero e Protagora mutuaretur. Quid si excepteris quæ in proœmio de orbis terrarum et trium continentium mensuris ex Eratosthene, Artemidoro

(*) Holstenius Ep. laud. ad Pelresc. : « Lacunæ ingentes singulorum ferme capitum. » Pluribus de his dixit B. Fabricius in libello quem inscripsit : *Lectiones Marcianæ* Dresda 1848. 8.

(**) Gosselin Rech. sur la geogr. systém. III, p. 161 : « Nous ne faisons pas usage des distances données par le périple de cet auteur, parce que son texte est plein de lacunes, de transpositions, et d'erreurs dans les chiffres. Marcien (?) paraît avoir réduit la graduation de Ptolémée en stades, et il ne serait pas impossible de rétablir avec une sorte d'exactitude une grande partie de son texte : mais le travail qu'exigerait cette opération surpasserait beaucoup l'utilité qu'on pourrait en retirer, parce qu'en dernière analyse, on n'obtiendrait guères d'autres résultats que ceux que nous donnent les tables de Ptolémée. »

(***) Vixit Trajani et Hadriani temporibus, ut Suidas ait v. Πτολεμαῖος, vel potius ἐπί Νέρωνος καὶ μέχρι Νέρβα, ut idem habet v. Ἐπαρχόδοτος. Ceterum Ptolemaeum istum non alium esse a Claudio Ptolemaeo, qui una cum Protagora apud Marcianum componitur, putabat Fabricius I. l. p. 371.

et fortasse aliis assert et cum Ptolemæi geographia inepte miscet, nonnisi rarissima quædam occurunt a Claudi verbis aliena, ex iisque nonnulla non tam ad alias fontes quam ad Marciani vel librariorum negligentiam referenda sunt. Novi ne hilum quidem e Marciano discimus. Nam quem Stephanus ex eo laudat Αζδισανίτην Δραβιæ sinum (v. p. 528, 26) sumisse debet e codice depravato, in quo literæ ΛΔΙ in ΜΑΙ mutandæ erant. Unicum, ni fallor, locorum nomen, quod in Ptolemæo nostro non legimus, habes p. 523, 29, ubi oī δρόμοι τῆς Ἀζανίας memorantur, quos accuratius novimus ex Anon. periplus maris Erythræi, Marcianus vero e Protagora habuerit, sicuti quæ de magnitudine Taprobanes insulæ (p. 534) et de sinus Magni et aliorum nonnullorum mensuris a Ptolemæi computo diversa deprehenduntur. Ceterum Protagoræ quoque geographia, quam de parte mathematica γεωμετρίᾳ Photius dicere potuit, in plerisque Ptolemæi operi superstructa fuisse videtur, adeo ut quæ gradibus ille, hic stadiorum numeris definiret, et præterea locorum maritimorum distantias e variis periplus colligeret. Quamquam accuratius quidpiam de hoc scriptore, cuius ne de æstate quidem constat, nequit asseverari.

223. Tertio loco inter scripta Marciani posui titulum : Περὶ τῶν ἀπὸ Ρώμης ἐπὶ τὰς ἐπισήμους τῆς οἰκουμένης πόλεις διαστάσεων, qui quum in indiculo capitum periplus maris exterius locum ultimum obtineat, non opus particulare, sed appendicem periplus subjectum prodere videatur. Ipsum scriptum una cum extrema periplus parte in codice periret; semel memoratur a Stephano Byzantio v. Ἀμισα (v. p. 565). Auctorem in distantiis illis fuisse miliarii aurei et itinerariorum publicorum fidem secutum censem Lucas Holstenius in Ep. ad Peirescum supra jam laudata (*) Si similiter alii. Ego ita existimo. Quemadmodum Ptolemæus libro ultimo in πινάκων indice tradit quænam sit præcipuorum orbis oppidorum ab Alexandria distantia (**), similiter in sua γεωμετρίᾳ sive γεωγραφίᾳ fecerit Protagoras, nisi quod calculis suis a Roma urbe, in qua vitam

egerit, proficeretur et astronomicum Ptolemæi computum ad stadiorum numerum revocaret. E Protagora deinde etiam hæc corrasit Marcianus. Oppida, quorum mentio siebat, eadem haud dubie erant quæ apud Ptolemæum habes. Certe quam unam ex hoc scripto Marciani Stephanus laudat Amisam Germaniæ, eandem etiam Ptolemæus præbet VIII, 6, 3, ubi hæc : Τῶν δὲ ἐν τῇ Γερμανίᾳ διασήμων πόλεων ἡ μὲν Ἀμισία τὴν μεγίστην ἡμέρων ἔχει ὥρῶν ις' λ', καὶ διέστηκεν Ἀλεξανδρεῖας πρὸς δύσεις δυσὶν ἔγγιστα. Scripsi Ἀμισία pro Ἀμάσιᾳ, quod editiones et hoc loco habent et II, 10, p. 154 ed. Wilberg. At libro secundo l. l. codex editionis Argentinæ p. 18 præbet Ἀμισία (Ἀμεσία, Ἀμεσία, Ἀμεσία alii codd. ap. Wilb.), quod apud Stephanum quoque reponendum fuerit pro Ἀμισα vel Ἀμισα, sicut Amisia legitur ap. Tacitum (***) Ann. II, 8, et fluvius propinquus (hod. Ems) vocatur Amisius vel Amisia ap. Tacit. Ann. I, 60. 63. 70, Melam II, 3 et Plinium IV, 14. Strabo p. 290 et 291 qui urbis non meminit, fluvium vocat Ἀμασίαν, fortasse patriæ nomine seductus. E Strabone autem nescio an fluminis nomen Ἀμασία jam pridem in Ptolemæum II, 11, p. 148, 2 illatum sit, quum consentire de eo codd. videantur (nisi quod Ἀμάσιον pro Ἀμασίῳ præbet editio Argentina), nec dissentiat Marcianus p. 555, 11.

224. Hæc quum ita habeant, facilis conjectura est Marciani periplus, e Ptolemæi maxime centonibus collectum, etsi copias geographicas non augeat, tamen non ut prorsus inutili projiciendum esse. Nam constat nostros Ptolemæi codices cunctos ævi esse citerioris, ac verba auctoris toutes descripti locis innumeris librariorum culpo corrupta et doctorum arbitrio curtata, aucta, transposita vel alio modo esse mutata. Haud contemendum igitur auctor qui circa quintum post Chr. seculum suos Ptolemæi codices verbotenus sæpe exscripsit. Spem quidem utilitatis in Ptolemæum hinc redundaturæ fore minimam credideris, quod Marciani codex Parisinus mendorum copia laborat, adeo ut e Ptolemæo sæpius Marcianus quam hic ex illo corrigendus sit; eandem-

(*) Wesselingius in præfat. ad Itin. p. 2 : « Hadrianus Junius Bataviæ suæ pag. 263 Marcianum Itinerario auctorem dedit, qui, Stephano in Ἀμισα teste, Itinerarium ab urbe Roma ad nobilia oppida scripsit; quam conjecturam vir egregius sine dubio damnasset, si Marciani reliquias cum hoc Itinerario contendisset. Diversum enim genus et discrepans utriusque institutum est. » Dodwelli harfolationes legere est apud Hudsonum tom. I, p. 144.

(**) Ptol. VIII, 2 init. : Ὑποτάσσοντες δὲ τῶν καθ' ἔκαστην γώρων διασήμων πόλεων ταῦτα ἐξάρματα μετειλημένα εἰς τὰ μεγίστην τῶν ἐν αὐτοῖς μεγίστων ἡμέρων, τὰς δὲ κατὰ μῆκος ἐπογχές εἰς : ἂς ἀπὸ τοῦ δὲ Ἀλεξανδρεῖας μεταπλεόνος διαστάσεις κτλ.

(***) Haud enim diversa fuerit Taciti urbs ab Ptolemæi urbe, cui non suum locum Ptolemæus assignavit.

que ob causam etiam locis non manifesto corruptis ubi in urbium nominibus aliisque rebus Marciatus a nostro Ptolemaeo recedat, nihil inesse auctoritatis videatur. At falsam hanc esse opinionem ac perperam a Ptolemaei editoribus Marciatum negligi eo demonstratur quod de nominibus geographicis Marciatus cum certis quibusdam Ptolemaei codicibus in universum conspirat; unde sequitur quae hoc consensu a vulgata Ptolemaei lectione recedunt, ea non posse recentioribus librariis imputari, sed ex antiquissimis codicibus esse repetenda.

225. Inter codices vero Ptolemaei omnium maxime ad Marciatum is accedit quem Joannes Franciscus Picus Mirandula dominus Concordiaeque comes transmisit ad Jacobum Æzlerum, hic vero adhibuit ad adornandam latinam Ptolemaei editionem, quae prodiit Argentinæ an. 1513 (*Claudii Ptolemaei... Geographiaæ opus novissima traductione e Græcorum archetypis castigatissime pressum, ceteris ante lucubratis multo præstantius: pro prima parte continens Cl. Ptolemaei Geographiam per libros octo partitam... una cum collatione dictionum Græcarum, e regione ad latinas, certissima graduum calculatione, etc.*) Num codex ille adhuc superstes alicubi lateat, nescio (*). Neque magis constat num Æzlerus omnia sua ad hujus codicis fidem exegerit, an, quod probabilius est, aliis quoque libris mss., ubi visum fuerit, locum concesserit. Alteri duo codices cum Marciiano componendi apud Wilbergium sunt Palatinus I (a Sylburgio olim collatus) et Parisinus E (N. 1403); quos ambos exaravit Μιχαὴλ Ἀποστόλιος Βυζάντιος πενίᾳ συζῶν, Byzantii haud dubie, qua in urbe Marciatum quoque scripsisse status probabiliter. Cognitionem quae intercedat his Ptolemaei codicibus cum iis, quos Marciatus adhibuit, probabo exemplis

nonnullis ex posteriore libri secundi parte pe-titis.

226. Marciatus p. 552, 11 et Ptol. edit. Arg. Κανετέλλου; vulgo ap. Ptol. Κανετέλου. — Marc. p. 553, 17 et ed. Arg. Γαβαῖου; vulgo ap. Ptol. Γοβαῖου. — M. p. 556, 21 et ed. Arg. Σύνθον; vulg. ap. Pt. Σούνθον. — M. p. 557, 4 et ed. Arg. et alii complures codd. Ἀξόνων; vgo ap. Pl. Σε-ξόνων. — M. p. 561, 24 et ed. Arg. et alii codd. nonnulli Ὁξριον; vgo ap. Ptol. Ὁξριον. — M. p. 559, 12 et codd. Pal. 1 et Par. Ε' Ρούδωνος, vulgo ap. Pt. Ρούδωνος (quod habet etiam ed. Arg.). — M. p. 559, 17 et codd. Pal. et Par. Χέσωνος; vgo Χέσιον (Χέσιον ed. Arg.) — Aliis locis Marciatus et editionis Argentinensis et cod. Palat. differentia nonnisi scribarum negligientiæ impu-tanda. Sic Marciatus p. 551, 28 Κουρίανον, cod. Pal. Κουρίανον, ed. Arg. Κουρίανον, vulgo ap. Pt. Κουρίανόν. — Marcian. p. 552, 21: Λύρικὸν, ed. Arg. Ἄναρικόν, vulgo Ἄναρικον. — Marcian. p. 551, 27 Σιγνάτος, ed. Arg. Σιγμάτος, vulgo Σιγμανός. — Marc. p. 553, 21 Καθουλίου, ed. Arg. Καθουλίου, vulgo Καθαλίου. — Marc. p. 554, 10 Ἀθρίκα, ed. Arg. Ὁθρίκα, vulgo Ὁθρίγ-γα. — Marc. p. 561, 30 Νοουαντῶν, ed. Arg. et cod. Pal. Νοουαντῶν, vulgo Νουαντῶν. — Marc. p. 559, 21 sec. codicem ἀγαροτον, sec. Stephanum (**) σιαγαθουρσοτ; lege utroque loco οἱ Ἀγαθουρσοτ, uti est in edit. Arg., dum vulgata habet correctam nominis formam Ἀγαθυρσοτ. — Jam ut a nominibus ad majora transeam, Ciubricæ chersonesi descriptio alia est apud Marciatum p. 555, alia in edit. Ptolemaei, quarum rationes quam sint incertæ, e codicum dissensu intel-liguntur; genuinam Ptolemaei sententiam procul dubio præbet Marciatus; ex editione vero Ar-gent. colligimus quomodo quae nunc in Ptolemaeo exhiberi solent orta sint. Aliud exemplum peto

(*) Mannertus *Geogr.* II, 2, p. 175: « Für wichtiger... halte ich die Strasburger Ausgabe von 1513 et 1520, schon desswegen, weil sie für die erste griechische gehalten werden darf. Picus von Mirandula schickte dem D. Jak. Ässler in Strasburg zu seiner Ausgabe einen alten griechischen Codex, von dessen ferneren Schicksalen ich nichts weiß; dieser benutzte ihn zu sehr vielen Umänderungen der bisher geführten Lesarten, und setzte des kräftigen Beweises wegen immer das griechische Wort dem lateinischen zur Seite. Wirklich werden dadurch nicht wenige Nauen in das Reine gebracht, welche die Erasmische Ausgabe und folglich alle späteren verfalscht liefern; aber Schade ist es, dass er uns nicht den ganzen Codex, sondern nur die Eigennamen griechisch giebt, und den übrigen Text nebst den Zahlen aus ihm verbessert. Mehrere Aufklärung würde gewiss den Abdruck der ganzen Handschrift gewahren. » Usus hac editione inde a secundo libro Pt. est Wilbergius, non omnem tamen ex ea lectionis varietatem enotavit. Ego in annotatione ad Marc. ex copiis Wilbergianis pendo, quum editione Ptol. Argentina, quam nunc manu teneo, tunc carorem. Ceterum ad affinitatem quae Marciato cum hac editione intercedit, non attendi nisi inde a Marciato lib. II, c. 21. Nunc ne idem faciam in cetera parte, temporum angustiae impeditum.

(**) Stephanus Marciatus codicem mendis laborantem ob oculos habuisse debet. In paucis illis quae ex Marciato assert prater hocce ειαγαθουρσοτ pro οἱ Ἀγαθουρσοτ habemus p. 561, 20 ed. Marc. Αινδῶνον pro Αινδῖνον, p. 528, 26 Αἰδω-ταῖτην pro Αἰαδαῖτην, p. 562 Αἴρατη pro Αἴρατη.

ex Lusitaniæ paraplo. In Ptolemæo II, 4 (p. 40 Berth., p. 115 Wilb.) ita legi solet :

Ολισεπών 5° 10' long., 40° 15' lat.

Τάγου ἐκβολαὶ 5° 50' , 40' 10'

adeo ut Olisipo a Taji ostio sit versus boream; quod tanto facilius admiserunt, quum nomen respondeat hodierno *Lisabon*. Nos vero ut quæramus, an non recentiores ipsum Ptolemæum correxerint, facit editio Argentinensis, ubi sic :

Ολισεπών 5° 10' long. 40° 15' lat.

Τάγου ἐκβολαὶ 5° 40' , 40° 30 »

et cum his consentiens Marcianus p. 547, 14, qui a meridie versus boream progrediens ab Olisipone ad Tagum 150 stadia, a Tago ad Lunæ promontorium alia 150 stadia esse prodit. Huc accedit quod hunc Olisiponis situm in Ptolemæo, item a meridie boream versus per gente, flagitat series nominum, et quod apud Melam quoque III, 1, 6 et Plinium IV, 35 § 116 series locorum ita habet, ut Olisipo a meridie Tagi ostii ponenda sit. Vix igitur dubium, quin e Marciano et codice edit. Arg. Ptolemæus noster corrigendus sit. Aliis in locis Ptolemæus unius Marciani auctoritate emendandus est. Sic ubique pro Βρετανίᾳ, Βρετανικῇ νῆσοι e Marciano reponendum est Πρετανίᾳ, Πρετανικῇ νῆσοι, quam veterem nominis apud græcos scriptores formam (in Diodori quoque et. Strabonis codicibus melioribus obviam) paullatim expulerunt librarii Romanæ nominis formæ addicti (v. not. p. 428 sqq.). — Ceterum Marcianus vel potius Protagoras codices Ptolemæi passim jam corruptos adhibuisse debet. Sic p. 549, 18 Marcianus ait Tarraconensis longitudinem a Neriō prom. (5° 15' long., 45° 10' lat. sec. Ptol.) ad Veneris templum (20° 20', 42° 20') esse stadiorum 7230, quum sec. Ptolemæum nonnisi circa 6000 stadia exputari possint. Ne tamen numerum Marciani corruptum esse putemus, impedit Ptolemæi editio Argentinensis, qui Veneris templum collocat non 20° 20' long. sed 23°, quod cum Marciani computo quadrat, quamquam ipse Ptolemæus ita statuere omnino non potuit.

227. Ultimum Marcianus opus scripsit *periplum maris interni*, quem e Menippo breviavit. Floruit

Menippus δ Περγαμηνός (p. 566, et 42) Augusti et Tiberii temporibus, æqualis Strabonis. Marcianus quidem ætatem scriptoris non indicat, nisi quod p. 566 inter geographos loco postremo memorat Artemidorum, Strabonem et Menippum; e qua nominum serie vel coætaneum Strabonis vel juniores eo Menippus fuisse conjicias. Porro quum Diogenes Laertius VI, 101 inter sex Menippos, qui ad calcem vitae Menippi Cynici recensentur, nostrum geographum non memoret, istos autem virorum cognominum indiculos Diogenes repetere soleat ex opere Περὶ διωνύμων ποιητῶν τε καὶ συγγραφέων Demetrii Magnesii, qui Ciceronis æqualis et Attici familiaris erat : hinc probabiliter colligas Pergamenum geographum floruisse post Demetrium Magnesium. Certiora suppeditat epigramma (*) Crinagoræ poetæ Mytilenæi, quem Augusto et Tiberio temporibus vixisse poemata docent, cuiusque Strabo p. 617 inter sui ævi Mytilenæos illustres meminit. Crinagoras igitur ex Italia in patriam reversus ibique aliquamdiu commoratus quum redire tandem Romam ad amicos vellet, familiarem suum Menippum, geographum et peripli auctorem, rogat ut itineris maritimi ipsi dux sit :

Πλοῦς μοι ἐπὶ Ἰταλίην ἐντύνεται · ἐς γὰρ ἔταιρους στέλλομαι, ὃν τὴδε δηρὸν ἀπειψι χρόνον.

Διφέω δ ἡγητῆρα περίπλοον, δε μ' ἐπὶ νῆσους

Κυκλάδας ἀρχαῖν τ' ἄξει ἐπὶ Σχερίν.

Σύν τι μοι ἀλλά, Μένιτπε, λαθεύ, φίλος ἵστορα κύκλον γράψας, ὃ πάσῃς τῷρι γεωγραφίν.

Quæ ita reddidit Wesselius in Itin. p. 538 :

Currere in Italianam, veteresque invisere amicos,

a quibus ah! longum cogor abesse, libet :

Quæro ducem, prudens qui me maria omnia cir-

Cycladas, antiquam ducat et ad Scheriam. [cum

Care Menippe, juva, tabulis positusque locorum

inscribe, o totam docte geographiam.

Quamquam postrema verba ἵστορα κύκλον intelligenda potius videntur de scripto ab Menippo perioplo, quem mitti sibi velit Crinagoras.

228. Scripsit Menippus τῇ ἐντὸς θαλάσσης περίπλου libris tribus. Adornationem operis Marcianus docet p. 568 § 6. Sumto a fano Jovis Urii

(*) Primi epigramma ediderunt Salmasius in Exerc. Plin. p. 597 ; Holstenius ad Stephan. Byz. v. Σχερία ; Wesselius in Itin. p. 538. Cf. Brunk Anal. tom. II, p. 146. Jacobs in Antholog. f. II, 134, cuius vide annot.; Hudson tom. I p. 75 ad calcem Marciani ante fragmenta Menippi; S. F. W. Hoffmann *Menippus der Geograph aus Pergamon, dessen Zeit und Werk in libre Die alten Geographen, etc. Eine Zeitschrift in zwanglosen Heften. Erstes Heft. p. 14.* Leipzig 1841, ubi disputat contrâ B. Fabricium, qui epigrammatis nostri immemor ætatem Menippi incertam esse dixerat in *Archiv für Philologie und Pädagogik*, 1840 f. VI, fasc. 4.

initio primum auctor Pontum universum, deinde ab eodem Fano Propontidis et Hellesponti litora circumnavigavit. Et haec quidem librum primum absumisse videntur. Sequebatur (libro II) Europa paraplus ab Hellesponto ad fretum Herculeum Gadesque. Unde in oppositam continentem transiens (libro III) legit Libyam, Aegyptum, Syriam ac reliqua litoris Asiatici usque dum ad Hellespontum descriptionis orbe reduceretur. Praeterea Menippus dicitur p. 566, 7 scripsisse διάπλους, i. e. navigationes ab altera ad alteram continentem sive linea recta per altum nullisque stationibus interruptas (διάπλους διὰ πόρου) sive viā per insularum stationes delineatā (διάπλους διὰ νῆσων). Qui quidem διάπλοι non diversum a periplo opus, sed inserti ei et subjuncti fuisse videntur. Sic διάπλους ab Heraclia Pontica ad Apolloniam Thracicam in Epitome Marcianu memoratur p. 509, 25. Denique de insulis eorumque ambitu dixisse Menippum rei consentaneum est, ut vix egeanus teste Agathemero I, 5, qui, ἐρῶμεν, inquit, τῶν καθ' ἡμᾶς νῆσων τὰς περιμέτρους, λαβόντες παρ' Ἀρτεμιδώρου καὶ Μενίππου καὶ ἑτέρων ἀξιοπίστων. Haud omittendus autem Constantinus Porphyrogenitus (Them. I, 2, p. 18) qui τὸ θέμα Ἀρμενιακὸν, quod ipsius tempore dicebatur, sub Heraclio demum imperatore hanc appellationem sumsisse censem, quem neque Justiniane aevi scriptores ejus meminerint neque antiqui geographi, Strabo, Menippus δὲ τοὺς σταδιασμοὺς τῆς δλῆς οἰκουμένης ἀπογράψαμενος, Scylax Caryandensis, Pausanias Damascenus. Quae si recte habent, non notum aliunde Menippi opus indicant. Quamquam, quum Scylacem peripli auctorem parum accommodate citet Constantinus de themate mediterraneo agens, fortassis haud majore jure laudatur Menippus, neque τῆς δλῆς οἰκουμένης σταδιασμοῦ, quos ille dicit, a peripli stadiasmis diversi erant.

(*) Aliud hujus hujus nominis exemplum non invenio; attamen Ἀμφιθάλης quidam, Antiochenus, ut videtur, memoratur ap. Malalam p. 287 ed. Bonn.

(**) Titulus et argumentum operis deperditi quum ex superstite parte facile erueretur, mire in his caecutivit primus editor Hoschelius, qui titulum præfixit: Τεμάχιον τῆς ἐπιτομῆς τῶν ια' βιβλίων Ἀρτεμιδώρου τοῦ Ἐφεσίου. Putarunt viri docti haec sic reperisse Hasschelium in apographo Vaticano; at nihil habet apogr. præter ea que sunt in codice Parisino; margini autem fol. 211 Hasschelii, ut videtur, manu adscripta leguntur: Artemidori Epitome, ut cognoscere licet ex secundo abhinc folio. A Marciano autem compilata esse hanc epitomen patet ex ejusdem Marciani libro II, init. fol. 198 et 202. Locus landatis mentio sane sit epitomes Artemidori, sed ad nostram rem nihil pertinens. Hasschelii errorem iterarunt Hudsonus et Millerus. Quamquam Menippi epitomen esse vel ex collatis inter se fragmento nostro et Stephano Byzantio v. Ψύλλα, Τίος, Χαρδία intelligere erat. Mitto quod saepius quae res esset viri docti monuerunt, ut Holstenius in epist. p. 51 ed. Boiss. et in notis ad Steph. Byz., Dodwellus de Marciano § 6. Post Milleri editionem denuo de his dixit Hoffmannus Die Iberer in Osten u. Westen und Artemidor der Geograph p. 215 sq. (Leipzig. 1838), et in editione Marc. præf. p. V. (1811), ac Fabricius in Archiv. f. Philologie u. Pädagogik tom. VI, p. 611 sq. 1840.

229. Ceterum Menippus non totus versabatur in locorum nominibus et distantiis, sed geographica illustravit historicis. Testis est Marcianus p. 566, 42: Μένιππος δὲ διεπαρηγόντος inquit, διεπόντος τῆς ἐντὸς θαλάττης περίπλουν ἐν τρισὶν ἥμεροις βιβλίοις, ἵστορικήν τινα καὶ γεωγραφικὴν ἐποιήσατο τὴν ἐπαγγελίαν. Idem colligitur ex iis quae de Sicilia ex integro Stephano transcripsit Constantinus. Vid. Menippi fr. 5, p. 573.

230. Hujus igitur peripli epitomen quidem sed nova quoque vel correctiora præbentem confecit Marcianus, quam Amphithalio (*) cuidam amico inscripsit. De opera sua exponit p. 567, 16, ubi postquam de prioribus suis lucubrationibus, Artemidori epitome et Oceani periplo, dixit, pergit hunc in modum: Καταπαθὼν δὲ καὶ Μένιππον μετρήσαν μέν τινα τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἐκ τῶν οἰκείων βιβλίων παρεργόμενον εἰδόσιν, μή πᾶς δὲ ἀκριβῶς ἐπεξελθόντα, τὰ ἐλλείποντα πλείστα δύντα προσθεῖς καὶ προστιγγίε τὴν περὶ τοὺς τόπους καὶ τὰς διαιρέσεις τῶν ἔθνων σαρφήνειαν, ηὗτις τὸ τέλειον τῆς γνώσεως τοῖς ἐντυγχάνουσι παρέχειν εἴωθε, τὴν ἔκδοσιν τῶν τριῶν βιβλίων ἐποιησάμην, οὐκ ἀφέλομένος τῆς προσηγορίας τὸν πατέρα τούτων, οὐδὲ εἰς ἐμαυτὸν μεταστήσας τοὺς ἀλλοτρίους πόνους, ὅσπερ οὐδὲ τοῦ... Ἀρτεμιδώρου, ἀλλὰ τὰς μὲν ἔκείνων προσηγορίας ἐπιγράψας τοῖς βιβλίοις,... τὰς δὲ τούτων ἐπιτομὰς καὶ διορθώσεις τῶν ἐμαυτοῦ ποιησάμενος πόνων ἔναργες γνώρισμα. — Quae de suo adjecit Marcianus vereor ne multo minora fuerint quam esse videri auctor voluit; confidentius tamen nihil pronuntiare licet, quum præter indiculi capita postrema et procœnum ipsiusque peripli initium a Fano Jovis Urii usque ad Amisum et Chadisium fluvium pertinens nos nihil habeamus superstes (**). Pauca quædam et Menippo assert Stephanus, qui ut Artemidori, sic etiam Menippi tum integrum opus tum epitomen ad manus habuisse videtur (Vid. not. ad. p. 572 sq. p. 570, 6. 571, 9. 20. 572, 4).

Præterea in Arriani periplo Pontico ea quæ aliunde auctor assumisit, e Menippo nostro petita esse ex comparato Marciano viri docti colligerunt. Anonymum autem Peripli Ponti Euxini auctorem non ipsum Menippum sed Marciani epitomen usurpasse censemus.

Editus Marcianus in *Geographis Hœschelii* (1600), *Hudsonianis* (tom. I, cum Dodwelli diss.; 1798), *Vindobonensibus* (t. II, 1807); deinde a Millero: *Péripole de Marcien d'Héraclée*, epitome

d'Artémidore, Isidore de Charax, etc... d'après un manuscrit grec de la bibliothèque royale avec une carte par E. Miller. Paris. 1839. 8°. gr. et lat. cum notis gallice scriptis. Novissima denique Hoffmanni editio: Μαρκιανός. Μενίππος. Σταύταρχος. *Marciani periplus. Menippi peripli fragmentum quod Artemidori nomine ferebatur, etc...* ed. S. F. G. Hoffmann. Lipsiae. 1841. 8. De Anonymi periegesi iambica a nonnullis sub Marciani nomine edita vid. supra § 107.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

In *prefatione* inter eos qui Corpus geographorum meditati sint, nominandus erat Fridericus, Aug., Guil. Spoln, qui de consilio suo exponit in editione Nicephori Blemmidæ (Lips. 1818) p. 1, ubi hæc: « Mors prohibuit quomodo illus ille (Bredovius sc.) tunc hanc editionem tum alia multa absolvere posset. Post ejus mortem librariæ Weidmannianæ præfectoris, vir bonas literas honorifice promovere studens, quæcumque Bredovius edendorum Geographorum minorum causa collegerat, redemit eademque mihi, ut perficiatur editio, tradidit. ».

SCYLAX. Pag. 37, l. 9, ἡμ. δύο] V. Prolegg. p. 39. — P. 51 § 63. De Magnesiæ oppidorum situ post Leakium denuo egit Alfredus Mézières in *Mémoire sur le Pélion et l'Ossa* (Paris 1853). Methone probabiliter fuit ubi nunc est Gennitzaro kastro, inter Lefocastro et Milies (Mez. p. 36). Coracæ quærendæ a septentrione hodierni Argalasti, ubi Leſokastri ruinæ, nec procul inde turris rupi imposita, quam vocant Korakai-pyrgos (Id. p. 80). Spalauthra sita fuerit in hod. Khortokastro, a meridie vici Lafkōs, inter hunc et Milina vicum (Id. p. 21 sqq.). Olizonem in angusta peninsulæ cervice cum aliis ponit Mezierus p. 15. Melibœæ ruinas esse censem (p. 76) eas quæ non longe a Sciti distant et a Leakio Thaumaciæ Homericæ vindicantur. Eurymenas a Karitza versus septentrionem sitas suspicatur (p. 96), quo loco nunc est monasterium S. Demetrii. Myras Scylacis componit (p. 65) cum hodierno Muresi, quod admitti nequit, nisi ordinem oppidorum Scylaceum nihil curandum esse dixeris. — P. 61 § 79 Αἰγάπιος] Vivien de Saint-Martin *Géographie anc. du Caucase* (Paris. 1847) p. 25 nomen hoc ortum censem ex Aig-hippios, *l'eau de cheval* vel *l'eau-cheval*, « par allusion à la rapidité des courans

alpins. C'est un composé tout à fait dans le génie des langues iraniennes, où le mot *açp*, cheval, est en effet si fréquent dans la composition des rivières; et il est d'autant plus présumable que le mot grec n'est que la traduction d'un nom local, que le nom *Tskeni-Tsquali*, que porte aujourd'hui chez les Mingreliens le principal affluent de la droite du Phase, et qui est très-probablement l'Hippos des anciens, signifie aussi *l'eau-cheval*. » Quod de Hippo fluvio dictum est probableiter; *Ægipium* vocem e barbara et græca lingua conflatam minus crediderim. Ceterum legi velim quæ in eodem libro p. 27 sqq. vir doctissimus de nominibus populorum Ponti orientalis accolamus disputat. Achæos agnoscit in tribu Abasæa quæ nunc vocatur Chakhe vel Sakhi; Heniochos autem in hodiernis *Hhannoatche*; sic enim Lesghos hodie a Tcherkessis vocari. Confer eisdem librum *Sur les populations primitives du Caucase* (Paris 1847) p. 57 sqq., ubi cum Bocharto Tibarenos et Moschos apud Ezechielem Toubal et Meschekh nominari docet. — P. 60 § 74. Τοριχός] Fuerit: πόλις Ἐλληνίς καὶ λιμὴν Τορετικός. — P. 61 not. col. 1 l. 18 post verba: *Ptolemaeo Χάριστος*, adde: vel, uti est in Wilbergi codicibus, *Χαριστός*. — P. 63 § 83. Ἐχεγειρεῖς] Cf. not. ad Arrian. § 15, p. 370 init. — P. 69 § 96: Πιτένεια] Fortasse est Kælñi πεύκη, de quo loco ita schol. Hom. Il. 12, 20: « Πεὶ δὲ (δ 'Ρῆσος) πρὸς ἄρκτον ἀπὸ Καλῆς πεύκης, ητις ἀπέγει ἀπὸ Λέδραμυτείου σταδίους ρπ', in quibus si cetera recte habent, falsus est numerus stadiorum; sin hic incorruptus, fontes Rhesi cum Asepii fontibus confundit putes. — P. 74, lin. pen. pro Φασηλίς rectius scripsiris Φάσηλις. In latinis l. 8 post v. *Chelidonice* insere: *tum Gagæ urbs*. — P. 75 § 101. Σύλλειον] V. not. ad Stad. § 217 p. 489. — P. 76 § 102.

Σητὸν, Σαλόν] V. not. ad Stad. § 192 sq. p. 485. — P. 78, lin. 1. Μάριον] V. not. ad Stad. § 233 p. 491. — P. 78 § 104 l. 5 ab ima : Βηρυτὸς πόλις καὶ λιμὴν, Βορινός] Legendum esse καὶ λιμὴν βορεινός censem etiam viridocissimi Sauleyus (*Voyage autour de la mer morte*, etc.) et Isambertus (*Bulletin de la soc. de géogr. tom. VI*, p. 202, 1853), quum portus ab urbe boream versus situs sit. Quem tamen portus situm si præter morem sic significare Scylax voluit, insolita id ratione fuisse mihi videtur. Quare etiamnum hæret dubitatio. Introducere possis usitatum in periplus vocabulum, leni manu pro βορινός scribens θερινός. Sed hæc omnia tanto incertiora sunt, quum majoribus turbis locus noster laboret. Nam patet post Beryti mentionem desiderari Leontopolin, cujus paullo post auctor meminit loco item lace-ro, ubi notavit aut quæ fuerit oræ longitudi a Leontopoli ad Ornithonpolin, aut quoisque pertinuerit ager Sidoniorum; adeo ut scribendum sit aut : Ἀπὸ Λεόντων πόλεως μέχρι Ὁριθίου πόλεως στάδια*. Εἴτε Τυρίων πόλις κτλ., aut : Ὁριθίου πόλις. [Σιδώνιων [δὲ τὰ] ἀπὸ Λεόντων πόλεως μέχρι Ὁριθίου πόλεως [ἐστι]]. Τυρίων πόλις Σάραπτα κτλ. In antec. vero vox Λεόντων π. facillime a libra-rio omitti potuit post vocem λιμὴν ob literarum similitudinem. Deinde autem Βορινός vox in codice supradicta linea rubra notatur tamquam nomen proprium. Hinc facilis conjectura est olim in codice fuisse Βο[στ]ρινός pro Βοστρηνός, quum Bostrenus fluvius memoretur a Dionysio periegeta v. 913; cuius quidem si verba premenda sunt veraque tradunt, fluvius ille Sidonem urbem præterlabebat, adeoque Scylax eum non ante sed post Porphyreón polin memorare debebat. Quo errore non magnopere offendimur, quoniam sæpius ordine locorum geographicum in Nostro neglegi constat. Vox ποταμὸς, quæ in codice scribi solet ποτ., ob sequentes literas πορ fugit scribam. Quod situm Leontopolis attinet, de quo alii alter statuunt, acu rem tetigisse mihi videtur doctissimus Isambertus l. l. p. 207 : « Il n'y a aucune difficulté, inquit, à reconnaître avec M. de Sauley et les voyageurs antérieurs, l'ancien Tamyras dans la rivière *el Damour*. Mais pourquoi n'avoir pas reconnu la ville de Leontopolis ou ville de Lions et le bois sacré d'Esculape dans cette belle vallée? C'est à moitié chemin [μεταξύ] de Berytus et de Sidon, comme l'indique Strabon. Avec le Tamyras, il devait y

avoir une ville dans une position aussi favorable. Eodem ducit Ptolemaeus V, 14, p. 364 ed. Wilberg., apud quem Leo fl. exit 33° 35', medius inter Berytum (33° 40') et Sidonem (33° 30'); qui quidem fluvius a Tamyras non fuerit diversus. Certe quod Robinsonus Leonem (qui illi perperam Leontes vocatur) querit in hodierno Kasimiyeh sive Kasmieh, prope Tyrum exente, id ut veterum testimoniis indicisque repugnat, sic debili nititur argumentatione. Scilicet quum Kasimiyeh apud Edrisium (I, p. 349 Jaubert) Lanta, et in superiore sui parte etiamnunc Lantani sive Liettani appelletur, componendum cum eo putavit Leonem. Ceterum quas de Scylacis loco conjecturas Saulcyus protulit, jure merito rejecit Isambertus. — Porphyreón oppidum refer ad Ras Nebbi Yunes e mensura Itinerarii p. 583. Ornithonpolis (*el Ourby?*) nequit esse statio ad Nonum Itinerarii, l. l., ubi pro IV mill. scribendum IX mill., ut iam Wesselingius suspicatus est, aut intermedia Sarepta statio omissa est, monente Isamberto. — P. 78, l. 10 ἐστι Τρίπολις Φοινίκων.] Nisi e marginis notula verba Tρ. Φ. irreperserunt, ita intelligenda sunt ut significant Phœnicum regionem Tripolitanam sive ditionem Aradi, Sidonis et Tyri. — P. 78, lin. ult. Verba laborant; ἄλλη vocem in annotatione suspicatus sum a librario proficiisci; vix recte. Legam : ἄλλη, (vel potius Ἄδην) πόλις, [νῆσος καὶ πόλις] Τύρος. Quod pro ΛΑΔΗ mutatione fere nulla ΛΔΑΗ scribendum conjiciam, inducit hodiernus Adloun vicus, qui post Sareptam (*Sarfand*) sequitur, et Isamberto p. 214 statio *Ad nonas* Itinerarii esse videtur. In propinquō exstant ruinæ. Simili modo in Peripl. Maris Magni § 157 p. 479 corrixi εἰς κώμην Ἄλας pro εἰς κώμην ἄλλην. — Ib. l. 7 pro γ' στάδια leg. videtur κ' στάδια. Cf. not. ad Stad. § 136 p. 472. — P. 82 § 108 lege Τυνδράριους. Cf. not. ad § 25, p. 436, De Plyno portu cf. not. ad § 29, p. 438. Pro Πέτρωντος leg. Πετράντος. Omnino de Libyæ paraplo conferenda sunt quæ pluribus in not. ad Stadiasmum exposuimus. — Ibid. lin. ult. pro Ἀντίπυρος e Ptolemaeo et Stadiasmō lege Ἀντίπυρος. — P. 83, lin. 6, ἀντὶ δὲ ἔντευθε κτλ. Vide not. ad Stad. p. 450 sq. — P. 84, l. 5 leg. vid. : Ἀμπελος, Ἀπιος, ἀπὸ θαλάσσης στάδια κ' aut Ἀμπελος ἀπὸ θαλάσσης, etc. — Ib. l. 7 Ἐξεισις] ἔχεισται? — Ib. l. ult. Πόντια] v. not. ad Stad. § 75, p. 454. — P. 85, 1 leg. : ἐν δὲ τῷ κοιλάτῳ τῆς Σύρτιδος (glossa : ἐν τῷ μυχῷ δῆτης τῇ

Σύρτιδος) Φιλαίνου βωμοῖ, ἐπίνειον Ἀμμώνος. V. not. ad Stad. § 84 p. 456. — Ib. l. 10. Vide not. ad Stad. § 93 p. 461. — P. 86 not. col. 1, lin. 28 pro : *hinc Σαβράτα ap. Ptol. lege : apud Ptol. in mediterraneis Σαβράτα, in ora maritima Σαβαθρασ. Σαβαθρα s. Σαβάτρα.* Cf. not. ad Stad. § 99 p. 464.

DICÆARCHUS. Pag. 106. Pelium montem nuperrime exploravit et descripsit Alfred Mezières (*Mémoire sur le Pélon et l'Ossa. Paris 1853*). Enotabo quæ ad verba Dicæarchi proxime pertinent. Pag. 106 § 1 : Τοῦ δ' ὄρους ἡ μεγίστη καὶ λασιωτάτη βίζα τῆς πόλεως κατὰ μὲν πλοῦν ἔπειχει στάδια, πεζῇ δὲ κ'] Mezières p. 37 : « Plus loin, sur le bord de la mer, commence la plaine de Lekhonia : c'est la seule qu'on rencontre depuis l'extremité de la presqu'île [*Trikéri*]. Sur toute la côte la plage est très-resserrée; la montagne arrive jusqu'à la mer, et l'on ne peut donner le nom de plaine aux vallées peu profondes que creusent les lits des torrents... C'est de Lekhonia que parle Dicæarque, quand il dit que la partie la plus grande et la mieux boisée qui s'étende au pied du Pélon est à cinq stades par meret à dix de la ville Demetrias (auj. *Goriza*). Lekhonia est précisément à la même distance de Goriza. » At Dicæarchus non decem, sed viginti stadia habet. In meis mappis Lekhonia vicus non notatur. Leakius et Kiepertus ad hunc vicum referunt Nelian Strabonis (p. 436), quæ in tabulis Kiepertii a Demetriade distat viginti fere stadia. — Idem p. 40 : « Au dessus de Lekhonia, on aperçoit sur la montagne les villages de Saint-Laurent et de *Drakhia* que dominent les plus hauts sommets du Pélon. Un torrent rapide, ombragé de beaux platanes, qui coule au pied de l'acropole, doit être ce fleuve *Crausindon*, cité par Dicæarque, « qui arrose les champs cultivés au pied du Pélon. » La riche plaine de *Lekhonia* répond bien mieux à cette indication que l'étroite vallée *Zervokhia*. » Idem p. 35 : « Le large torrent qui descend des hauteurs de la montagne et passe près de *Milies*, ne peut pas être, comme le pense M. Leake, l'un des deux fleuves nommés par Dicæarque; il n'arrose pas, comme l'un, les champs cultivés qui sont au pied du Pélon, et il ne sort pas, comme l'autre, d'une forêt pour se jeter dans la mer. Leake l'appelle à tort *Zervokhia*; on ne donne ce nom qu'à une petite plaine qu'il traverse pour arriver à la mer. Les habitants le

nomment simplement 'Ρεῦμα (le torrent). — Idem p. 58 : « Les bois du Pélon « aux arbres agités par les vents (II. 2, 757) » étaient renommés dans toute la Grèce; Hésiode (fr. 83) l'appelle ὑλῆς et Dicæarque ὑλῶδες. Les arbres les plus variés y croissaient en abondance; on y trouve surtout, dit Dicæarque, des hêtres et des sapins. Aujourd'hui encore le sommet de la montagne est couvert de hêtres qui couronnent de verdure toutes les crêtes. Ceux qu'on aperçoit du rivage, au dessus de Makrinitza et de Miliès, sont petits, peu touffus et couvrent à peine de leur ombre les rochers gris. Mais sur les dernières cimes, à l'endroit où se découvrent les deux mers, on se trouve tout à coup dans une forêt de hêtres à la tige élancée, aux branches énormes, qui descend sur les pentes abruptes du versant oriental jusqu'aux premiers jardins de Zagora... Les sapins dont parle Dicæarque, ces arbres si communs sur les hautes montagnes de Grèce, qui poussent au milieu des neiges et couvrent les sommets du Taygète, du Cyllène et du Parnasse ont disparu de la cime du Pélon. Il n'y en a pas un seul dans la montagne. Le vaisseau *Argo* n'eût pu être construit de nos jours. Ovide (Fast. 5, 381) couvre de pins les hauts sommets et le reste de chênes. Il est impossible d'être plus mal inspiré; ce sont les deux arbres qu'on y trouve le moins. Dicæarque dit qu'outre les hêtres et les sapins on trouve dans le Pélon des érables, des ζύγια (l. ζυγίαι), des cyprès et des cèdres. Le ζύγια est parfaitement inconnu; les érables et les cèdres sont rares; le cyprès, l'arbre des Turcs, croît en abondance près des villages qu'il couvre d'un rideau de verdure. Le géographe grec oublie le frêne et la lance de Pélée (II. 16, 142). Néoptolème, lui aussi porte une lance de frêne cueillie sur les plus hauts sommets du Pélon (Quint. Posth. 8, 161), où l'on en trouve encore. Les ornes de Valérius Flaccus (II, 6) n'existent pas plus que les pins et les chênes d'Ovide. — Les arbres fruitiers de toute espèce, dit Dicæarque, croissent en aussi grand nombre sur le Pélon que dans les pays où on les cultive. Aujourd'hui encore on en voit qui poussent naturellement: mais c'est surtout auprès des villages et dans les jardins qu'ils abondent. Sur les bords du golfe Pagasétique, dans les vallées, à Milina, à Lekhonia, à Perivolia, on rencontre de préférence les arbres du Midi, l'oranger, le citronnier, le figuier; plus

haut, à Makrinitza, à Miliès et sur le versant glacié de Zagora, les arbres du nord ou d'un climat plus froid, le pomnier, le cerisier, le châtaignier. Je ne parle pas de l'olivier, qui pousse partout. — Les fables populaires ont leur part dans la description de Dicæarque. Je n'ai pas essayé de retrouver cette aubépine, semblable aux myrtes blancs, qui avait la vertu de rendre le corps insensible au froid de l'hiver et aux rayons ardents du soleil... Je n'ai pas non plus découvert cette racine d'arbre qui guérissait de la morsure des serpents. Mais un vieillard de Miliès semble avoir retrouvé la plante merveilleuse que Dicæarque recommande comme un remède souverain contre la goutte et contre les ophthalmies : seulement elle a perdu avec le temps une de ses propriétés, et ne sert plus qu'à guérir les goutteux. Ce vieillard, qui rappelle aux Grecs lettrés de Miliès le souvenir de Chiron, a découvert dans la montagne une plante connue de lui seul, et dont il n'a jamais voulu révéler le secret. Il en compose un breuvage très-fort qui produit, pendant quelques jours, une espèce de folie. Après cette crise violente dont le malade ne garde aucun souvenir, la goutte est guérie. Le moderne Chiron est en grand honneur dans la montagne, et on vient le consulter de toutes les parties de la Thessalie. — Sur le sommet le plus haut du Pélon se trouvaient, dit Dicæarque, l'antre de Chiron et un temple de Jupiter *Acræus*. La montagne a deux sommets principaux rapprochés l'un de l'autre et qui forment un col au-dessus de Makrinitza. Le plus élevé est celui qui domine le village de Drakhia; c'est un mamelon sec et escarpé; pas un arbre n'y pousse et pas une source n'en découle. Les hêtres s'arrêtent à son pied. Dans les flancs de ce pic isolé, du côté qui regarde le golfe Pégasétique, s'ouvre en effet une grotte fermée par un bloc énorme qui a roulé du sommet de la montagne. On ne peut y pénétrer, et l'on n'aperçoit, par une étroite ouverture, qu'une descente rapide qui se perd dans l'obscurité. C'était une triste demeure; on y cherche en vain les beautés dont parle Quintus de Smyrne (Posth. 4, 153). Mais si la tradition locale confinait sur le rocher sans verdure et sans eau le maître d'Achille, les poëtes, plus libéraux, lui donnent pour séjour la montagne entière. « Il règne dans les vallées ombragées du Pélon (Pindar. P. 3, 5). » Il avait dans son domaine d'autres grottes plus belles, mieux situées, plus

accessibles. La plus remarquable se trouve sur le versant oriental, à une heure et demie au-dessus de Zagora. — Quant au temple de Jupiter *Acræus*, il n'en reste pas une seule pierre; il était sans doute au sommet du mamelon du *Plessidhi*, comme cet autel consacré à Apollon sur le plus haut pic du Taygète. Chaque année, les plus illustres citoyens de Démétrias et les hommes à la fleur de l'âge choisis par le prêtre y montaient au plus fort de l'été, pendant la canicule, « enveloppés de fourrures nouvelles, tant était vif le froid qui régnait sur ces hauteurs. » J'ai pu me convaincre que cette précaution n'était pas exagérée. Je traversai le Pélon par une chaude journée d'automne, avant que les premières neiges fussent tombées, et la température s'abaissa tellement, quand nous fûmes arrivés sur les dernières cimes, que ce brusque changement me donna la fièvre. Les Albanais qui nous accompagnaient, plus prudents que nous, portaient, comme les anciens Grecs, le vêtement de circonstance, la peau de mouton jetée sur les épaules. L'air le plus vif règne une partie de l'année sur le versant oriental du Pélon, sans cesse balayé par le vent du nord qui arrive du fond du golfe de Salonique, tout chargé encore des neiges de la Macédoine. Un Allemand qui traversait le canton de Zagora, pendant l'hiver, y retrouvait le climat de sa patrie. La différence de température des deux versants est bien marquée par la différence des arbres qu'ils produisent : du côté de Volos, c'est l'olivier toujours vert; au dessus de Zagora, c'est le châtaignier du Nord qui domine. » Ad calcem opusculi bonæ frugis pleni Mezières quatuor adjectit inscriptiones multillas; harum tertia in *Makrinitza* vico ex muro ecclesiæ descripta meinorat sacerdotem Jovis *Acræi* (... στας Ἐπιτελοῦς, δι ισερές τοῦ Διὸς τοῦ Ἀχραίου); nec non in quarto titulo prope *Calanera* in litore sinus Pegasæi reperto inter alia leguntur : τῶν προγεγραμμένων ἀρχόντων αυτοπάροντων καὶ τοῦ ιερέως τοῦ Διὸς τοῦ Ἀχραίου.

De plantis Pelii a Dicæarcho memoratis exponit Ernestus Meier in *Botanische Erläuterungen zu Strabon's Geographie und einem Fragment des Dicæarchus* (Kœnigsberg 1852) p. 186 sqq. Οὗτη ei non est *quercus Cerris* sed *fagus silvatica*, qua arbor in cetera Græcia rarioꝝ in Pelio et Pindo montibus frequens sit. — Ἐλάτη, « die Fichte, hier sicher nicht unsere Edeltanne, *pinus*

picea du roi. » — Σφένδαμνος, *Acer campestre* aut *monspessulanum* aut *obtusatum* aut *tataricum* aut denique complures harum specierum. — Ζυγία *carpinus betulus*, *Hainbuche*; eam arborem in boreali Græcia provenire, non item in meridionali, ubi quum τὰ ζυγά ex acere campestri fabricarentur, ζυγία vox etiam de acere usurpata sit. — Κέδρος, *juniperus oxycedrus*, *Wachholder*. — Ἀγρια λείρια, *lilium candidum* et *Carneolicum*, *Feldlilien*. — Δυχιδες, *Lichtnelken*, *agrostemma coronarium*. § 3 pro δένδρῳ Meier conjicit θύμβρου (*Satureja Tymbræ*), collato Nicandro Theriac. 533. Τὸ πανακές Χειρώνιον Dioscoridis (*Hypericum Olympicum?*) componendum suspicatur cum planta quam § 10 sq. describit Dicæarchus. Ego nescio an § 3 scribendum sit (καὶ διζα δὲ) ἡ ἄρου, adeo ut inclusa sint glossema. — § 4 καρπὸν ἀκάνθης M. dici censem *Ruscum aculeatum*, τὴν δέξιμυρσίνην sive μυρτάκανθαν Dioscoridis IV, 144.

AGATHARCHIDES. P. 141, l. 1 in not. dele: *Quæ apud Diodorum... interposita.* — P. 168, col. 2, l. 11 ab ima, pro *Artemidorus...* memoret lege: *Plinius et Artemidorus memorent.* — P. 170, l. 5. τοπάζιον] De topazo lapide Agatharchides laudatur in scholio ad Clement. Alex. Pædag. II, 12, p. 241, quod edidit Bastius in epist. crit. p. 134 ed. Lips.: Ἐκψήγματα γῆς πάντες οἱ λίθοι οἱ τίμιοι οἱ τε γάρ λυχνῖται τοιότοι καὶ οἱ ἀνθράκες καὶ οἱ ἀμέθυστοι, πρὸς τούτοις καὶ οἱ βήρυλλοι τε καὶ σμάραγδοι καὶ ὄνκιθοι καὶ πάντες σχεδόν. Οὐ γε μὴν τόπαζοι, εἴ τι χρὴ πεθεσθαι Ἄγαθαρχιδης ιδή τῷ τὰ περὶ τῆς Ἐρυθρᾶς ιστορήσαντι θαλάσσης, μέσον ἀνευρίσκονται τῶν παραλίων ταύτῃ πετρῶν. Quamquam hæc non ex eo loco, ubi de topazō insula Agatharchides dixit, desumpta esse videntur. — P. 176, l. 1. Φοινικῶνος] Palmetum hoc non ad hodiernam *Tor* urbem, sed in *Wadi Firan*, et aram Neptuni probabiliter ad *Ras Zelimar* pertinuisse suspicatur Lepsius, *Briefe aus Ägypten* p. 443. — P. 184, l. 2, ubi de fluvio aurifero. Wellsted. *Travels* II, p. 154, non longe a Magna esse narrat *Mersa Dahab*, i. e. portum aureum, « from the circumstance of the sand in its vicinity containing yellow, shining, micaceous particles, exactly resembling that precious metal. » De auro quod in Arabia reperiri perperam traditur, cf. Ritter XIV, p. 408. 416. — Debae (sive Dedebea in Phot. codd.) Forstero (*Geogr. of Arabia* II, p. 131 sq. sunt « the tribe of the Zebeyde, one of the numerous branches of the great *Harb* nation. Burk-

hardt represents the *Zebeyde* as occupants of the country between Yembo and Leith... The territory of the *Zebeyde*... will be found, like that assigned to the *Dedebæ* by Diodorus, to be accurately bisected by the *Bardilloi*, whose real, or supposed, stream, falls into the Arabian gulf at Djidda. »

ANONYMI PERIEGESIS. P. 224 vs. 710 addit in not: στενωποῦ] στενωπάτου codex; em. Meineke in Vindic. Strabon. p. 250. — P. 228 vs. 790. Cf. not. ad Anon. § 68 p. 420. — P. 229 vs. 806. Quodsi verba Ὁλεία Σχεία ex ditto graphia orta esse nolueris, Olbiā a vicinis Saiis sive Sa-viis Σαδίαν dictam esse putas. — P. 231 post vs. 834 alii duo versus ponendi, quos ex Anonymo elicui in Prolegg. p. cxvi. — P. 232 vs. 862 sq. « Hæc neque cohærent et misere juncta arguit tam interpunctio vs. 862 quam contortus ille verborum positus εἶναι φησι δὲ : quamquam majora ausus Letronnius : καλοῦσιν. Εὗνος εὐσημότατον δέ φησι τὸ. At utraque membra seorsim stare docet Palatini prima lectio εὐσημότατον εἶναι φησι τῶν Σαυρομαχῶν : nam δὲ et τὸ inter versus altera manus posuit. Perit igitur senarius unde pendit genitivi; voluit autem Anonymus (p. 413 lin. 33) : Εὗνος εὐσημότατον εἶναι φησι τῶν. Σ. κτλ. ». Bernhardy Aialect. p. 27.

DIONYSIUS. P. 238 in not. post verba: eruit Lehrsius addit: in *Rhein. Mus.* II, 3, p. 354 (an. 1843).

ISIDORUS. P. 248, l. 7: x⁶] Debeat excerptor i³. V. Prolegg. p. LXXXVII. — P. 251, l. 7 ἀπὸ σχοῖνον ζ] Ante hæc aut nonnulla desiderantur, aut corruptus est numerus.

PERIPLUS MARIS ERYTHRÆI. P. 257 § 1, l. 4 ἀπὸ χιλίων δικτ.] Cf. Prolegg. p. LXIX, not. 1. — P. 258, l. 6. Codex inter voces μερῶν et σῆς μικρὸν habet spatiū vacuum 8-10 literarum. — P. 259, l. 9 πρόκειται] πρόσκειται man. prim. cod. — P. 261, 1 vox ἀμμενᾶ in codice expuncta est. — P. 262, l. Ἀραβικῆς] leg. puto Ἀριατῆς. Eadem confusio p. 289 l. 17. — P. 263, 1 μονοχ. codex sine acc. An μολοχίνη? — P. 263, 2 καυνάκαι] γαννάκαι cod.; deinde pro καὶ μολόχιναι καὶ σινδόνες leg. puto μολόχιναι σινδόνες. P. 264, 1. Αὐλαίτης] αὐλέτης cod.; l. 12 αὐλαίτην; l. 22 δουάκαι sine acc. — P. 265, l. 7 et 16 μοχροτου sine acc.; l. ἀλλα εὐδοτια sine acc.; an ἀλλα εὔσομα? — P. 265 § 10 sqq. Usque ad Mundu insulam de situ locorum satis constat. Quæ deinde sequun-

tur usque ad Oponem ex tabulis, quæ annotationem scribenti præsto mihi erant, certius definire non poteram; scilicet fides tabularum, quæ ante illam Carlessii (*Trigonometrical survey of the North-east coast of Africa by Lieut. T. G. Carless, Indian navy. 1838*) prodierunt, in hac oræ parte pæne nulla est; neque quæ post an. 1838 in publicum editæ sunt, quantum eisdem scio, Angli istius operæ in usus suos converterunt. Nunc demum Carlessii mappis potitus quæ ad situm horum emporiorum pertinent melius quam in annotatione feci explicare tentabo. — Plinius VI, 34 § 174 e sinu Arabico in Aualiten progre- diens primum memorat oppidum *Gazam*, deinde promontorium et portum *Mossyliten*. Gaza vero aperte est hodiernum *Bunder Gazim* (47° long.), caput gentis, quæ vocatur *Mijjerthaine Somauly*. Quinque locus constat munimentis, que singula puteos habent, et centum fere tuguriis. Proxime hinc versus orientem montes altissimi ad ipsam oram accedunt, *Djibel Antarah* (5000 ped.) in *Ras Antarah* exiens, et post 60 stadia aliud jugum (4600 ped.), quod desinit in *Ras Gori*; juxta id adjacet *Djibel Haismah* (3800 ped.). Summa montium plana sunt thurisque arboribus tecta. In altero horum promontoriorum Mossyliticum nostrum querendum est. Altitudo ejus in caussa fuisse videtur ut insignem ei Ptolemæus locum in tabulis concederet longeque in mare projiceret. Portus autem et emporium fuerit hodiernum *Bunder Barthe*, ab *Ras Antarah* 70 fere stadiis occasum versus distans, puteum habens et castellum et vicos duos. Alius vicus *Borah* nomine occurrit ad *Cap Gori*, minus ille ad navigationem commodus. Gaza, quam e *Juba* Plinius memorat, quum a Nostro non nominetur, mercaturæ frequentia ab illa Mossylum paullatim transducta esse videtur, quippe quod ipsis montibus thuriferis subjacebat. Distat a Mundu 1300 fere stadia, secundum periplum δύο δρόμους ἢ τρεῖς. — Τὸ δε γέμενον Νειλοποτολεμαῖον (1. Νειλοποτάμιον vel Νειλοποταμία?) pertinet ad fluvium satis amplum, qui minoribus quibusdam auctus post 130 a *Ras Gori* stadia occurrit. De eo ita in tabula Carlessius: « River with a stream of salt water 5 miles from the sea, navigable for small boats up to the town at high water; discharges a large quantity of water during the rainy season. » Ostio adjacet munimentum; paucis hinc stadiis occasum versus ruinæ extant. In mediterraneis 40 ab

ostio stadiis ad ipsum fluvium oppidum est *Bunder Khore*. Huc pertinet Κόθη ἐμπόριον (80°) quod Ptolemæus medium ponit inter Mossylum (79°) et Elephantem montem (81°). Quum in hoc tratu nonnisi integris gradibus distantias locorum distinguat, non premendas esse mensuras intellegitur. Melius sane distantiae quadrarent, si Κόθη referre velis ad *Yibour Kubir*, at hoc non nisi promontorium est habitatione vacuum, idque *Kubir* (*Kebir*) sive *magnum* vocatur ut a proximo *Yibour Sughir* (*Seghir*) sive *parvo* distinguatur. — Deinceps memorantur Ταπαπηγη (sic) et δαχνῶν μυρός. Utrumque nomen ad eundem locum pertinere puto, ut mox Ἀχάνναι et δαχνῶν μέγας; alterum est vici, alterum adjacentis laureti. Apud Carlessium post minorem vicum, *Ourbah* nomine, mox sequitur amœnum viretis fruticibusque oppidum, *Bunder Muriyah*, cui superjacent celsissimi montes (5000 ped.) thuriferi. Prope notatur aquæfluentum in paludem exiens. « *Bunder Muriyah* is the principal town on this part of the coast, and contains 5 sorts. » CARLESS. Hunc igitur locum Peripli auctor indicaverit. Apud Strabonem vocatur Δαφνοῦς λιμὴν καὶ ποταμία Ἀπόλλωνος καλουμένη. Vocabulum ταπαπηγη in ipso codice tamquam corruptum exhibetur; quæ quidem nominis corruptela et græcissans illud Ἀπόλλωνος ex eodem fonte manaverint. — Ἐλέφας ἀκρωτήριον est *Ras el Fil*, $48^{\circ} 28'$ (*Ras Feeluk*, 800 feet high, shaped like an elephant, generally called by the natives *Ras Belmook* » CARLESS). Quamquam hoc nomen ab indigenis transfertur ad promontorium humile et arenosum, quod ab illo est occasum versus ($48^{\circ} 23'$), et in propinquuo habet locum *Bunder Filuk*. Is locus, etsi ancoris jaciendis commodus, emporium habuisse non videtur; memoratur tamen apud Strabonem (ex Artemidoro) verbis Ἐλέφας τὸ δρός καὶ διώρυξ. Nimirum quum ad *Bunder Filuk* per angustas fauces mare intret in paludem longe patentem, id ipsum voce διώρυξ indicatur. Sensit rem Letronnius ad Strabon. vers. gall. « Strabon, ait, entend, je crois, un de ces ensembles étroits où la mer entre et penètre à la marée haute assez avant dans les terres, et qu'on appelle creeks en Angleterre et en Amérique. » *Elephas fluvius* in Periplo memoratus ab oriente promontorii labitur in alveo profundissimo (« bed of a river 250 f. deep et 900 wide. In the dry season the river is navigable for boats 3 or 4

miles, and further inland there are pools of fresh water in its bed. » CARLESS.), inque paludem (*Khore Gulwainie*, i. e. lacus magnus) diffunditur, quæ ipsa quoque angusto ostio in mare exit prope *Ras Uloulah*, omnium maxime versus boream porrectum. Vicus fluvio appositus, *Bunder Uloulah*. Paucis stadiis orientem versus prope litus 3 putei aquam habentes optimam. Ad hæc igitur loca vix dubium est quin referenda sint ex Strabone Ψυγμὸς λιμὴν καὶ ὕδρευμα τὸ χυνοχεφάλων καλούσενον, ε Periplo autem δαφνὸν μέγας λεγόμενος Ἀκανναῖ. Inter vocabula Ἀκανναῖ et Κυνοκέφαλαι cognitionem intercedere suspicor. Quod olim in Strabone contra codd. auctoritem legebatur ὕδρυμα χυνο., et ad Sesostridis quædam monumenta ibi posita ab interpretibus referebatur, id rejiculum est. — Ultimum versus ortum Barbariæ promontorium et emporium dicitur τὸ τῶν Ἀρωμάτων. Ponendum igitur ad *Ras Jard Afoun* (900 p.) præruptis petris in mare descendens Ab indigenis vocatur *Ras Asair*, et nomen *Jard Afoun* sequenti promontorio quod Carlessius *Ras Shenarif* vocat, inditur. Navium statio in boreali promontorii latere. Quodsi tempestas imminebat, veteres nautæ, teste Periplo, confugiebant ad magnum promontorium, cui *Tabæ* nomen. Hoc esse debet *Ras Schenarif*, Aromatum promontorio longe altius (2500 p.), prope quod est vallis fertilis *Tohum* dicta, nomine ad *Tabas* Peripli prope accidente. Quod deinceps in Periplo legitur a *Tabis* prom. ad Oponem esse 400 stadia, cum aliis me induxerat, ut *Tabas* ad *Bannas* promontorium referrem; sed ferri id nequit. Distat enim ab Aromatum promontorio 400 stadiis sive diei fere navigatione, ut eo confugere imminentे tempestate non licaret. Aut igitur pro ω' (400) in Periplo erat ω' (800), aut (quod malim) lacuna locus laborat hunc in modum resingendūs : Ἄπὸ δὲ Τάβαι μετὰ σταδίους τετραχοσίους [Πανὸν κώμη. ἐντεῦθεν δὲ μετὰ σταδίους τετραχοσίους] παραπλεύσυντι Χερσόνησον... Ὁπάνη. Panon vicum (hod. *Banna* vel *Bunna*) ad *Ras Banna* sive *Ras Ally-Bech-Quail*, novimus e Ptolemæo. Opone ad Chersonesum promontorii *Hafoun* sita erat. Trahere luc etiam fluxum mariūm auctor noster monet; Carlessius vero fluxum non ita longe ab ora a meridie boream versus tendentem in tabula significat. Probabiliter ita res habet ut in sinu inter *Ras Ally-Bech* et *Ras Hafoun* juxta ipsam oram fluxus sit contrarius ei qui in alto regnat.

— P. 266, l. 8 : δὲ δρμὸς ἐπὶ σαλὶ κατὰ codex, in quo ὡς superscriptum manu secunda. Licebit : δὲ δρμὸς ἐπὶ σαλὶς κατὰ καιρὸν ἐπικινδύνος, collato loco gemello p. 263, 14. — P. 267, l. 2 et 8 κατία ; l. 17 ἢ τε μοναχην̄ cod. sine acc. — P. 269, l. 5 πλεῖον̄ cod. — P. 270, 5, l. 1. ειτενήδιων̄ cod. — P. 272 l. 3 ναύπλιος̄ V. Prol. p. cyp.; — l. 15 γαβαταῖων̄] αναβαταῖων̄ codex. Leg. puto : δὲ ἦς ἐστιν εἰς Πέτραν πρὸς Μαλίχαν βασιλέα Ναβαταῖων [ἀνάθεσις]. — P. 275, 12 ἀπὸ τοῦ πέραν̄ cod. — P. 277 l. 3 : Εὔδαίμων Ἀραβία. Εὔδαίμων δὲ ἐπεκλήθη cod., expunctis verbis Εὐδ' Ἀρ. Apud Melam III, 8 pro *Cana et Arabia et Gaudamus* leg. videtur *Cana et Arabia Eudeemon*. — *Elisari* Ptolemæi et *Ilisar* Strabonis secundum Forsteri sententiam (*Geogr. of Arabia* II. p. 147 sqq.) nomen habent de regione *El Asyr*, cuius gentem numerosam et bellicosissimam in vicinos magnam exercere vim refert Burckhardt. Ptolemæi igitur aetate videri eam totum occupasse tractum qui Elisaris attribuitur. Habent hæc quo se commendent. — P. 278, not. col. 1, lin. 17. Avium insulam nunc vocari dixi *Sikkah* vel *Djibus*. Forsterus l. 1. II, p. 189 scribit *Sekah*, quod significare ait *stercoraceous or birds' mute island*; *Djibus* autem (*Gibboose* Forsteri) sonare *White island*. Sitainsula 48° 28' 20" long. Greenw., 13° 14' 40" lat. Altera Peripli insula, Τρούλλα, nunc audit *Burrughur* (48° 32' 40" long., 13° 58' lat.); vetus illud nomen e Romanorum lingua derivare et significare *Spoon island* prodit Forsterus. « In Captain Haines Chart, inquit, the form of this island is, as nearly as possible, that of the bowl of an egg-spoon, or that of the old fashioned horn or sugar-spoon. » — Sabbathæ urbs, cuius situm in annotatione definire nondum poteram, pertinere videtur ad *Saba* locum in novissima Arabiæ tabula Kiepertiana. — P. 280, 13. Σύαγρον pr. esse *Cap Fartak* vel ipsum nomen probare videtur, siquidem Forsterus l. 1. II, p. 171 : « Syagros, inquit, is simply the Greek rendering of the Arabik name *Fartusk*, literally, *the boar's or wild boar's snout*. A glance at the map may suffice to indicate the origin of the name in the form of the Cape, which terminates in a point strikingly resembling the nose of the savage animal whose name it bears. » Addit : « The town seated under it preserves to this day the memory of the Syagrian promontory, and of the Arabian commerce of the Greeks, in

its actual name of *Suggar*. » — P. 280, l. 18 lege Διοσκουρίδου cum codice. — P. 281, l. 14 τὰ ἐγγράφοντα codex, ita ut inter ἡγ et χρ̄ aliquid erasum sit; non vero expunctae sunt literæ εγ. — P. 282, l. 11 Μόσχα λαμῆν.] Forsterus II, p. 174 vocem μόσχα ait arabice idem sonare quod græcis sit ἀσκός; jam quum Ptolemaeus ad Syagrum pr. Ἀσκίτας habeat ei indigenæ in Sachalite sinu ἐπ' ἀσκῶν navigare dicantur: ab hoc more portui nomen inditum esse statuit probabiliter (Conserre licet Rhapta Libyæ promontorium de ὅρπτοις indigenarum πλουαρίουs dictum). Idem censet pluribus portubus id nominis fuisse, quandoquidem Peripli auctor Μόσχα portum ab occasu Syagri, Ptolemaeus autem ab oriente ejus collocet. Cui quidem argumento non multum tribuerim. — P. 283, l. 11. ἀνθρώποις λεποῖς] V. not. ad Prolegg. p. ci — P. 285, l. 5 et 16 Ὁμανα.. ἀπ' Ὁμάνων] Ὁμανα... ἀπ' Ὁμανα codex. Assunenda μ litera duplicata, collato Ptolemaeo. Ceterum p. 286, l. 3 codex habet Ὁμαντικήν. — P. 285, 8 σανταλίνων] σαγαλινο cod. sine acc. — P. 288, 1 λύκιον] λύκον cod. — ib. l. 2. δέρματα] V. Prolegg. p. cvi not. — P. 289, 1 : ἐμπειριλαμ-έάνων αὐτὸν τὸν κόλπον λεγόμενος Βαράκης νήσοις ἐπτὰ ἐμπειριλημμένος codex. — Ib. l. 17. Μαμ-έάρου] legend. cum codice Μαμέάνου. P. — 290, l. 1 Συνραστήνη; l. 6. Μινναγάρα cod. — P. 293, l. 16. Καττυβουρήν, etc. Locum emendavi in Prolegg. p. civ. — P. 293, l. 28. μουσικὰ καὶ παρθένοι] Non instrumenta musica intelligenda videntur, sed μουσικὴ παιδισκάρια, qualia Eudoxus quoque in Indiam navigaturus secum dixisse perhibetur. V. Posidonius ap. Straben. p. 82, 13 ed. Didot. — P. 295, 4 καὶ γάρ] Velim καὶ γάρ καὶ. — P. 298, l. 9. τραχγλίζοντες]. Eo verbo de naviis loquens utitur Strabo p. 268: βάθος ἔξαιστον, εἰς δὲ παλίρροιαι τοῦ πορθμοῦ κατάγουσιν εὐφυῶς (φυσικῶς conj. Meineke); an κατάγουσιν [νός ἢν] τυρῷ? τὰ σκάρη τραχγλίζουμενα μετὰ συστροφῆς καὶ δινῆς μεγάλης. — P. 288, l. 30. Ἰππαλος] De mari Hippalo vid. Alexandri Itinerarium c. 110. — P. 299, l. 14 codex ita habet: πυρρὸν δρὸς ἀλλη παρῆκε χώρα τη..... κης, ἡ παοαδια λεγμένη. Fort. igitur fuit: Πυρρὸν δρὸς [φ̄ vel 80ev] ἀλλη παρῆκε χώρα τῆ[ις ὑπὸ Ηπαδίου] Ινδι]κης, ἡ λεγμένη Ηεραλία, deletis in sequente linea verbis ὑπὸ τὸν Ηπαδίονα βασιλέα. Possit etiam: χώρα τῆ[ις κα-λουμένης Κοττοναρ]ικης. Apud Ptolemaeum hic tractus est τῶν Ἀλών, quod ipsum fortasse post v.

παραλία excidit. Ceterum montes rubros occurere in tractu quem Bacarae assignavimus ex Cornwalli *Remarks of the coast of India* monet Vincentus II, p. 483: « They are red hills or land both to the nord and south of it (sc. a Djilli monte prope Bacaren sito); the red hill to the south lying near the sea, is that which we must prefer for the ruddy mountain of the Journal. » — P. 300, l. 2. Vincent e Paolino refert p. 486: « The convent still exists, and the same superstition is practised at a mountain, three leagues inland, where they still preserve the tradition of Cumari's bathing in the sea. The sanscreeet name is Canyamuri, *Cape Virgin*, but contracted by the natives themselves into Comari or Cumari. » — P. 301, l. παρ' αὐτὴν τὴν ἡπιοδώρου] Απ. fuit π. αὐτὴν τὴν ἡπειρον? — Ib. l. 7 Καμάρα est Ptolemaei Κάρμαρα, quam ab oriente Chaberis fluvii ponit. Situs locus fuerit ad Coleroun fluvii ostium. — Ib. l. 12 post εἰς τοὺς τόπους adde τούτους ε σο- dice. — P. 302, l. 1 codex ita: πάλαι σιμούνδου, παρὰ δὲ τοῖς ἀρχαῖοις αὐτῶν χαρηρὶς προβάνη, in qui- bus senior manus expunxit χαρηρὶς et ante προ-βάνη scripsit τα. Subesse codicis literis videtur lectio diversa: παρὰ δὲ τοῖς ἐπιχωρίοις. — P. 303, not. ad § 63. Quod de Thinis utpote ab Erato- sthene memoratis dixi, deleas. Nam recte, opinor, Cramerus ap. Strabonem pro διὰ Θινῶν κύκλος ubique scripsit δι' Ἀθηνῶν κύκλος. V. not. Crameri ad Strabon. tom. I, p. 100. — P. 305, l. 5 lege: τὰ δὲ μετὰ τοὺς τόπους τούτους διὰ τε ὑπερ- θολὰς χειμώνων καὶ πάγους μεγίστου δυσθέτων τε τό- πων, εἴτε καὶ etc.; sic enim codex habet, nisi quod vocι μεγίστου superscriptum est ζ, unde μεγίστουs exhibent editiones.

ARRIANUS ET ANONYMUS. P. 399, l. 25. Ἰστρίαν] Hanc nominis formam, laudato Arriano assert Stephanus Byz. v. Ἰστρος. — P. 395, in not. cōnum. 1, lin. 17 ab ima post verba: *nihil affert difficultatis*, adde: modo teneas numeros stadiorum ut in antecc., sic etiam in his esse iūstis paullo majores. — P. 408, l. 35. Λαμυ-ρῶν] Fuisse suspicor Δαμυρῶν. Cf. Δαμυρίας Si- ciliæ fluvius ap. Plutarch. Tim. 31, Δαμούρας Phœniciae fl. ap. Polyb. V, 18, 9 (nunc Damour), quem Strabo p. 756 Ταμύρων vocat. Ταμυριακὴν ἄκραν in Ponto habemus prope Cursum Achillis. — P. 408, l. 36. ὑδροστόλος] Legerim θέωρ στό- λοις. — P. 415, l. 27. Κριού μέτωπον] sec. men- suras Anonymi est Cap Aitodor, ut Lapieus expu-

tat, vel *Cap Kerkines*. Tailbout de Marigny (*Portulan de la mer notre* p. 62) componit *Cap Saritch*; Muraview Apostol. (*Reise durch Taurien* p. 118) *Karadcha Bouroun* vel *Aja Bouroun*; Clarke (*Voy. en Russie* II, p. 446) et Dubois II, p. 9, 23 *Cap Aioudagh*, quod a periplus rationibus longe recepit. Indigenis Краю мэтуяпон dici Бризбэа refert Pseudoplutarch. De fluv. c. 28. — P. 416, l. 34 διήκουσα] διήκων cod. m. pr. — P. 425, l. 5 lege ἐν [τῷ] τέλει.

STADIASMUS. P. 429 not. lin. pen. lege : *In seqq. codez λιμήν ἔστιν ἀγωγῆς*. — P. 433, l. 11. αὐτὴν] ταύτην? — P. 459, § 224 et 225 vocem χωρίον verte *castellum*. — P. 470, l. 4 σταδίων μ'] Distantia postulat μ'. — P. 473 § 135 ἀπὸ Παλτηνῶν] Debebat : ἀπὸ τοῦ λιμένος : nam sic demum distantia quadrat. In § 137 stadia 170 computanda sunt linea recta, adeo ut post εἰς Βαλανέας excederit vox εὐθυδρομοῦντι, quae omissa etiam est § 138. — P. 488 § 211. Κίνυρα nomen derivare a כבירא (i. e. magna) censem Movers. *Phœniz. Colonien* p. 247, ubi etiam de aliis locorum in hoc tractu nominibus phœnicicis monet. Sic Μυγδάλη (p. 489 § 222) est ἡταῖς *turris*, frequens locorum nomen; Μάσουρα (§ 221) ἀρωτός, *castellum*. Φάσηλις (§ 226) ἡνός, *manus dei*; idem nomen Palæstinæ loco (Reland *Palæstina* p. 953). — Μᾶλλος (p. 480 § 326) est ηλύχη, utpote ἐφ' ὑψους καιμένη (Strabo p. 675); habuitque urbs cultum Tyrium (Movers. l. l. p. 167). — P. 488 § 215 vox ἐμπόριον corrupta esse videtur εὲ Κωρύκιον. — P. 489. Dele notam ad § 218. — P. 494 post § 225 excerptor Glauci fluvii mentionem omisit. Fuisse puto : Ἐξ Τελμησσοῦ [εἰς Γλαῦκον πο-

ταμὸν στάδιον ν'. Ἀπὸ Γλαῦκου ποταμοῦ εἰς Δαίδαλα] στάδιοι ν'. — P. 497, l. 1. Ἀγνην] Αχνην, Casi insulæ nomen, teste Plinio, reponi vult Hoffmann. in Præfat. p. xxv. Refragatur tum series locorum tum nota distantiæ. — P. 502, § 300. Treti promontorium cum Phrurio pr. Ptolemæi (*C. Blanc*) vix recte componitur. — P. 502 § 302 pro μ' legi velim ρμ', adeo ut Κραγαῖαι ponendæ sint ad fluviū quem *Kreigsimeone* vocat Pokoke. — P. 503 § 307. Lacunæ indicium post τὰ Ἀχρα delendum est. Ἀχρα tamquam urbs Cypri memoratur apud Steph. s. v. — Ib. in not. : *Dinaretum* vocabulum, quod Plinii editiones ante Silligium exhibebant, recte habere possit videri, siquidem non ita longe a promontorio dissita *Dinares* sive *Zinariton* insula, nisi ex hac potius recentiores nomen istud in Plinium intulerint. — P. 505 § 320 Βίενον] leg. Βίενον ut § 335 sq. — P. 513 § 346 in not. adde: Ceterum a Pantomatrio ad Eleutherna non 50 sed minimum 80 stadia esse debebant. — Ib. in not. ad § 335 dele verba ultima : nisi ipse... stadia 50.

MARCIANUS. P. 528 in not. ad § 19 lin. 21 longitudo et latitudo Arabiae confunduntur. — P. 539 l. 40 θεον et p. 543 l. 42 δφ' ante me correxerat Piccolous meus. Idem vir doctissimus p. 538 l. 14 leg. conjicit σαφῶς τῷ φιλομαθεῖ ἀναγνώστῃ. — P. 558, l. 31 ἐτάξαμεν] ἐπάξομεν cum Piccoloo legi velim. — P. 560, l. 39 περαιῶται δὲ εἰς τὸ Ροδόπιον] Mensura stadiorum 1834 satis quadrat; ceterum aptius pro Rhoboglio memoraret τὸ βόρειον ἀκρον, — P. 565, 10 pro ἐγγραφέναι Piccolo conjicit συγγεγραφέναι.



**GEOGRAPHI GRÆCI
MINORES**

GRANADA (1868) (1871)

GRANADA

ΑΝΝΩΝΟΣ

ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΣ

ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ

ΤΩΝ ΥΠΕΡ ΤΑΣ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ ΣΤΗΛΑΣ ΔΙΒΥΚΩΝ
ΤΗΣ ΓΗΣ ΜΕΡΩΝ,

ὅν καὶ ἀνέθηκεν ἐν τῷ τοῦ Κρόνου τεμένει, δηλούντα τάξις.

HANNONIS

CARTHAGINIENSIMUM REGIS

PERIPLUS

EARUM QUAE SUNT ULTRA HERCULIS COLUMNAS
LIBYCARUM TERRE PARTIUM,

quem etiam dedicavit in Saturni delubro, exhibentem hæcce.

Ἐδοξεὶς Καρχηδονίοις Ἀννωνα πλεῖν ἔξω Στηλῶν
Ἡρακλείων καὶ πόλεις κτίζειν Λιθυφοινίκιον. Καὶ
ἔπλευσε πεντηκοντόρους ἔξήκοντα ἄγων, καὶ πλῆθος
ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν εἰς ἀριθμὸν μυριάδων τριῶν καὶ
σῖτα καὶ τὴν ἀλληγορίαν παρασκευήν.

2. Ως δὲ ἀναχθέντες τὰς Στήλας παρημείψαμεν καὶ
ἔξω πλοῦν δύον ἡμερῶν ἐπλεύσαμεν, ἔκτίσαμεν πρώτην
την πόλιν, ἦντινα ὕδωρασαμεν Θυμιατήριον· πεδίον
δ' αὐτῇ μέγα οὔπην.

Βασιλέως] *Rex Hanno noster apud Solinum quoque Polyh. § 56 appellatur; imperator ap. Plinium VI, 31; dux ap. eundem V, 1, 1. Intellige unum ex duobus Carthag. susetis (v. Festus s. v.; Livius XXXVIII, 37), quos Graci vocare solent βασιλεῖς vel πρωτεύοντες, Romani modo reges, modo consules, modo dictatores. V. Kluge ad Aristotel. De Carthagin. rep. c. 2 et 7. || — τῶ... μερῶν] In his diccionem colore Punico tintam auctorem prodere mediocriter græce doctum censem Klugius, recte fortassis; quamquam jure quæreris num haec Peripli inscriptio ad ipsum græca versionis auctorem sit referenda. Nam plerumque longiores id genus inscriptiones citerioris avii scribis debentur. || — ἀνέθηκεν] V. Prolegomena. || — Κρόνον] Gorillarum pelles, quas ex itinere Carthaginem asportaverat Hanno, apud Plinium V, 36 et Solinum I. l. dedicasse dicitur non in templo Saturni (sive Baali), sed Junonis (sive Astartæ), « quum huic dea, ut Klugius suspicatur, ejusmodi spolia tanquam itineris primitiae dedicarentur. » At quum omnia que de Hannonis itinere apud Plinium Solinumque leguntur, ex impuris fluxerint fontibus, in hac quoque re pœne nulla eorum est auctoritas. || — τεμένει] Hannonis navigationem ita in templo dedicatam fuisse, ut tabule vel columnæ inscriptam quilibet consulere posset, jure licet addubitate, quum satis constet celare potius Carthaginenses studuisse quaecumque spectarent longinqua eorum commercia emporiaque. Quare Letronnus (*Poëmes géogr.* p. 230) : « Rien n'empêche, ait, que cette circonstance, relatée uniquement dans le titre, ne soit une addition de celui qui aura traduit en grec l'original ou qui en aura donné un ex-*

Placuit Carthaginiensibus Hannonem navigare extra Columnas Herculeas et urbes condere Libyphœnicum. Navigavit igitur naves quinquagenum remorum ducentis sexaginta et virorum mulierumque multititudinem ad triginta millia et annonam ceterumque apparatum.

2. Postquam evecti Columnas superavimus et extra eas biduum navigavimus, primam condidimus urbem, quam nominavimus Thymiaterium; campus ei magnus suberat.

trait. » Id tamen eur statuamus nihil video, quum de ratione qua monumentum nostrum in τεμένει asservatum fuerit, omnino nihil constet, et ipsa illa ἐν τεμένει verba late pateant. Fieri igitur potuit, ut in templi διπλωμάτῳ non cuivis patente vel etiam in alio aedificio ad templi τέμενος pertinente id genus tituli sepositi essent.

§ 1. ΚΤΙΖΕΙΝ] Hæc vox hoc loco adhibetur sensu laxiore; nam unam tantum urbem, Thymiaterium, Hanno condidit, έκτισε; reliquas novis incolis frequen-
tavit, κατέκισεν || — πεντηκοντόρους] « Bougainvilius (Mém. de l'Acad. d. Inscr. t. XXVIII, p. 288) ex Thucydide probare studet hanc navigationem 703 annos a. C. factam esse. Docet enim Thucydides triremes 300 annos ante bellum Peloponnesiacum inventes esse; ergo naves quinquaginta remis instructas certe centum quinquaginta annos post conditam Carthaginem in usu fuisse. Verum haec ratio facile refutatur. Tali enim expeditioni maritimæ conducebant naves onerariae, minores quidem, sed late ac planæ et ita comparatae, ut naute non solum oram maritimam legere, sed vada et cæca saxa leviter supervelhi possent, quibus triremes ceteraque naves magno molis illisuræ forent. Apud Strabonem (I, p. 99) Eudoxus eadem structura utitur ad simile consilium exequendum. » KLUGE. || — μυριάδων τριῶν] Apud Græcos ad coloniam deducendam quinque vel etiam ad decem millia hominum colligi ut plurimum solebant. Non nimius igitur triginta millium numerus ad sex vel septem colonias rite instituendas et contra hostem in longinquis plagiis tuendas.

§ 2. Θυμιατήριον] Meminerunt hujus urbis Sc

lax § 112 et Stephanus Byz.; apud utrumque vocatur Θυμιατήρια. Quodsi in bidui navigationem, que fuisse dicitur in mari extero usque ad Thymatiereum, ex vulgari calculo computantur stadia mille, inde a promontorio Spartel deducimur usque ad ostia Suburis (hod. Sebu) fluvii. Ac revera ad hunc fluvium, in hoc tractu omnium maximum eumque navigabilem, urbem illam conditam fuisse omnia suadent. Primum hue facit Scylax I. l., qui : Μέτρα δὲ Λίξον, ait, Κράτις ποταμός, καὶ λιμήν καὶ πόλις Φουγκών Θυμιατήρια. Fluvius vero post Lixum proximus, qui quidem momenti alicujus sit, Subur est paullo infra Merdja seu Murza lacum in mare exiens, ut hunc ipsum Crabis nomine Scylax signare videatur. Mnaseas apud Plinium XXXVII, 11 pro Crabi ponit Crathin, idque nescio an rectius habeat, quoniam cum greco hoc nomine quadrant greca nomina Sicyonis urbis et Cephesiadis lacus (Merdja), quae una cum Melagagridibus avibus græci geographi in hac loca transulerunt. Nilh igitur mirum eidem fluvio diversa plane nomina tribui. Mnaseas quidem Crathin fluvium non infra lacum, sed ex ipso lacu in Oceanum exire dicit, adeoque diversum a Subure amnum indicare videtur. Verum quum non nisi rivuli quidam in lacum illum incident, nullus vero inde in mare exiens in mappis nostris accuratissimis conspiciatur, vix dubium est quin notus Subur fluvius sit ille quem perperam et lacu proflue Mnaseas referat. Hoc si recte dixi, consentaneum est Sicyonem illam, quam cum Crathide Mnaseas componit, ipsum nostrum esse Thymatiereum. Hodie ad Suburis ostia jacet Mamora sive Mehedia. Situs ejus urbis talis prorsus est, qualem fuisse Thymatierei ex Hannone colligitur. Quemadmodum enim sub Thymatierei planities patuisse dicitur, sic Mamora loco sublimi imposita per amplius dominatur planicie, quæ usque ad Salam (h. Buragrag) fluvium pertinet. V. J. Windu Travels p. 64; Barth. Wanderungen t. 1, p. 29; Jackson An account of the empire of Morocco (ed. tert. 1814) p. 6; Movers Das phœnizische Alterthum t. II, p. 541 sqq.; qui viri docti situm hujus loci ad commercia et dominationem tam insignem in modum accommodatum esse monent, ut mirum foret Carthaginenses urbis ibi condendisse opportunatatem prætermissee. Quod attinet nomen Θυμιατήριον, Bochartus de eo ita habet : « Notum græce Θυμιατήριον esse acerram vel thuribulum, quo nomine cur Phœnices urbem appellaverint nemo facile dixerit. Sed quod a Græcis passim fieri jam alibi notavimus, Hannonis interpres barbaram vocem ita mollivit, ne laderet aures Atticas. Nempe verum urbis nomen erat דָמָתִירִיָה Dumatiria, quasi πενδάζ dixeris, id est, campestrem urbem, Arabice saltem in Giggeis דָמָתִירִיָה, dumathir, et בְּנֵתֶרֶת, dumathor, est terra plana; unde petutum urbis nomen docent ipsa verba Hannonis : ἐπίτελαιν πρώτην πόλιν, γῆν των ὀνομάτων Θυμιατήριον πέδον δ' αὐτῇ μέγα δέ προ τῷ hoc loco sumimus, ut passim apud Homerum; quia nulla appareat causa cur Hanno addiderit Thymatierei magnum subesse campum, nisi ut sciremus quorum oppidum ita nominaverit. » Moversius I. i. p. 543 nomen Θυμιατήριον, quoad formam

vocis, non phœnicium sed libycum esse, et quod significacionem vocis attinet, componendum suspicatur cum *Themetra* nomine loci in Zeugitana siti (v. Inser. ap. Maflei Mus. Ver. p. 472. Orelli Inser. n. 3056); *Themetra* autem formam libyacum habet phœnicii *Mederā* (cujus nominis locus in Phœnicia memoratur in Tab. Peutingeriana), ita ut *The syllaba* libyacum sit præfixum. Quæ quidem, quantum ego de his judicare possum, paullo longius petita videntur. Contra Klugius : « Sed et græci verbi significatio, inquit, defendi potest. Θυμιατήριον est thuribulum, acerra, qua voce, si græca denominatio vera est, nihil aliud indicatur quam consecratio urbis, urbs diis consecrata. Quum enim hæc *prima* esset colonia, initium ex sacris rite faciundis sumendum erat, eamque ob causam hoc emporium thuribulum, i. e. urbs thuris sive sacrorum appellabatur. Hæc dicendi ratio Hehræorum sermoni respondet. » Idem jam Mannertus (X, 2, p. 512) statuerat, qui Punicum urbis nomen fortassis esse putavit Ηούτιον Scylacis (§ 112). Parum hæc probabilia sunt. Ego quidem non græcam punice vocis versionem, sed punicam vocem in græcum vocabulum corruptam subesse cum Bocharto et Moversio statuo. Facere hue mihi videtur locus Itinerarii Anton. p. 2, ubi inde a Sala urbe juxta Salam fluv. sita usque ad *Thamu-sida* (*Tamu-sida*, *Tiamu-sida* var. lect., *Taxouσtγα* Ptolem.) esse dicuntur millia 32. Hinc colligitur urbem fuisse ad Subur fluvium, adeo ut a Thymatiere non diversa fuerit. Accedit, quod nominis compositi (cf. urbes Africae *Tocola-sida*; *Sida*) pars prior cum Hannonei vocabuli initio componi apte potest; non item altera; sed fieri potuit ut eadem urbs duplice nomine composito efferreret, ut passim. Porro quemadmodum Græci et Θυμιατήριον et Θυμιατήρια dicebant frequentissima illa formarum varietate, sic etiam Θαμού-Σίδον dictum esse facile largieris. Hinc vero, ni fallor, nata est Σερενί urbs Mnasea Græculi. Plinius V, 1 Thamusidam oppidum non memorat, contra vero Banasam urbem ad Subur fluvium ponit : *At in ora a Lixo 50 mill. annis Subur, præter Banasam coloniam defluens, magnificus et navigabilis. Ab eo totidem M. pass. oppidum Sala, ejusdem nominis fluvio impositum.* Hæc parvi sunt facienda. Tota enim Africae occidentalis descriptio mira ap. Plinium rerum perturbatione laborat; hoc vero loco quam parum accuratus auctor sit, vel ex distantiis quas inter Lixum et Subur et Salam fluvios esse dicit, luce clarius est. Itinerarii auctor qui ad Subur fluv. Thamusidam ponit, inde ad Banasam (hod. *Vetus Mamora* sec. Lapicum, aut *Basra* sec. Graberg di Hemso) triginta duo millia esse dicit. Quare miror Mannertum (X, 2, p. 471), qui numeros Itinerarii mutando ad perversas Plinii rationes accommodare studet. Magis etiam turbatus est Ptolemaeus IV, 1, p. 252 ed. Willb., qui et Banasam et Thamusidam a meridie Subur fluvium ponit. Quod recentiores attinet, Heereni Thymatiereum esse putavit hodiernam Larache, errore manifesto; Mannertus idem quæsivit in *Vieille Mamora*, paullo minus errans; Bougainvilius urbem transtulit ad *Cap Cantin*, quoique non duorum sed quinque dierum navigatione opus fuisse.

3. Κάπειτα πρὸς ἑσπέρχων ἀναγούντες ἐπὶ Σολόεντα, Λιβυκὸν ἀκρωτήριον λάσιον δένδρεσι, συνγέλθομεν.

4. Ἐνθα Ποσειδῶνος οερὸν ἴδρυσάμενοι πάλιν ἐπέθημεν πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα ἡμέρας ἡμίσιου, ἀχρὶ ἔκομισθησεν εἰς λίμνην οὐ πόρῳ τῆς θαλάττης κειμένην, καλάμου μεστὴν πόλλον καὶ μεγάλον· ἐνθάσαν δὲ καὶ ἔλέφαντες καὶ τάλλο θηρία νευμόνενα πάμπολλα.

5. Τήν τε λίμνην παραλλάξαντες δύον ἡμέρας πλοῦν, κατωκίσαμεν πόλεις πρὸς τῇ θαλάττη καλουμένας Κα-

In contrarium peccavit Gosselinus (*Recherches sur la Géogr. systém.* I, p. 71 sqq.), quem si audias, tota illa navigatio, inde ab Herculis Columnis usque ad Soloentem promontorium (quam quinque dierum esse Scylax ait), in freto versatur Gaditanum usque ad promontorium Spartel. Thymiaterium igitur putat in promontorio quod *Mallabat* dicitur, situm fuisse. Quas quidem ineptias a multis iam explosas verbo testigis satis est superque. Gosselinum presso pede sequitur Gaiilius.

§ 3. πρὸς ἑσπέραν] Usque ad Subur fluvium navigatio erat fere meridiem versus; hinc versus occasum (sud-ouest) ora flectitur usque ad *Cap Cantin*. Gosselinus p. 70 commentis suis inserviens vertit: « *continuant de naviguer à l'ouest, etc.* » || — Σολόεντα] Duo in hoc tractu occurrunt promontoria, *Cap Blanc* et *Cap Cantin*. De illo cogitarunt Heerenius, Klugius et alii; at posterius nostro loco est intelligendum, ut recte monet Mannertus X, 2 p. 495. Nam hocce, non alterum, silvis horret; ab hocce, non ab altero, orientem versus ora retorquetur, id quod sequentia § 4 flagitant. Porro quae § 5 leguntur, tum demum quadrant, si ad sinum qui *baie de Safi* dicitur, referre licet. Denique premontorium *Cantin* longissime in mare procurrentes præ ceteris memorabile videri debebat, nautisque erat periculosissimum, dum alterum illud nonnisi albo litoris colore animos advertebat. Nomen *Solois* ductum a γέλ (selā) et pluraliter Μεγέλ (selāim), i. e. *rupes*. Frequens nomen de Phoenicium urbibus quae in altis sita erant rupibus. Sic Σολοεῖς sive Σολοῦς in Sicilia, Σόλοι vel Σόλος ή αἴπεια in Cypro insula (cf. *Suidas* σόλος, δ βουνός), Σελιγοῦς in Cilicia. V. Movers. II, p. 174. 243. 337. 332. Nostrum promontorium memorant Scylax § 112: ἀπὸ Θυμιατηρίας εἰς Σολόεντα ἄκραν, ἡ ἀνέγει μάλιστα εἰς τὸν πόντον, Herodotus II, 32: Σολόεντος ἄκρης, ἡ τελευτὴ τὰ τῆς Λιθύης, Crinagoras in Antholog. IX, p. 419: ἐς πύματον Σολόεντα, Hesychius: Σολοεντῆς ἄκρα τῆς Λιθύης. Plinius ex Polybio sua referens V, 1 appellat *promontorium Solis*; allata ibi mensura probant nonnisi de prom. *Cantin* posse cogitari. Ex latino auctore Ptolemaeus suum fecit Ἡλίου δρός (30° 15'). [Miror Lapieum qui in mappa sua distinguit inter Soloentem prom. (c. *Blanc*) et Solis prom. (c. *Cantin*); simili errore in Ponto duo scribit promontoria, alterum *Criumtopon*, alterum *Frontem Arietis vocans.*] Mentionem distantiae, quæ a Thymiaterio usque ad Soloentem prom. 1800 circiter stadiorum est, abbreviator vel librarius omisit. Tres vel quattuor navigationis dies notati fuerint. Scylax ab Hermæo prom. usque ad Soloentem exputat navigatio-

3. Hinc vesperam versus vecti ad Soloentem, Libye promontoriorum arboribus horrens, convenimus.

4. Ibi Neptuni sacello exstructo, denuo orientem versus tenuimus per diei dimidium, donec pervenerimus ad stagnum non procul a mari situm, junco repletum multo altoque. Inerant et elephantes et aliae feræ pascentes permulta.

5. Stagno ad iter diei præterito, novis incolis frequentavimus urbes maritimæ, quæ nominantur Cari-

nem tridui. Bougainvillius Soloentem prom. cum prom. hod. *Bojador* composit. || — συνήλοομεν] « Igitur singulae naues diversum cursum tenebant, et promontorium Solois classi communis erat convenienti locus. » KLUGE.

§ 4. Ποσ. ιερὸν ἰδρυσάμενον] « Postquam Poeni promontorio Soloente superato pericula vicissent, quæ etiam Lusitanis nautis decimo quinto seculo vehementem terrorem injecerunt, Neptuno, deo marino ab Afris Herodoto teste (II, 50) potissimum in honore habito, ob secundam navigationem sacra fecerunt. In sacelli ara, postea [*id nemo tradit*] a colonis exstructa, ut Scylax (§ 112) tradit, tam artificiose expressæ erant virorum imagines, leones, delphines, ut haec a Daedalo facta viderentur. Ob hunc deorum cultum tota regio sacra nominabatur, imo hoc epitheton in promontorium ipsum transferebatur [*id per se non improbabile, sed teste caret*], quod in extremo et incognito mari situm propter imminentia pericula non sine singulari deorum auxilio circumnavigari posset. Qua de causa *Aethiopes* hanc terram incolentes dicebantur *sacri* (Scylax l. l.); fortasse etiam quod extremis terrarum finibus solis cubili propinquū adjacebant. » KLUGE. || — πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα τελ.] Nauta a promontorio Soloente orientem versus flectens in sinum intrat, qui ab adjacente urbe nunc vocatur *baie de Safi*. Regio haec a borea et austro et oriente montibus includitur; ita ut etiam nunc pluviali anni tempestate aquæ et colluvies undique in hanc cavitatem descendant (V. Jackson l. l. p. 45. Riley. l. l. p. 476). Priscis igitur temporibus quam deserta adhuc regio nec ullam hominum industrias experta esset, multo magis paludosa fuerit, monente Moversio l. l. p. 545.

§ 5. παραλλάξαντες] Sic recte codex habet, notante Bernhardyo Anelect. in Geogr. min. p. 18; παραλλάξαντος edit. Gelenii. || — δύον ἡμέρας πλεύν] Regio illa montibus undique intercepta et juncosa pertinet usque ad *Tensift* fluvium (quem veteres appellant *Pthuthi s. Fut*) per frecenta fere stadia, quæ si communem unius diei navigationem non prorsus exæquant, probe tenendum est quam vagum sit et inæquale hoc mensura genus, quod saepè temporis potius quam spatii est; deinde vero rectissime viri rerum maritimarum periti, ut Rennelius, alii, monuerunt Hannonem magnam classem ducentem in mari parum nota haud ita multum itineris singulis diebus emetiri potuisse; quanquam etiam ne nimis brevia spatha faciamus cavendum est, quum maris fluenta quæ juxta Africæ oram meridiem versus seruntur, accelerare cursum debuerint. || — κατεψησασιν] κα-

ταχιστανεν codex; em. edit. Apposite Klugius notat haec: » Supra Hanno dixit ξατοικησαν πόλειν, hoe loco κατοικησαν. Κτίσαι est condere, κατοικησεν est urbem colonis frequentare. Igitur haec oppida jam condita erant a Phoenicibus (qui olim in his regionibus sedes collocaverant), et nunc ab Hannone novis tantum advenis implebantur. Utraque enim res vocabulo κτίσαι exprimitur, ita tamen ut Hanno initio Peripli hoc vocabulo generale quasi consilium constituerorum oppidorum indicet, hoc autem loco voce κατοικησεν restitutas esse antiquas Phoenicium urbes novis colonis immittendis. Ex Peripli patet unum tantum novum oppidum, Thymiaterion, esse conditum, ceterasque urbes non in condidis sed in conditis numerandas, quem sensum verborum accurata interpretatione flagitat. Quum enim Hanno primam urbem exstrueret, dicit: ἡπτιάς ὀνομάτασμαν θυμιατήριον. Quum in recessu cuiusdam sinus parvam insulam reperisset incolis frequentasset, item dicit: ἡπτιάς ὀνομάτασμαν Κέρνην. At hoc loco quem tractamus legitur: κατοικησαν πόλεις καλουμέναι; Καρικόν τε τεῖχος καὶ Γύπτην κτλ.; et paulo infra: δρός ἐφάνετο μέγιστον, Θεῶν ἔγχητο καλούμενον, et in extremo Peripli: ἀριθμεῖται εἰς κύριον Νέστου κέρας καλούμενον. Hoc non est: mons cernebatur quem appellabamus Theón ochema, sed qui appellabatur, cui hoc nomen jam erat; ideoque κατοικησαν πόλεις καλουμέναι; Καρικόν τε τεῖχος κτλ. nihil aliud significat quam: incolimus, i. e. inventimus et novis incolis frequentavimus urbes quibus jam nomen erat Καρικόν τε τεῖχος etc. (Nunc egregie Carthaginensis artificium intelligitur, quod non germanos Poenos, sed Libyphoenices ad hunc finem exsequendum elegerint, qui tam Phoenicibus has urbes habitantibus quam Libya populis in primis essent accepti atque affines.) Non video cur non verba § 1 memorata, πόλεις κτίσαι, ad haec quoque oppida et coloniam in insula Cerne fundatam referri possint, licet una tantum nova urbs sit condita et Libyphoenices modo cum veteribus Phoenicibus in unum coauerint. Quan callidum Carthaginensis fuerit ingenium eluet ex hoc consilio navigationis capto, quo ad commercium amplificandum et tutandum tanta hominum multitudine veteres colonias in his regionibus frequenter et quasi subigerent. Accedit quod Aelius Aristides tom. II, p. 474 ed. Dindf.: Καρχηδόνιον δὲ ξηπλεύσαντες έποι Γαδείρων καὶ τὰς ἐν τοῖς ἑρήμοις τῆς Λιβύης πόλεις οἰκοισαντες. Sic enim habet codex Γ' et Canterus pro vulgata lectione οἰκοισαντες. Egregie haec interpretatio probatur Plinii verbis, qui (V, 1) illas urbes, quas supra memoravimus, incultas [hac vox non est in Plinii loco] et ab Hannone conditas esse narrat. Ex tota autem descriptione evidenter demonstrari potest hanc navigationem, quum via locorumque situs Hannoni usque ad Cerne non incognita fuerint, non primam fuisse, sed potius repetitam, novum vero iter incepit ab insula Cerne et ad extrellum promontorium versus austrum esse continuatum. Narrationis brevitatis et Poenorum cauta' prudenter omisit omnia quae singularem locorum naturam et mercatura fontes detegere possent. » KLUGE. Jam quod urbes illas attinet, ex

Peripli nostri verbis hoc tantum patet, sitas fuisse inter juncos regionem et Lixum fluvium. Uterque terminus satis accurate potest definiri. Alter ponendus est in montibus qui paludosam regionem a meridie claudunt, quosque proxime excipit Tensift fluvii, a vett. Phithuth vel Phut vel Fut (Ptolem., Joseph. Ant. J. I, 6, Plin. V, 1) nominati, ostium. Lixum vero hodiernum esse Drau fluvium ad Saharę initium in mare exuntem ipso Periplo luculentissime demonstratur. Ora longitudo a Tensift ad Drau sive Lixum fluvium stadiorum est circiter 2600, quibus permetiends quinque vel sex navigationis dies classis Punica consumere debebat. Convenienter Scylax a Soloente prom. ad Lixum fluvium septem dies expatuit. Prima igitur urbs, Καρικόν τε τεῖχος, si verba Peripli premas, ad Tensift fluvium vel certe hand longe inde foret collocanda. Novit urbem Ephorus ap. Stephan. Byz.: Καρικόν τεῖχος, πόλις Αιδίνης ἐν ἀριστερᾷ τῶν Πραξιλέων στηλῶν, ὁς Ἐφόρος πέμπτη. De nomine Bochartus: « Fallor autem Καρικόν τεῖχος, murus Caricus, Pennis erat στράγγος Kir chares, murus Solis; cuius nominis urbem in Moabitis memorat Isaías 16, 11. » Sed hoc respondula esse censemus cum aliis plurimis. Nomen mere grecum est, neque in his locis offendit. Cares, notissimum nautarum et mercenariorum vulgus, cum Phoenicum navigationibus coloniisque multifariam conjuncti sunt, ut prisco aeo una cum illis in diversissimis maris mediterranei Pontique regionibus occurrant. De quibus multa passim exponit Moversius l. l. p. 17. 78. 212. 227. 241. 246. 258. 263. 288. 306. 318. 550 sqq. Eosdem etiam in occidua terras delatos esse sive nauatas sive mercenarios, quos undique conscribere Phoenices solebant, consentaneum est, presertim postquam prioribus sedibus crescente Graecorum potentia ejecti essent. Proxime vero ad nos pertinet quod Ptolemaeus IV, 6 p. 295 Wilb., habet: Ἐλάσσονα δέ εἰσιν θύη καὶ κατέχουσι τὰ μὲν ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ μετά τὴν Γατούλαν Αντολάλαι καὶ Σιράγγαι καὶ Μαύσωλοι μέγρητος Μάνδρου δρόου. Igitur regionibus in quibus nos jam versamur Mausolos vindicari vides, quo nomine Cares significari testatur Stephanus Byz. s. v. Porro Μάνδρας nomen esse dei Carici, et in regionibus, ubi Cares habitabant, sapis deprehendi Moversius notat laudato Letronnio in *Journal des savants* 1846, p. 112 sqq. 118 sqq. Quare Καρικόν τεῖχος hoc loco non magis miramur quam Καρικόν in Memphide *Egyptia* (v. Steph. Byz. s. v.). Sita esse urbs debet, ut jam monui, prope Tensift sive Phithuth fluvium. In Ptolemaeo IV, 1, p. 250 inter ostium hujus amnis per ampi (30° 30' latit.) et Soloentem prom. (31° 15') unus tantum locus ponitur Μυσούρας λιμνή (30° 50'), quem eundem esse cum Caricoticoh vel nomen suadet. Eduardus Renou in mappa imperii Marocani ad ostium latus boreale notat: Agour ruine. Moversius p. 549 Καρικόν τεῖχος esse censem hodiernam Agader urbem, quae paullo post promontorium Agader sive Geer in alto Atlantis vertice sita est inexpugnabilis. Argumentum sententiae afferit quod agader in lingua Berberica (Paradis, *Dictionnaire Berbère* p. 110) significat murum septum; idque nomen ex phoenicia lingua

ρικόν τε τεῖχος καὶ Γύττην καὶ Ἀχραν καὶ Μέλιτταν καὶ Ἀραμβύν.

ε. Κάκειθεν δ' ἀναχθέντες ἥλθομεν ἐπὶ μέγαν ποταμὸν Λίξον, ἀπὸ τῆς Λιθύης βέοντα. Παρὰ δ' αὐτὸν

servatum esse docet sæpiusque inter locorum nomina occurere, ut in *Geder* (Jos. 12, 13), *Gedera* (Id. 15, 36), *Gedor* (Id. 15, 58), *Gadara*, *Gadir* sive *Gadira*. Verum admitti hæc nequeant, quum Peripli narrationi repugnant. Nam inde a *Safî* urbis sinu ad *Agader* stadia sunt supra mille et ducenta, quæ vix duorum dierum, nedum unius, navigatione emetiri Hanno poterat. Cf. not. ad v. Ἀρρα || — Γύττην] De hac aliunde non constat, nisi forte eadem est que *Gudda* dicitur in Geogr. Ravenn. p. 769, ubi: *Tamuisida*, *Sala*, *Gentiano*, *Boballica*, *Bobiscianis*, *Aquis Baticis*, *Bada*, *Tocolosion*, *Bobabili*, *Bonivrias*, *Gudda*, *Bati*, *Argenti*. De nomine BOCHARTUS: « Gyta nomen habet a pecu, ut Cretæ urbs Πολυρρηνία, quam sic appellari scribit Stephanus ἀπὸ τοῦ πολλὰ ἔρνεα, τουτέστι πρόσθιτα ἔχειν. Nempe Syris γῆ, geth, est pecus, cuius plurale γῆται, gitthin. Sed veteres sine adspiratione scripserunt. Inde *Gath* Philistæorum in Polybio, Josepho et Stephano *Gitta* dicitur, et a Plinio *Gettae*. Ejus nominis fuit etiam Samariae vicus, e quo Simon apud Justinum, Epiphanium et Zonaram. » || — Ἀρραν] « Ἀρρα est Αἴραν *Hakra*, id est arx, munitio ». BOCHARTUS, exempla etiam addens e libris sacris desumpta, quæ afferre longum est nec attinet. Nomen urbis, sive versio, ut puto, sive corruptio vocis phoeniciae sit, egregie quadrat in situ *Agader* urbis, cuius paullo supra memini. Locorum natura ab omni vi tuta est; portum habet et navium stationem in tota hac ora longe optimam; circumiacet et ad desertum usque patet regio vitibus, olivis, aliis arborum generibus abundans, argenti, ferri, cupri vini dives, cœlo beata, commerciis cum interioris Africae populis nectendis accommodatissima, eoque nomine olim apud Portugallos clara, et nuper a Jacksono Anglis suis commendata (V. Jackson. I. l. p. 18. 20. 52. sqq. 226. Movers. I. l.). Fugisse multiplicem hanc opportunitatem Phœnices et Carthaginenses quis dumtem crediderit? Hodie regio ista vocatur *Suse*. || — Μέλιτταν] Ejus jam Hecataeus meminit ap. St. Byz.: Μέλιτσα, πόλις Αἰθνων, Τεκατίος Ἀστρα. Οὐ οἰκήτωρ Μέλιτσας: ἡ γέρα Μελιτσα. « *Melitta* vel אַמְלִתָּה *Melita* proprie significat calicatam urbem, si verbo datur venia, id est, in qua condenda multum calcis sit adhibitum vel in structuras vel etiam in tectoria. Radix מֶלֶת *melet* reperitur Jerem. 43, 9 pro camento ex arena et calce ». BOCHART. Non arrident haec. Fortasse a colore albicante litoris, in quo sita urbs, nomen nacta est. Ceterum rectius scribi *Melite* puto, collato nomine *Melitæ* insulae (*Malte*), quæ item Phœnicum erat colonia. || — Ἀραμβύν] Hanc aliunde non novimus. « Arambyn a situ puto vocasse Phœnices עֲנָבִין *har-anbin*, montem uarum, vel עֲנָבִי *har-anbi*, montem racemiferrum; vites fuisse in illis locis constat ex Periplo Scylacis § 112, qui de vicinis [Cernæ ins. sc.] *Æthiopibus* ita habet: οἴγον δὲ ποιοῦσι πολὺν ἀπὸ χρυσέων.

cus murus et Gytte et Aera et Melitta (*Melita*) et Arambys.

6. Hinc evecti ad Lixum flumen magnum devenimus, quod e Libya fluit. Juxta id nomades homines

Quibus consona hæc Plinii V, 1: *Ibi fama exsistere certa vestigia habitati quondam soli vinearumque reliquias*. Sed Strabone nihil expressius, qui in Mauritania refert, ex aliorum fide, nasci vitem tam crassi caudicis, ut eam duo homines vix amplectantur, rameos cubitales nonnunquam producentem. » BOCHARTUS. Moversius p. 552 (qui pleraque Bocharti conamina etymologica, tanquam temeraria, rejicit) Ἀραμβύν esse nomen censem quod Κάραμβυς; literam K in nostro nomine vel periisse vel abjectum esse. Κάραμβυς autem, notum Ponti promontorium, quum in regione sit in qua Cares consedisse constet, ab ipsis Caribus sic dictum esse Κάρ-αμβυ, quemadmodum alia Ponti loca sint Κάρ-ουσα (Scylax § 89), Κάρ-η λιμήν (Arrian. Peripl. Pont.), Κάρ-οτζ (Ptol. III, 5 p. 199). Idem igitur etiam de nostro loco statuendum esse, idque tanto tutius, quum Cares jam in Κάραμβυ τελεῖται deprehenderimus. Hæc quam sint probabilia videas.

§ 6. Λ[εύ] Notissimus est alter hujus nominis fluvius, qui ad hod. urbem *Larache* in Oceanum exit. Vide not. ad Scylac. § 112. Nostrum quoque fluum idem Scylax memorat, nisi quod codex pro Λ[εύ] habet Ξ[εῦ], nescio an errore librarii. Heerenius, Mannerius, Klugius esse censem hodiernum fluv. *Tensift*, quem Phthuth sive Phut sive Fut Ptolemaeus, Josephus et Plinius vocant; Bougainvillio est *Rio d'Ouro*, qui e medio deserto in mare egreditur; Gosselinus denique Hannonis Lixum non diversum esse opinatur ab illo qui est apud urbem *Larache*. Hæc omnia temere dicta, neque digna quæ refutentur. Dubitari nequit quin Lixus hodie sit aut *Ouad Noun*, ut Moversius p. 548 statuit, aut, quod malim, *Ouad Draa*, qui in hod. provincia *Noun* ad ipsum limitem deserti in mare se eruerat. Primum enim Scylax a Soloente promontorio ad Lixum fluvium navigationem esse dicit dierum septem, id est, sec. Scylacis computum, stadiorum 3500. Jam si oræ longitudinem a promontorio *Cantin* ad *Draa* fluvium in mappis maritimis metiaris, stadia habebis 3300 et quod excurrit. Deinde Hanno a Lixo solvens τὴν ἐρήμην πρæternavigavit; desertum vero incipit a *Draa* fluvio. Porro unum Lixum fluvium bucuscus Peripli auctor nominavit et voce μέγας distinguunt, adeo ut præ ceteris notatus dignus fuisse debeat. Ac sane *Draa* fluvius inter omnes, qui a deserto sunt borean versus, longe maximus est, adeo ut cursus longitude vel Rhenum superet. In interiori Libya ex *Atlas* orsus meridiem versus fertur usque ad regiem nem deserto proximam; hinc flexo versus occasum cursu lacum *Debaiam* transit, indequa juxta soliditudines labitur. Praeterea Hanno quum dicat Lixum ἡπτής Λιθήνης εἶναι montibus, quos *Æthiopæ* *Troglodytæ* incolant: innuit se in regione versari, qua Libya æriore vocis sensu sic dicte non amplius accensenda esse videri poterat; quæ ipsa quoque ad deserti accolas

νομάδες ἀνθρωποι Λίξιται βοσκήματ' ἔνευον, παρ' ὅς εὑσίναμεν δίχρι τινὸς, φύλοι γενόμενοι.

7. Τούτουν δὲ καθύπερθεν Αἴθιοπες ὄντες ἄζενοι, γῆν νεμόμενοι θηριώδην, διειλημμένην δρεσι μεγάλοις, ἐξ ὧν ρέν φασι τὸν Αἴζον, περὶ δὲ τὰ δρη κατοικεῖν ἀνθρώπους ἀλλοιούρρους, Τρωγλοδύτας οὓς ταχυτέρους ἴππων ἐν δρόμοις ἔρχαν οἱ Λίξιται.

8. Λαζόντες δὲ παρ' αὐτῶν ἐρυμνέας, παρεπλέομεν τὴν ἐρήμην πρὸς μεσημβρίαν δύο ἡμέρας ἔκπιθεν δὲ

referuntur aptissime. Eodem adducere licet Pausaniam qui Lixitas Αἰεώνων τοὺς ἐσχάτους dicit, I, 33, 5 : Μάρφας προσικοῦσι Αἴθιοπες ἄγρι Ναταχμῶν παρήκοντες. Ναταχμῶνες γάρ, οὓς Ἀτλαντας Ἐρδόδοτος, οἱ δὲ μέτρα φέμενοι γῆς εἰδέναι, Λίξιταις καλοῦσι, Αἰεώνων οἱ ἐσχάτοι, πρὸς Ἀτλαντας οἰκοῦσι, σπείροντες μὲν οὐδὲν, ἀπὸ δὲ ἀκτέλων ζῶντες ἄγριων. Similiter Αἴθιοπες, quos et Hanno et Scylax Lixitarum regioni vicinos ponunt, nonnisi in extremis Libyæ partibus ap. vett. memorantur. Deinde Lixitae norunt linguum populorum qui trans desertum habitant, ex iisque interpres Hanno asumpsit. Quo item deserti accolē indicantur, quibus cum iis, qui ab altera solitudinis parte erant, commercia intercedebant, fortasse etiam cognatio; certe mirum est Pharosios apud Ptolemaeūm cis desertum, apud Polybium (in Plin. H. N. V, 1) trans desertum collocari. Hæc igitur de loco quo Lixus ponendus sit sufficiant. Hodie nuns Noun fl. apud Ptolemaeūm vocatur Naius vel Nunius, quem deinceps sequitur a meridie Soloentii promontorii (Cap Bajador) in mare exiens Massa fluvius, quem Portugalli vocant fluvium Album (v. Mannert. X, 2, p. 528). Idem Polybio l. I. dicitur Masatæ. Proximus vero a Masatæ fluvio boream versus Polybius memorat Cossenum, qui respondere debet aut Nuio Ptolomei, aut hodierno Draa. Illud probabilius, si recte habet, quod apud Moversium lego, hodiernum Noun etiam Acasse vocari.

§ 7. Αἴθιοπες... ἄζενοι] Scylax l. l. : Περὶ τοῦτον τὸν ποταμὸν (τὸν Αἴζον) περιποιοῦσιν Αἴθιοπες λέπον. || — ἀλλοιούρρους] Troglodytas istos Gosselinus non homines quales Mela I, 8, Herodotus IV, 183, Diodorus III, 8, 41, alii describunt, sed simias (*Orang-outangs*) singit. || — ταχυτέρους ιππων] Cf. Solinus Polyh. c. 70 : *Troglodyte tanta perniciitate pollut, ut feras quas sagittant, ipsi cursibus persequantur*. Herodot. IV, 183 : Οἱ γὰρ Τρωγλοδύται Αἴθιοπες τέλος τάχιστοι ἀνθρώπων πάντων εἰσὶ καὶ. Leo Africanus p. 13 de Rucheis nomadis : « *Sunt cursu velocissimi, adeo ut turpissimum illis habeatur, si quis pedes a duobus equitibus supereretur. Neque inter hos rix quemquam reperias, qui non cursu quenlibet etiū equum quantumvis velocem antevertat, sit quantumvis longum peragendum iter.* » Inepte vero ad montanos nostros Troglodytas nonnulli reluterunt verba Agathemerii II, 5 : Ήρός μὲν τῷ Αἴθιοπικῷ Ἰπποδρόμῳ (Ὑποδρόμῳ Ptolemaeūm et Marcian.) ἵπποις οὖτοι Αἴθιοπες καὶ.

§ 8. παρεπλέομεν τὴν ἐρήμην καὶ.] A Lixo

Lixita pecora pascebant; apud quos mansimus aliquando, quum amici essemus.

7. Supra hos habitabant Αἴθιοπες inhospitales, terram coientes seris refartam, montibus magnis interceptam, e quibus Lixum fluere dicunt, circa montana autem habitare homines formæ diversæ, Troglodytas, quos equis esse cursu velociores Lixitae narrabant.

8. Acceptis interpretibus a Lixitis, desertum legimus meridiem versus per dies duo (*duodecim*), hinc

profectus Hanno τὴν ἐρήμην, i. e. notissimam *Saharam* solitudinem, præternavigavit meridiem versus; deinde orientem versus tenens in sinum intravit, cuius in intima parte sita erat Cerne insula. Jam si in mappam oculos conjecteris, patet navigationem meridiem versus pertinuisse usque ad promontorium *Album*, cap *Blanc*; nam ibi demum ora versus ortum flectitur magnumque efficit sinum cuius terminus meridianalis est promontorium *Mirik*. Prætenditur sinui arenarum quædam quasi tenuia, quæ maris impetus frangit, neque tamen introitum nautis intercludit. In sinus hujus parte interiori terræ continentí proxime adjacet parva insula, nunc *ile d' Arguin* dicta, que, quum Portugallii has regiones adire ceperint, ob situs opportunitatem sedes et quasi arx commerciorum evasis quæ cum *Sudan* regionis populis exercabant. Hanc igitur *Arguin* insulam Cernen esse Pœnorum, quam prisci nominis corruptione indigenæ hujus tractus *Ghir* vocant, statuerunt quicunque ex ipso nostro Periplo, non vero e Plinio et Ptolemaeo, navigationem Hannonis explicandan esse censurunt, uti Ramusio (*Hannone, navigatione de Cartaginiensi* in *Raccolte delle navigationi e viaggi*, Venet. 1588. t. I, n. 3), Danvillius (*Géogr. anc. t. III, p. 118*), Rennelius (*Geogr. syst. of Herodot. p. 719 sqq.*), Ukertus (*Geogr. d. Gr. u. R. I, p. 65*), Moversius (*Phæniz. Alterth. II, p. 529*), ali. Huc accedit quod etiam sequentia tum demum recte computari possunt, si ab hocce termino progradiri. Dubitare tamen licet an non potius de una alterave insularum perexiguarum cogitandum sit, quæ media inter *Arguin* et continentem sita sunt; nam in his quadraret quod de *quinq[ue] stadiis* ambitu legitur. Verum, ni fallor, pro ē cum Bocharto scribendum est ē'. Id enim reperisse videtur Cornelius ap. Plin. VI, 35, qui Cernen insulam dicit *non ampliorem circuitu duobus millibus*. Quanquam hic quoque numerus justo minor est. A continente insula abest stadiis octo, ut e Polybio et Cornelio refert Plinius l. I. Præterea Periplus noster in distantiarum notatione mendam traxit. Bene habet quod a *cap Blanc* usque ad *Arguin* ἡμέρας δρόμος esse dicitur (lineā rectā vix 400 sunt stadia); at falsum est quod a *Lixo* ad *cap Blanc* numeratur biduum. Hoc in causa erat cur Bougainvilius et Rennelius Lixum fluvium in medium desertum detruderent, ille de *Rio do Ouro*, hic *del Rio S. Cyriano* cogitans. At ferri tale quid non posse ex anteec. patet. Adde quod Lixitæ, utpote *pastorum* populus, non arenas sed herbosam terram sibi postulant. Quare numeri notam in codice nostro corruptam

πάλιν πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα ἡμέρας δρόμον. Ἔνθα εὑρομεν ἐν μυζῷ τινος κόλπου νῆσον μικρὸν, κύκλῳ ἔχουσαν σταδίων πέντε· ἣν κατωκίσαμεν, Κέρνην ὀνομάσαντες. Ἐτεκματιρόμεθ δ' αὐτὴν ἐν τοῦ περίπλου κατ' εὐθὺν κεῖσθαι Καρχηδόνος· ἐψκει γὰρ δὲ πλοῦς

denuo orientem versus unius diei cursu. Ibi in sinus cuiusdam recessu insulam parvam reperimus stadiorum 5 (15?) ambitu; quam colonis frequentantes Cernen nominavimus. Conjuriebamus e periplo eam ex adverso sitam esse Carthaginis: nam similis erat

esse censeo. Emendari vero potest manu lenissima. Etenim a *Draa* fluvio usque ad *cap Blanc* stadia fere sunt 5700 quorum si 500 in diem numeres, navigatio efficitur dierum undecim vel duodecim. Igitur pro β' ἡμέρας scribendum est iδ' ἡμέρας. De nomine insulae Bocchartus: « Cerne, ait, Phoenicibus erat **תְּנַגְּרָה Cher-naa**, postremum habitationis, id est ultima habitatio. Plene seriberetur **תְּנַגְּרָה acher-naa** ab arabico **رَحَنْ أَكْهَرْ وَلْ أَكْهِرْ**, quod respondet hebreo **רַחֲנָה acharon**. Sed prima radicalis saepe excidit... Nempe Phoenices ultra Cernen nullam deduxere coloniam. » Ego conseruo Κέρνην, phoenicum Antaradi nomen, de quo v. conjecturam Moversii l. l. p. 67. Fama quedam de Cerne ins. et de Carthaginensiis in hac regione aurum merce commutantibus iam in Herodoti (IV, 195 sq.) notitiam pervenerat (V. Prolegom.). Complura de commerciorum ratione exhibet locus memorabilis in Scylacis Periplo § 112. Hausta sunt ex narrationibus nautarum vel mercatorum, qui latentes ibi auri divitias prudenti presserunt silentio. Neque aliunde ex vett. scriptis de hac re aliquid ad nos transpiravit, nisi quod Palephatus Incred. c. 33 Cernaeos οὐδέποτε γρυπούς appellat. Præter hos Cernes ins. meminerunt Euodoxus vel Clitarchus, Ephorus, Lycophron, Eratosthenes, Polybius, Cornelius, Diodorus, Strabo, Plinius, Ptolemaeus, Dionysius ejusque paraphrastæ, Nonnus et Eustathius. Plinius VI, 35 (ex Euodoxo vel Clitarcho, quos in antecc. laudavit): *Contra sinum Persicum Cerne nominatur insula adversa Ethiopiae, cuius neque magnitudo neque intervallum a continente constat, Ethiopiae tantum populos habere traditur. Ephorus auctor est a Rubro mari navigantes in eam non posse propter ardores ultra quasdam columnas (ita appellantur parvae insulae) provecti. Polybius in extrema Mauritania contra montem Atlantem a terra stadia octo absesse prodit Cernen. Neps Cornelius ex adverso maxime Carthaginis a continente passus mille, non ampliorem circuitu duobus millibus. Idem X, 9: In insula Africae Cerne in Oceano accipitres totius Massyliae humi fietificant: nec alibi nascuntur, illis adsueti gentibus. Scylax l. l. Cernen insulam ad Xionem sive Lixum flumen ponit. Ptolemaeus IV, 6, p. 298 ed. Wilberg., eandem in alto mari collocat e regione fere Atlantis majoris sive cap Ger. Strabo I, p. 47, de Eratosthene loquens: Πεπίστευσε δὲ καὶ περὶ τῶν ἔξω στηλῶν Ἱεραλειών πολλοῖς μυθιστεῖ, Κέρνην τε νῆσον καὶ ἄλλους τόπους δονομάζων τοὺς μηδαμούς νυνὶ δεικνυμένους. Lycophron Cass. 16: Τιθωνόν ἐν κοίτῃσι τῆς Κέρνης πέλας Λιτοῦσα. Nonnus Dionys. XXIII, 190: Ἀργοὶ δὲ Κέρνη κυκλώσας πτερὸν κούρῳ βολεῖς ἀνώπιος Ήοὺς Ἰππατο μειδίων. Tzetzes ad Lyc. l. l.: Κέρνην] ήτις ἔστι νῆσος ὑπεκτίνεις. Dionysius Perieg. 219: [Ἐν δὲ μυρίοις Βόσκοντ· ἡπείρου πανύστατο: Λιθιοπήσεις Λέσπης ἡπέ Οἰκειαὶ πυράτης παρὰ τέμπεια Κέρνης. Cf. Eustath. ad*

h. l. et schol., nihil novi afferentes. Palephatus Incred. c. 33: Φόρκυς ἢν ἀνὴρ Κερναῖος· οἱ δὲ Κερναῖοι κατὰ γένος μέν εἰσιν Αἰθίοπες, οἰκοῦσι δὲ νῆσον τὴν Κέρνην ἔξω οὖσαν τῶν Ἱεραλειών στηλῶν, ἀρούσι δὲ Αἰθίον περὶ τὸν Ἄννινα (Ἄννινα, Λέννινα var. lect., Λάδωνα conj. Völcker.) ποταμὸν κατὰ Καρχηδόνα: εἰσὶ δὲ σφρόρα γρυποῖ. Diodorus III, 51 Gorgones ait ἐν τοῖς πέρατι τῆς οἰκουμένης insulam Hesperianam ad Atlantem habiture, et prolio vixisse Atlantios τοὺς τὴν Κέρνην καλούμενην οἰκοῦντας. Cf. III, 68, 1, ubi Κεραύνια (1. Κερναῖα?) ὅρη memorantur. Hæc loca paucis indicasse nunc satis habeo, fusius de iis dicturus in Prolegomenis. Nihil fere iis inest quod Periplo nostro explanando inserviat, nisi forte etiam e Pseudocallisthene Arrianum illustrari posse putet. Causæ vero quæ turbas istas creaverint, partim querendæ sunt in licentia poetarum qua extrema Orientis et Occidentis plagæ miseri solent, partim in præoccupatis Graecorum de Libyæ forma et magnitudine opinionibus, partim in studiis mythologorum; partim denique inde fluxerunt, quod Africae occidentalis cognitio ap. Graecos et Romanos semper per exigua nautarum mercatorumque Punicorum narratiunculis de industria obscurata est, nec ut plurimum ultra desertum processit. Sic apud Scylacem ultra Lixum flumen mare algis obstructum non amplius est navigabile, ut necessario ad hunc ponenda esset ultima illa Cerne, quamvis nulla ibi insula reperiatur. Idem valet de simili opinione Polybii et Ptolemæi. Quam qui temere amplexi sunt, Cernen insulam vel Madram vel Porto Santo vel unam ex Canariis insulis, plurium dierum navigatione a continente remotis, intelligi voluerunt, aut, si hoc ineptum esse perspexerunt, ad terræ motus et inundationes confugerunt, qui e conspectu insulam absunserint, aut denique nullam unquam exsistisse Cernen putarunt, quæ de ea traduntur fabulsi accsententes Milesiis. Singulas sententias diductius exponere, quum longum et inutile sit, supersedeo. || — κατωκέσσαμεν] κατωκήσαμεν codex; em. Gessner. « Græcus interpres iterum verbo κατοκήσεται utitur ad indicandum in hac insula non urbem esse conditam, sed stationem tantum colonis suis constitutam. » KLUGE. || — κατ' εὐθὺν κεῖσθαι Καρχηδόνας] Idem expressit Cornelius ap. Plin. VI, 35 verbis: *ex adverso maxime Carthaginis*. Ad eandem rem aliud pertinet Plinii locus (V, 1, 1), ubi haec: *Prævalidam hanc urbem* (sc. Lixum, hodiernam Larache) *majoremque Carthagine, præterea ex adverso ejus sitam et prope immenso tractu ab Tingi, quaque alia Cornelius Neps avidiissime creditit*. Patet Plinius festinante diversa confusisse: nam Lixus urbs a Tingi distat diei fere itinere, non tractu prope immenso; neque de hac urbe Cornelius dixit, sed de Lixo fluvio meridionali et de Cerne insula, quam vel cum Hannone nostro statim post Lixum commemoravit,

ἐκ τε Καρχηδόνος ἐπὶ Στήλας κάκεῦνεν ἐπὶ Κέρνην.

9. Τούντεῦν εἰς λίμνην ἀφίκουμεθα, διὰ τινος ποταμοῦ μεγάλου διαπλεύσαντες, [ῷ δύνομα] Χρετεῖ·

vel, sicuti Scylax, ad ipsum hunc fluvium sitam esse putavit. Præterea cf. Palæphati locus supra laudatus, ubi in verbis Κέρνη.. κατὰ Καρχηδόνα Hannonæ sententie, de qua jam agitur, supersunt vestigia. Quomodo autem intelligendum sit illud κατ' εὐθὺν, liquet ex sequentibus: ἔργει τὸ πλοῦς κατ. Numirum si quis lineis inter se junxerit Carthaginem et Herculis columnas et Cernen insulam, triangulum ἴσοσκελὲς effici statuit, in quo linea a Columnis in Cernen itemque Carthaginem ductæ ejusdem fere sint longitudinis; Cernen igitur et Carthaginem eodem modo ex adverso jacere, quo bases extremitates in triangulo ἴσοσκελεῖ sibi opposite sint. Ceterum Cerne ins. multo longius quam Carthago a Columnis distat, siquidem rectas lineas duxeris; sin oræ flexus sequareis, computus Hannonis a vero non ita multum abhorret. • Ce calcul, Bougainvilius inquit, est juste. Selon l'Itinéraire d'Antonin, la distance de Carthage au détroit est de 1502 milles romains, en rangeant la côte de près: ces 1502 milles romains font 1200 milles ou 20 degrés; et si l'on rapporte cette distance de l'autre côté du détroit, sur des cartes de marine exactes, on verra que c'est celle du cap Spartel au cap Blanc, situé seize ou dix-sept lieues à l'ouest de l'île d'Arguin. » Sane quidem nautæ non ita oram emeticabantur, ut fecit itinerariorum mensor, sed variis viæ maritimæ utebantur compendiis, adeo ut reapse major sit differentia quam Bougainvillio visum est, etiamsi concesseris Hannonem, quum in Oceano oram proxime legisset, tandem navigationis rationem etiam in mari Mediterraneo intelligi voluisse. At omnino in ejusmodi computationibus ad vivum nihil resecandum est. Neque id voluisse Hannonem ex voce Λέξει, similis (non vero prorsus æqualis) erat, colligitur. At quanto longius a vero Hanno Noster aberrasset, si Cerne insula eo loco sita fuisset, quo Ptolemaeus opinatur ejusque pedissequi! Inter hos non defuerunt quidem qui contendenter Hannonem in suo computo non ad spatiorum intervalla, sed nonnisi ad tempus in ultraea via percurrenda consumptum respexisse. Atqui nemo negabit ejusmodi ineptias, quum ab interpretibus quos Hanno perpessus est non alienae sint, navarcho tanen Carthaginensi affungi non posse. Ceterum sponte intelligitur Hannonem, quippe qui veram oræ maritimæ directionem ignorare non potuit, triangulum illum ita sibi cogitasse, ut ad Herculis columnas obtusus esset angulus; Græci autem geographi, quum terra figuram ita sibi esformarent, ut occiduum Africae latus paulo post Herculis columnas orientem versus declinaret, hunc angulum acutum esse opinari debebant. Hinc vero facilis est suspicio eosdem verba κατ' εὐθὺν Καρχηδόνα; ita intellexisse, quasi Cerne sub eodem fere quo Carthago sita esset meridiano.

§ 9. Χρετεῖς sic sine accentu codex, ut fieri solet in vocibus corruptis vel dubiis. In margine codicis legitur λίμνη Χρετεῖς. At non lacus nomen sed fluvii est, quem Græci vocant Χρεμέτην; quod Hannoni

navigatio a Carthagine ad Columnas et hinc ad Cernen.

9. Hinc per magnum fluvium cui Chretes (*Chremetes?*) nomen, navigantes in lacum venimus. Lacus ille

quoque restituendum erit. Præterea recte moniterunt viri docti supplendum esse φόνομα ἢν vel καλούμενος. Chremetem memorat Aristoteles Meteorol. I, 13: Οἱ δὲ μέγιστοι τῶν διωνοματιμένων (τῆς Αἰρῆς ποταμῶν) δ τε Χρεμέτης καλούμενος δι εἰς τὴν ἔων δεῖ θέλατταν, καὶ τοῦ Νείλου τὸ δεῦμα τὸ πρώτον. Hinc Basilius Hexamer. Hom. 3: Οἱ καλούμενος Χρεμέτης καὶ πρός γε ἐπὶ δ Νεῖλος. Nonnus Dionys. XIII, 347: Οἱ τε ἔων Χρεμέτης καὶ οἱ παρὰ Κλυνφος θύρω. Id. XXXI, 163: Αὔτη δὲ Χρεμέτης μετίσιν ἔσπερον θύρω. Hesychius et Suidas: Χρεμέτης, ὄνομα ποταμοῦ. De nomine Bochartus: « Fluvius chermetes punice dicebatur כְּרֵמַת כְּרֵמָה cheremat, id est, fluvius vinearum; nam Arabibus כְּרֵמִים cheramim. » Firmare sententiam studet verbis Scylacis qui de Äthiopibus ad Cernen insulam in continente habitantibus narrat: οἶνον δὲ ποιῶσι πολὺν ἀπὸ ἡμετέλων. Similiter Bochartus Arambyn interpretatur montem uarum, ut supra monui. Jam quum vitis in Africa non nascatur nisi ubi importata sit olim a Phœnicibus, postea a Portugallis: sequeretur ex hac etymologia jam ante Hannonis atatem in his regionibus Phœnices consedisse. Quod fieri potuisse etsi negare non ausim, tamen Bocharti suspicione firmari rem minime dixerim. Koenigsmannus in libro De geogr. Aristotelis Chremetes nomen græcum esse putat, nomenclareque fluvium strepentem (a voce γρεμέσθαι vel γρεματζῆν). Evidenter in Χρεμέτης agnoscerem mihi videor formam gracissantem nominis peregrini. Hodie fluvius est Rio de Guaon sive Riv. de S. Jean, quem alii etiam Rio de S. Antonio vocant. In ipsum Cernæ insule sinum egreditur. Eundem fluvium Ptolemaeus IV, 6 p. 292, 8 post Rysadium promontorium (cap. Blanc) memorat: Στάχιρος (Στάχιρου et Τράχιρος var. lect.) ποταμοῦ ἐκβολαί (9° 30' long.; 11° lat.). Oritur ex Rysadio monte, ποιῶν πρὸς αὐτῷ λίμνην Κλονιαν (17° long.). Polybius denique ap. Plin. I. I. fluvium hunc appellat Salsum (Palsum var. lect.); nam Salsum recenset ante Bambotum sive Hippopotamorum fluvium, qui hodiernus est Senegal; utrumque autem collocat in magno sinu 616 millium pass., qui pertinet a Surrentio prom. (c. Blanc, vel Correiro) usque ad hodiernum cap. Vert. [Pro Surrentio ap. Plinium nescio an scrib. sit Solocutium, que vox phœnicia significat saxum, promontorium. Quo concesso, nomen componi potest cum Rysadio Ptolemei, quod item significat altum promontorium (v. Movers. Ph. Colon. II, p. 516)]. Jam ut ad Hannonem redeam, λίμνη ista putari potest eadem esse, quae Κλονια Ptolemaeo vocatur et ex computo ejus ad quattuor millia stadiorum ab ostiis fluvii distat. Sed, præterquam quod aliunde de ejusmodi lacu nihil constat, dubitare licet Hannonem tam longe in mediterranea penetrasse. Deinde vero quum in sinu Cernæ antequam ad ostia fluvii S. Jean pervenias, præter alias parvulas insulas etiam maiores tres longe porrecte oc-

εἴχε δὲ νήσους ἡ λίμνη τρεῖς μείζους τῆς Κέρνης. Ἀφ' ὧν ἡμεράσιον πλοῦν κατανύσσαντες, εἰς τὸν μυχὸν τῆς λίμνης ἥλθομεν, ὑπὲρ ἣν δρη μέγιστα ὑπερέτεινε, μεστὰ ἀνθρώπων ἄγριων, δέρματα θήρεια ἐνημένων, οἱ πέτροις βάλλοντες ἀπήραξαν ἡμᾶς, κωλύοντες ἐκεῖνατ.

10. Ἐκεῖθεν πλέοντες εἰς ἔτερον ἥλθομεν ποταμὸν μέγαν καὶ πλατύν, γέμοντα κροκοδελῶν καὶ ἵππων ποταμίων. «Οὐεν δὴ πάλιν ἀποστέψαντες εἰς Κέρνην ἐπανῆλθομεν.

11. Ἐκεῖθεν δὲ ἐπὶ μεσημβρίαν ἐπλεύσαμεν δώδεκα ἡμέρας, τὴν γῆν παραλεγόμενοι, ἣν πᾶσαν κατάκουν Αἴθιοπες φεύγοντες ἡμᾶς καὶ οὐχ ὑπομένοντες· ἀσύνετα δὲ ἐφέγγοντο καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς Λέξιταις.

12. Τῇ δὲ οὖν τελευταίᾳ ἡμέρᾳ προσωριμίσθημεν ὅρετι μεγάλοις δάσεσιν. Ἡν δὲ τὰ τῶν δένδρων ξύλα εὐώδη τε καὶ ποικιλα.

13. Περιπλεύσαντες δὲ ταῦτα ἡμέρας δύο ἐγινόμεθα

currant, proclivis suspicio illas ipsas in Periplo nostro designari. Obstat videtur quod Hanno per magnum fluvium navigans ad eas pervenit. Verum quum multe in hoc sinu sint arenarum teniae, que aliis temporibus alia esse solent; ad ostia præsertim magnorum fluviorum: probabiliter statuere licet arenas olim partem sinus paullo infra Cernen multo magis quam nunc obstruxisse, ita ut inter arenas et continentem non nisi modicum spatium relinqueretur, quod Hanno pro ostio Chretis fluminis habere poterat. Ab insularum parte boreali usque ad intimum sinus recessum in mappa oris maritimæ quam ante oculos habeo (*Carte de la côte occidentale d'Afrique depuis le cap Bojador jusqu'aux îles de Los, publiée par ordre du roi, etc.* 1829), trecenta fere sunt stadia; quod in Peripli ἡμέρασιν πλοῦν satis quadrat. Quodsi enim in antecedentibus, ubi vel nota vel deserta litora præteravigabantur, quingenta fere stadia in dies singulos computare licebat, alia ratio est inde a Cerne insula, quum singula litoris partes et fluviorum ostia et insula, etc., accurate perscrutanda essent; unde fit ut unius dici navigatio jam inter 300 et 400 stadia se contineat. || — μεστὰ sic codex; Gelenius dederat μετὰ. || — δέρματα θήρεια ἐνημένων] Cf. Diodor. III, 49, 3; Varro De re rust. II, 11; Hippocrates De morbo sacro p. 302; Mela I, 8; Movers I. I. p. 466. 568. 580. || — λίθοις βάλλοντες] Diodor. I. I. : εὐθεώτατοι πρὸς δρόμον καὶ λιθοβολίαν. Cf. qua de Libybus Balearidum inss. narrat idem V, 18 et Florus III, 8, sicut qua de *Guanchis* leguntur apud Glas, p. 25. 71. 32 et Riley *Schicksale u. Reisen an der Westküste und im Innern Afrikas*, p. 171, 194, citante Moversio p. 582.

§ 10. ἔτερον ποταμὸν] *Bambotum* Polybius ap. Plin. V, 1 vocat: *Flumen Bambotum crocodilis et hippopotamis refertum*. Eadem ex Plinio Solinus c. 27. « Sed legendum *Bamothum*, nomine facto ex *Bamoth*. *Bamoth* seu *בָּהַמּוֹת* behemoth esse hippopotamum, Job. 40, 10, iis argumentis probavi in libro *De animalibus*, quæ viros undecunque doctos traxerunt in assensum.

insulas habebat tres Cerne majores. Ab his diei navigatione perfecta interiore lacus recessum attigimus, supra quem montes maximi assurgebant silvestribus hominibus referti, pelles ferinas indutis, qui saxorum conjectu depellentes nos quominus egredemur navibus impediverunt.

10. Hinc navigantes in alium venimus fluvium magnum latumque, qui plenus erat crocodilorum et equorum fluviatilium. Inde denuo reversi Cernen repetivimus.

11. Hinc meridiem versus navigavimus per duodecim dies, oram legentes, quam omnem tenebant Αἴθιοπes fugientes nos nec exspectantes. Linguam eorum vel Lixitæ qui nobiscum erant, non intelligebant.

12. Ultimo autem die ad magnos et silvosos montes appulimus. Ligna arborum odorata erant generisque varii.

13. His montibus bidui navigatione circuitis in im-

Ergo fluvius Bamoth seu Behemoth est fluvius hippopotami. » Hæc BOCHARTUS optime. Idem fluvius Ptolemaeo p. 292, 17 dicitur Νία. Hodie est *Sanagal* sive *Senegal*, uti recte statuunt Bougainvilius, Heerenius, Mannertus, Klugius, Ukertus, Moversius, alii. Ne de *Gambia* cum Bocharto cogites, reliqua Peripli narratio impedit. Gosselini Gailiique sententia non est cur recenterantur.

§ 11. μεσημβρία [εν] μεσημβρίας cod.; ut accusativum pluralis Gesner., ut genitivum singularis Klugius vulgariter male tuentur. || — ἀσύνετος δὲ φρεστόγυντος] « Alia igitur gens sermone moribusque dissona hanc oræ partem jam tum temporis incolebat. Quum Αἴθιοπum nomen his nigris commune sit, mirum non est quod græcus interpres hoc loco eadem voce utitur. Interpretes quoque Cadamostii, qui hanc oram prætervectus est, horum nigrorum linguam non intellexerunt. » KLETIUS.

§ 12. δρεσι μεγάλοις δασέσιν] Montes silvis virentes intellige *cap Vert*. A Cerne insula hucusque oræ longitude est stadiorum circiter 4200, adeo ut in singulos dies computanda sint stadia 350. Inde a *cap Corveiro* stadia sunt ad 5000; quem tractum Polybius ap. Plin. I. 1. memorat tanquam *sinum magnum* 616 mill. pass. (4928 stad.), qui a borea clauditur Surrentio promontorio (*cap Blanc* vel potius *c. Corveiro*). Idem sinus apud Ptolemaeum p. 292, 6 vocatur Εστέριος κόλπος, quippe quem meridiem versus claudit Εστέρου Κέρας ἄκρην; sic enim vocat promontorium Viride, dum apud Hannonen Εστέρου Κέρας, sicuti Nōtou Κέρας, non promontorii est nomen, sed sinus, de quo mox videbimus.

§ 13. ἐγινόμεθα] γινόμεθα editt. et codex, ut videatur. Dies duo quum non in ipso circumflectendò promontorio consumti sint, sed pertineant usque ad Gambiam fluvium: vox περιπλεύσαντες laxiore sensu adhibetur, et περιπλοῦν promontorii et sequentem montium παράπλουν comprehendens. Quamquam nec scio an scriptum fuerit περιπλεύσαντες δὲ ταῦτα ἡμ. δύο, aut περιπλεύσαντες δὲ ταῦτα, [μετὰ] ἡμ. δύο ἐγ.

ἐν θαλάσσῃς γάζιματι ἀμετρήτῳ, ἃς ἐπὶ θάτερᾳ πρὸς τῇ γῇ πεδίον ἦν· θεν νυκτὸς ἀφεωρῶμεν πῦρ ἀναφέρομενον πανταχόθεν κατ' ἀποστάσεις, τὸ μὲν πλέον, τὸ δὲ ἔλαττον.

11. Υδρευσάμενοι δὲ ἔκειθεν ἐπλέομεν εἰς τούμπροσθεν θαλάσσας πέντε παρὰ γῆν, ἕκρι θλιβομεν εἰς μέγαν κόλπον, ὃν ἔφρασαν οἱ ἑρμηνέες καλεῖσθαι Ἐσπέρου Κέρας. Ἔν δὲ τούτῳ νῆσος ἦν μεγάλη καὶ ἐν τῇ

— ἡς ἐπὶ θάτερᾳ κτλ.] Concinnius foret oī ἐπὶ θ. Ingens ille hiatus quem mare in terram se insinuans efficiebat, cujusque ab altero latere in continente planities erat, dum ad alterum latus montes modo memorati pertingebant: is hiatus, inquam, intelligi debet late effusum ostium Gambiae fluvii (Μασθόλου ap. Ptolem. p. 292, 13), ut recte censem Rennelius (*Geogr. syst. of Herodot.* p. 719), vir rerum maritimarum peritissimus, qui de postrema Peripli nostri parte egregie meruit, cujusque rationes Ukertus quoque probavit. Latitudinem Gambie ad exitum 60-80 stadiorum esse tradidit Cadamosto. Ac tanto facilius accedit ut ostium fluvii pro maris hiatu haberetur, si præternavigasse Hannonem statuamus mense Octobri, seu sicca anni tempestate, qua fluvius purus fluit placidusque. Hoc autem tempus itineris fuisse ex eo etiam concluditur, quod herbe exsiccatæ tunc incendi solent; cujus incendii flammas agnoscimus in fluminibus illis igneis, quæ præterentes Carthaginenses consperxerunt. — νυκτὸς ἀφεωρῶμεν πῦρ] Cf. § 14: θαλάσσας μὲν οὐδὲν ἀφεωρῶμεν θτι μὴ θλην. νυκτὸς δὲ πυρά τε πολλὰ κτλ., ibique not.

§ 14. κόλπον τοῦ Ἐσπέρου Κέρας] Kέρας vocabulum plerumque de montium verticibus vel de promontoriis in mare excurrentibus usurpat; nonnunquam vero etiam fluviorum ostia tanquam Oceani cornua, nec non maris sinus tortuose in terram penetrantes eadem voce describuntur. Sic Apollonius Rhod. IV, 282 de Istro: θπατὸν κέρας Ὀμεινοῦ, ubi scholiasta: Κέρατα λέγουσι τοῦ Ὀμεινοῦ πάντας τοὺς ποταμοὺς τοὺς ἀπὸ καταχερομένους. Hesiodus ap. Apollon. Lex. Hom. s. v. Φοῖθος· Φοῖθον θδωρ ἐπάγων κέρας Ὀμεινοῖ ρήσι. Cf. Thucyd. I, 110, qui Mendesium Nili ostium appellat τὸ Μενδήσιον κέρας. Strabo p. 458. Eustath. ad D. 431. Maris vero sinus Kέρας nomine erat ad Byzantium: κόλπος... θντὸς θλάσου κέρας· εἰς γὰρ πλείστους σχέται κύλουσι, ὡς ἂν κλάδους τινάς (Strabo VII, p. 320). Eodem igitur sensu Peripli auctor vocem adhibet. Sinum vero Rennelius, suffragante Ukerto, intelligi jubet eum qui nunc vocatur Bissago sive Bissao; insulam autem ab Hannone memorataam esse putat hodiernam Bulam. Nam priimum hoc conducere distantiast; sinum istum ab ostio Gambiae abesse 190 millia maritima (1900 stadia), Bulam insulam millia 200; id spatii intervallum cadere in quinque dierum navigationem, quum 38 fere millia (380 stad.) in singulos dies dinumeranda sint; deinde autem κέρας nomine apte designari figuram sinus tortuosi. Bulam atque reliquas hujus archipelagi insulas arboribus virere, ceterum humiles esse, quippe quæ magnorum

mensum venimus maris hiatus, cujus ab altera parte in continente planities erat; unde noctu prospexitus ignes undique emicantes per intervalla, tum magis, tum minus.

14. Inde aquati ulterius navigavimus juxta litus per dies quinque, donec in magnum sinum venimus, quem interpres vocari dicebant Hesperi Cornu. In eo insula erat magna, et in insula lacus marinus, in

fluviorum (*rio Geba et rio Grande*) alluvie sint aggesta. Id vero genus insule quum varias subinde mutationes pati soleant, nihil esse mirandum, si insula talis, qualis Hanno viderit, hodie non amplius extet. Hæc Rennelius. Interpretationem viri doctissimi ex accuratoriis nostris ævi mappis maritimis confirmabat simul et emendabat. Nimurum insula ista singularis plane formæ, quæ aliam insulam includebat, etiam nunc, sicuti Hannonis ætate, existit. Hodie appellatur *Harang*. Hanno magnam dicit, ac revera in hoc archipelago omnium maxima est. Mare in eam per fauces intrans amplum sinum vel potius λιμνοθάλασσαν (λιμνην θαλασσώδη Periplus habet) efficit, quæ ipsa alteram haud exiguum insulam continet. Hac igitur ita comparata sunt, ut de-loco cui sinus Ἐσπέρου κέρας assignandus sit, emnis præcidatur dubitatio. Errarunt Bougainvillius, Danvillius, Mannertus, alii, qui Ἐσπέρου κέρας non sinum sed promontorium esse putarunt, quia seriores geographi ad promontorium nomen hoc transtulerunt. His addit Klugium qui, « Manifestum est, inquit, si Diodori et Plinii narrationem cum Periplo conferas, hanc oram (prope cap. Vert) versus occidentem ita esse in mare projectam et promontorium cum sinu ita eminere, ut extremum idque ultimum Libyæ caput navigantibus putaretur, supra quod versus occidentem nullum amplius inveniretur. Ab hac parte ora versus meridiem flectitur et novum anfractum efficit usque ad promontorium in Periplo Νότου κέρας nominatum [*In Periplo non promontorium, sed item κόλπος appellatur*], quod extremum Africæ australis credebatur, quum ex veterum opinione ora tunc ad Ægyptum et Asiam inclinaret, inter septentriones et orientem extenta. Et profecto ora hinc statim versus orientem flectitur, ut omnino extremum caput versus austrum situm videatur. Ergo totus hic terræ tractus qui a promontorio Hesperio (*Ἐσπέρου κέρας*) incipit et ingente anfractum usque ad promontorium Australe (*Νότου κέρας*) format, recte cum figura cornu comparatur, cujus extrema partes sint Ἐσπέρου κέρας et Νότου κέρας. Illud autem est *caput Viride* (*capo Verde*), alterum vero *caput Rubrum* (*capo Roxo*) cum sinu suo. » Hac probabiliter disputata esse videri possent, si ipso Periplo nostro careremus et senioris tantum ævi testimoniis profliganda esset. Nam quantopere hac ab Hannonis verbis abhorreant, satis patet. Ut unum afferam, quomodo a promontorio Viridi ad prom. Rubrum septem dierum iter esse potuit, quum intervallum illud nonni 1800 stadiorum sit? Quinam erit motus θεῶν γηγενε? Quinam montes illi silvosi, qui septem

(4) νήσου λίμνη θαλασσώδης, ἐν δὲ ταύτῃ νῆσος ἔτερα, εἰς ἣν ἀποβάντες ἡμέρας μὲν οὐδὲν ἀφεωρῶμεν ὅτι μὴ θλην, νυκτὸς δὲ πυρά τε πολλὰ καιόμενα, καὶ φωνὴν

quo insula alia. In hanc egressi interdiu nihil conspiciebamus nisi silvas, noctu autem multos ignes ardentis, et sonos tibiarum audiebamus et cymbalorum tym-

diebus antequam in sinum Hesperium classis veniret, circumflectendi erant? Nos igitur non miscere incongrua, sed recte distinere in seqq. studebimus. Constat *Hesperi ceras* ap. Ptolemaeū, Plinium, Philostratum (V. Ap. IV, init.) non sinum esse, sed *promontorium*. Atqui eo loco, quo Hanno sinum Ἐσπέρου κέρας ponit, promontorium memorabile exstat nullum; optime autem quadrat nomen in hodiernum *cap Vert*, quippe quod reapse omnium maxime occasum versus procurrit. Indicat id promontorium Hanno, sed neque nomen ejus affert, neque de figura docet, adeo ut Ptolemaeus ceterique aliunde accuriatiora de eo acceperis debeant. Huic igitur promontorio nomen Ἐσπέρου κέρας indiderunt. Id translatum eo esse ab cognomine sinu Hannonis, non improbabile, etsi non certior res sit, quam si quis Νότου κέρας, in ora Libye orientali promontorium, ab cognomine sinu Peripli nostri denominatum esse dicat. Transferri tamen tanto facilius potuit, quum ex Græcorum loquendi usu κέρας vox de promontorio potius quam de sinu intelligi soleret. Ptolemaeus præter promontorium Ἐσπ. κέρας etiam οὐλπον Ἐσπέριον memorat, at non a meridie, sed a borea dicti promontorii situm, de quo supra jam monui. A meridie prom. Viridis Ptolemaeus nihil nisi Masitholum (*Gambia*) fluv. et Æthiopia Hypodromum et in mediterraneis (sub eadem fere qua Masitholum fluvium latitudine) Theōn ochema montem collocat. His igitur nihil fere cum Hannonis Periplo commune esse satislique. Polybius vero apud Plin. V, 1. refert a Theōn ochemate usque ad *promontorium* Hesperium navigationem esse decem dierum noctiumque; in medio eo spatio esse Atlantem. In his quoque Hesperium promontorium respondet hod. *cap Vert*, inde a cuius parte meridionali usque ad Theōn ochema sec. Hannonen est decem dierum navigatio et quod excurrit; Polybius totidem dies noctesque numerat; quod non calculus sed errori et confusione passim obvia debet videtur. In medio fere hoc spatio Hanno insulam sinus Hesperii, Polybius Atlantem collocat. Jam quæ de insula illa narrat Hanno, eadem de Atlante refert Plinius (v. not. seq.). Nimirum mythologi Hannonis narratione usi, Atlantem et adjacentem ei Atlantidem insulam hic collocaverunt. Quod ut magis pateat, alter facit Plinii locus, V, 36, ubi ab Atlante et Atlantide insula dicit quinque dierum navigationem esse usque ad Æthiopes Hesperios et promontorium Hesperion ceras, unde primum se circumagat terrarum frons in occasum et mare Atlanticum. Quinque illos dies vides eosdem esse quos Hanno ab insula sinus Hesperii numerat usque ad mari hiatum qui post montes silvos promontorii *Viridis* sequitur. Quodsi alio loco Plinius' (V, 35) refert quattuor dies esse ab Theōn ochemate usque ad promontorium Hesperion ceras, eandem distantiam Hanno exputat a sinu Hesperio ad Theōn ochema, Plinius vero, ut constaret sibi, dicere debebat, quattuor istos dies esse a Theōn

ochemate usque ad Atlantiadē insulam. Vides igitur Polybium et Plinii (V, 36) autorem, quamvis Hesperium ceras hodiernum *cap Vert* intelligent, minime tamen ea quæ Hanno de suo Hesperi cornu narrat ad promontorium illud referre, sed eodem loco ponere quo posuit Hanno, ideoque haud censuisse apud Hannonen nomine Ἐσπέρου κέρας significari *cap Vert*. Eo tantum ab Hannonis narratione recedunt, quod Atlantem ad sinum illum ponunt, insulanque appellant Atlantiadē, mythologorum secuti commenta, de quibus fusius exponit Diodorus III, 53. Narrat enim esse in his regionibus Atlantem, et prope eum in Tritonide palude (quæ cum sinu Ἐσπέρου κέρας Hannonis componenda est) fuisse Amazonum insulan, Ἐσπέραν dictam, quam versus occasum sita esset. Idem in hac Atlantiorum terra ait μαθύλογεῖσθαι τὴν τῶν θεῶν γένεσιν, idque c. 68 pluribus docet. Nempe Saturnum, πλησίον τῶν Κερανύλων καλουμένων δρῶν regnante, ex Amalthea Bacchum suscepisse, atque uxori dedisse imperium τοῦ σύνεγγυς τόπου παντὸς, ὄντος τῷ σχήματι παραπλησίου κέρατι βόδι, ἀρ' ἦς αἰτίας Ἐσπέρου κέρας προσαγορευθῆναι; quod nomen deinde mutatum sit in Ἀραλθείας κέρας. Diodorus igitur nomen a sinu Hannoneo ad adjacentem terram transtulit; certe nihil quidquam video eur ad regionem promontorii Viridis potius referendam sit, quum Atlantem et Hesperiam insulam spectare ad sinum illum e Plinio et Polybico constet. || — πυρά τε πολλὰ κατλ.] Cf. Aristoteles Mir. c. 37 ed. Westerm. : Λέγεται δὲ καὶ ἔξω στηλῶν Ἡρακλεων κατεσθαι, τὰ μὲν διὰ παντὸς, τὰ δὲ νύκτωρ μόνον, ὃς δὲ Ἄννωνος Περπλους ἴστορει. Eadem poeticae figuratae aucta Plinius V, 1 de Atlante monte narrat (quem huc posuerunt nonnulli, Plinius vero cum Mauritanie monte confundit) : *E mediis hunc arenis in cælum attollî prodiderunt, asperum, squalentem, qua vergat ad litora Oceani, cui nomen imposuit... Incolarum neminem interdiu cerni; silere omnia, haud alio quam solitudinum horrore; subire tacitam religionem animos proprius accedentium, preterque horrorem elati super nubila atque in viciniam lunaris circuli. Eundem noctibus micare crebris ignibus, Ægipanum Satyrorumque lascivia impleri, tibiarum ac fistulæ cantu, tympanorumque et cymbalorum sonitu strepere. Haec celebrati auctores prodidere preter Herculi et Perseo laborata ibi. Mela III, 9 : Ultra montem (sc. Θεῶν ὅγης) viret collis longo tractu longis litoribus obductus, unde visuntur patentes magis campi quam ut perspici possint, Panum Satyrorumque. Hinc opinio cause fulē cepit, quod quā in his nihil culti sit, nulla habitantium sedes, nulla vestigia, solitudo in diem vasta et silentium vastius, nocte crebre ignes micant, et veluti castra late jacentia ostenduntur, crepant cymbala et tympana, audiunturque tibiae sonantes majus humanis.* Cf. Solin. c. 27 et Diodor. III, 53, qui Hesperam ins. πυρὸς ἐκφορήματα μεγάλα habere narrat. Quomodo ignes

αὐλῶν ἡκουόμενοι κυμάδων τε καὶ τυμπάνων πάταγον
καὶ κραυγὴν μαρίαν. Φόβος οὖν ἐλασθενής, καὶ
οἱ μάντεις ἔκλειεν ἐκλείπειν τὴν νῆσον.

15. Ταχὺ δὲ ἐκπλεύσαντες παρηγειθέμεθα γόραν
διάπερον θυμικατών μεστούντι μέγιστοι δὲ ἀπ' αὐτῆς

quos Hanno vidit, explicandi sint, sæpius viri docti monuerunt. Verba adscribo Klugii : « Petrus Cintraeus (*Piedro de Cintra in Cadamosti itinere*) hanc oram prætervectus nocturno tempore frequentes ignes inter arbores et in ripa conspexit, quos incole accenderant, ut popularibus suis prodigium quoddam spectari indicarent. Quum enim Lusitanii navigia litori promontorii Viridis appulissent, Azamaghi vicinarum terrarum incole vehementer terrore percussi fugerunt, quod naves Europæorum putabant volucres esse bestias, albis alis instructas, quæ paullo post contractis navium velis in nova monstrâ mutatae viderentur (*V. Abrégé de l'Histoire générale des voyages*, tom. II, p. 9. Gosselin l. l. p. 95.) » Idem : « Nostris quoque temporibus hac ore parte aliisque regionibus magnum est interdiu silentium; appropinquante autem nocte ignes incenduntur, et aer tympanorum et cymbalarum strepitū percutitur. Nigri enim propter nimium solis calorem in silvis casique quiescentes incipiente frigida nocte demum exsurgunt et cena, saltationibus, cantu ludisque tumultuosis delectantur. Idem Bruecus de Shangallis tradit, quo Hanouis narratio bene illustratur, et aliam causam addit, cur nocturno tempore imprimis tot ignes incendantur. Quum enim ferociæ Africæ bestiæ noctu ex antris et speluncis prædam capture egrediantur, nulla alia re a gregibus Nigrominis et pastorum tentoriis areci possunt quam flammis undique micantibus. »

§ 15. Μεστήν μέγιστοι] μεστὸι codex. Fortassis leniori manu corrigi putas scribendo Θυμικατῶν δὲ μεστὸι. Ego legere malim διάπερον. Improbandi autem videntur qui cum Hugo phœnicissantem græcitatem odorantes jungi volunt διάπερον θυμικατῶν (*eine von Rauchdampfen durchglähte Gegend Klugius vertit*), atque μεστὸν absque genitivo in prosaico scriptore ferri posse vel certe ex Phœnicum loquela excusandum esse statuunt. At h. l. sicut § 4, 16, 18 μεστὸς vox genitivo nequit carere. Θυμικατὰ non de fumo tantum, sed de fumo odorifero plantarum fragrantium intelligas. Denique βύσσας illos igneos, quos per quattuor dies præternavigantes Carthaginenses conspiciebant, non esse montis ignivomi, ut nonnulli opinati sunt, sponte patet. Ac omnino nemo unquam montes ignivomos vel eorum vestigia in his regionibus commemoravit. Que res sit multi monuerunt; inter quos ita habet Klugius : « Bruecus (v. *Reisen zur Entdeckung d. Quellen des Nils mit Aum. v. Blumenbach*. tom. II, p. 545) haec refert : « Aethiopes Shangalli Africæ gramina a solis radiis exusta incendunt, et hi ignes incredibili celeritate atque impetu supra Africæ latitudinem extenduntur, et loca queque invadunt, ubi exsiccata inveniantur gramina et fruticeta. Postquam flammæ omnia quæ sunt arida in campis consumserunt, ad montium cacumina escendent et reliquas plantas

panorumque strepitum et clamorem ingentem. Tum terror nos invasit et vates relinquere insulam jusserrunt.

15. Celeriter igitur enavigantes prætervehebamur regionem ignitam sufflimentorum plenam, e qua ma-

in terræ fauibus, hiatibus et canalibus crescentes statim corripiunt. Tunc ab altera elivorum parte per eosdem canales devolvuntur, in quibus aqua delapsa erat, et eo deum loco extinguntur, ubi montanus fluvius in mare effunditur. Ego (Bruecus) saepe hoc spectaculum vidi et viatori et peregrino has flammæ procul intuenti earumque causam plane ignorantis sine dubio ardentes torrentes appareant necesse est. — Idem in occidentalí Africe ora fieri accurate narrat Adansonius in itinere ad Senegam facto (ed. Germ. p. 193). Eandem rem refert Mungo Parkius (*Reise aus dem Engl. Berlin* 1799, p. 233) : « Crematio graminum apud Mandingos spectaculum prebet pariter horridum ac magnificum. Ego media nocte planitrum et elivorum tractum, quoad oculorum acies penetrare posset, igneo fulgore illuminatum vidi, et flammarum repercussus effecit, ut celum quoque flagrare videretur. Interdiu vaporum fumarumque columna undique conspiciebantur, et aves rapaces cum impetu circa incendia volitabant, ut serpentes, lacertas ceterosque vermes captarent, si qua ex flammis effugere conarentur. » Huc pertinet quoque memorabilis narratio, quæ in Winterbottomi descriptione Sierra Leone (p. 70 vers. Germ.) legitur : « Auctumnali tempore undique ignei vapores columnarum instar colo exsurgunt et noctu nubes fulgore rubro reluent. Sæpe grama octo pedes alta et solis ardore perarida facta vel ab incolis incenduntur vel sua sponte ignem concipiunt, cuius flammæ incredibili velocitate atque impetu late effunduntur. Quum igitur viator tales ignes torrentes sibi obviā fieri videt, hoc periculum nulla alia ratione effugere potest, quam ut ignem confliuet lapidum eliciat et ab adversa parte gramina incendens flamas flammis depellat viamque sibi muniat. » Ex hac explicatione etiam intelligitur quia tempestate hoc iter susceptum sit, quum auctumno Aethiopes gramina incendant ad agros impendente tum pluvia fertiliores reddentes; quod tempus coloniis condendis opportunissimum erat. Ceterorum commentatorum explicaciones dijudicandi hic non est locus. Plures enim πυρθόεις βύσσας mari splendorem esse putant, qui a lucentibus partim vermis marinis et animalibus, partim ab affectibus qui ab electro et phosphoro noinen habent, oriatur. Vid. J. R. Forsters *Bemerkungen* p. 52 sqq.; Kant *Phys. Geogr.* ed. Vollmer. tom. I, p. 11 sqq.; Spixii et Martii Itin. Brasil. At tunc Hanno torrentes marinos igneos transnavigare debeat, quod non ita est. Malte-Brunius putat hos πυρθόεις βύσσας aeris fuisse phantasmata, aeria phænomena, et magnos illos effectus aeris sole inflammati, quibus tonitrua et fulgura orirentur in montibus, qui ignivomorum montium speciem tunc prebuissent; θυμικατὰ autem significare odores florū fragranter spirantium et *rhymo* simillimorum, quorum in his regionibus magna copia

πυρώδεις δύνακες ἐνέβαλλον εἰς τὴν θάλατταν. Ἡ γῆ δὲ ὑπὸ θέρμης ἀέρας ἦν.

16. Ταχὺ οὖν κακεῖσθαι φοβήθεντες ἀπεπλεύσαμεν. Τέτταρες δὲ ήμέρας φερόμενοι, νυκτὸς τὴν γῆν ἀφεύρωμεν φλογὸς μεστήν· ἐν μέσῳ δὲ τὴν ἡλίσατόν τι πῦρ, τῶν ἄλλων μείζον, ἀπόδεμον, ὃς ἐδόκει, τῶν ἀστρων. Τοῦτο δὲ ήμέρας δρος ἐφαίνετο μέγιστον, Θεῶν ὅχημα καλούμενον.

17. Τριάτοι δὲ ἐκεῖθεν πυρώδεις δύνακας παραπλεύσαντες ἀφικόμεθα εἰς κόλπον Νότου Κέρας λεγόμενον.

18. Ἐν δὲ τῷ μυχῷ νῆσος ἦν, ἔσκυψη τῇ πρώτῃ, λίμνην ἔχουσα· καὶ ἐν ταύτῃ νῆσος ἦν ἐπέρα, μεστὴ ἀνθρώπων ἀγρίων. Πολὺ δὲ πλείους ἦσαν γυναικεῖς, δισεῖται τοῖς σώμασιν· δὲς οἱ ἐρυμνές ἐκάλουν Γορίλλας. Διώκοντες δὲ ἄνδρας μὲν συλλαθεῖν οὐκ ἤδυνα-

gnī torrentes ignei in mare effundebantur. Terra propter calorem inaccessa erat.

16. Confestim igitur etiam hinc metu perculti discessimus. Post cursum dierum quattuor noctu terram conspiciebamus flammis refertam. In medio autem erat excelsus quidam et ceteris major ignis, ipsa, ut videbatur, tangens astra. Is interdiu apparuit esse mons altissimus, qui Theón ochema vocatur.

17. Hinc tridui navigatione torrentes igneos prætervecti in sinum venimus, qui Noti Ceras dicuntur.

18. In sinus recessu insula erat prior illi similis; nam lacum habebat, in quo insula erat altera, referta hominibus silvestribus. Erant autem multo plures mulieres hirsutis corporibus, quas interpretes Gorillas vocabant. Nos persequentes viros quidem ca-

esset. » His adde Mannertum (X, 2, p. 509), qui δύνακες istos revera fluvios esse censem, qui ignitorum speciem præbuerint non aliam ob causam nisi quod ignes in montibus accensi aquarum superficiem igneo splendore illuminassent.

§ 16 et 17. Θεῶν ὅχημα... Νότου κέρας] De his hunc in modum exponit Rennelius: Ab Hesperi cornu usque ad montem Theón ochema sunt quattuor, hinc ad sinum Noti ceras tres dies navigationis. Jam si per septem dies pergamus, ita ut in singulos millia triginta octo computentur, perducimur ad insulam *Plantain*, quae quadraginta fero millibus post montem *Sierra Leone* occurrit. Hac vero insula cum iis quae sunt ad promontorium *Ste-Anne*, introitum efficiunt sinus, qui vocatur *golfe de Sherboro* (*Sherbro sound*), forma et figura cum sinu Hesperi cornu comparandus. Mons autem qui medium inter utrumque sinum memoratur, Θεῶν ὅχημα, is est qui nunc dicitur *Sagres*. A parte occidentali sinus *Bissago* 180 millibus distat, quod intervallum cum quattuor dierum navigatione bene quadrat. Etenim ora inter *Rio Nunez* et *Sherboro* in 200 mill. longitudinem porrecta, in universum perhumilis est; triginta demum vel quadraginta ab ora millibus in mediterraneo tractu altum jugum assurgit; duobus tamen locis brachia quedam hujus jugi usque ad mare procurunt; quorum alterum est mons *Sierra Leone*, alterum ab hoc 50-55 mill. distans mons *Sagres*, qui quum e depresso litore in auras attollatur, hujus ora quasi dominus et custos appetet, et a mari adventientibus singularis quidam vertex esse videtur, quum colles, quibus cum mediterraneo montium tractu cohæret, oculos lateant. Denuo montem detexit Pedro de Cintra (an. 1462), cuius socii altissimum omnimum, quos unquam vidissent, esse credebant. Sagres nomen habere fertur a castello, quod extruxit Henricus princeps Portugallus. A Theón ochemate usque ad sinum *Noti ceras* quum tres fuerint itineris dies, facile colligitur non posse cogitari de sinu *Sierra Leone* (quippe qui quinquaginta duntaxat millibus distans, nimis foret propinquus), sed in *Sherboro* sinum mensuras nos deducere. Introitum ejus si inter *Plantain* insulam et insulas Sanctæ Annæ statuas, distantia a *Sagres* monte est millium 92; sin ad ipsum S. Annæ

promontorium initium sinus posueris, millia sunt 112, adeo ut in diem numeranda sint millia 37. Inde a Gambia in summa sunt 482 millia, que inter duodecim dies divisa singulis diebus tribuant millia circiter quadraginta. — Insula ab Hannon memorata Uker-to (tom. I, 1, 66) esse videtur *Plantain island*. Id vero minus mihi probatur. Nam Hannonis insula non in introitu, sed ἐν τῷ μυχῷ τοῦ κόλπου sita erat, et, sicuti prior illa, lacum in eoque alteram insulam habebat. Hac si comparaveris cum accurate sinus delineatione, qualem in mappis exhibui (secundum: *Plan de la rivière de Sherboro, levé en 1826 par les officiers de la corvette Leven, capitaine W. F. W. Owen*, insertum in: *Carte de la côte occid. d'Afrique; partie comprise entre les îles de Los et le cap Lopez. Dépot général de la marine, 1833*), dubium esse nequit Hannonis insulam nunc vocari *Macaulay*. Hac enim in ipso sinus recessu insulae *Sherboro* proxime adjacet, et in occiduo latere tres habet sinus, quorum unus aliam insulam continet. Hactenus de ratione itineris Hannonei. — Ignes quorum hoc quoque loco Hanno meminit, in causa fuerunt, cur ignivomum montem dicenter posteriores. Mela III, 9: *Ultra hunc sinus* (in quo Gorillarum insula) *mons altus*, *ut Graci vocant Θεῶν ὅχημα perpetuis ignibus excelsus flagrat*. Plinius VI, 35: *A media ejus (meridiani Aethiopia lateris) parte imminentis mari mons aeternis ardet ignibus, Theón ochema dictus*. Cf. idem V, 1.

§ 18. Γορίλλας] « Sine dubio ea est simiarum species, que *Orang-Outang* vocatur. Ex tota descriptione id liquet; nam hirsutæ erant, mordebant, facerabant. Quid? num hominibus tam facile pellis detrahitur, quam bestiis? He simiae silvestribus hominibus forma gressuque similes sunt, et propter indolis sollertia ad servilia ministeria institui possunt. Quam ob causam indigenæ existimant mutos homines, qui propterea loqui nolint, ne ad labores suscipiendo cogantur. Hanc opinionem in primis Mandingi, Nigrorum gens, amplectuntur, qui has simias *Toorallas* vocant. Ingeniosa est Hugii conjectura, hoc nomen idem esse ac *Gorillas*, quum nihil facilius in scriptura permutari possit quam *Tοραλλας* et *Γοριλλας*. Mannertus (X, 2, p. 510) feros incolas insulæ [quam *Bussy* fuisse

θραστοί, ἀλλὰ πάντες (μὲν) ἔξεργον, χρηματοδίται
δινεῖς καὶ τοῖς πέτροις ἀμυνόμενοι, γυναικας δὲ τρεῖς,
αἱ δύνανται τε καὶ σπαράττουσαι τοὺς ὄχοντας οὐκ
ἴδιαλι ἐμπέσαι. Αποκτίναντες μέντος αὐτὰς ἔξεδε-
ραντες καὶ τὰς δορὰς ἔκρουταν εἰς Καρχηδόνα. Οὐ
γὰρ ἦν ἐπιλύσαμεν προσωτέρω, τῶν οἰτὼν ταῦτας ἐπι-
λύσανταν.

putat in sinu Bissago] Gorillas fuisse opinatur. Fieri
enim non potuisse quin Pæni simias pro hominibus
haberent. Recte quidem, si de vulgaribus simiarum
speciebus ageretur; que autem dicuntur Orang-Ou-
tangs, ab ipsis incolis homines esse etiam nunc putan-
tur, et Carthaginiensibus tum temporis nota nou erant.
Tum vero descriptio omnino non ad homines, sed ad
bestias quadrat. • KLUGIUS. Hannonis narratio postea
multifarum adulterata est. Mela III., 9 ita habet :
*Grandis litoris flexus grandem insulam includit, in
qua tantum feminas esse narrant, toto corpore hirsut-
as et sine coitu mariam sua sponte ficundas, adeo
asperis efferrisque moribus, ut quadam contineri ne
relectentur rix vinculis possint. Hoc Hanno retulit, et
quia detracta occisis coria pertulerat, fides habita est.*
Alii ex Gorillis fecerunt Gorgones, quas ex boreali
Africa ora mythologi una cum Atlante monte hue
transtulerunt, iisque Amazonum muliebre vulgus
adjunserunt. De sedibus tamen inter se non consenti-
unt. Paphnutius c. 33 tres suas Gorgones in Cerneorum
insulis collocat; Diodorus Amazonum et Gor-
gonum gentes in iis sere regionibus habitasse singit,
quas Hannonis narratio indicat. Insulas que ad Hesperi-
um promontorium (*cap. Vert.*) jacent, Xenophon
Lampsacenus et Statius Sebosus illi assignant ap. Plini-
um VI., 36 : *Contra hoc quoque promontorium Gorgones insulae narrantur, Gorgonum quondam domus, bidui navigatione distantes a continente, ut tradit Xenophon Lampsacenus. Penetravit in eas Hanno,*

pere non potuimus; omnes enim effugiebant, quum per
præcipitia scanderent et saxis se defendarent; sed fe-
minas cepimus tres, quæ mordentes et lacerantes du-
ctores sequi noblebant. Atqui occidimus eas et pelles
detractas asportavimus Carthaginem. Neque enim
ulterius navigavimus, quum annona deficeret.

Pienorum imperator, prodiditque hirta seminarum
corpora; viros perniciitate evasisse; duarumque Gor-
gadum cutis argumenti et miraculi gratia in Junonis
templo posuit, spectatas usque ad Carthaginem cap-
tam. Ultra has etiamnum due Hesperidum insulae
narrantur. Adeoque omnia circa hoc incertae sunt, ut
Statius Sebosus a Gorgonum insulis prænavigatione
Atlantis dierum quadraginta ad Hesperidum insulas
cursum prodiderit, ab iis ad Hesperi ceras unius. || —
πέτροις] μετροις codex; em. Gessner. Cf. § 9. || —
σιτῶν ἐκλιπόντων] Mela III., 9 : • Hanno Cartha-
giniensis, exploratum missus a suis, quum per Oceani
ostium exiisset, magnam partem ejus circumvectus,
non se mari, sed commeatu defecisse memoratu retu-
lerat. Arrianus Indie. c. 43, 11 : "Αννιον δὲ ὁ Λέων ἐκ
Καρχηδόνος δρμηθεὶς ὑπέρ μὲν Ἱρατλεῖους στήλας ἐξέπλω-
σεν ἔξιν ἐς τὸν πόντον, ἐν ἀριστερῇ τὴν Λιβύην γῆν ἔχον-
ταί ἔστε μὲν πρὸς ἀντίγονα τὴν ἡλιον ὁ πλόνος αὐτῷ ἐγένετο
τὰς πάσας πέντε καὶ τριγύρκατα ἡμέρας: ὡς δὲ δὴ ἐς μεσημ-
ερήνην ἐξετράπετο, πολλῆσιν ἀμηχανίησιν ἐνετύγχανεν,
Σδάτος τε ἀπορῇ καὶ καρκίτῃ ἐπιφέγοντι καὶ ῥύξῃ πυρὸς
ἐς τὸν πόντον ἐμβάλλοντι. Hæc Arrianus non ex ipso
Hannone habet, sed ex auctore, apud quem Hannonis
iter ad Graecorum geographorum opiniones accommodatum
erat. Navigavit igitur Hanno non occidentem
versus, sed orientem versus usque ad Hesperi promon-
torium sive *cap. Vert.*, ubi in meridionale Libya latu-
ora circumagit. Huicunque sec. Arrianum erant dies
35; ex nostro computo sunt dies 37. Cf. Prolegomena.

ΣΚΥΛΑΚΟΣ

ΚΑΡΥΑΝΔΕΩΣ

ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ

ΤΗΣ ΘΛΑΣΣΗΣ ΤΗΣ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ ΕΥΡΩΠΗΣ
ΚΑΙ ΑΣΙΑΣ ΚΑΙ ΛΙΒΥΣ

καὶ ὅσα καὶ ὄποια ἔθνη ἔχαστα, ἐξῆς καὶ χῶραι καὶ λιμένες
καὶ ποταμοί καὶ ὅσα μήκη τῶν πλάνων, καὶ αἱ γῆσσοι αἱ ἐπτὰ
αἱ οἰκούμεναι, καθότι ἐκάστη κεῖται τῆς ἡπείρου.

ΕΥΡΩΠΗ.

Ἄρξομαι δὲ ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν τῶν ἐν τῇ Εὐ-
ρώπῃ ^{*} μέχρι Ἡρακλείων στηλῶν τῶν ἐν τῇ Αἰγαίῃ,
καὶ μέχρι Αἰθιόπων τῶν μεγάλων. Εἰσὶ δὲ ἀλλήλων
κατεντυχόντων αἱ Ἡράκλειοι στῆλαι, καὶ ἀπέχουσιν ἀλλή-
λων πλοῦν ἡμέρας. [Καὶ νῆσοι ἐνταῦθα ἔπειται δύο, αἵς

Periplus noster exstat in codice Parisino N. 443
Suppl. p. 62-107 et in apographis hujus duobus,
quorum alterum est in codice Palatino-Vaticano, N.
142, fol. 216 r.-236 r., alterum in codice Hervor-
tiano sive Monacensi N. 556, fol. 34 r.-59 vso. In
Monacensi postrema Peripli pars desideratur; nam
desinit codex in verba καὶ λιμὴν Μυρίανδρος (p. 40 ed.
Hudson.). Titulus ita habet in Parisino: Συλλογος
Καρυανδέων Περίπλους τῆς οἰκουμένης. Deinde sequitur
scholium: Συλλαξ δ Καρυανδέων δρχαίωτας μὲν ἔστιν
ἄντη κτλ., quod in Prolegomenis inter veterum de
Scylace testimonia apposuimus. Post haec p. 63, lin. 5
alter titulus sequitur: Περίπλους τῆς θαλάσσης τῆς οἰκου-
μένης κτλ., ut supra legere est. In Palatino codice
primum habes inscriptionem: Συλλαξ δ Καρυανδέων, deinde scholium illud et libri titulum, ut in Parisino.
Eodem modo habet cod. Monacensis, nisi quod ea quae
ante scholium in codd. Par. et Palat. leguntur, vide-
tur omisssae. || — ἐξῆς] εξῆς cod. Paris. || — εἰπτὰ] Indiculi hujus auctor tralaticium istum maximarum
insularum numerum septenarium de suo intulit incaute,
quandoquidem quam plurimarum situm insularum
Scylax in Periplo notavit, neque usquam septem earum
tanquam præcipuas distinxit. In subjecto autem in-
sularum catalogo (§ 114) non septem, sed viginti
maxime recensentur. Frustra Dodwellus ser. propo-
suit: αἱ ἐπτὰ αἱ μέγισται καὶ αἱ λιταῖαι αἱ οἰκ.

§ 1. αἱ Ἡράκλειοι] αἱ Ἡρακλεῖαι h. l. codex. Initi-
o auctor debebat: ἀπὸ Ἡρακλείου στῆλης τῆς ἐν Εὔρ.
κτλ.; nam duas tantum columnas esse statuit § 111.
Quanquam variae de numero earum sententias erant.
Hesychius: Στῆλας διστόμους τινὲς τὰς Ἡρακλείους στῆ-
λας, ἔνιοι: αὐτὰς νήσους εἶναι φασιν, οἱ δὲ προσχωματα, οἱ

SCYLACIS

CARYANDENSIS

PERIPLUS

MARIS AD LITORA HABITATA EUROPAE ET ASIE
ET LIBYE,

item quot et quales gentes quæque; deinceps etiam regiones et
portus et fluvii et quantæ navigationum longitudines; item
(septem) habitatæ insulæ, prout quæque adjacet continentí.

EUROPA.

Incipiam ab Herculeis Columnis quæ sunt in Eu-
ropa, [ac progrediar] usque ad Herculeas Columnas
quæ in Libya sunt, et usque ad Aethiopes magnos.
Sunt vero sibi ex adverso Herculee Columnæ, distantia
que inter se diei itinere. [Et insulæ ibi adjacent duæ,

δὲ τῶν ἡπείρων ἔχρας, οἱ δὲ πόλεις, καὶ οἱ μὲν δύο, οἱ δὲ
τρεῖς, οἱ δὲ μίαν, οἱ δὲ τέσσαρας. Cf. Gosselin. *Rech. sur
la géogr. systém. t. IV, p. 3 sqq. Uket. Geogr. II,
1, p. 249. || — πλοῦσν ἡμέρας] Eadem distantiæ
denio memoratur § 111: αὗται δὲ εἰσὶν ἔχραι καταντι-
κριναὶ ἀλλήλων διέχουσι δὲ αὗται ἀπ' ἀλλήλων πλοῦν ἡμέρας.
Ex altero loco in alterum translata esse videntur. Ce-
terum noli putare hæc, uti sunt falsissima, sic etiam
corrupta esse. Etenim si comparaveris que infra de
opposito Libyæ litore leguntur, facile intelligas parum
accurate de his Peripli auctoren edocutum fuisse. Ut alii
scriptores antiquiores sic Noster quoque nullum no-
visse videtur fretum Gaditanum, sed ab ipsis Herculis
columnis usque ad Hermæum promontorium sinum
carvari censem, quem Cotes vocat (a cognomine prom.,
hoc. cap. Spartel). Idem Gades ex adverso collocat
Columnarum tum hoc loco tum infra § 111, ubi: ἀντίον
αὐτῆς, sc. τῆς Ἀθηνᾶς ἔχρας, τὰ Γάδειρα. Nihil mirum
igitur si Herculeas Columnas inter se tanto fere inter-
vallo distare dicit, quanto ab Africæ litore Gadira di-
stare accepérat. Errant tanto facilius, quum ipsas Colum-
nas nonnulli ad Gadira transferrent. In contrariam partem
peccarunt Damastes et Scylax Caryandensis apud
Avienum in Or. mar. 370: Sed ad columnas quidquid
interfunditur Unde aëstantis stadia septem vix ait
Damastes esse. Caryandensis Scylax Medium fluentum
inter columnas adserit Tantum patere quantus aestus
Bosphoro (Cf. Tzetzes Lyc. 649: Εὔρωπης δὲ καὶ Αἰγαίης
ἔχραι, πορθμὸς σταδίων ἑπτά). In his memoriam fe-
sellisse Avienum, quum longe alia in Periplo nostro
leguntur, censuit Clausenius. Assentirer, si constaret
vel si modo probabile esset Periplum nostrum revera
pertinere ad Scylacem Caryandensem; nunc Avieni*

δύοις Γαλάτηρις. Τούτων ἡ ἔπειρα πόλιν ἔχει ὁπίζουσαν ἡμέρας πλοῦν ἀπὸ Ἰπραλείων στηλῶν.] Ἀπὸ Ἰπραλείων στηλῶν τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ ἐμπόρια πολλὰ Καρυδονίων καὶ πηδός καὶ πληγματίδες καὶ πελάγη.

2. ΙΒΗΡΕΣ. Τῆς Εὐρώπης εἰσὶ πρώτοι Ἱβηρες, Ιβηρίς οὓς καὶ ποταμός Ἱβηρ... Εἴτη Εὔποριον (πόλιν Ἐλληνίδα ἡ δύοις Εὔπορον) εἰσὶ δὲ οὗτοι Μα-

locus reliquis addendum est indiciis, quae contrarium arguant. Letronnius (*Poèmes géogr.* p. 241) Avienum confuse locutum esse opinatur: « Au lieu de dire que, selon Scylax, la largeur du détroit des Colonnes est égale à celle du Bosphore, il aurait dû dire que la largeur de ce détroit, selon Damastes, était égale à celle que Scylax donnait au Bosphore. » Verum quum ipse Letronnius censem estam certe Peripli partem, de qua nos jam agimus, a veteri Scylace probabiliter alienam esse, nihil cogit, ut tam artificiosa sententia Avieno obtrudatur. Quid genuinus Scylax de Bospori latitudine statuerit, num quattuor eam vel quinque an septem stadiorum fecerit, nescimus. In nostro Periplo (§ 67) septem ei dantur stadia. Potuit idem etiam Scylax dicere, et nihilominus tamen Avienus scribere que scripsit, quum putare liceat Scylace de freto Columnarum loquentem ea ipsa tantum dixisse que dicit Avienus. Ceterum de latitudine hujus freti vera vel vero proxima tradunt Strabo II, p. 122 (60 stad.) et XVII, p. 827 (70 stad.); Agathemerus I, 5 (70 stad.); Marciianus p. 5 Hudson. (80 stad.); Cornelius Nepos et Livius ap. Plin. III, proœm. et Mela I, 4 (6-10 mill. pass.); Turranius Gracilis ap. Plinum I. I. (5 mill.) Cf. Euctemon ap. Avien. Or. m. 340 (3 mill. sive 24 stad.); Scymnus v. 149 (120 stad.); nisi hæc potius ad longitudinem pertinent. V. Gosselin. IV p. 28; Mannert. X, 2, p. 400). Obliter moneo de Gailii sententia, qui verba Peripli ἡμέρας πλοῦ laxiori sensu accipienda esse putat, quum ventorum reflatu aliquisque obstaculis transitus freti adeo interdum præpediri potuerit, ut per diem integrum ducatur. Quæ nollem excidissent viro diligenti. || — Καὶ νῆσοι ἵντανοι Ἰαρε et quæ sequuntur uncis inclusa, huc transposui ex § 2, ubi post v. ποταμὸς Ἱβηρος prater ordinem geographicum sunt inserta, hanc dubio ex § 111, ubi eadem sere recurrent. || — νῆσοι.. Γάλατηρα] i. e. Gades insula cum urbe notissima et ἡ παραβολημένη τάξη τῇ πλει νῆσος, πορθμῷ σταδιαῖς διατρομήν, quam nonnulli Ἐρθραῖα dixerunt (Strabo III, p. 169). Cf. Plinius IV, 36: *Ab eo latere, quo Hispaniam spectat* (Gadir), *passibus sere centum altera insula est longa, IIII mill. pass. latu, in qua prius oppidum Gadum fuit* (Hinc liquet cur utramque insulam ἡδεῖσης nomine recensente auctor Peripli). *Vocatur ab Ephoro et Philistide Erythia, a Timao et Sileno Aphrodicias, ab indigenis Junonis. Nunc isla S. Pedro.* Gades ab Herculis columna sive Calpe prom. distat 750 stadia; πλοῦς ἡμέρας cum Scylace ponit Scymnus v. 150. Ceterum v. Mannert. I, p. 299; Ukert. II, 1 p. 385. || — ἐμπόρια πολλὰ ή Horum loco in cod. Paris. primum scriptum erat μῆρι Ἰπραλείων στηλῶν, quod deinde scriba erasit. De re v.

quibus nomen Gades. Harum altera urbem habet, quæ diei itinere ab Herculis Columnis abest.] Extra Herculis Columnas Europeas multa sunt Carthaginensis emporia et coenū et aestus et vasta maria.

2. ΙΒΗΡΕΣ. Europa primi sunt Iberes, Iberiae gens, fluviusque Iberus..... Postea Emporium (*Urbem Graecam dicit, cui nomen Emporium. Gloss.*). Sunt autem hi

Strabo III, p. 149; Justin. XLIV, 5. Nostra ex eodem Himileone fluxerint ex quo eadem narrat Avienus 375: *Ultra has columnas propter Europa latus Icos et urbes incolae Carthaginis Tenuere quondam: mos at ollis hic erat, Ut planiore texerent fundo rates, Quo cymba tergum fusior brevius maris Prælaberetur; porro in occiduum plagam Ab his columnis gurgitem esse interminum, Late patere pelagus, extendi salum, Himileo tradit. Nullus hec adlit freta.* Cf. idem 117 sqq. et 364: *Circum atque juxta (insulas quæ Herculis columnæ dicuntur) manare tradit (Euctemon Atheniensis) tenue prolixæ mare. Navigia omista adire non valent locos Breve ob fluentum et pingue litoris lutum.* Cf. Movers. *Das phanizische Alterthum* II, p. 659. || — πελάγη] τενάγη scribi voluit Ukert. II, 1, p. 251, not. 76, scripsit Gaiilius. Lenissima mutatio, at opus ea non est; loca cœnosa jam indicantur voce πηλός; vocem πελάγη tuetur Himileo Avieni. Intellige magnos Oceani sinus. Cf. Avien. 394: *Plerosque (oceanus) extrinsecus curvat sinus... Prima hujus ergo in cespitem insinuatio est Hesperius estus atque Atlanticum salum.*

§ 2. Ηρῷοι Ἱβηρες] Cf. Polyb. III, 37: Καλεῖται δὲ τὸ μὲν παρὰ τὴν καθ' ἡμᾶς παρῆκον ἔως Ἰπραλείων στηλῶν ἱερότα τὸ δὲ παρὰ τὴν ἔξω καὶ μεγάλην προσαγορευομένην, κοινὴν μὲν δνομαστὴν οὐκ ἔχει διὰ τὸ προσάρτως κατοπτεύσθαι, κατοικεῖται δὲ πάντα ὑπὸ βαρθέρων ἐνῶν καὶ πολυσυνθέτων. Charax ap. Constantin. De adm. imp. c. 24 (Fr. Hist. III, p. 637, fr. 5); Ukert. II, 1, p. 255. Apud Scymnum v. 199 Iberes excipiunt Tartessios; Hecateus inde a columnis primum Mastienorum populum, deinde Iberes recessisse videtur. Verba Ἱβηρες οὖν; sic posita claudiant; nam Iberiae paraplus nonnisi usque ad Emporium pertinuisse dicitur. Potuit tamen latiori sensu Iberiae nomine etiam sequens regio mixtorum Iberum Ligurumque comprehendendi. || — Ἱβηρος Post hanc vocem intrusa sunt quæ ordinis geographicæ causa in § 1 transposui. Hæc vero in causa fuisse videntur, cur in genuino verborum contextu nonnulla excederent, si quidem excidisse aliqua probabiliter statuerunt Ukertus (II, 1, p. 80), Gaiilius, Clausenius. Certe græca urbes, Mænace et Alone, Massiliensium coloniae, post Herculis columnas recensendæ erant. || — πελάγη Ἐλλ... Ἐμπόριον] Glossa est, quæ cur adjecta sit neminem latet, monente Ukerto II, 2, p. 21. Post πελάγη fort. excidit φερίν; sin nominativum reponi velis, per me licet; similiter § 49 codex habet Τίρφυα pro Τίρφυσ. || — εἰσὶ δὲ οὗτοι] Illoc de Emporitis dictum pariter ac Liv. XXVI, 19: *Emporiis, urbe Graeca (oriundi et ipsi a Phœcavis sunt), copias exposuit.* Sepius negligenter a Scylace junguntur sententiae, ut pluralis

σαλιωτῶν ἄποικοι. Παράπλους τῆς Ἰερίας ἐπτὰ
ἡμερῶν καὶ ἑπτὰ νυκτῶν.

3. ΛΙΓΥΕΣ ΚΑΙ ΙΒΗΡΕΣ. Ἀπὸ δὲ Ἰερίων ἔχονται
Λίγυες καὶ Ἰερίες μιγάδες μέχρι ποταμοῦ Ροδανοῦ.
Παράπλους Λιγύων ἀπὸ Ἐμπορίου μέχρι Ροδανοῦ
ποταμοῦ δύο ἡμερῶν καὶ μιᾶς νυκτός.

4. ΛΙΓΥΕΣ. Ἀπὸ Ροδανοῦ ποταμοῦ ἔχονται Λίγυες
μέχρι Ἀντίου. Ἐν ταύτῃ τῇ γύρα πόλις ἐστὶν Ἐλλη-

ponitur, ubi singularem exspectamus. Cf. § 24. 31. »
CLAUSEN. Urbem Ἐμπόριον cum Scylace dicunt Scymnus 204, Appianus Hispan. c. 7 et 40, Steph. Byz. s. v.; reliqui scriptores aut Ἐμπορέων vocant (Polyb. III, 39, 7. 76, 1; Strabo III, p. 159. 150, quo tamen loco etiam Ἐμπορίου in var. lect.), aut Ἐμπορίας (Ptol. II, 5, p. 120; Livius XXI, 60. XXVIII, 9; Mela II, 6, 5; Plinius III, 4; Silius III, 369. XV, 176). Nunc Ampurias. Iberia extremæ urbs adscribitur ap. Polybiūm et Strabonem; Ligurum oræ primam esse urbem Scymnus 204 dicit; Celtaic vocatur ap. Stephanum. A columnis ad eam Polybius exputat stadia 7200; revera sunt fere 6600; itaque in diem noctemque dinumeranda forent 940 stadia; quod satis quadrat cum computo Scylaceo, quo mille stadiorum est navigatio diei noctisque. [Semel monuisse sufficiat stadia nos ita computare, ut 600 gradum efficiant geographicum.]

§ 3. Λιγύων ἀπὸ] ἀπὸ Λιγύος codex Par.; em. Vossius. Ad Rhodanum usque sunt circa 1550 stadia; Polybius III, 39, 7 ad 1600 numerat. Ceterum Iberiam πόλιν τῶν προτέρων πάσσων τὴν ἔξω τοῦ Ροδανοῦ dictam esse testatur Strabo III, v. 166. Rhodanum Iberiae fluvium dicit Aschylus ap. Plin. XXXVII, 11; tanquam terminum ponit ex antiquis scriptoribus Avienus Or. mar. 608: *Hujus (Rhodani) alveo Ibera tellus atque Ligyes asperi interseccantur.* Ab altera autem parte probari etiam potest Ligures olim usque ad Pyrenæos pertinuisse. Nam Hecataeus tamquam Ligysticam gentem memorat Ἐλένωνος (v. St. Byz. s. v. Cf. Herodot. VIII, 165; Theognost. in Cramer. Anecd. II, p. 60, 14; Zonar. p. 682). Horum vero caput Narbonem fuisse docet Avienus 584: *Gens Elyscum prius loca habe tenebat, atque Narbo civitas erat ferociis maximum regni caput.* Quæ de feroci regno Avienus habet, id pluribus exponit Silius Italicus III, 442; at gentem Bebryces vocat, quos in Narbonensi habitasse tradit. Dio Cassius ap. Tzetzem ad Lyc. 516: Διὸν δὲ Κοκκινίον τοὺς Ναρθωνήσιους Βέβρωνας λέγει, γράψων οὕτως: «Τῶν πάλαι μὲν Βέβρωνων, νῦν δὲ Ναρθωνήσιων ἐστὶ τὸ Πυρηναῖον δρός.» Id. 1305: Βέβρωνες, ἔθνος Γαλατῶν, μεταξὺ Πυρηνῶν καὶ Κερανύων (Κερρηταῶν conj. Gail. ad Scymn. 200, Κερμάνων Letronne in Journ. d. Sav. 1829 p. 112, probante Ukerto II, 2, p. 375) καὶ Ἰερίζεισιμενον, οἱ καλοῦνται Ναρθωνήσιοι (Cf. Zonar. VIII, 21). Stephanus ambiguus loquens Bebryces esse dicit πέρι τοῦς Ἰερίσιους. Avienus autem v. 485 Bebryces in Iberia montibus ab ora remotioribus supra Tyrin fluvium septentriones versus collocat (Cf. Ukert. II, 1 p. 483). Scymus quoque 200 sqq. Bebryces in mediterraneis ἐπάνω τῶν Ἰερίων ponit; in ipsa autem ora

Massiliensium coloni. Praeternavigatio Iberia est septem dierum septemque noctium.

3. LIGURES ET IBERES. Post Iberes sequuntur Ligures et Iberes mixti usque ad Rhodanum fluvium. Praeternavigatio Ligurum ab Emporio usque ad Rhodanum fluvium duorum dierum et unius noctis.

4. LIGURES. Post Rhodanum fluvium sequuntur Ligures usque ad Antium. In hac regione urbs est

post Iberes recenset Ligures, quorum prima urbs sit Emporium. Idem tamen paulo post narrat Massilienses ξλύθοντας εἰς Ἰερίαν condidisse Agathen et Rhodaniam, ut eandem regionem modo Ligurum modo Iberiam dicat. Haec igitur omnia quomodo concilianda sint Scylax noster docet, mixtos ibi habitasse dicens Liguribus Iberes. Eodem ducunt quæ Thucydides VI, 2 aliisque narrant de *Liguribus*, qui Sicanos Sicani fluvii accolas ex *Iberia* pepulerint, sive cum Ukerto (II, 1, 244. 483) statuas *Ligyes* vel ultra Pyrenæos sedes habuisse Sicanosque ad Iberum fluvium vel ad hoc. *Xucar* (coll. Avieno 483) querendos esse, sive putes Iberia nomine indicari regionem inter Pyrenæos et Rhodanum interjectam, Sicanumque fluvium non diversum esse a Sequana, uti haud improbabili ter censem Gaiilius ad Scymn. 203, Grotfend *Alt-Italien* I, p. 6. IV, p. 4 sqq. Forbiger *Geogr.* III, p. 5, etc. Quodsi denique Polybius, I, 17, 4. III 34, 17, dicit Carthaginenses olim (ante expedit. Hannibal) mercenarios habuisse Iberes, Celtas et *Ligures*: vix dubium est quin id de Liguribus, qui ab occidente Rhodani fl. erant, intelligi voluerit, monente Letronnio, *Poëmes géogr.*, p. 185.

§ 4. μέχρι τοῦ Ἀντίου] « Vocabulum Ἀντίου nullo pacto hic subsistere potest. Scribo igitur ubique Ἀπονον. » CLUVERIUS. Quod merito responsum GRONOVIA: « Ipsa literæ, inquit, offluerunt Ἀλπῖον, sive ita vocaverit extrellum maritimarum Alpium sive ipsum Albium Intemelium (hod. *Ventimilla*). » Id probarunt Gaiilius ad h. l., Clausenius et in mappis suis Kiepertus. Valckenarius in *Géogr. anc. de la Gaule*, tom. I, p. 33, Antium codicis nostri esse Genuam suspicatus est; locum aliquem haud longe a Genua dissitum indicari censuit Letronnius (*Journ. d. Sav.* 1826, p. 84). Haud ita sensissent viri docti, si Scymnum Chium comparassent, qui ex similibus ejusdemque etatis fontibus hauriens proxime ad Nostrum solet accedere. Is igitur v. 216 postremam Ligystica regionis urbem Greacam esse ait Ἀντίπολιν. Hoc ipsum in Scylace reponi vult Ukertos, scripturæ compendio quo vox πόλις; exarari solet, factum esse censens ut ex Ἀντίπολεως oriretur Ἀντίου. Ego cum Gaiilio ad Scymn. I. l. vulgatam reliqui intactam; nam notissimum illud compendium, in quavis linea obvium, nostro potissimum loco ter esse neglectum haud credo; immo quæ vulgo dicitur Ἀντίπολις, eam Ἀντίου Noster dixit, sicuti v. c. Αὐθηνόπολις, Massiliensium colonia (Plinius III, 5; Mela II, 5), ab aliis vocabatur Ἀθηναῖ (Varro De ling. lat. VII, 18. Stephan. Byz. v. Αὐθηναῖ· Τετάρτη, Λιγύων). In eodem Galliæ tractu similia urbium nomina habes:

νις Μασσαλίας καὶ λιμήν **. Ἀποικοι αὗται Μασσαλίας εἰσι. Περάπλους δὲ ιστὶ ταῦτα ἀπὸ Ποδανοῦ ποταμοῦ μέχρι Ἀντίου ἡμερῶν δὲ καὶ νυκτῶν τεσσάρων. Ἀπὸ δὲ Περιθελίου στηλῶν μέχρι Ἀντίου δὲ γύρω πᾶσα αὕτη εἰλίμενος.

3. ΤΙΡΡΗΝΟΙ. Ἀπὸ δὲ Ἀντίου Τυρρηνοὶ ὕδος μέχρι Ρωμαὶ πόλεων. Περάπλους ἡμερῶν τεσσάρων καὶ νυκτῶν τεσσάρων.

4. ΚΥΡΝΟΣ. Κατὰ δὲ Τυρρηνίαν κεῖται νῆσος Κύρνος. Ἐστι δὲ ἀπὸ Τυρρηνίας δὲ πλοῦς εἰς Κύρνον ἡμέρας καὶ ἡμέρας· καὶ νῆσος ἐν μέσῳ τῷ πλατῷ τούτῳ οἰκουμένῃ, ἢ ὄνομα Αἴθαλία, καὶ ἀλλαὶ πολλαὶ ἔρημοι νῆσοι.

5. ΣΑΡΔΩ. Ἀπὸ δὲ Κύρνου νῆσου εἰς Σαρδὼ νῆσον πλοῦς ἡμέρας τρίτον μέρος. Καὶ νῆσος ἐρήμη ἐν τῷ

Anteis { h. *Ampits* } et Anthæe (hod. *Anaiae*?) in Tab. Peuting. Ceterum Antipolis (hod. *Antibes*, ap. indigenas etiam *Antiboul*) 60 stadiis a Varo fluvio occidenteum versus sita est, colonia Massiliensem. V. Strabo IV, p. 178. 180. 184; Mela II, 5, 3; Plinius III, 5, etc. A Rhodani ostiis usque ad Antipolin ora longitudine vix 1500 stadiorum est; quare falsissimum est quod codex habet: περάπλους ἡμερῶν δὲ καὶ νυκτῶν τεσσάρων; id enim oram 4000 fere stadiorum postularet. Error non est auctoris, ut equidem censeo, sed librii; nam quum in antecc. mēnsuras bene habere viderimus, et sequentes etiam satis accurate constituta sint, idem de hoc quoque loco valebit. Quemadmodum igitur in codicibus siglum numeralē δὲ et vox δύο saepius confunduntur, sic etiam nostro loco pro δὲ ἡμερῶν καὶ δὲ νυκτῶν olim suisse puto δύο ἡμερῶν καὶ δύο νυκτῶν (Eadem numerorum confusio § 66, ubi v. not.). Hoc si paulo majus esse videtur quam pro communi computo exspectaveris, reputes navigationem juxta oram illam haud esse facilem. Apud Polybiūm (II, 16, 1. III, 41, 5) Ligures pertinent inde a regione quae circa Massiliam est, usque ad Pisam, primam urbem Etrurie; ora ejus præternavigationem quinque dierum esse dicit. Strabonis vero et Plinii attate sedes eorum a Varo fluv. usque ad Macram erant, adeo ut ex ea regione quam Scylax iis assignat, prorsus tunc expulsi essent. || — ἀποικοι αὗται] Nulla in codice notatur lacuna. E Scymno 215 supplere licet: καὶ Ταρψίας καὶ Οἰλία. || — πάσας εἰλία [μενος] . Scribit tamen Strabo III, p. 159: καὶ ἡ οἰλία ταῦτα δὲ τῶν Στρατῶν σπουδαῖα λαρύσι μέχρι δέρρος (ad Tarracōnēm) ἀποικίαι δὲ ηδη τὰ ξένη εὐλίμενα. Haec igitur ex parte scilicet falsa sunt. • GAIUS.

§ 5. Quæ hoc segmine leguntur de Tyrreniis usque ad Romanam pertinente, sicuti quod sequitur de Latio haud ultra Circeum promontorium porrecta: ea Gaius (Dissert. De Scyl. § 17) manifesto illud tempus arguere statuit, quo regibus parens Roma pánçissimis urbis, immo nullis stabiliter imperitabat, usque ad an. 507 a. C. Qua ipsa aetate Periplum nostrum scriptum esse opinatur. Contra haec Clausenius: * Quin sub Tarquinii late patuerit regnum, cuius caput erat Roma, dubitari non potest, si ingentia hu-

Græca Massilia cum portu, [*porro Taurois, Olbia, Antium,*] Massiliensem coloniæ. Præternavigatio a Rhodano fluvio ad Antium quattuor est dierum (nocturnique). Totus hic ab Herculeis Columnis usque ad Antium tractus portus habet commodos.

5. TYRRHENI. Post Antium sequitur Tyrrenorum gens usque ad urbem Romanam. Præternavigatio die rum nocturnique quattuor.

6. CORSICA. Contra Tyrreniā sita est Corsica insula. Navigatio a Tyrrenia in Corsicam est diei unius ac diuidiæ. In media hac navigatione occurrit insula habitata, cui nomen Ἀθαλία, aliaeque complures deserte insulae.

7. SARDINIA. A Corsica insula in Sardiniam insulam tertiae diei partis navigatio. In medio deserta insula

lus atatis opera spectantur. Sed post regis fugium sane exiguis erat Romanorum ager, neque tamen minor eo, quem post urbem a Gallis incensam tenebant (387 a. C.), quam Latini defecissent nulloque cum Romanis vinculo juncti manerent, usque dum an. 355 a. C. secundus Latinum restitutum est. Scylaceum vero eum adumbrare contendimus statum Italiae, qui erat anno rum 370-360 a. C. Itaque ex his nihil efficitur. Sed maius est quod nulla sit mentio urbium Tuscarum quae mari adiacebant, quum tamen satis accurate describantur urbes Carthaginensis, qui multo magis alieni erant a Græcis quam Tyrreni. Medio saeculo quarto urbis Romanae maxime florebant Tyrrenorum commercium et potentia maritima; excunte saeculo quarto eadem haec erat in his regionibus auctoritas Carthaginensis; Tuscos jam an. 278 U. c. (474 a. C.) de bellaverat Hiero; 299 a. U. Ἀθαλiam ceperant Syracusani; 357 a. U. Veios Romani; 366 a. U. Pyrgos diripuerat Dionysius; neque quidquam in mari pollebant, nisi ut pirate. Itaque jure omnintuntur eorum urbes a Scylace, ut quas parum eo tempore mereatores adierint. Ἀθaliam Tyrrenorum esse tradidit Hecataeus; nihil de ea re in Scylace, quia hujus atate Tyrrenis erupta erat haec insula. » Ceterum quan ignari rerum Romanarum Graci Philippi adhuc et Alexandri M. temporibus fuerint, satis constat. Vid. Plinius III, 9; Theopompus fr. 144, tom. I, p. 303; Clitarchus fr. 23 in Scriptt. rer. Alex. p. 83. || — ἡ μερῶν τεσσάρων καὶ λαρύσιας λαρύσι μέχρι δέρρος (ad Tarracōnēm) ἀποικίαι δὲ ηδη τὰ ξένη εὐλίμενα. Haec igitur ex parte navigationem quadratui et quatrinotici.

§ 6. Αἴθαλη [Ιτα] Αἴθαλη (*Illa tusce*) vocatur ab Hecataeo. Ab Italia distat 90 stadia (ὡς ξεντόν, Diodor. V, 31, 1); inde in Corsicam sunt 300. Haec minus accurate in Periplo traduntur. Strabo quoque V, p. 223 de Ἀθaliam distantia erravit.

§ 7. Κύρνον] Κύρνον cod. || — ἡ μερῶν τριτον μερῶν] 60 stadia sec. Strabon. V, p. 223; 72 stadi. sec. Plin. III, 6. || — νῆσος ἡράμη] « Forsan una est ex hodie dictis de la Magdalène » GAIL. E Sardinia in Africam via brevissima non excedit 115 mill. sive

(3)

μεταξύ. Ἀπὸ Σαρδοῦς δὲ εἰς Λιβύην πλοῦς ἡμέρας καὶ νυκτὸς, εἰς δὲ Σικελίαν ἀπὸ Σαρδοῦς πλοῦς ἡμέρῶν δύο καὶ νυκτός. Ἐπάνειμι δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν ἥπειρον, θεων εἰς τὴν Κύρων ἔξετρα πόμην.

8. LATINOI. Τυρρηνίας ἔχονται Λατῖνοι μέχρι τοῦ Κιρκαίου. Καὶ τὸ τοῦ Ἐλπήνορος μνῆμα ἔστι Λατίνων. Λατίνων παράπλους ἡμέρας καὶ νυκτός.

9. OLSOI. Λατίνων δὲ ἔχονται Ὀλσοί. Ὁλσῶν δὲ παράπλους ἡμέρας μιᾶς.

10. KAMPIANOI. Ὁλσῶν δὲ ἔχονται Καμπανοί. Καὶ εἰσὶ πόλεις Ἑλληνίδες αὗται ἐν τῇ Καμπανίᾳ. Κύμη, Νεάπολις. Κατὰ ταῦτα ἔστι Πιθηκοῦσσα νῆσος καὶ πόλις Ἑλληνίς. Παράπλους δὲ τῆς Καμπανίας ἔστιν ἡμέρας μιᾶς.

11. ΣΑΥΝΙΤΑΙ. Καμπανῶν δὲ ἔχονται Σαυνίται· καὶ παράπλους ἔστι Σαυνιτῶν ἡμέρας ἡμίσου.

12. ΛΕΥΚΑΝΟΙ. Σαυνιτῶν δὲ ἔχονται Λευκανοὶ μέχρι Θουρίας. Ὁ πλοῦς δὲ ἔστι παρὰ Λευκανίαν ἡμέρῶν σ' καὶ νυκτῶν σ'. Η δὲ Λευκανία ἔστιν ἀπτή. Ἐν ταύτῃ πόλεις εἰσὶν Ἑλληνίδες αἵδε· Ποσειδώνια, πλ. codex.

1020 stadia. Sec. Plinium III, 13 Sardinia abest ab Africa Caralitano promontorio 200 mill. pass. Pro 200 Strabo V, p. 225 habet 300 mill. pass., modo incorruptus sit numerus. || — Σαρδοῦς πλοῦς] Σαρδοῦς πλ. codex.

§ 8. Cf. Strabo V, p. 231: Συγλ. μὲν οὖν ἡ παραλία μέχρι πόλεως Σιγουέσσης ἀπὸ τῶν Ωστίων Λατίνων καλεῖται· πρότερον δὲ μέχρι τοῦ Κιρκαίου μόνον ἔχει τὴν ἐπίδοσιν. Plinius III, 9: *Latium antiquum a Tiberi Circenos servatum est mille quinquaginta passuum longitudine.* Clausenius contra Galium disputans (v. § 5): « Id quoque, inquit, quod Latinorum et Volscorum terminus dicitur urbs Circē, posterioris etatis statum arguit, quum tempore regifugii usque ad Cumas pertinuerit nomen Latinum (Niebuhr. *Röm. Gesch.* I, p. 593). Postea exorta est Volscorum potentia, qui Antium, quod medium inter Romanum et Circenos situm est, occupaverunt et perpetuo tenebant, qui etiam Circenos tenebant ab anno Urbis 266 usque ad' an. 362. Ne postea quidem Latinorum erat Antium; at quum Circenos hi recuperavissent, consentaneum erat his omnem oram adscribere, etsi una ejus urbs Volscis parebat, quum continua Volscorum ditionis initium post Circenos esset. » — De Elpenore in Circē insula sepulta v. Homer. *Odyss.* 12, 10 sqq.

§ 9. Ολσοί] « Ολσοὶ repONENTEM Vossium rationem fugisse animadvertisit Gronovius. Nec tamen vidit hanc esse primitivam nominis formam, ut Graius est primitiva forma Græcus, quod alii exemplis ostendit Niebuhrus *Röm. Gesch.* I, p. 79. » L. DIN-DORF. in Steph. Thes. s. v.

§ 10. Sec. Diodorum XII, 31, 1, τὸ Εθνος τῶν Καμπανῶν συνέστη Olymp. 85, 3, 438 a. C. Sic etiam Eusebius in Chronicis. Livius IV, 37 rem ponit in an. Urb. 331 sive 423 a. C. Cuma urbe Campani potiti sunt circa Ol. 89, 4. 421 a. C., teste Diodoro XII, 76, 5,

est. A Sardinia in Libyam dici noctisque est navigatio, in Siciliam vero a Sardinia navigatio bidui noctisque. Sed redeo ad continentem unde in Corsicam digressus sum.

8. LATINI. Tyrrheniam sequuntur Latini usque ad Circæum. Elpenoris quoque tumulus in ditione est Latinorum. Præternavigatio Latinorum diei noctisque.

9. VOLSCI. Latinos sequuntur Volsci. Volscorum præternavigatio diei unius.

10. CAMPANI. Volscos autem excipiunt Campani. Et Græca in Campania urbes ha sunt: Cyme et Neapolis. Quarum in conspectu jacet Pithecussa insula cum urbe Græca. Præternavigatio vero Campaniæ est diei unius.

11. SAMNITES. Campanis contigui sunt Samnites. Præternavigatio Samnitum est diei dimidiati.

12. LUCANI. Samnites sequuntur Lucani usque ad Thuriam. Præternavigatio Lucaniae est dierum sex (et noctium sex). Est autem Lucania peninsula. In ea Græca urbes ha sunt: Posidonia, Elea, Laus Thu-

vel anno 334 U. c., 420 a. C. secundum Livium IV, 44. Haud igitur scribi haec poterant Herodoti temporibus vel Thucydidis, qui Κύμης τῆς Ἐπικράτειας μεminit VI, 4, 4. Monuerunt de his Clausenius et Letronnius. || — Ηπιθηκοῦσσα] Ηπιθηκοῦσσα cod. Palat.

§ 11. Samnitibus ad mare Tyrrenum Scylax eandem regionem tribuit, quam Ptolemaeus III, p. 173 ed. Wilb. Picentinis assignat, a Sarno fluvio usque ad Silarum.

§ 12. Σαυνιτῶν δὲ ἔχονται Λευκανοὶ] Λευκανοὶ ἔχονται Σαυνιτῶν cod. Palat. Jam novit auctor nostor Lucanos ubi Hecataeus et Herodotus OEnotrios moverant, sed nondum novit Brutios (sicuti Antiochus quoque Syracusanus inter Lucanos et Brutios nondum distinxit. V Strabo VI, p. 255), qui Ol. 106, 1, 336 a. C. e fugitivorum colluvie in nationem conflari cooperunt (Diodor. XVI, 15. Strabo VI, p. 256). Igitur eum Italiae statum Periplus exhibet, qui erat ante Olymp. 106. || — ἡ μερῶν σ' καὶ νυκτῶν σ'] Hoc nimium est. A Silaro fl. usque ad Thurios sunt ad 3700 stadia, qua 6 vel 7 diebus percurri poterant. Similiter Iapygiae parplus sex dierum noctiumque esse dicuntur, quum ore longitudis sit stadiorum circiter 3200. Nescio an utroque loco sigla σ' et Γ' confusa sint. || — Θουρία] Forma Θουρία utitur etiam Thucydides VI, 61. 104. VII, 33, de urbe loquens, non de agro, ut Poppe vult. Eadem forma, juxta vulgarem Θουρία, in numis occurrit. V. Mionnet Descr. des méd. t. I, p. 170, n. 865, et Suppl. t. I, p. 324, n. 867. Cf. Steph. Byz. s. v. et schol. Aristoph. Nub. 331: Λέγεται καὶ Θουρίων καὶ Θουρία. Th. Müller. De Thur. rep. p. 13 sq. || — Ποσειδώνια] Ποσειδώνια: codd.; em. Cluverius Ital. IV, 14 p. 1252. Posidonia, Sybaritarum colonia, in Lucanorum potestatem venit inter an. 438-424. V. Strabo VI, p. 252. Niebuhr. R. G. I, p. 95 sq. || — Ἐλέα, Δάσος Θουρίων ἀπ.] ξανθή Ἐλέα

Ἐλέα, Αἴος; Θουρίων ἀποτάξις, Πηγήσοις, Πλαταιές, Τερίνων, Τηνώνιον, Μέσμα, Τρύγιον ἀκρωτήριον καὶ πόλις.

*Scrip*hae ἀz. codices, que scriptura conflata e compendiis 'Ελέα' et Αἴος'; em. O. Müller *Etrusk.* I, p. 159 et *Götting. Gel. Anz.* 1832 n. 203, postquam 'Ελέα repudierat Cluverius, et Αἴος in Eleæ locum sufficere voluerat Gaius. Scilicet Elea fuit Phocæniun colonia (Herodot. I, 167; Strabo VI, p. 252; Scymnus 247; Suidas s. v.); Laus autem, quamquam ne ipsa quidem Thuriorum colonia, sed a Sybaritis post amissam patriam condita esset (Herodot. VI, 20; Strabo p. 252; Plinius III, 10; Steph. B. s. v.), facilius tamen Thuriorum colonia dici poterat, quod sepenumero Sybaritæ et Thurii confunduntur, ac omnino probabile est Thurios eas colonias quas Sybarites ad mare Tyrrhenum constituerant, Posidonium, Laum, Scidrum, hereditario quodam jure fecisse suas. Summopere Thurios elaborasse in imperio ad mare Tyrrhenum dilatando, colligas etiam e Polyæno II, 10, 1, qui cum Terinatis eos bella gessisse testatur. V. Th. Müller. I. l. p. 30. Ceterum quum Thurii Ol. 84, 1. 444 sint conditi, Gaius, ut summan antiquitatem Scylacis sui tueretur, urbis hujus mentionem bis repetitam interpolatori vindicavit. Quod inepte statui ostendit Letronnius I. l. Eleam Herodotus suo tempore Τῆτη dictam esse narrat, ut hinc quoque Noster Herodoto junior esse coarguatur. De nomine urbis v. Dindorf. in St. Thes. || — Πλάνδοσις [De situ hujus urbis recentiores varii admodum opinantur. In mediterranei sitam fuisse ad Acherontem quandam fluvium vel torrentem, qui pervadi facile poterat, dubium non est. Scylax occidentalem oram, legens inter Laum et Clampetiam vel certe Terinam, Scymnus 306 orientalem oram legens inter Crotonem et Thurios eam collocat. Propriorem vero fuisse litori occidental iude collico, quod una cum hujus ore urbibus Strabo quoque VI, p. 256 Pandosiam, et Plinius III, 10 Acherontem recensent. (Ceterum Plinius (III, 15) de ipsa Pandosia certum nihil novisse videtur, nisi fuisse eam Lucanorum urbem mediterraneam, testante Theopompo.) Deinde in arctius contrahere limites licet ex Livilo VIII, 24. Is enim de Alexandro Epirota ad Pandosiam necato expomens ita dicit: *Hanc procul Pandosia, urbe imminentis Lucanis ac Bruttis finibus, tres tumulos insedit.* In antecedentibus vero dixerat Cosentiam urbem esse Lucanorum, Terinam Bruttiorum. Inde igitur consequitur Pandosiam Lucanorum urbem (cf. Theopomp. fr. 233) in finibus Bruttiorum sitam, in eo ponendam esse tractu, qui inter Cosentiam et Terinam mediis interjacet. Porro quem Scylax ante Terinam et post Pandosiam memoret Clampetiam ex verisimillima Gronovii conjectura, accuratius etiam dici potest Pandosium in angusto illo tractu fuisse qui inter Cosentiam et Clampetiam est mediterraneus. Eaque cum sententia probe concinunt quod Livilo I. l. narrat corpus Alexandri Cosentiae crematum esse, et quod Strabo VI, p. 256 Pandosiam esse referunt μερὸν ὅπερε Κοσεντία; et que apud Plinius

riorum colonia, Pandosia, Plateenses (*leg. Clampetia*), Terina, Hippoñium, Mesma, Rhegium promontorium et urbs.

leguntur III, 10 : *Terina sinusque ingens Terinanus; oppidum Consentia intus in peninsula; fluvius Acheron, a quo oppidani Acherontini.* Acheron esse debet unus ex fluviis, qui in Crathin Cosentiam præterlatenter incident. Hac igitur omnia ita inter se concinunt, ut nemo, puto, unam Scymni vocem dissonam potius audiendum esse contendatur. Mannertus, haud excusiss vett. testimonii, arbitraria prorsus ratione ad alterum Italiae latus Pandosiam ponit; nimirum Cirena, urbis hodiernæ nomen, sonare adhuc Acherontinos Plinii censem. Hæc sententia in mappas Kiepertianas migravit. Reichardus Pandosiam medium ponit inter Cosentiam et Thurios; Lapicus candem paullo infra Laum notat. Aliam Pandosiam non longe ab Heraclæa et Siri fluvio sitam memorat Plutarchus Pyrrho c. 16, quem cur errasse et nostram Pandosiam in illas regiones falso transtulisse cum Forbigero (in *Pauly's Realenc.* s. v. *Pandosia*) censeamus, causa nulla est. Eandem enim urbem etiam Aristoteles Mir. c. 97 ed. Westerm. assert, qui Iapygiæ esse et prope eam Herculis vestigia monstrari narrat. || — Πλάτατεῖς; Sic codex Par., non Πλάτατεῖς, uti edit. Cluverius scribi voluit Πλάνδοσις Πλάτατεῖων, Pandosia Platæniun colonia. Mazochius (Tabb. Heracl. p. 101 sq.) : « Fieri potest, ut sicuti in vicino Pandosiae [*De hac vicinia nihil traditum*] Thebas Lucanas (a Thebanis utique conditas) exstitisse Cato apud Plinium (III, 15) memorat, sic Platænienses Boœti Pandosiam, que olim regum OEnotria regia fuerat, immigrarint. Id fieri quidem potuit. Tamen nihil necesse est in textu mutari quidquam. Haud raro vox eadem urbis simul ac populi fuit... Itaque nihil prohibet, quominus aliquando Boœti in vicinia Pandosiae tum Thebas tum Πλάτατεῖς, *Platas*, considerint. At verisimile est neutram diu perdurasse. » Commendare hec licet iis quae de Boœti in Iapygia (Strabo IX, p. 405), de Platæniis in Sicilia (Polyæn. V, 5, 1), de Arne, Boœti et Äoli matre, Metapontum abducta (Diodor. IV, 67. Valckenar. ad schol. Eurip. *Phœn.* 1186) collegit O. Müllerus in *Min.* p. 401. Sed codicis Parisini scriptura minus jam favet huic opinioni. Verum tetigerit Gronovius: Ordo, inquit, quo in enumerando uitit Scylax, et literæ, prout editit Höschelius, clamant auctorem scriptissime: Πλάνδοσις, Κλάμπετεῖς; » nisi quod scribendum potius Κλαμπεῖται. Urbs ad mare paullo supra Terinam sita (Mela II, 4; Plinius III, 10; Livilus XXIX, 38. XXX, 19), Clampetia in Tab. Peuting., Λαρπέτεῖα ex Polybijo ap. Steph. Byz. Cf. Lycophron 1068 : ἐνδια
Λαρπέτεῖς Ἰππονὸς πρητῶν εἰς τηθὺν σέρας σαλτρὸν νένευκεν. || — Τέρινα [Sic etiam Strabo; Τέρινα Scymnus 306, ubi cum Salmasio leg. Τέρινα, uti habet Lycophron 726.] — Μέσμα [Μέσμα codex; Μέσμα Appollodor. ap. St. Byz. s. v. et Etym. M. p. 581, 15 : Μέσμα, πόλις κτισθεῖσα ὑπὸ Λορεῶν, διμήνυμος τῷ ποταμῷ (κρήνῃ μεγάλῃ sec. Strabon. VI, p. 256). Necatæo ap. St. Byz. vocatur Μέσμη, quam formam etiam

13. ΣΙΚΕΛΙΑ. Κατὰ δὲ Ἀργείου ἔστι Σικελία νῆσος ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ἀπέχουσα στάδια τέ εἰς Πελωριάδα ἀπὸ Ῥήγιου. Ἐν δὲ Σικελίᾳ ἔθνη βάρβαρα τάδε ἔστιν· Ἐλυμοι, Σικανοι, Σικελοι, Φοίνικες, Τρῶες. Οὗτοι μὲν βάρβαροι, οἰκοῦσι δὲ καὶ Ἑλλήνες. Ἀκρωτήριον δὲ Σικελίας Πελωριάς. Πόλεις δ' εἰσὶν ἀπὸ Πελωριάδος Ἐλληνίδες αἵδε· Μεσσήνη καὶ λιμὴν, Ταυρομένιον, Νάξος, Κατάνη, Λεοντῖνον· εἰς τοὺς Λεοντίνους δὲ κατὰ Τηρίαν ποταμὸν ἀνάπλους καὶ σταδίων· Σύμαινος ποταμὸς καὶ πόλις Μεγαρὶς καὶ λιμὴν Ξιφώνειος. Ἐχουμένη δὲ Μεγαρίδος πόλις ἔστι Συράκουσαι, καὶ λιμένες ἐν αὐτῇ δύο· τούτων δὲ ἑτερος ἐντὸς τείχους, δὲ δὲ ἄλλος ἔξω. Μετὰ δὲ ταύτην πόλις Ἐλωρον καὶ Πάργυνος ἀκρωτήριον. Ἀπὸ Παργύνου δὲ πόλεις Ἐλληνίδες αἵδε· Καμέρινα, Γέλα, Ἀκράγας, Σελινοῦς, Αιδηναῖον ἀκρωτήριον. Ἀπὸ δὲ Λιδυθίου

13. SICILIA. In conspectu Rhegii est Sicilia insula, ab Europa distans stadia duodecim, quae sunt (a Rhegio) ad Pelorum promontorium. In Sicilia gentes barbaræ sunt Elymi, Sicani, Sieuli, Phoenices, Trojani. Verum præter barbaros hos etiam Graeci incolunt. Promontorium Siciliæ est Pelorus. A Peloro urbes Graecæ sunt: Messana cum portu, Tauromenium, Naxus, Catana, [Symæthus fluvius et] Leontini; ad Leontinos vero per Teriam flumen sursum navigatur per stadia viginti; tum Megaris urbs et portus Xiphonius. Post Megaridem sequitur urbs Syracusæ cum duobus portubus, quorum unus intra murum, alter extra est. Post hanc urbs Helorum et Pachynus promontorium. Inde a Pachyno autem urbes graecæ sunt: Camarina, Gela, Agrigentum, Selinûs; tum Lilybæum promontorium. Post Lilybæum est urbs Graeca Himera,

Theognost. Can. p. 112, 4 exhibet. Codices Strabonis l. l. Μέδμα et Μέδαμη, quorum illud recepit Cramerus (tom. I, p. 407), assentientibus numis (Mionnet Suppl. t. I, p. 316) et Plinio III, 10 et Mela II, 4, 9. Apud Scymnum 308 codex perperam Μέδνα. In Diodoro XIV, 78, 5 codices pro Μεδναῖον corrupte Μεδιναῖον. Ceterum Μέδμα et Μέδαμη differunt ut δᾶμη et δαμῆ, ἔδμεν et ἔδμεν, etc. Moversius *Phœniz. Alterth.* II, p. 344 urbis nomen phœnicium esse suspicatur, conferens Palæstinae locum *Medba* seu *Medaba* (Num. 21, 30. Jesaia 15, 2), i. e. *aqua quietis*. Idem ad priscas Phœnicum colonias in Italia inferiori similiter referit urbes *Tempsam*, *Hipponeum* seu *Vibonem*, *Malacam*, et fluvios *Sybarin*, *Crathin*, *Sabatum*.

§ 13. Ἀπὸ τῆς Εὐρώπης] « Insulae non pro parte Europæ censemur a pluribus geographicis, sed adjacere dicuntur. Sic et infra Scylax de Creta (§ 47) loquens : ἐγγυτάτῳ γάρ Λακεδαιμονιαν κεῖται τῆς Εὐρώπης. » Vossius. || — στάδια 16] Sic recte etiam Polybius I, 42, 6 et Plinius III, 14. Timæus ap. Diodor. IV, 22, 6 habet 13 stadia; Agathemerus (ex Timosthene) undecim. Falsus Strabo VI, p. 257 et schol. Apoll. Rhod. IV, 825, de sex vel septem stadiis loquentes. Fuisse videntur qui scuta celeberrima, Helle-sponticum, Gaditanum et Siculum, eodem heptastadii nomine celebrarent. || — εἰς Πελωρ.] εἰς πελωρ. codex; εἰς Ηελ., editt. vgo; εἰς ex more Scylaceo scriptis Fabri-cius. Litera σ compendio juncta fuerit literæ π; quamquam possit etiam legi. εἰς. Verba ἀπὸ Ῥήγιου interpolata esse recte statuit Gaiilius; nam a Rhegio ad Pelorium ad 80 sunt stadia; brevissimus vero a Rhegio trajectus 50 fere stadiorum. || — Ἐλυμοι] Ελυμοινοι cod. Nota Elymos distinguunt a Trojanis, quem plurimi tradant Trojanos, qui in Siciliā venerint vel Laomedontis temporibus vel post Ilii excidium, Elymos dictos esse. Fabulas huic pertinentes vide apud Thucyd. VI, 2; Dionys. Halic. I, 52 sq.; Strabon. XIII, p. 608; Lycophron. 953. 964 ibique Tzetzem; Servium ad Aen. I, 550; Etymol. M. p. 333, 31; Tzetz. ad Lycophr. 1232; Apollodor. II, 5, 10, 10 et Antiochum ap. Pausan. X, 12, 3. Noster haud dubie cum Hellæ-

nico (fr. 53) statuit Elymos ex Italia ab Oenotria pulsos tertia ante bellum Trojanum generatione in Siciliam migrasse (Cf. Elymum Tyrrhenorum regem ap. Steph. Byz. v. Αἴλινη et Χελίνεια); Troes autem post excisum Ilium hoc venisse. Urbes Elymorum in Sicilia laudantur Eryx, Entella, Segesta et Asca. Cf. Clausen *Aeneas u. die Penaten* I, p. 479, et Movers *Phœniz. Alterth.* II, p. 319 sqq. De Sieculis et Sicanis, inter quos distingue solent historici, quanquam nec nomine nec genere diversi sunt, v. Grotesend. *Alt. Ital.* II, p. 6. IV, p. 4. De Phœnicibus Siciliae uberrime exponit Movers. I. l. || — Μεσσήνη] Pal.; Μεσσήν Par. || — Νέξος] Naxus an. 403 a Dionysio capta dirutaque; cives per insulam dispersi anno denum 358 in Tauromenium paullo infra Naxi urbis locum Andromachi opera collecti sunt. V. Diodor. XIV, 15. 87. In pleniori Periplo, ex quo Noster sua excerptis, etiam de Naxo, quanvis tunc iam diruta, sermo institutus fuerit. Hinc nudum nomen excerptor assumisse satis habuit. Similiter de aliis locis, qui ejusdem generis negligenter testantur, statuendum est. || — Ταυρομένιον] Initia Tauromenii ad Ol. 96, 1. 394 pertinent (Diodor. XIV, 59, 2); aucta urbs est congregatis in eam Naxiis, Ol. 105, 3. 358 (Diodor. XVI, 7, 1). || — τατζ Τηρίαν] τατζ τὴν ἔραν codd.; emendavit Cluverus ex Thuc. VI, 50, 3. 94, 2; Diodor. XIV, 14, 3; Plin. III, 14. || — τατζ τηρίαν] μέρη legi voluit Cluver. || — Σύμαινος] Fluvius exit inter Catanae et Leontinorum ditiones, quas distinguitur (Thuc. VI, 65). Igitur ordo geographicus neglectus. De nomine fluvij cf. Movers. p. 341. || — Ξιφώνειος] Ξιφωνεῖος codex. Strabo VI, p. 267 memorat τὸ τῆς Ξιφωνίας ἀκρωτήριον (Capo della S. Croce). Urbem Ξιφωνίαν novimus ex Theopompi fr. 207 et Diodor. XXIII, 4. Portum fortasse habes in Hesychio: Ξιφέρου (Ξιφωνίου?) λιμῆν. Λίγοις Έλασσονοι Ποτνιεῖ. « Οἱ πορθμοὶ *** » Ταῦτα γάρ πάντα (τὰ) περὶ Ῥήγιου. Ωρίων. || — Μεγαρὶδός πόλις] πόλις Μεγαρὶς cod.; em. Cluver.; πόλις μεγάλη conj. Gronovius. || — δὲ τερρος ἐντος] Hic est portus magnus, inter Ortigiam et Plemmyrium prom.; alter exterior parvus est, sive Laccius. Cf. Göller. De situ

πόλις ἡστὶ Ἑλληνὶς Ίμέρα, μετὰ δὲ Ίμέραν πόλιν Λιπάρια νῆσος ἔστι, καὶ πόλις Ἑλληνὶς Μόλαι καὶ λιμήν. Ἐστὶ δὲ ἀπὸ Μολῶν ἐπὶ Λιπάρων νῆσον πλοῦς ίμέρας Σάτου [Ἐστὶ δὲ ἡ Συκελίς τρίγυνος τὸ δὲ οὖλον έπεστον αὐτῆς ἡστὶ μάλιστας στεσίων, αρ'.]

Ἐπάνειμι δὲ πόλιν ἐπὶ τὴν ίμέραν, θεον ἑξερχόμενην. Άποδέρη Ρηγίου πόλεις εἰσὶν αἱδεῖς. Λοχροί, Καυλανίς, Κρότων, Λακόνιον λεπόν Ήρας καὶ νῆσος Καλυψώς, ἵνα ὁ Οδυσσεὺς φέρει περὶ Καλυψώς, καὶ ποταμὸς Κράθης καὶ Σύναρις καὶ Θουρία πόλις. Οὗτοι εἰ τῇ Λευκνίᾳ Ἑλληνες.

10. ΙΑΙΤΙΑ. Μετὰ δὲ τὴν Λευκνίνην Ιάπυγες εἰσὶ θνός μέχρι Ωρίωνος ὄρους τοῦ ἐν τῷ κόλπῳ τῷ

et post Himeram urbem Lipara insula est, et Myla, urbs Graeca cum portu. A Mylis autem in Liparam insulam dici dimidiata navigatio. [Ceterum Sicilia triangularis est, ac quodque ejus latus est stadiorum circiter mille et quingentorum.]

Sed redeo rursum ad continentem, unde diverteram. Post Rhegium urbes hæ sunt: Loci, Caulonia, Croton, Lacinium sanum Junonis et Calypso insula, in qua Ulysses habitabat apud Calypso, porro fluvius Crathis et Sybaris et Thuria urbs. Hi sunt in Lucania Graeci.

14. ΙΑΡΥΓΙΑ. Post Lucaniam est Iapygum gens usque ad Orionem montem, qui est in sinu Adriatico.

et orig. Syrac. p. 67 sqq. || — "Ελωρον]" Ἐλωρον cod. — "Ιμέρα" ίμέρα codex. Post v. ίμέρα in cod. sequuntur: ἤστι δὲ ἡ Συκελίς τρίγυνος κτλ., quia ad finem hujus segminis relegavi; nam patet ex margine in ordinem verborum male irrepisse. || — μετὰ δὲ ίμέραν] κατὰ πέραν codex, in quibus vocem πέραν corruptam esse omisso accentu librarius indicavit. Vossius scribi voluit κατὰ ίμέραν, idque verisimile foret, nisi falsissimum esset. Fabricius transpositus et mutavit hunc in modum: κατὰ πόλις Ἑλληνὶς Μόλαι κατὰ λιμὴν κατὰ πέραν (sic) τάστης Λιπάρα. At Seylax ubique eadem utitur formula, κατὰ ταῦτα dicens vel κατὰ ταῦτη λεπίδη κτλ. Accedit quod ipse scriba vocem πέραν ut corruptam notavit. Gailius proposuit: κατὰ περάτην πόλιν, circa ultimam insula urbem, quod sic nihil est. Potuisse in hac sententiam: κατὰ τὰ περάτην Λιπάρα λεπίδη. Putare etiam licet suisse in codice: ίμέρα κατὰ ίμέραν πο. (i. e. ποταμὸν): Λιπάρα νῆσος: ἤστι καὶ πόλις Ἑλληνὶς Μόλαι, vel etiam: ίμέρα καὶ τὰ θύραι πόλις: Λιπάρα νῆσος: ἤστι καὶ κτλ. Himerae urbs an. 400 a Carthaginensibus solo aquata ad Diodori usque atatem διληχτοῦ permansit (Diodor. XI, 49, 4. XIII, 62, 4), verumad oppositam Himeræ fluvii ripam an. 407 nova urbs, τὰ θύραι, exstructa et superstitionis Himeræ frequentata est. Igitur Himeræ mentio in Periplo nostro offendit; Therma memorari debebant; fortasse memoravit Noster utramque, sicuti juxta ponit Naxum et Tauromenium, Sybarim et Thurios, Trachinum et Heracleum. || — πόλις Ἑλληνὶς Μόλαι:] Thucydides VII, 58 et VI, 62 in septentrionali Sicilia litore unam tantam urbem Graecam, Himeram, agnoscit; Mylas commemorat quidem, sed addit τὰς τῶν Μεσσηνίων, adeo ut tum nondum sui juris urbs, sed Messaniorum castellum (φρούριον) Diodor. XII, 54, 5) fuerit. Cf. Theophrast. De plant. VIII, 3: τῆς Μεσσηνίας ἦν ταῦς καλουμένης Μόλαι. Strabo VI, p. 272: τὴν ίμέραν, οἱ δὲ Μολαις ἔκτισαν Ζαγχλαῖον. De accentu (Μόλαι et Μολαι) v. Dindorf. in Thes. || — ω̄λων] καλον sine accentu codex. || — στάδιον] στάδια edit.; στάδιον. || — ςω̄! ςω̄! cod.; ςω̄ olim edit.; em. Gaiilius. 3 × 1500 = 4500. Posidonius ap. Strabon. p. 266 exputat stadia 4400; cundem secutus Diodorus (V, 2, 2) stad. 4360; Timotheenes ap. Agathemerum I, 5 stadia 4740 (vel 4337); minus accurate Agrippa

apud Plinius III, 14 stadia 4944. Nostra aliunde illata esse etiam stadiorum mentio probat, quum in reliqua bac Peripli parte secundum dies noctesque navigationis distantiae indicentur, sicuti Siciliae Periplus ap. Thucydidem est διληχτοῦ πολλῷ τινὶ Ελασσον ἢ διτὸν ημερῶν. Ephorus apud Strabon. I. l. nonni quinque dies posuit, si vera lectio, neque η̄ pro ε̄ scribendum est. || — Ασαλίνιον] Junonis templum in Lacinio promontorio (capo delle colonne vel di nau, i. e. ναοῦ) adjacensque ei Calypso insula (Ogygia ap. Plin. III, 15. Cf. Procop. II. Goth. IV, 22 p. 375 ed. Dind.) ante Crotone memoranda erant. De Lacinio promontorio ejusque templo, dea, panegyri, v. Stephan. Byz. et Suidas s. v.; Mela II, 4, 8; Tzetzes Lyc. 1006. 857; Plinius III, 6 et 15; Aristotel. Mirab. 96; Diodor. XIII, 3; Livius XXIV, 3. XLII, 3. XXVIII, 46 et passim; Cicero De div. I, 24; Servius Aen. III, 552; schol. Theocrit. IV, 22; Pausan. VI, 13, 1; Plutarch. Mor. p. 557, C. — [Καλυψώς] Καλυψώ et mox περὶ Καλυψῶν codex. — [Κράτος] Κράτις cod. || — Θεούρα[τα] Ταρπιά cod.; em. Cluver. || — Σύβαρις] ποταμοὶ Κρήτης καὶ Σύβαρις coni. Cluver, probante Gail. ad Scymn. 325; καὶ Σύβαρις ἢ καὶ Θεούρα E. Miller in Marcien. p. 199, suffragante Letronno Poem. g. p. 188. Quodsi Scylacis morem probe teneas, a mutando abstineris. Fieri sane potest, ut fluvium intelligi voluerit auctor; sin urbem Sybarin, dudum deletam, memoravit, fecit quod fecit haud semel. Thurii in Sybaris locum successerunt quidem, non ita tamē ut starent ubi steterat Sybaris.

§14. Ιαπυγία] Ιαπυγία codex; Ιάπυγες edit. || — ιαπυγία θύνος] μέτων θνός cod.; em. Cluver. || — Ωρίωνος ὄρος] e conjectura scripsi pro Ωρίωνος quod codex habet. Gronovius legi jussit Δρόφον. « Voce Δρόφον, ait, qua Garganum intelligi statuit Cluverius, nequit esse dubium, quin residenceat Δρόφον memoratus Straboni VI, p. 284. » Adoptarunt hoc Gaiilius, Clau-senius, Fabricius; et in mappis Kiepertianis Dion tamquam alterum Gargani nomen pictum est. Ac Gaiilius quidem de Gronovii conjectura: « Sat mihi arridet, inquit, quum reperiam in Tzetz. Lyc. 604 locum τὸν Διώνα, quem juxta Apuli Peucetiique habitatant. » Eundem locum Clausenius quoque citat. Quod sane miror. Nam Tzetzæ verba κατὰ τὸν Διώνα ibi significant: secundum Dionem Cassium (lib. I, c. 4, p. 6 ed.

Άδριά. Παράπλους παρὰ τὴν Ἰαπυγίαν ἐξ ἡμερῶν καὶ ἔξ νυκτῶν. 'Ἐν δὲ τῇ Ἰαπυγίᾳ οἰκοῦσιν Ἐλληνες, καὶ πόλεις εἰσὶν αἱδεῖς Ἡράκλειον, Μεταπόντιον, Τάρχας καὶ λιμήν τὸν Ὅδρους ἐπὶ τῷ τοῦ Ἀδρίου ἢ τῷ τοῦ Ιονίου κόλπου στόματι.

Præternavigatio juxta oram Iapygiae est dierum sex (et noctium sex). In Iapygia vero habitant Graeci, urbesque eorum sunt haec: Heraclea, Metapontum, Tarentum et Hydruntum portus in ore sinus Adriatici sive Ionii.

E. Gros.). Unus igitur restat Strabo l. 1, qui postquam de Siponte Dauniae oppido dixerat, pergit: Δεῖχνυται δὲ τῆς Δαυνίας περὶ λόφον, ὃνομα Δρίον, ἡράκη, τὸ μὲν Κάλχωτος..., τὸ δὲ Ποδαλειόν. Hinc de situ collis certius nihil definire licet. Sed faciamus collem cohaesisse cum Gargani montis ramo aliquo meridiem versus patente: nemo tamen inde colligat quem *collēm* Strabo dicit, eundem a Scylace dici ingentem istum Garganum montem qui ad triginta stadia in mare procurrit. Cui opinioni ne nomen quidem favet. Nam collis ille non Δρίων, sed Δρότον audit. Et ne hoc corruptum esse putes; nam ut τὸ δρότον et τὸ δρόσον dicuntur, sic etiam montes, quibus hinc nomen est, aut Δρότον, ut ap. Strabon. l. 1., aut Δρόσον, ut apud Diodorum IV, 50, 4 et 51, 4, vocantur. Ceterum verba Scylacis de Gargano intelligenda esse dubitari nequit. *Iapygia montem Garganum* diserte dicit Servius ad Virg. *Aen.* IX, 247. Nomen autem in Periplo restituendum indicatur eo quod ad borealem Gargani partem fuit urbs *Urium* (Strabo VI, p. 284) sive *Uria* (Plin. III, 17) sive *Hyrium* (Ptolem. III, 1. Dionys. Per. 379), atque *sinus Urias* (Mela II, 4). Fuit etiam altera ejusdem nominis urbs in mediterraneis Iapygiæ, quam Οὐρέων vocat Strabo VI, p. 282, Υψηλαν Herodotus IV, 99. VII, 170 (Cf. Müller. *Min.* p. 99). Illud vero *Hyrium* Iapygiæ terminum esse claris verbis canit Dionysius 379: φύλακ τ' Ἰητύγων τετανυσαένα μέσῳ Υψηλοί Παραλίης, Υψηλού, τόδι σύρεται Ἀδριάς ἀλημη Πόντον εἰς ἄγχυτορον. Jungendam cum hisce urbis sinusque nominibus Υψηλον montem recte jam Mannertus (IX, 2, p. 23) censuit. Ac nescio an vetus nomen etiamnum supersit in *Monte Origone*; sic enim unum ex præcipuis Gargani verticibus, nescio quemnam, nuncupant. Sed hoc utut est, nullus dubito quin ap. Scylacem reponendum sit Υψηλα, quod facillime abiit in Υψηλα, sicut apud Firmicum *Orion* sidus vocatur *Arion* (Ideler, *Ursprung der Sternnamen* p. 219). Quemadmodum enim cum Hyria Bœotiae urbe arctissime junctus erat heros Orion (Οὐρέων Pindar. et Callimach.); sic idem de Iapygiæ urbe statuas probabiliter. Nam præter Cretenses vel insulanos vel Crissæos etiam Bœotos in Iapygiæ migrasse, ac Messapiam a Massapo Bœoto nomen habere tradit Strabo IX, p. 405. Cf. Stephan. Byz. s. v. Μεσσαπίον; Müller. l. l. Porro, ut Orion in Siciliam venit, ibique Zanclo regi portum extruxit ingenique Pelorum promontorium posuit (Hesiod. ap. Diodor. IV, 85): sic similia de Gargano promontorio Bœoti accolæ fabulati fuerint. Haec hactenus. Ceterum de ambitu, quem Iapygiæ Scylax tribuit, cf. Polybius III, 83, 3: ξές (sc. τῆς Ἰαπυγίας) διηγημένης εἰς τρεῖς διοικαστὰς, καὶ τῶν μὲν προσαγορευομένων Δαυνίων, [τῶν δὲ Πευκετῶν], τῶν δὲ Μεσσαπίων. || — τῷ Ἀδρίᾳ] Posit haec verba Niebuhrius interponenda censem, quae § 15 leguntur:

ἐν δὲ τούτῳ τῷ ξύνε... Πευκετεῖς. || — [Πράκλατειον] ceteris est Ἡράκλεια. Similiter § 66 Macedoniae urbs quæ aliis Heraclea, Scylaci Heracleum vocatur. Iapygiae urbs Olymp. 84, 4. 433 condita a Tarentinis, qui Siris oppidi incolas et proprios colonos eo traduxerunt (Diodor. XII, 36, 3; Strabo VI, p. 264) Herodotus (VIII, 62) Sirin adhuc memorat; Heracleas mentionem nusquam initicit. || — [Υδροῦς] Υδρος codex. || — ἐπὶ τῷ τοῦ Ἀδρίου ἢ τῷ τοῦ Ιονίου z. σ. t.] Adriatici maris terminum ad Garganum, ubi Hyria urbs, cum Nostro ponit Dionysius 379, nec non Ptolemaeus III, 1, p. 175, 18 Wilb. Letronnius *Poèmes géogr.* p. 197, nostri loci mentione facta, notat hæc: Cet auteur étend le nom de *mer Adriatique* jusqu'à la côte d'Iapygie. J'ai eu occasion de remarquer ailleurs (*Recherches sur Dicuil.* p. 173 sqq.), que ce nom a été primitivement borné à la partie septentrionale et moyenne, et que le nom de golfe ionien s'étendait plus au nord: Scymnus de Chio (368, ubi vide), qui, dans sa composition poétique, reproduit quelquefois des notions fort anciennes, donne la côte des Ombriens pour limite à l'Adriatique. Je persiste à croire que l'extension de ce nom est due à la fondation de la seconde Adria par Denys. Si le temps et l'espace me le permettaient, je tâcherais d'établir que la description des côtes de l'Italie dans notre Péripole est un résumé des principaux faits géographiques consignés dans les histoires de Théopompe et d'Ephore. » Apud antiquiores scriptores nomen sinus Ionici non modo magis quam postea versus septentriones pertinebat, sed usque ad intimum sinus recessum, adeo ut totus sinus ille pars esset maris Ionii. Sic Hecataeus Istros et Caulicos habittasse refert ἐν τῷ Ιονίῳ κόλπῳ; sic Dionysius A. Rom. I, 28, ubi Hellanici narrationem reddere jure censemur, dicit: ἐπὶ Σπινθῆτι ποταμῷ (ad Padi ostium Spineticum) ἐν τῷ Ιονίῳ κόλπῳ. Adrias sinus his temporibus nonnisi exigua quedam sinus Ionici particula, quæ ad ipsam Adriam urbem fluviumque adjacebat. Nam hoc sensu Hecataeum ap. Steph. : Ἀδρία πόλις καὶ παρ' αὐτῆν κόλπος Ἀδρίας καὶ ποταμὸς δύοις, ὡς Εξαταῖος, intelligendum esse patet ex reliquis Hecataei fragmentis modo allatis, atque inde quod neque Herodotus neque Thueydides norunt sinus Adriaticum. Scylacis vero etate quum nomen hoc jam usque ad Garganum pertineret, nondum tamen distinguebatur inter Ionium et Adriaticum sinus, sed promiscue utroque nomine uti licet; id enim et noster locus probat et disertus etiam § 27, ubi: τὸ δὲ αὐτὸν Ἀδρίας ἐστι καὶ Ιόνιος. Quodsi Bernhardyus ad Dion. p. 548 nihil his inesse putat quod recedat a sententia Strabonis (VII, p. 316. II, p. 123) aliorumque posteriorum, qui Ionium sinus nonnisi meridionalem hujus maris partem vocant, id haud perspicio. — De paraplo Iapygiæ cf. not. ad § 12.

15. ΣΑΥΝΙΤΑΙ. Μετὰ δὲ Ιάπυγας ἀπὸ Θρίωνος Σαυνίται οὗτοι ἔστιν [Ἐν δὲ τούτῳ τῷ θέματι γλώσσαι καὶ στόματα τάχι· Αττέρινοι, Ὀπικοί, Κραμόνες, Βορεοτίνοι, Πευκετεῖς], διήκοντες ἀπὸ τοῦ Τυρσηνικοῦ πιάσίους εἰς τὸν Ἀδρίαν. Ήπειρόλους τῆς Σαυνίταις γαρ ταῖς ἡμερῶν δύο καὶ νυκτός.

16. ΟΜΕΡΙΚΟΙ. Μετὰ δὲ Σαυνίταις ὄνος ἔστιν Ομέρικοι, κατὰ πόλις ἐν αὐτῇ Ἀγκών ἔστι. Τοῦτο δὲ τὸ

15. SAMNITES. Post Iapyges et Orionem montem Samnitarum gens est [In hac gente linguae sive dialecti haec sunt : Laternii, Opici, Cramones, Boreontini, Peucetii], a Tyrrheno mari ad Adriaticum pertingens. Praeter navigatio Samnitis regionis duorum est dierum noctisque.

16. UMBRI. Post Samnites est Umbrorum gens, in eaque Ancona urbs. Haec gens Diomedem colit, bene-

§ 15. Σαυνίται] Δαυνίται, et mox Δαυνύτιδος et § 16 Δαυνίται codex; em. Niebuhrius H. R. I, p. 104. 165. Corripisse haec videtur sciolus qui quoisque patet Iapygia Sylacis haud considerans, ideoque non intelligens Daunios in ea comprehendendi, mutando eos introduxit. — ἐν τούτῳ τῷ έποντι... Ηπειρεῖς] Hec uncis inclusi, quippe quae e margine illata existimo. Nam praterquam quod ejusmodi de barbarorum popolorum dialectis excursus a reliqua Peripli sterilitate abhorret, verba γλῶσσαι η στόματα seri ἀει hominem produnt, quum στόμα vox apud casti oris Graecos eo sensu non usurpetur; scripta sancta, in quibus στόμα de oratione verbisque pronuntiatis interdum intelligendum, nemo vocarit auxilio. Deinde vero intrusa nostra esse hinc quoque colligas, quod post vocem δάντων; codex distinguit pergitque : Ἀπὸ δὲ τοῦ Τυρσ. πελ. τις τ. Νέρ. παράπλους χτλ., qua ratione aliquis ruptam glassemate invadente orationem resarcire voluit. Quod attinet ipsum glossemata, querunt num ad Samnitum regionem referendum, an cum Iapygiæ descriptione jungendum sit. Illud suadet Opicorum mentio, hoc flagitate videntur Peucetii; nam reliqua nomina conjecturarum Indubio relinquentur. Niebuhrius censem locum hue translatum esse ex § 14, ubi post verba τῷ Αἴρια inscrendus sit; enumerari populos Iapygiæ a meridie boream versus; Literios esse Λευτερόντα; Strabon VI, p. 281, qui Leuternios gigantes olim et Phlegra Campaniæ [in qua Linternum] in extremam Iapygiæ partem conquisisse, ibique terra absorptos narrat, unde παράλια illa dicunt Λευτερά [Nomen hoc citat etiam St. Byz. v. Λευτέρα]; pro Ὀπικοῖ scribendum esse Λευτόλοι; de Cramonibus nihil constare [Ad Grumentum urbem Cramones refert Grotendius Zur Geogr. von Alt-Italien fasc. I, p. 48. Trahi huc possit etiam Carbina urbs quam a Tarentinis eversam dicit Clearch. fragm. I, II, p. 306, 9. et Carminianum Calabria urbs in Notit. imp.]; Boreontinov; cum Grownio censem esse Βραχτενόν; [Forma Βραχτενόν; in vet. lapide occurrunt. Grotendius indicari putat Forenti oppidi incolas]; de Peucetii constare. Haec Niebuhrius; cuius rationes violentiores habet Theod. Mommisen (Iscrizioni Messapiche in Annal. dell' istit. di corrisp. arch. 1848, p. 115). Nomina popolorum ad Samniticam regionem pertinere statuit, autoremque in reconsendo a Tyrrheno mari pergere ad Adriaticum; Laterniorum nominis vestigium prabere Linternum seu Linternum Campaniæ, vel Nucerianam Alfaternam; sequi Opicos; deinde ignotos Cramones; Boreontinos græcissato nomine dici Frentanos, uti jam Vossius statuit. Quod Peucetios attinet, quos vulgo

litus a Brundusio ad Barium incoluisse dicunt (Polyb. III, 88. Strabo VI, p. 277), eos vel ultra Garganum usque ad fines Frentanorum habitasse ex ipso Peripli loco colligit; videlicet Graecos antiquiores Ηπειρεῖς sive pinnum terram vocasse totum illum ore tractum qui inde a Leuce promontorio sive extrema Iapygia est usque ad Tifernum fluvium, sicuti meridionalis regio de vitibus nominata sit Oenotria. — A vero propius haec abesse Niebuhrianis persuasum est. Sed quod de Peucetii censem Mommisenius, non credo. Quodsi enim Peucetios usque ad Tifernum pertinere auctor noster statuisset, hucusque etiam protulisset fines Iapygiae, quum Dauni, Peucetii et Iapyges geographicæ et mythologice a Graecis scriptoribus conjungantur. Praefenda Cluveri sententia, ex qua Ηπειρεῖς nostri sunt Ηπειρτεῖς, Ηπειρτῶν seu Ηπειρον. Hi sequuntur post Frentanos boream versus usque ad Umbrorum terram, quam deinceps Periplus recenset. Adjectivum Ηπειρτῶν pro Ηπι. præbet Dionys. Per. 361; nec mirum gentem istam Ηπειρεῖς a Graecis dictam, quum Pinænorum nomen non a pico ave, ut fabula fert, sed a pinacearum silvis vel a πεύκαις derivare recte nunc censeatur. Ante Frentanos sive Boreontinov Periplus habet Κράμονες (Καρχατῶνες?), Ptolemaeus vero III, 1, p. 184 Καρχατῆνος; neutri aliunde noti; sed utroque nomine eosdem indicari puto. Urbs iis Aufidena ap. Ptol. assignatur ad Sarum vel Sagrum fluvium, ut probabiliter Καρχατῆνοι censeantur esse in Σαρχατίνοι mutandi. In Laternios Linterni Campaniæ male quadrant. Subsunt potius Aternii ad Aternum fluvium, uti iam Gaius suspicatus est. Indicavit auctor Vestinorum populum, cuius Aternum caput erat. Certam populorum seriem in hoc glossemata non desidero. — Τυρσηνικοῦ] Sic h. l. codex; in sqq. Τυρρηνικοῦ. — ή μερῶν δύο καὶ νυκτές] Sic recte codex, non vero ἡμερῶν δύο καὶ νυκτῶν, uti est in edit.

§ 16. ἐν αἴτῃ] quasi præcederet η Ομέρικη. Similiter § 17, ἐν αἴτῃ, sc. τῇ Τυρρηνίᾳ, quamquam præcedit Τυρρηνον. Ancona a Dionysio tyranno condita est circa Ol. 98, 4. 385 a. C., quo tempore Adriaticum sinum colonis frequentans maris imperium sibi vindicare instituit (Diodor. XV, 13). Vide Strabon. VI, p. 241, collato Plinio III, 18: Numana a Siculis condita; ab iisdem Ancona. Vanos esse, qui majorem Anconæ antiquitatem asserere studeant, ipso Peripli loco pro testimonio utentes (v. du Theil ad vers. gall. Strabou, tom. II, p. 235), bene monet Letromnius I. l. p. 194. Samnitum regio usque ad oras cubitum, in quo sita Ancona, pertinuisse putanda est. Distat a Gargano Ancona 183 mill. pass. (sec. Plin. III, § 18)

Ἐθνος τιμῆς Διομήδην, εὐεργετηθὲν ὅπ' αὐτοῦ· καὶ οἱερόν
ἔστιν αὐτοῦ. Παράπλους δὲ τῆς Ὀμβρικῆς ἔστιν
ἡμερῶν δύο καὶ νυκτός.

17. ΤΥΡΡΗΝΟΙ. Μετὰ δὲ τὸ Ὀμβρικὸν Τυρρηνόν.
Διήκουσι δὲ καὶ οὗτοι ἀπὸ τοῦ Τυρρηνικοῦ πελάγους
ἔξωθεν εἰς τὸν Ἀδρίαν καὶ πόλις ἐν αὐτῇ Ἑλλήνις [Σπῖνα], καὶ ποταμός· καὶ ἀνάπλους εἰς τὴν πόλιν
κατὰ ποταμὸν ὃς καὶ σταδίων. Καὶ ἔστιν ἐπὶ αὐτῆς
ἀπὸ Πίστης πόλεως ὅδος ἡμερῶν τριῶν.

18. ΚΕΛΤΟΙ. Μετὰ δὲ Τυρρηνοῦς εἰσὶ Κελτοὶ ἔθνος,
ἀπολειφθέντες τῆς στρατείας, ἐπὶ στενῶν μέχρι Ἀδρίου
[διέκυοντες]. Ἐνταῦθα δέ ἔστιν δικαιοσύνης τοῦ Ἀδρίου
κόλπου.

sive 1464 stadiis; quibus respondet § 15 παράπλους
ἡμερῶν δύο καὶ νυκτός (= 1500 stad.). Quodsi vero
eandem longitudinem ora Umbriacē assignat auctor,
aperto erravit, quum ab Ancona ad Spineticum Padi
ostium vix octingenta sint stadia. Scilicet usque ad
Anconam sinus Adriaticus rebus Dionysii patesfactus
erat, multusque in eo describendo fuisse videtur Theo-
pompus, c quo sua habent Diodorus, Justinus et
Scymnus Chius; que vero ad interiorem sinus partem
spectant, etiam tunc vaga admidum plenaque erro-
rum. || — Διομήδην] De Diomedis in Italia culta Gai-
lius laudat Strabon. IV, p. 215; Heynum ad Aen. XI,
excurs. I; Boeckh. Expl. Pindar. p. 463; Raoul-Ro-
chette Etabliſſ. II, p. 306 sqq., Tzschucke ad Melam
II, 7, 5, 13. || — ιερὸν αὐτοῦ] « Cujus Strabo (V,
p. 215) quoque meminit τὸ Τιμαῖον appellans, et Theophrastus H. Pl. IV, 7. » GAIL. At illud fanum apud
Venetos erat ad Timavum fluvium inter Tergesten et
Aquilejam. Scylax igitur aliud intellexerit. Aliud etiam
suerit in Spina urbe, quippe quan Diomedes condi-
disse cerebatur (Plin. III, 20).

§ 17. τὸ Ὀμβρικὸν] sc. Εθνος. Cluverius voluit τὸν
Ὀμβρικὸν, Gaius τὴν Ὀμβρικήν. || — τὸν Ἀδρίαν]
τὸν Δαρψίαν cod.; em. Cluver. Post Δαρψίαν codex addit
voce διήκοντες, quam h. l. abundantem inserui in
§ 18. Ceterum eadem mox perperam repetuntur. || —
ἐν αὐτῇ] V. not. ad § 16. Pro πόλις codd. πόλεις. ||
— Σπῖνα] Sic recte procul dubio supplerunt vv. dd.
Cf. Strabo V, p. 214: « Η Σπῖνα, νῦν μὲν κωμὸν, πά-
λαι δὲ Ἑλλήνις πόλις ἐνδοξός... Φασὶ δὲ καὶ πάλαι ἐπὶ¹
Θαλάσσῃ υπέρειχαι, νῦν δὲ ἔστιν ἐν μεσογαλα τὸ χωρόν
περὶ ἐνενήκοντα τῆς θαλάσσης σταδίους ἀπέχον. Allu-
vione ostia fluvii paullatim prolatā sunt. Cf. Plinius III, 20. Justinus XXI, 1 habet Spinam in Um-
bris (Spinambris codd.). Ostium Padi Spineticum ap. Stephanum s. v. vocatur Σπῖνος ποταμός. Apud Dionys. Hal. I, 28 legitur ἐπὶ Σπινῆτι ποταμῷ. Alterutrum vo-
cabulum nostro loco supplendum erit. Grotendus (Zur Geogr. u. Gesch. v. Alt-Italien fasc. I, p. 49) urbem fluviumque n. l. memoratum esse putat
Adriam; urbem errore Scylacis Graecam vocari; flu-
vium Adriam vero esse Padum, adeo ut Eridanus, quem
paullo post Scylax recenset, ad ignobilem quandam
fluvium referendus sit. || — καὶ ἔστιν ἐπὶ αὐτῇ
ἐπὶ Πίστης καὶ λ.] Pro his in cod. legitur: Καὶ Τυρ-

pius al. eo affecta, et fanum Diomedis habet. Prater-
navigatio autem Umbriacē est duorum dierum et noctis
unius.

17. ΤΥΡΡΗΝΙ. Post Umbrium populum Tyrreni:
pertinent autem hi quoque a mari exteriori Tyrrenio
usque ad Adriaticum; urbsque apud illos Graeca est
[Spina] et [Spines] fluvius, et navigatio adverso flu-
mine ad urbem est viginti fere stadiorum. Ad ean-
dem inde a Pisa urbe iter est trium dierum.

18. ΚΕΛΤΑΙ. Post Tyrrenos autem est Celtarum
gens, qui ibi relieti ab expeditione Celica pertingunt
angusto tractu usque ad Adriam. Est ibi Adriæ re-
cessus intimus.

ρηγία ἔστιν διήκουσα ἀπὸ τῆς ξέωθεν θαλάττης ἔως εἰς τὸν
Ἀδρίαν κόλπον ἀπὸ πόλεων πόλεως· καὶ ἔστιν δύος ἡμε-
ρῶν τριῶν. Retinuerunt haec interpretes, nisi quod pro
corrupis ἀπὸ πόλεων πόλεως Cluverius scribit voluit :
ἀπὸ πόλεως Πίστης μέχρι Σπίνης πόλεως; Gronovius bar-
barum urbem inferserunt : ἀπὸ Ποπλωνίου πόλεως; Clau-
senius parum apte : ἀπὸ πόλεων Ρώμης καὶ Ἀγριῶνος
μέχρι Σπίνης πόλεως; Grotendus conj. : εἰς τὸν Ἀδρια-
τικὸν κόλπον ἐπόνυμον πόλεως, « um dadurch nach-
zuholen, was er vorher zu sagen vergessen hatte, dass Stadt und Fluss gleichnamig mit dem Busen
Adriasis sei. » Ego primum ejicienda putavi verba καὶ Τυρρηνία... κόλπον, utpote ex antece. repetita; deinde
vero revocavi hue et post καὶ ἔστιν inserui verba : ἐπὶ¹
αὐτῇς ἀπὸ Πίστης πόλεως, que § 19 legitur loco inepto,
dum nostro loco antecedentibus junguntur commodissime. Verba δύος ἡμερῶν τριῶν Clausenius ad Tyrreni-
cī litoris longitudinem retulit inepte, quum huic re-
gioni nonnisi brevissima ora pars, que proxime ad
Spinam urbem pertinet, assignari possit.

§ 18. ἀπολειφθέντες] « Celtæ relieti prope Pa-
dum amnem ab expeditione ea, quæ per Italiam pro-
fecta Romam cepit (364 a. U. 390 a. C.). Certum est
antea nusquam pertinuisse Gallos ad mare Adriati-
cum, quum Herodotus eos in extremi Occidentis re-
gionibus habitat tradiderit, II, 33. IV, 49. V. Nie-
buhr. H. Rom. II, p. 577 sqq. CLAUSEN. De iisdem
monuit Ukert. Geogr. I, 2 p. 294, contra, quem que
Gaius protulit p. 221 et p. 554 ex Argonautarum
historia, pondere parent. || — ἐπὶ στενῷ] sc. in per-
angusto tractu qui est inter Spineticum Padi ostium
ataque illud quod Olana vocatur. Maximum fluvii o-
stium (Padua) tanquam ipse Padus sive Eridanus jam
est in Venetorum ditione. Vocem διήκοντες (ex mediterraneis
pertinentes usque ad sinum Adriaticum) ex
§ 17 hic revocavi. || — δικαιοσύνης τοῦ Ἀδρίανου] Le-
tronnius I. l. p. 196: « Les anciens n'ont jamais bien
connu la configuration de cette partie des côtes du
golfe. Il suffit, pour s'en convaincre, de jeter les
yeux sur les cartes de la Méditerranée, dressées par
M. Gosselin, pour représenter les idées de Polybe, de
Strabon et de Ptolémée. On voit que les deux pre-
miers, croyant que la direction générale de la pén-
insule Italique était de l'E. à l'O. ou tout au plus de
l'E. au S. à l'O. N., supposaient que la côte orien-

19. ENETOI. Μετὰ δὲ Κελτούς Ἐνετοί εἰσιν ἔνος, καὶ ποταμὸς Ἡράδηνος ἡ αὐτοῖς. Ἐντεύθεν δὲ παράπλους εἰσὶν ἡμέρας μίση.

20. ISTROI. Μετὰ δὲ Ἐνέτους εἰσὶν Ἰστροί ἔνος, καὶ ποταμὸς Ἰστρός. Οὗτος δὲ ποταμὸς καὶ εἰς τὸν Πόντον ἰκανός ἐνδιστεκευόντως * εἰς Αἴγυπτον. Παράπλους δὲ τῆς Ἰστρινῶν γόρας ἡμέρας καὶ νυκτός.

21. LIBYRNOI. Μετὰ δὲ Ἰστρους Λιθυρνοί εἰσιν ὄντες. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ ὄντι πόλεις εἰσὶ πάρτι Θάλατταν Αἰας, Ἰδασσα, Ἀπενίτης, Δυύρτα, Άλουψιοι,

19. VENETI. Post Celtas Venetorum est gens, apud eosque fluvius Eridanus. Ab eo autem preternavigatio est diei unius.

20. ISTRI. Post Venetos sunt Istri et fluvius Ister. Hic fluvius etiam in Pontum Euxinum delabitur, spectans Aegyptum versus. Praeternavigatio Istrianorum regionis est diei noctisque.

21. LIBURNI. Post Istrou Liburnorum gens est. Ea in gente urbes sunt juxta mare: Lias, Idassa, Attienites, Dyrta, Alupsi, Olsi, Pedetae, Hemioni (*Alos*,

tale formait un coude très-sensible, un peu au sud de l'embouchure du Pô, parce qu'à partir de là ils faisaient courir la côte droit au N. C'est ce *coude* qu'on prenait pour le *μυχός* ou *fond du golfe*. Voilà l'explication géographique du passage de notre Péripole qui met l'Eridan au delà du *μυχός*; c'est ce que ne paraît pas avoir compris Niebuhr (H. R. I, p. 171, 2^e édit.), qui a cru que l'auteur du Péripole portait les embouchures du Pô à l'orient de la mer Adriatique. » Similiter Mannertus tom. VII, p. 374 Eridanum dici putavit non Padum, sed eum fluvium, qui nunc Isonzo votatur in intimum sinus recessum egrediens.

§ 19. Ἐνετοί] sic Paris. cod.; editit. Ἐνετοί. Centrum § 20 codex Ἐνέτους. De hac accentus fluctuatione v. Dindorf. in Thes. v. Ἐνετός. — Ἡ πιθανόν] Quod Padum auctor Eridani nomine introducit, eo vetustatem Peripli coargui putavat Gaiilius. Contra Letronnius I. I. monet quovis tempore Eridani nomen usurpatum esse non a poetis modo, sed etiam a geographis et historicis, v. c. ab Agathemero (II, 10), Appiano (B. C. I, 109), Dione Cassio (XXXVII, 9). Ceterum Scylax non est antiquissimus eorum, qui certuni notumque aliquem fluvium Eridani nomine designarunt, uti contendit Forbiger Geogr. III, p. 50g. Padum esse jam dixerat Pherecydes (fr. 33, c.) ap. German. ad Arat. 264. Cui loco addendum est Hyginus fab. 154, ubi: *Fulmine ietus (Phaethon) in Padum occidit. His amnis a Graecis Eridanus dicitur, quem Pherecydes primus vocavit.* Welekerus in Trilog. p. 569 hanc rem vel ad Hesiudem referre voluit, quod fabula 154 Hygini inscribitur *Phaethon Hesiodi*; quod quidem imbecillum est argumentum. — παράπλους [§ 21] Post haec in cod. leguntur: ἐπ' αὐτής ἀπὸ Πλάτωνος. Quia in § 17 transposui. Mire verba haec interpres torserunt. Cluverius et Vossius conj.: ἐπ' αὐτής ἀπὸ Σπινθης; Gronovius: ἐπ' αὐτής Ἀκουληγε πόλεως, quod omnium absurdissimum est; Gaiilius: ἀπὸ τῆς Σπινθης πόλεως; vel ἐξ αὐτής τῆς πόλεως, ejectis verbis ἀπὸ Σπινθης; vel Σπινθης. Ineptam h. l. esse Spine urbis mentionem monuit Mannert. IX, 1, p. 106. Mira etiam sunt quae Grotendorius l. l. conjectit: ἀπὸ Ιελυρης vel ἀπὸ τῆς Ιελης (pro Ιεωνάρω) πόλεως; intelligi autem vult Adriam urbem. Bene verba omisit Fabricius.

§ 20. Ἰστροί ἔνοντες] codex. Ήνοις Ἰστροί; transpositum Fabricius. — Ινδικαστευόντες] Sic codex. Quid potissimum reponendum sit, dicere non habeo. Vossius conjectit: πανταζόμενος δις Νάθος; κατ' Αἴγυπτον. Quod improphanus Gronovius: « Scylaci, inquit, satis factum dices, si affseram: ἐπὶ Δατα στρηθές; sic enim

scriptum fuit, quum significaretur ἐπὶ Δατα στρηθή, in littera Delta habitu, prout contigit ad Aegyptum. » Bene ad sententiam, non item quoad verba. Alii quid sibi velint illa εἰς Αἴγυπτον eruerunt ex Herodoto II, 34, qui non longe ab ostiis Istrum putat in meridiem cursum vertere, ita ut hinc ducta per Sinopen et Ciliciam linea recta Aegyptum Nilumque tangat. (Similiter aliis Tanais fluvius κατὰ διάμετρον ἀντίτερος τῷ Νελῷ, teste Strabon. X, p. 493.) Quare Scylacis locum Holstenius vertit: *exit fluvius ad Pontum, fronte quasi in Aegyptum conversa.* Graece hanc in sententiam Gaiilius edidit: ἐνδιασποτέων; que vox vereor ne nihil sit. Potuisse: εὐθεστοῦν εἰς, recta spectans versus Aegyptum, vel εὐθεῖα νευεκών, vel [ἐπ'] εὐθεῖας νεύων. Proxime a codicis literis absunt quae Clausenius edidit: ἐν διαταχεῖ ὡς εἰς Αἴγ. Verit in directione adversus Aegyptum. Id vero quomodo Graecis insit, neque Letronnius perspexit I. I. p. 236, neque mihi liquet. Præterea Gaiilius: « Valde pronus forem, inquit, ad imaginem τοῦ Δα in Scylace restituendam, si recentior scriptor esset; nam res est usitata apud geographos posteriores, ut in Danubii exitu plurima ostia et triangularem insulam nomine Πεύκην celebrent (V. Strab. VII, p. 405; Steph. B. v. Πεύκη; Apoll. Rhod. IV, 329 ibiq. schol.; Ptolem. III, 10; Dionys. 302; Plin. IV, c. 12; Avien. Deser. Orb. 440;) Immo his reputari ap. Xenophontem (An. VII, 1 et 5) τὸ Δατα ταλούμενον τῆς Θράκης. Sed quum illud peculiare habeat Herodotus, ut Danubii conversionem ad meridiem diserte expresserit, et similia Scylax coœvus dicere videatur, sese ambo scriptores veterini tuentur. » Aetas Scylacis non amplius impedimento est. Utramque virorum doctorum sententiam conjunctem exprimere licet scribendo: ἐν διαταχῃ εὐθηῇ, vel ἐν διατελεῖ εὐθηῇ (sicut zoētē de alveo fluvii), ὡς εἰς Αἴγυπτον [διακρέποντας σ. στροφῶν σ. νεύων]. Sed vereor ne nugemur. — De Istro in Pontum simul et Adriaticum sinum exente nihil habet Herodotus. Postea vero communis haec opinio erat sere omnium, ut Theopompi, Aristotelis, Timageti, Cleonis, Apollonii Rhodii, Eratosthenis, Scymni Chii, aliorum. Vide diligenter de his exponentem Ubertum Geogr. tom. III, 1, p. 146. Pro Istri ostio Adriatico veteres habuisse fluvium hoc. *Quicquid*, ex Diodor. IV, 56 et Plin. III, 18 probabiliter eruit Mannert. IX, p. 46.

§ 21. Αἰας, Ἰδασσα κατὰ.] Difficile de nominibus his barbaris nec facilibus, ut Plinius ait, est judicium. Liburnia ap. Plinium III, 25 incipit ab Arsia fluvio, cui adjacet urbs cognominis. Idem Liburniae initium quo minus Noster statuerit, nihil refragatur. Hinc justa

⁷Ολσοι, Πεδηται, Ημιονοι. Οὗτοι γυναικοχρωτοῦνται καὶ εἰσὶν αἱ γυναικὲς ἀνδρῶν ἐλευθέρων· μίσγονται δὲ τοῖς ἔντυποι δούλοις καὶ τοῖς πλησιοχώροις ἀνδρόσι. Κατὰ ταύτην τὴν γένους αἵδε νῆσοι εἰσὶν, διὸ ἔχω εἰπεῖν τὰ δύναματα (εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι ἀνάνυμοι πόλλαι·)· ⁷Ιστρις νῆσος σταδίων τί', πλάτος δὲ ρχ'. Ηλεκτρόλες, Μεντορίδες. Αὗται δὲ αἱ νῆσοι εἰσὶ μεγάλαι.

oram proficisci occurrit urbs, quam Artemidorus (ap. St. B. v. Φλάγνων) vocat τὴν Ἀλων (Alvona Plin., Albona hodie); deinde Φλάγνων (nunc Fianona). Illa fortasse latet in voce Λιάξ (sic codex; edit. Λιάς); an Ἀλως? Quamquam hoc tanto incertius dixerim, quum ap. Stephanum pro Ἀλων scribendum mihi videatur Ἀλέον. Quærerit etiam an hoc pertineat Stephanus: Πίλη, Πλλοράς μέρος; οἱ οἰκουμέναι Ιάται. Sin nullum subest civitatis nomen, cum Galio pro ΛΙΑΣ lege ΛΙΔΕ, πόλεις εἰσὶν παρὰ θάλατταν αἵδε. Deinde in ora sequuntur urbes: Ταρσάτικα (Ptol. II, 17, p. 165 et Plin.; nunc Tersat) et Σένια (nunc Segna). Harum memoriam ex Peripli verbis ⁷Ιδασσας Ἀπτενίτης excitat Gronovius, rescribendum putans Δασάτικα, Σενίτης. Recte, ut puto. Holstenius, qui pro Τέλασσα legi voluit Ιάδερα, erravit manifesto, quum Ιάδερα (nunc Zara) in Hyllica sit peninsula, de qua § 22 sermo erit. Post haec in Liburnia sequuntur oppida Λοφίκα (Ptol. et Plinius, qui incolas Lopsoi dicit), Ορτούπολις (sic Plin.; Ορτοπλα Ptol.; Ospela in Geogr. Rav.; nunc Ortoplea ruinata ad Starigrad) et Βεγία sive Veggium (Plin. Ptol.; nunc Vezzo). In periplo autem primum habemus urbem Δυάρτα, de qua aliunde non constat; deinde Ἀλουψοὶ (sic enim cod. Par.; in edd. Ἀλουψοὶ) gentile respondet urbis nomini Λοφίκα; tum pro Ὁλσοι Πεδηται fuisse puto Ὁρτοπλάται vel Ὁλσοπλάται (Ὀλσοπολίται?), incolae Ορτούπολες. (Gaiilius illud Ὁλσοι de Volscorum Italicorum aliqua colonia intelligendum esse suspicatur, alteramque ejusmodi coloniam latere putat in v. Πεδηται, allato Stephano: Πέδαι, πόλις Αὐσονική τὸ θύνινον Πεδενζής. Qua longissime sunt arcessita.) Supersunt in Periplo Ημεροι. Muli isti fuerint sequentis urbis Βεγία incolae, Ηγένοι. Putari etiam possit intelligendos esse quos *Hymanoi*. Plinius dicit, III, 25: *Pars ejus* (gentis Liburnorum) *fuere Mentores, Hymani, Encheleas* (Scyl. § 25) *Buni* (Bulini Scyl. § 22), *et quos Callimachus Peucetas appellat*. At quum apud Nostrum Encheleas praecedant *Manii*, hos potius *Hymanoi* a Plinio dici puto. Apud Scymnum 4οι ⁷Ισμενοι καὶ Μέντορες inter Istriam et Liburniam habitasse feruntur. || — γυναικοχρωτοῦνται etc.] Apud Liburnos uxores communes fuisse, aliaque pertinencia tradit Nicolaus Damascenus fr. 111 (Hist. fragm. tom. III, p. 458). Quæ de his disputat Welckerus in *Æsch. Trilog.* p. 587 nondum persuasit mihi. Ceterum post μίσγονται inseri velim v. καὶ. || — καὶ ἄλλαι... πολλαὶ [Strabo VII, p. 315; αἱ Αἰνυρίδες (νῆσοι) περὶ τετταράκοντα τὸν ἀριθμόν. || — ⁷Ιστρις] εἰστοις codd. Eam intellige insulam, quæ hodie est Cherso, apud veteres appellari solet Ἀλύρος (Ἀλύρος, Absarus var. script.), quod nomen deinde cum Ar-

Tarsatica, Senites, Dyrta, Lupsi, Ortopeletae, Hegini?). Hi reguntur a mulieribus, quæ sunt viorum ingenuorum uxores, coeunt vero (*etiam*) cum servis suis virisque regionis vicinæ. Ante hanc regionem hæ sunt insulae, quarum quidem nomina dicere habeo (nam sunt etiam aliae multæ, quæ erant nomine): Istris insula longitudine stadiorum 310, latitudine stad. 120, Electrides, Mentorides.

gonautarum per Istrum in Adriaticum sinum prefectorum historia conjunctum, abit in Ἀλυρτος (Artemidor. ap. St. B.), *Absyrtis* (Mela), *Absyrtium* (Plin.) et Ἀλυρτίδες (i. e. Apsyrtis et ponte juncta ei insula exigua, quæ nunc Ozora. Strabo III, p. 124). Illud Ἀλυρτίς nomen n. l. pro Εἴστρις reponendum esse censuit Holstenius: nam vertit: *Sunt enim Apsyrtis insula... Electrides, Istria, Mentorides*. Quod violentius est. Huc accedit quod hæc insula ⁷Ιστρος vocatur in Chron. Paschali p. 541 ed. Bonn., ubi Gallus a Constantio interfectus esse narratur ἐν *Ιστρῳ* (ἴων cod. P.) νῆσοι. Quibus verbis nostram insulam significari colligitur ex comparatis Socrate II, 34, et Sozomeno, qui id factum esse ajunt in *Flanona* insula; sic enim h. l. insula vocatur, quod Flanona urbi proxime adjacet. Quanquam putari etiam possit et Peripli auctorem et Chron. Pasch. auctorem Istriam, acten in mare procurrentem, insulam dixisse. V. Meineke ad Scym. p. 133. || — νῆσος σταδίων τοι'] Post νῆσος excidisse v. μῆνος suspicor. Longitudo recte definitur; latitudo nimia est. || — ⁷Ηλεκτρός] Κλείτραι λιτέραι codex. Præter Istrin sive Apsyrtide tres sunt ad oram Liburnicam insulæ maiores: *Curicta* (Plin. et Ptol.) sive *Κυρκατική* (Strabo p. 124. 325), nunc *Veglia* sive *Karek*; *Arba* (Plin.), nunc *Arbe*; *Pamodus* (Tab. Peutinger.), nunc *Pago*, quam Plinius *Portunatam* dicere videtur. Scylax num duas aut tres insulas nominaverit, dubitate licet, siquidem fieri potest, ut illa κλείτραι et λιτέραι ex ditto graphia ejusdem nominis orta sint, monente Galilio. Holstenius scribi jussit: Ηλεκτρόλες, Ιστρα. Quodsi ita scriptum in codice erat, tamen ⁷Ιστρα nihil foret nisi ⁷Ιστρις nomen male repetitum; Electridas vero a Nostro memoratas esse colligas e collato Scymno 372: τὰς μὲν λεγομένας Ἀλυρτίδας Ηλεκτρόλες τε, τὰς δὲ καὶ Αἰνυρίδες. Cf. Plinius III, 30: *Juxta eas Electrides, vanitatis Graeca certissimum documentum; adeo ut quas carum designent haud unquam constititerit*. Vid. etiam Strabo V, p. 215; Aristot. Mir. 82. Initio Electridas ad Eridani ostia finxisse videntur; deinde accuratius de his regionibus edocti transtulerunt ad oram Liburnicam. Intelligenda aut Cyracte aut Arbe Plinius cum parvulis insulis quæ his adspersæ jacent. Mentorides vero esse debent *Pago* hodierna cum proxime adjacentibus. Has præter Scylacem nemo memorat; at Mentores populum novimus ex Hecataeo ap. Steph. s. v., Plinio, Aristot. Mir. 111, ubi Delphius mons esse dicitur μεταξὺ τῆς Μεντορικῆς καὶ τῆς Ιστριανῆς, et Apollonio Rhod. IV, 551, qui quum Hyllum greges defendantem a Mentoribus occisum dicat, Scylax vero Mentorides ins. loco postremo ponat: *jure hinc colligo insulam ad confinia Liburniae et Chersonesi Hyllice sitam fuisse*. ||

Κατερβάτης ποταμός. Παράπλους τῆς Αιδηρνίδος γύρας ἡμερῶν δύο.

22. **ΙΑΛΥΡΙΟΙ.** Μετὰ δὲ Αιδηρνίους εἰσὶν Ἰλλυριοὶ οἵοις, καὶ παροικοῖσιν οἱ Ἰλλυριοὶ παρὰ θάλατταν μέγρη Χανίας τῆς κατὰ Κέρχυραν τὴν Ἀλκινόδοντος. Καὶ πόλις ἐστὶν Ἐλληνὶς ἐνταῦθα, ἢ δύοις Ἡράλεισι, καὶ λιμνῇ. Εἰσὶ δὲ καὶ οἱ λωτοφάγοι καλούμενοι βάρβαροι οὗτοι. Ἱεραστάμαντι, Βουλινοὶ (Τύλλοι)· Βουλινὸν δυοτέρους Τύλλοις. Οὗτοι δέ φασιν Τύλλον τὸν Πραχλέους αὐτὸὺς κατοικίαν εἶσιν δὲ βάρβαροι. Κατοικοῦσι δὲ χερρόνησον διάλγη ἥλασσον τῆς Πελοπονήσου. Ἀπὸ δὲ χερρονήσου παραστόντον * ὄρθρον· ταύτην παροικοῦσι Βουλινοὶ. Βουλινοὶ δὲ εἰσὶν οἵοις Ἰλλυριοῖς. Παράπλους δὲ τῆς Βουλινῶν γύρας ἡμέρας μακρᾶς ἐπὶ Νέστον ποταμὸν.

— **Κατερβάτης]** • Videtur hoc flumen idem esse atque Plinianus *Titius*. Ita sentit Mannert. *Geogr.* VII, p. 286. • **GAIL.** Id vero ferri nequit. Nam Scylacis Liburnia nonnisi usque ad Chersonesum Hyllicam pertinet; Titius vero fluvius, quo apud Plinium Liburnia finitur, a meridie est hujus Chersonesi. Quodsi Catarbates terminus fuit Liburniae et Chersonesi Hylliae, uti videtur, idem est fluvius cum eo quem Tedanium vel Tidianum vocant Plinius et Ptolemaeus; nunc *Kermanja* dicunt. Eo secundum Plinium finiebatur ditio lapydum, qui e mediterraneo imminebant Liburnis. Holstenius vertit: *Juxta est Arbates fluvius, quasi in grecis esset: κατὰ τάπας Λράττις ποταμός.* Quod ut statuerit vir doct., movit haud dubie *Arba* insula apud Pliniuum; verum prope eam nullum mappae fluvium exhibent.

§ 22. **Χανίας]** em. Voss; Χλωνίας codd. — καὶ πόλις ἴνταῦθα κτλ.] Hæc, sicuti complura in hoc segmente, mirum in modum sunt hiulca. Heraclea urbis mentio fort. illata est ex glossa ad verba: φασὶν Τύλον τὸν Πραχλέους αὐτὸὺς κατοικίαν. De urbe haec aliunde non constat, ac probabiliter merum est commentum. || — λωτοφάγοι] Theopompus de his regionibus dixit libro XXI; in quo quum de paluero et conaro, ejusdem cuius lotus Libya est generis arboribus, sermo fuerit (fr. 145): hinc lotophagoi Illyrius dictos suspicor. Cf. Hesychius et Zonaras: Αωτόθεοσκος, ἡ Θράκη ἡ Λίγυπτος. || — Ἱεραστάμαντι ignoti. Præcipua urbs inde a Tedanio fluvio erat Ιάδερα vel *Iaderini* incolæ), quam deinde excipit *Blandona* vel *Blandona*. Prioris certe urbis memoria nostro loco inest. Fort. erat Ιάδερατῆναι. || — Τύλιοι] Ejice vocem natam ex dittographia nominis præcedentis. || — δρυοτέρμονες] Clauſus.; codex 300llos λατ. στρόφοντες; Voss. conj. δρυτέρμονες. Contermini vero ita erant, ut Bulini a meridie essent Hylliae regionis. V. infra. Bulini ap. Dionys. Perieg. 387 vocantur Βουλινοί; ubi Eustathius annotat hæc: Φράτι Βουλινοί, οὐδὲν τις δὲ τοῦ Βουλινοῦ ή Βουλινός. Βουλινὸν etiam Seymnus 401 dicit. Cf. St. Byz.: Βουλίνος, θύνος περὶ Τύλλοις. Λεπτομένος δὲ οὐδὲ θύνος, ἀλλὰ Βουλινὸν πόλιν ζητεῖ, ἡ δὲ θύνος Βουλίνος. || — Τύλιοι] Sic etiam Apollodorus (fr. 119. Fr. Hist. I, p. 451)

Hæ insulae magnæ sunt. Tum fluvius Catarbates. Praeter navigatio Liburnia dierum duorum.

22. **ΙΛΥΡΙΤ.** Post Liburnos sequitur Illyriorum gens, habitantque Illyrii secundum mare usque ad Chaoniam, qua est ex adverso Corcyra, Alcinoi insulae. Estque ibi urbs Graeca, cui nomen Heraclea, cum portu. Sunt ibi etiam lotophagi qui vocant barbari hi: Hierastannæ, Bulini; Bulinorum vicini Hylli. Hi Hyllum Herculis filium sedes ipsis assignasse ferunt; sunt autem barbari, incolentes peninsulam paullo minorem Peloponneso. Post peninsula vero [* *insula*] oræ prætenditur quasi tertia recta; juxta quam accolunt Bulini. Bulini autem sunt gens Illyriorum. Praeter navigatio regionis Bulinorum usque ad flumen Nestum est longi diei unius.

et Scymnus 408, ubi vide. Ap. Dionysium 386 nunc legitur Τύλειων γόνων; sed Eustathius reperit Τύλην (poet. pro Τύλεων); Bernhardyus in Τύλειων jure offendens, leg. proponit Τύλειν γόνων. || — αὐτοὺς κατοικίας;] Alii legerunt αὐτοὺς κατοικίας; hinc codex: αὐτοὺς τοῦ κατοικίας. || — εἰσὶ δὲ βάρβαροι] Scymnus I. 1. : ἐξαρξέρωθναι δὲ τούτους τῷ γρόνῳ τοῖς γόνοις ιστοροῦσι τοῖς τῶν πλησίον. Haud dubie ad Pelasgicam stirpem Hylli pertinent. V. Niebuhr. R. G. I, p. 53; Müller. Dor. I, p. 11. Κελτικὸν θόνος dicit Etym. M. p. 776, 39. || — δλιγφελάστω] Formā similis aliquatenus, sed ambitu cum Peloponneso non compara-ndā Chersonesus Hyllica. || — παραστάντον δρόντων ταύτην] Corrupta. Gronovius conj.: παρὰ τὸν δρόνον ταύτην. Id contra Scylaceum loquendi usum. Holstenius vertit: Post Chersonesum litus directum accolunt Bulini. Ac sane haec oræ pars usque ad Titanium flumen lineam rectam refert, quum reliqua facinata sit et sinuosa. Holstenii sententiam Graece sic exultil Fabricius: παράκτιον δρόντων ταύτην κτλ. At vox παράκτιος nonnisi ap. poetas additio substantivo occurrat. Quum juxta hanc oram insula perlonga et tenuissima quasi tertia porrecta sit, ceterasque insulas majores accurate Seylax recenseat, tentari possit tale quid: δπὸ δὲ Χερρονήσου [Στρατηγοὶ] παρατείνει οὐς ταύτων δρόντων ταύτην κτλ. Sissam ins. petivi et Tah. Peutinger., coll. Mannert. VII, p. 376. Ceterum videant acutiores. || — Βουλίνοι. Βουλίνοι] Semel hanc voc. habent apographs Vatic. et Mon. || — Νέστον ποταμὸν] em. Gail.; Νέστον κόλπον codd. Voces κόλπος et ποταμὸς in codice nostro (in Marciano maxime) sepiissime confunduntur. Νέστον dedi ex præcepto Areddii De acc. p. 79, 20. De re cf. St. Byz.: Νέστος, πόλις καὶ ποταμὸς Ιάδερας, οὐκ Λαριπάδωρος δέ Γεωγραφουμένων. Schol. Apollon. Rh. IV, 1215: Τοὺς Νέστολους Σάβλας ἡγιαν θύνος Ιάδερον. • Απὸ τούτων περιπλόους ζοτίν εἰς τὸν [Μάνιον?] κόλπον. • Καὶ Ἐρετοθήνης ἐν γ' Γεωγραφουμένων ἔχει: Μετὰ Ιάδερος Νέστατοι, καὶ οὐς νῆσος Φάρος, Φάρων (Ι. Παζικόν) ἄποικος. Vides Scylacem ap. schol. Apollon. et populi nomine et verbis ceteris cum Periplo nostro haud ita concinere, ut in genuino opere exspectes. Nestus fluvius esse debet is quem *Titium* vocavit Plinius III, 24

23. ΝΕΣΤΟΙ. Ἀπὸ δὲ Νέστου πλοῦς ἔστι καὶ πώδης. Καλεῖται δὲ Μανίδος ἀπας οὗτος κόλπος. Παράπλους δέ ἔστιν ήμέρας μᾶς. Εἰσὶ δὲ ἐν τούτῳ τῷ κόλπῳ νῆσοι, Πρωτέα, Κρατεια, Ὁλύντα. Αἴσται δὲ ἀπ' ἀλλήλων ἀπέχουσι στάδια β', ἢ διάγραμ πλέον, κατὰ Φάρον καὶ Ἰσσαν. Ἐνταῦθα γάρ ἔστι νέος Φάρος, νῆσος Ἐλληνίς, καὶ Ἰσσα νῆσος, καὶ πόλεις Ἐλλή-

et Florus II, 5; *Titum Ptolemaeum*; nunc *Kerkadictus*. Ne sequentem fluvium, *Tilurum* in Itin. Ant. p. 337, 5 et Tab. Peutinger. (nunc *Czettina*), qui infra Salomon in mare exit, intelligas, obstat quod a Nesto profici-scentes in sinum venire Scylax ait; Tilurus vero fluvius in ipso est sinu. Apollon. Rhod. IV, 336 Colchos ait in Adriam ex Istro devenientes sub Absyrtō duce et illam occupasse insulam in qua postea casus est Absyrtus, et alias vicinas insulas μέστρα Σαλάγχωνος (sive Σαλάγγωνος) ποταμοῦ καὶ Νέστιδος αἰτησ. Quibus verbis eam indicare videtur insularum farraginem, quae pertinet usque ad Titium fluvium. Inde a Catarbate sive Tedanio usque ad Nestum sive Titium stadia sunt fere 700, sive ήμέρας μαρχῆς παράπλους. Comprehenditur in Bulinorum paraplo etiam Chersonesus Hyllica, de qua superstet ut pauca quadam subjungamus. Etenim, si Plinius III, 26 audias, Hylli habitarunt a meridi Titii fluvii ad introitum sinus Manii. *Liburnia*, ait, *finis et initium Delmatiae Scardona in amne eo* (sc. Titio).. *Dein Autariatarum* (sic em. Wesseling.; aut *tariata-rum* cod. Vat.; *Tariatarum* vgo. V. Sillig. ad h. l.) *antiqua regio et castellum Tariona; promontorium Diomedis vel, ut alii, peninsula Hyllis, circuitu CM pass.* *Tragurium*. Is merus est error. Recte quidem cum antiquioribus scriptoribus post Liburniam memorat regionem Hyllicam; sed in eo peccat, quod hanc Liburniam cum senioribus usque ad Titium producit, ideoque Hyllicam peninsulam in eam regionem detrudit, quae non habet peninsulam. Quo animadverso plurimi recentiorum (ut etiamnum Forbiger. Geogr. III, p. 846) Hyllidem peninsulam etiam multo magis meridiem versus removerunt, in eam sc. peninsulam, quae hodie dicitur *di Sabioncello*, et a Scylace in § 23 memoratur. Id a Scylace alienissimum esse bene monet Gaiilius, sed fallitur idem si Apollonii auctoritatem in errorem duxisse credit. Nam Apollonius Rhodius de Hyllorum regione eodem quo Scylax modo statuisse debet. Liquet hoc ex IV, 563 sqq., ubi Argonautæ ex Hyllide terra meridiem versus profecti in Issam, deinde in Coryram Nigram, tum in Meliten insulam venisse dicuntur. Immo peninsula *di Sabioncello* propterea pro Hyllica Chersoneso venditatur, quod præ ceteris verae peninsula formam exhibet. — Quod *Bulinos* at-tinet, Scymnus Chius 404 ita eos commemorat, ut inter Liburnos et Hylos medii habitatse videantur. Cum Scylace consentit Dionysius 385, qui ex ordine recenset Liburnos, Hylos, Bulimenses. Cf. etiam quæ de Mentoribus Liburnis in finibus Hyllorum supra ex Apollonio Rhodio attuli. Ceterum Bulini Scylacis, Apol-lonii Rhodii et Scymni haud diversi stirpe fuerint ab iis qui inter Apolloniem et Ceraunios montes habitabant, dicti vel *Bullini* (Liv. 44, 30) vel *Bylliones* (Strabo 7,

23. *Nesti*. A Nesto autem navigatio est sinuosa. Universus hic sinus vocatur Manius. Præternavigatio ejus est diei unius. Insulae hoc in sinu sunt: Proteras (*Tragyras* ?) Cratiæ, [*Brattia*,] Olynta. Hæ stadia duo (8 vel 12?) vel paullo plus inter se distant, contra Pharum et Issam sitæ. Iste enim est nova Pharus, insula Græca, et Issa insula, in iisque urbes Græcæ.

p. 326) vel *Bulliones* (Cic. Ad div. 13, 42) vel *Buliones* (Plinius 3, 26) vel *Bullenses* (Cic. in Pis. 40), quorum urbs *Bullis* vel *Byllis* (Plin. 3, 13, 4. Steph. B.) ad Aoum fluvium sita erat ea in regione, quam Amantius assignat Scylax. Scilicet quum Illyrica stirps late patens in plurimas gentes esset distincta, suam cuique sedem recte tribuere Ephori et Scylacis temporibus difficillimum erat. Idem prorsus est de Enchelensium regione dissensus. Vide infra.

§ 23. Νέστοι] *Nestoi* codex. Exspectaveris *Nestioi* vel *Nestaios*, uti est apud Scylacem in schol. Apoll., cuius verba paullo supra apposuimus. Nihil tamen mutandum, nisi forte etiam § 27 Ὁρτοι scribi volueris pro Ὁρτοι. || — Μάγιος κόλπος], hodie *golfe de Spalatro*. Manii ex uno Periplo nostro noti; nomen habebant ab emporio. Eosdem Plinius III, 35 *Hymanos* dicere videtur, simul recensens: *Mentores*, *Hymanos* (Ισμένους Scymni 401?), *Encheleos*, *Bunos* (*Bulinos*?). || — παρά πλ. ημέρας μιάς.] Inde a Titio fluvio usque ad Narum fl. ad 850 stadia sunt. Similiter in sequentes dies duos (a Narone ad Buthoam) computanda sunt supra 1600 stadia. || — κόλπων] τόπων codd.; em. Salmasius. || — Προτεράς] Nomen aliunde non notum. Lapieus insulam indicari putat quæ nunc vocatur *Zirona piccola*. Mihi Scylax scripsisse videtur Τραχυράς, atque sic appellasse insulam, ad quam vel in qua Τραχύριον vel Τραχύριον (h. *Trau* s. *Troghie*) oppidum erat, quamque aggere per angusto junxerunt terræ continent. V. Constant. Porphy. De adm. imp. c. 29, p. 138 ed. Bonn.: Τὸ Τετραγρόδιν (sic) μικρὸν ἔστι θάλασσα... ἔχον καὶ τράχηλον ἔως τῆς γῆς στενάτων δικην γεζόρας. Conincit pictura in Tabula Peutingeriana. Strabo II, p. 124 et VII, p. 315, nec non Ptolemaeus II, 15 p. 168 ed. Wilberg. *Tragurium* una cum Issa, Pharo, aliis, inter insulas recensent. Insula ubi ab oppido Tragurio distinguitur, appellatur *Buas*, ut ap. Ammian. XXII, 3. XXVIII, 1, vel *Bavo*, ut ap. Plinius III, 30 (*Contra Tragurium est Bavo*); nunc *Boa*. Cf. Mannert. VII, p. 337, 379. || — Κρατεια] *Cratae* ap. Plin. 1. 1; hodie *Crato* cum inss. adiacentibus. || — Ὁλύντα] *Solentii* Tab. Peutinger. et Itin. Anton. p. 254 ed. Parthey.; *Solenta* Geogr. Rav.; nunc *Solta* vel etiamnum *Olunta*. Ceterum post v. Κρατεια exidisse videtur *Brazza* (h. *Brazza*), quæ quum inter insulas Pharo et Lissa obiacentes sit longe maxima, Scylax eam non neglexerit, scriba vero facile omiserit, præcedente Κρατεια nomine simillimo. || — στάδια β'] Numerus justo minor. Fortasse: στ. γ'. || — Ισσα] nunc *Lissa*. Syracusanorum coloniæ frequen-tata, teste Scymno 424. || — Φάρος νέος νῆσος] Φ. v. μέσος cod. Nunc *Lesina*; slavonice *Huar*. Nova ad-huc urbs erat quo tempore Peripli auctor scriptis;

νίδες άποτε. Ήπιν ἐπὶ τὸν Νάρωνα ποταμὸν παρα-
πλεῖσιν πολλὴ γύρα ἀνήκει σφόδρα εἰς θάλασσαν.
Καὶ νῦν τῆς παραλίας γύρας ἔγγὺς, οὐδόν μα Μελίτη,
καὶ οὐδέ τις νῆσος ἔγγὺς ταῦτης, οὐδόν μα Κέρχυρα η μέ-
σην καὶ ἑτέρην τοῦ ἐν τῶν ἀκρωτηρίων νῆσος αἴτη
τῆς παραλίας γύρας σφόδρα, τῷ δὲ ἑτέρῳ ἀκρωτηρίῳ
ακτήσιε ἐπὶ τὸν Νάρωνα ποταμὸν. Ἀπὸ δὲ τῆς Με-
λίτης ἀπίγει στάδια καὶ τῆς δὲ παραλίας γύρας ἀπέ-
πιστησάμενη.

21. MANIOI. Ἀπὸ δὲ Νίστων ἐστὶν δὲ Νάρων ποτα-
μός· δὲ δὲ εἰσπλους δὲ εἰς τὸν Νάρωνα ἐστὶν οὐ στενός·
εἰσπλεῖ δὲ εἰς αὐτὸν καὶ τριήρες, καὶ πλοιοι εἰς τὸ ἄνω
ἐπιπόριον, ἀπέχοντα πόδα θαλάσσης στάδια π'. Οὗτοι δέ
εἰσιν Ἐλλυριοὶ οὖν Μανιοί. Λίμνη δὲ στὶς τὸ εἶσιν
τοῦ ἐπιπόριου μεγάλη, καὶ ἀνήκει ἡ λίμνη εἰς Αὐτα-
ρίας, οὖν τὸν Ἐλλυρικὸν. Καὶ νῦν ἐν τῇ λίμνῃ
ἴστησι στάδια πρ'. ή δὲ νῆσος αὕτη ἐστὶν εὐγένωργος
σφόδρα. Ἀπὸ δὲ ταῦτης τῆς λίμνης δὲ Νάρων ποταμὸς
ἀπορρινεῖ. Καὶ ἀπὸ τοῦ Νάρωνος ἐπὶ τὸν Ἀρίωνα πο-
ταμὸν ἡμέρας ἐστὶ πλοῦς· ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀρίωνος πο-
ταμοῦ [ἐπὶ τὸν 'Ριζοῦντα ποταμὸν] πλοῦς ἡμέρας

scilicet condita c. Ol. 98, 4. 385 a. C. V. Diodor. XV,
13, 3 : Πάροι... ἔκτισεν νῆσον τὴν ὀνομαζομένην Φάρον,
επιπρέψαντος αὐτοῖς Διονυσίου τοῦ τυράννου· οὗτος γάρ
ἔποικαν ἀποσταλώνεις τὸν Ἀδρίαν οὐ πολλοῖς πρότερον
ἔπειτα, ἔκτισες ἢν τὴν πόλιν τὴν διονυσιανόν Αίτεον.
Cf. Ephorus fr. 150 (Fr. H. I, p. 274); Scymnus
427; Strabo VII, p. 315. Vanas sunt dubitationes
Mannerti VII, p. 381. Apud Diodorum I. l. *Lissum*
intelligunt Illyriæ urbem ad Drilonem situm. Sed vereor
ne pro Αἴτεον scribendum sit Τίσσαν. Idque etiam Nie-
buhrius sensisse videtur, qui (*Kl. Schriften*, I, p. 117)
Ισαμα Διονυσio conditam esse dicit. || — πολλὴ γύρα
καὶ τοῦ.] Hac est peninsula *di Sabioncello*, de qua dixi
supra. || — Κέρχυρα (nunc slavonice *Karkar*) item
Grecam urbem habebat, Cnidiorum coloniam (Scymnus
428; Strabo p. 315; Plinius III, 30), que non re-
centior Scylacis ex eo fuisse putanda est, sed omisit ejus
mentionem vel excusitor vellibrarius. Deducta colonia
esse videtur circa Ol. 50. Cf. Fragm. Hist. IV, p. 396,
13. — Ιξτρίγεια] em. Cluver.; ἑρπετα codd. — τῷ
τῷ τῷ διπ. Ι περὶ τὸ ἀκρωτηρίον codd. || — τῷ. δὲ
τοῦ τοῦ] In his Coreyra cum Pharo confundi videtur
Mannerto (VII, p. 383). At respao hoc Coreyrae
promontorium versus Naronem directum est, quanquam
interposita inter utrumque peninsula. || — στάδια καὶ τοῦ
πλοῦς ἡμέρας ήμισυ, δεσμος καὶ εἰς τὸ ἐμπέριον. Nam tale
quid situs locorum requirit. Fabricius ita locum ador-
navit: ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀρίωνος ποταμοῦ εἰς Βουθόνην καὶ τὸ
ἐμπέριον ὅπλοις ἡμέρας ήμισυ καὶ Κάδμου... Ιερὸν... ἀπω-
θεον τοῦ Ἀρίωνος ποταμοῦ. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀρίωνος ποταμοῦ
Ἐλλυριοὶ οὖν εἰσὶν οἱ Ἐγγύλεις καὶ τοῦ. Que quam nihil
lucis afferentes mutationes sint, silentio præterire licet.
Sed de Clauseño dicam, qui totum locum talem qualem
codex exhibet, tueri instituit: « Rupibus Cadmi et Har-
monie, inquit, vicina est Buthoa; itaque quum modo
rupes illas ut terminum navigationis posuerit, altero jam
loco iis vicino eundem terminum designat. Rupium
mentio peregrinatoris, Buthoa mentio mercatoris gratia
facta est. Posterior navigationis terminus eodem modo,
quo hoc loco (non per μέχρι c. gen., sed per καὶ ἐ-
τεῖον vel καὶ δὲ ταῦτα) significatur § 110. Falsum
est, quod numerum post Βουθόνην ὥ πλοις; excidisse
contendunt interpretes, quum in mentione rupium di-
ctum sit, quantum hæc regio distet ab Arione. Eius-

62. ΜΗΛΙΕΙΣ. Μετὰ δὲ Φωκεῖς εἰσὶ Μηλιεῖς καὶ δοκόπος διηκόπεις. (Ἐν τούτῳ [τῷ] κόλπῳ εἰσὶν οἱ Λιμοδωριεῖς καλούμενοι αἱδεῖς. Ἐρινεός, Βοῖον, Κυ-

sica tempora conflatus est (Strabo IX, p. 403), a Ptolemaeo demum, Antigoni duce, μονίβεστ is instructus, Olymp. 117, 1. 312 a. C. Vid. Diodor. XIX, 77, 4. Ante Gaiilum jungebant τεῖχος θῆρα, ex coequo Dodwellus demonstrare studebat scriptorem nostrum post eversas Thebas vixisse. || — Λοχρῶν δρίνων λευκῶν δρίνων codex; em. Palmerius.

§ 60. Κῦνος, Ὁποῦς] Κυνοσύρος codex; em. Gronovius. Ceterum Opus ante Cynum memoranda erat. || — σ'] Α Larymna ad Alopen linea recta sunt ad 250 stadia, sin anfractus litoris separatis, vel supra 350. || — Λάρυμνα] sc. ἡ ἄνω Λάρυμνα, quae Locridis erat: καὶ γὰρ ἐπέρα ἐστὶν ἐπὶ τῇ θάλασσῃ, ἡ Βοιωτικὴ, ἡ προσέθετη Ρωμαῖοι τὴν ἀνω (Strabo IX, p. 406 extr., ubi v. Groskurd.). Cf. Plinius IV, 12; Pausanias IX, 23, 7; Gell Itin. of Greece p. 117; Ulrichs Reisen in Griechenland I, p. 229 sqq.

§ 61. Θρόνιον, Κνημίς] Debebat: Κνημίς (Κυλμίς; cod.), Θρόνιον. Ac Thronium quidem, quamvis 20 stadia ab ora dissitum, sed portu tamē cum mari junctum, inter maritima loca recenseri poterat; reliquis duobus præmittenda erant verba: ἐν μεσογείᾳ δέ. Ceterum Cnemis, Thronium ceteraque urbes Locrorum Epicnemidiorum in potestatem Phocensium venerant tempore belli sacri. Ejus anno tertio (Ol. 106, 4. 353) Onomarchus Thronium expugnavit incolasque in servitatem abegit (Diodor. XVI, 33, 3); anno sequenti Phayllus reliquias urbes cepit diruitque (Diod. XVI, 30, 3 sqq.). Cf. Ἀschines De fals. leg. p. 45, 33 sqq. Hinc iam Palmerius (Græcia ant. p. 566 sq.) rectissime collegit Periplum nostrum non esse istis temporibus antiquiore. Respondit Sancto-Crucius, vir ἀκριτικότατος (Mém. de l'Acad. t. XLII, p. 366), haud ex Ἀschine documenta sua petivisse Scylacem, posseque Thronii expugnationem ad priora tempora removeri. Attamen belli Peloponnesiaci tempore Thronium non erat Phocensium, sed Locrensum, teste Thucydide II, 26, coll. Diodoro XII, 44, 1: adeo ut his Locride Phocenses petitos esse fingi deberet. Gaiilius vero ut probet verba Scylacis διήκουσι γὰρ οὗτοι εἰς τὴν θάλασσαν τεύχη γενεσίν vestutissimum prodre geographiam, Strabonem assert, qui (IX, p. 416): "Il-

Orchomenus in mediterraneo tractu. Sunt etiam aliæ urbes. Præternavigatio vero Bœotia regionis, a Delio usque ad Locrorum terminos, stadiorum est 250.

60. ΛΟΧΡΟΙ. Post Bœotos sunt Locri. Urbes eorum Eubœæ objectæ sunt: Larymna, Cynos, Opus, Alope; habent vero Locri etiam alias urbes multas. Prætervectio eorum regionis est stadiorum 200.

61. ΦΩΚΕΝΣΕΣ. Locros sequuntur Phocenses: nam hi quoque ad hoc mare pertingunt. Urbes eorum sunt hæ: Thronium, Cnemis, Elatea, Panopeus. Habent quoque alias civitates in mediterraneo tractu. Prætervectio Phocensium regionis est stadiorum ducentorum.

62. ΜΕΛΙΕΝΣΕΣ. Post Phocenses sunt Melienses sì-nusque Meliacus. (Ad hunc sinum sunt qui dicuntur Limodorienses, quorum urbes sunt Erineus, Bœum,

Φωκίς ἔστι, inquit, πρὸς ἀρκτὸν παραβελτιμένη τῇ Βοιωτίᾳ παραπλησίας ἀπὸ θαλάσσης εἰς θάλασσαν, τό γε παλαιόν. Sane quidem priscis temporibus Phocenses ad oram borealem pertinuerunt, Daphnunte ibi urbem possidentes, cuius ditione Locrenses Epicnemidiæ ab Opuntiis dirimabantur (Cf. Plinius IV, 13: *Phocidis in litore unum Daphnus*); deinde vero Daphnunte diruta, hæc regio Locrensum facta est. Sed quid hæc ad Scylacem? qui non hanc modo regionem, ad totam oram, quæ Locrensum fuerat, Phocensibus attribuit.

— Cnemis urbs etiam Plinio vocatur (IV, 12); reliquis Κνημῖσσαις. V. Strabo p. 246; Ptolem. III, 15; Mela II, 3, 6. || — Φωκίων] Φωκάων codex.

§ 62. Λιμοδωριεῖς] Hesychius: Λιμοδωριεῖς οὗτοι ἐλλήνησαν οἱ ἀπὸ Πελοποννήσου, ἀφορίας γαλεπῆς ἐκεῖ γενομένης, ἀποικισθέντες διὰ ταῦτην τὴν αἰτίαν, καὶ κατοικήσαντες περὶ Τρόδου καὶ Κιδῶν. Διδύμος δὲ τοὺς περὶ τὴν Οἴτην (ὑπῆρχεν) κατοικοῦντες οὕτω λέγεσθαι διὰ τὸ λιμάττειν καὶ μοχθήραν ἔχειν ταῦτην [τὴν γῆν]. Priorem nominis explicationem Suidas quoque et Photius s. v. exhibent, quibus additum Plutarchum in Proverb. I, 34 p. 326 ed. Schneidew. et Leutsch. : Λιμοδωριεῖς. Σισιδεῖς ποτὲ γενομένης ἐν Πελοποννήσῳ, ἥρδιά τινα λαζδόντες ἀπῆραν πλανούμενος δὲ αὐτὸς ἀποδημάτως ἡ ἐν Τρόδῳ τρίπολις. Ἐκλύθησαν δὲ διὰ τοῦτο Λιμοδωριεῖς. Severior historia non novit hanc populū denominatio-nem, que comicorum dicteriori vel populari facie-rum studio deberi videtur. Neque in nostro libello mentio earum ab ipso Peripli auctore profecta esse possit existimari. Certe ratione introducuntur incepta, quum tripolis Dorica in mediterraneis pone Malien-ses sita esset, minimeque ad oram maritimam pertineret, id quod ex verbis ἐν τούτῳ [τῷ] κόλπῳ remi-ignari colligere debebant. Clausenius quidem hæc recte habere censem: « Scylax, ait, a Phocensibus ad enarrandum sinum Maliensem pergit, ideoque popu-lum a quo nomen is accepit, commemorat. Tum meminit Doriensium, quorum ditio angusto tractu usque ad hunc sinum excurrevit (Herodot. VIII, 31), quibus descriptis de ipsis dicit Malienibus. Ilorum enim ditionis sunt Thermopylae, Trachis, Οἴτη, Hera-clea et amnis Sperchius. » At Herodoti loco nihil

τίνιον). Ἐνταῦθα Θερμοπύλαι, Τραχίς, Οἴτη, Ἡράκλεια, Σπερχείδος ποταμός. ΜΑΛΙΕΙΣ. Μετὸ δὲ Μηλιεῖς [Μαλιεῖς] ἔνος. Ἐστὶ δὲ Μαλιεῦσιν ἡ πρώτη πόλεις Λάμια, ἐσκάτη δὲ Ἐχῖνος εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις Μαλιεῦσι, μέχρι οὗ δὲ κόλπος ἐπιθίγῃ. Καὶ τῇ

Cytinium.) Illic Thermopylæ, Trachis, OETA, Heraclæa, Sperchius fluvius. MALIENSES. Post Melienses vero sunt [Malienses], primaque Maliensium urbs Lamia, postrema Echinus est. Ceterum alia quoque civitates Maliensibus sunt quoque sinus pertingit. Regioni Maliensium finitimi sunt ex superioribus me-

inest, quo doceamur Dores ad mare pertinuisse. Pendet Clausenius non ex Herodoto, sed ex Müller sententia in Dor. I, p. 40 exposita et in mappa Græcia ab eodem delineata. Nimirum quum apud schol. Pindar. P. I, 121 sex tribuant Doriensibus oppida, Erineus, Cytinium, Bœum, Lilæum, Carphaea et Dryope : Carphaea eandem esse censebat cum Scarpæa, Locrorum Epicnemidiorum urbe maritima, a Thermopylæ stadia 56, a Thronio stadia 80 distante, adeoque recte habere credebat ea quæ in Scylace nunc leguntur. At ipse Müller sententiam retractavit in libello : *Zur Karte des nördlichen Griechenlands* p. 31 sq., ubi Carphaea scholiastas intelligendam esse monet de ea urbe quam Σκάρψην Homerus II. 2, 532 et Stephanus s. v. vocant, Σκάρψην vero Strabo I, p. 60 et IX, p. 426 dicit, posteaque Φάρύγας denominatam esse docet. Hæc enim urbs haud longe dissita a Dorica tetrpoli erat inter OETA et Parnassum montes. Idem Müller ad infringendam nostri loci auctoritatem Ciceronem laudat (De rep. II, 4) : *Extra Peloponnesum ΑΞιανες et Dores et Dolopes soli absunt a mari*. Quod quidem testimonium tanto majoris faciendum est, quum ex Ep. ad Att. VI, 2 liqueat Ciceronem in Geographicis suis præ ceteris secutum esse Dicearchum (v. Fragn. Hist. II, p. 267, 73), virum Scylaceo ævo proximum, quem supra § 44 de re satis recondita cum Periplo nostro composuimus. Denique Phocensium oram, sive veterem Locrorum Epicnemidiorum ditionem, usque ad ipsas Thermopylas pertinuisse etiam inde colligo, quod Nicæa urbs, quæ vix viginti a Thermopylis stadia distat, una cum Thronio ceterisque Locridis urbibus a Phocensibus occupata est, testante Aeschine De fals. leg. § 132, p. 45, 33. || — καὶ οὐδενὸς οὐδενὸς καλούμενοι, καὶ πόλεις αἵδε propositus Vossius, recepit Fabricius, præter necessitatem. || — Ἐρινεός. Κυτινογύρηνος.. τὸ γούνιον codex; em. Vossius. Omisit auctor vel non agnovit quartam urbem, Pindum (Strabo IX, p. 427; Mela, Plinius, schol. Pind. P. I, 121) vel Acypham (Theopomp. ap. St. Byz. s. v.). V. Müller. I. I. || — Τραχίς, Οἴτη, Ἡράκλεια] Inepte OETA mons inter Trachinis et Heraclæa mentionem intruditur. Heraclæa an. 426 a Lacedæmoniis condita, sex tantum stadiis a prisca Trachine dissita. V. Thucyd. III, 92; Scymnus 598; Strabo p. 428; Diodor. XII, 59, 3 minus accurate loquens : Δασεδαμόνιοι τὴν Τραχίνην καλουμένην φυσικαν καὶ μετωνυματαν Ἡράκλειαν. Inde ab hoc tempore Trachis deperisse fere videtur. || — Μηλιεῖς Μαλιεῖς ἔνος, ut patet ex sqq. Ceterum Μηλιεῖς et Μαλιεῖς nonnisi ejusdem nominis formas esse diversas jam Palmerius monuit (v. St. Thes. s. v. Μῆλος). Quod apud Diodorum (XVIII, 11) olim legebatur : Μηλιεῖς δὲ πλὴν Μαλιέων, id non in Μαλιέων, sed in Λαμιέων

mutandum esse recte vidit Eckhel. et Müllerus Dor. I, p. 43 et Z. Karte d. n. Gr. p. 11. Haec nominum confusio quum haud infrequens sit (e. g. ap. Strabon. X, p. 446, ubi v. Cramer.), simulque jure offendat apud Nostrum Melienses a Maliensibus distinguiri, Vossius (not. ad Catull. p. 257, 287), Hudsonus et Müllerus I. I. in Periplo Lamienses Maliensibus substituendos esse censuerunt, suffragante in mappa harum regionum Kieperto. Id vero quantumvis primo adspicu arrideat, haud tamen admittendum est. Nam primum de Lamiensis totius oræ inde a Spercheo fl. usque ad Echinum urbem dominis aliunde non constat ; contra vero Lamienses Alexandri Magni temporibus partem fuisse Maliensium e Diodoro habemus compertum. Eundem rerum statum etiam Philippi annis postremis fuisse cur negemus, causam idoneam non video. Quid, quod vel fabula pro nobis militant. Ita enim Stephanus : Λαμία, πόλις Θεσσαλίας τῶν Μηλιέων, ὡς Πολέμιος (IX, 29). Οἱ μὲν ἀπὸ Λάμου τοῦ Ἡρακλέως φασὶν οἱ δὲ ἀπὸ Λαμίας γυναικός, ἢ ἐξασθλευσε Τραχίνων. Cf. Plutarch. De Pyth. orac. p. 398, C : Λέγεται τὴν πρώτην Σεβούλαν ἐκ τοῦ Θελιώνος παρχενούμενην ὑπὸ τῶν Μουσῶν τραφεῖσαν ἔνιοι δέ φασιν ἐκ Μαλιέων (sic em. Meinekius ad Steph. vulgatam εἰς Μαλιέων) Λαμίας οὖσαν θυγατέρος τῆς Ποσειδώνος. Deinde quod Echinum attinet, Scymnus 602 : Κόλπος δὲ κείται Μαλιανὸς ἐπὶ τῷ μυχῷ, Ἐχῖνος δὲ πόλις ἔστι, τοῦ Σπαρτοῦ κτίσις Ἐχῖνος, καὶ Μαλιέων ἀλλαζει πόλεις ἔπειται Ἀχαιοὶ κτλ. Vides haec cum nostris ad verbum fere concinere. In eadem ora etiam Αλοίς urbs fuisse videtur, ab ea Alo quæ in Achaia Phthiotica erat diversa. Nam Parmeniscus (ap. St. B. v. "Αλος") δύο Ἀλους ίστορεῖ, τὸν μὲν Μαλιανὸν ὑπὸ Ἀχαιλεῶν, τὸν δὲ ὑπὸ Πρωτεισιάλων. Ceterum ad Echinum usque Maliensium ditionem non ante Philippi tempora pertinuisse existimo. Nam uti fabula Echionem, Spartum Thebanum, conditorem urbis celebrat, sic revera urbs in Thebanorum potestate fuit, usquedum a Philippo iis adimeretur (Demosthen. Philipp. III, p. 120, 3 : Οὐχὶ θρησκίων Εχῖνον ἀφένται; sc. Φλιππός). Philippus igitur, ut Naupactum Αἴτοις dedit, sic Echinum Maliensibus attribuerit. — Hujus èstatis geographia quum Periplo delineetur, haud multum curamus si diversa a nostris apud antiquiores scriptores deprehenduntur. Sic Herodotus VII, 193, ait : οὐρανὸν καὶ ἀστατα περικλήσις πᾶσαν τὴν Μηλιάδα γῆν, Τραχίναια πέτραι καλεύμεναι. Πρώτη μὲν νυν πόλις ἔστι ἐπὶ τῷ κόλπῳ λόντι ἀπὸ Ἀχαΐης Ἀντικύρη, παρὸ γῆν ποταμὸς Σπερχείδος ἔνιοι δὲ Αἰγαίων εἰς οὐλασσαν ἐδίδοι. Hæc antiquiore vel certe arctiore vocabuli sensu Μηλίς γῆ dicta sit. Num iisdem finibus circumscripti fuerint Μηλίται οἱ Εὔμπαντες, quorum tres erant partes, Παραλίαι, Ιερῆς (leg. v. Ιερῆς) et Τραχίναι, ut Thucydides III, 92 ait, non discerno. Nam de Irenium vel Irenium urbe Iro vel Ira

Μαλιέων χώρᾳ ἐποικουσίν ἀνωθεν ἀπὸ μεσογείας Αἰγαῖνες, καὶ δι' αὐτῶν ἦτος οἱ Σπερχείος ποταμός.

63. AXAIOI. Ἔξω δὲ τοῦ Μαλιαίου κόλπου εἰσὶν Ἀγαῖοι Φθιώται οὖν εἰσὶ δὲ καὶ ἐν τῷ Παγασητικῷ κόλπῳ ἐπὶ ἀριστερῷ εἰσπλέοντι, ὡς ἐπὶ τῷ θύμισυ τοῦ κόλπου. Ἀχαιῶν πόλεις αὗδε· Ἀντρῶνες, Λάριστα, Μελιταία, Δημήτριον, Θῆβαι εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις Ἀγαῖοις ἐν μεσογείᾳ.

64. ΘΕΤΤΑΛΙΑ. Μετὰ δὲ Ἀγαῖοὺς Θετταλία καθήκει ἐπὶ θάλατταν ἔχη μεσογείας κατὰ στενὸν εἰς τὸν Παγασητικὸν κόλπον στάδιοι λ'. Καὶ εἰσὶ Θετταλίας πόλεις αὗδε ἐπὶ θάλαττῃ· Ἄμφαντιον, Παγασάρι· ἐν δὲ μεσογείᾳ Φερρί, Λάριστα, Φάρσαλος, Κίερον, Η-

diterranei tractus partibus Αἰγαῖας, per eosque Sperchiū amnis labitur.

63. ΑΣΗΠΕΙ. Extra sinum vero Maliacum sunt Achaei Phthiotae, quae gens etiam Pagasetici sinus partem intranti sinistram usque ad medium sinum obtinet. Urbes Achaeorum ha sunt: Antrones, Larissa, Melitta, Cereris fanum, Thebae. Praeter has aliae Achaeis urbes sunt in mediterraneis.

64. ΤΗΕΣΣΑΛΙΑ. Post Achaeos Thessalia est, quae e mediterraneis ad mare sinumque Pagaseticum descendit angusto tractu stadiorum 30. Civitates autem Thessaliae ad mare sunt haec: Amphanaeum, Pagase; mediterranea vero Pheræ, Larissa, Pharsalus, Cierum,

Steph. v. Ήρα et Ήρος; Lycoph. 903: οἱ δὲ Ἐγγίνον, οἱ δὲ Τίταρον, Ήρον τε καὶ Τρηχίνα), nou magis constat quam de Αἴγανεστ Maliensium urbe (Lycophron. l. l., Tzetzes ibid., Hecataeus, Rhianus ap. St. B. s. v.) et de Κολαζεῖ, quam Thessali Maliensibus eripuisse dicuntur (Theopomp. f. 188). De his plura dederit Kriech. De Maliensibus diss. Francof. ad M. 1833, quo libro uti non licet. Jam ut ad Periplum reverterat, Gaiilius et Fabricius per totum hoc segmen ubique scripserunt ille Μαλιέται, hic Μηλιέται. Scilicet censem Gaiilius omnia que usque ad Sperchium fluv. nominantur, pertinere ad Limodorienses, et hinc denique incipere descriptionem Maliensium. Quare Fabricius etiam h. l. scriptis: Μετὰ δὲ [τούτους, sc. τοὺς Αιγαῖορεις] Μηλιέται οὖν. At mira emendandi ratio est, que ut pravam opinionem expellat, non modo mutat scripturam codicis, sed multa majorem etiam errorem geographo nostro affingit. Superior critica præfracte jubet, ut auctorem Peripli inter Melienses et Malienses distinxisse statuimus, sicuti distinxit inter Syrmatas et Sauromatas. Improbare hoc, at non tollere licet. || — Αἴγινες] De sedibus eorum v. Strabo p. 441; Müller. Dor. I, p. 44 et Zur Karte d. n. Gr. p. 16.

§. 63. Ἔξω καὶ λ.] Codex ita habet: οἱ Σπερχείος ποταμὸς ἔξω τοῦ Μαλιαίου κόλπου. Ἀγαῖοι. Εἰσὶ δὲ Ἀγαῖοι, καὶ λ. Quæmutavi præcunte Gronovio. Nam illud εἴποι καὶ λ., aptam explicationem non admittit. Clause-nius ita: « Lamie ditionem suis non plane exiguum, sed pertinuisse usque ad sinum eo probatur, quod Lamiacum sapientum cum sinum appellat Pausanias (I, 4, 3. VII, 15, 2. X, 1, 2), quem tamen in media terra sit sit Lamia quinquaginta ferme stadia ab eo distans. Sed quod ditio Lamiacum sinum tangebat, vindicabant hi Meliaco cognomen tum Maliaci tum Lamiaci, quod similime sonabat, proprie fortasse ita appellantes partem ejus borealem, in cuius ora Phalara et Echinus jacebant: ex qua re id interpretor, quod extra sinum Maliacum effluere Sperchium dicunt Scylax, quem in sinum Meliaceum effluere nemo possit negare. » Infelicius etiam Gaiilius putavit scribendum esse: εἴσω τοῦ κόλπου M., quod significare posse finxit: exit in intimam partem Maliacum sinū. || — Μαλιάταιον] Haec adjetivī forma alibi, quantum scio, non occurrit. Vulgo Μαλιάταιος, uti constat. Μαλιέων Gaiilius, Μηλιέων Fabricius. || — καὶ ἐν τῷ] καὶ omittit apogr. Vatican.

Dein Παγασητικῷ codex. || — ὡς ἐπὶ τὸ θύμισυ], sc. usque ad Pyrrhum promontorium paullo supra Thebas situm, uti Strabo IX, p. 435 docet. V. Müller. Zur Karte d. n. Gr. p. 10. || — Ἀντρῶνες] Ἀλιτρότες codex; em. Palmerius optime. Vulgo urbs Ἀντρῶν (nisi quod Antronia ap. Melam II, 3, 4), sed pluraliter etiam dici docet Strabo IX, p. 432: πλέων Ἀντρῶνος, η νῦν πληθυντικῶς λέγεται. Vossius conjectat Ἀλιτρότες; Gaiilius παλιντρόπες, retro cundo, ineptum in Scylace vocabulum, quod ineptius etiam conjector explicat; Fabricius legit Ἀλιτροπες, ejusmodi nominis locum aliquem extitisse putans. || — Λάρισα] Haec Larissa Cremaste, urbs mediterranea, ante Antrones memoranda erat; sepius sic ordinem geographicum negligi multis docemur exemplis. || — Μελιάταιον] Meliatisēs codex; em. Palmer. V. Thucyd. IV, 78; Strabo IX, p. 432, 434; Plinius IV, 16; Ptolemaeus II, 12, p. 226, 12; Polybius V, 97, 5; Diodor. XVIII, 15. De formis Meliatisēt et Meliatisēta cf. St. Thesaur. s. v. || — Δημητρίον] Strabo IX, p. 435: Τὸ δὲ Δημήτριον Δημητρὸς εἴρηκε τέμενος, οἱ Homerus Il. 2, 695), καὶ ἐκάλετο Ηὔραστον. Υἱὸς δὲ πόλις εὐλίκενος ή Πύραστος ἐν δυσὶ στάδιοι ἔχουσα Δημητρὸς θόλος καὶ ιερὸν ἅγιον, δέγουσα Θηρῶν στάδιους εἶναι. Υπέρεινται δὲ Ηὔραστοι θῆραι. Cf. Leake N. Gr. IV, p. 358 sqq. || — Θήραι] θῆραι codex.

§ 64. Λαρισαῖον] Sic codex; Λαρισαῖον apogr. Vaticanus V. Steph. Byz.: Λαρισαῖα, πόλις Δωρικῆς Επαταῖος ἐν αἱ Γενεαλογίαιν. Θέροποτος Λαρισαῖα ταν αὐτῇ καλεῖ ἐν ε' Φιλιππικῶν. Εἳσται καὶ χωρὸς Θεσσαλίας ὡσεύτως. Müllerus Dor. I, p. 38, eumque secutus Meinekius ad St. Byz. Thessalicam urbem a Dorica non esse diversam censem. Nimirum suspicatur Müllerus Amphiaream in ea tetrapoleos Doricae parte sitiāt fuisse, quæ mare versus tendebat, adeo ut a nonnullis urbs etiam Thessaliam adscribi potuisse. Hac falsa esse nostro docemur loco, cum quo conferri velim Euripidem in Herc. sur. 392 p. 542 ed. Didot, ubi Cycnum, quem Hercules interfecit, poeta dicit Ἀργαναῖον οἰκητορα. Jam vero quum Cyenus ad Itonum in Thessalia Phthiotica interfectus sit (Apollodor. II, 7, 7), vir dubium est quin Ampharæ illa Euripiðis in eadem regione collocanda sit. Aliunde de hac urbe non constat. || — Κίερον] Ιερὸν codex; emendavi e Strabone IX, p. 435, ubi Κίερος, præcunte Müllerus

λιναῖον, Σχοτοῦσα, Κρανών. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις Θετταλῶν ἐν μεσογείᾳ. Ἡ δὲ Θετταλία παρήκειν ἐν μεσογείῳ ὑπέρ Αἰγαίων καὶ Δολόπων καὶ Μαλιέων καὶ Ἀχαιῶν καὶ Μαγνήτων μέχρι Τευτῶν. Τοῦ δὲ Παγασητικοῦ κόλπου μήκος ἔστιν ἀπὸ στόματος εἰς τὸν μυχὸν Παγασῶν πλοῦς προαριστίδιος. Τὸ δὲ στόμα αὐτοῦ ἔστιν στάδια εόντα. Ἐν δὲ τῷ Παγασητικῷ κόλπῳ ἔστιν νῆσος Κικύνθος καὶ πόλις.

65. ΜΑΓΝΗΤΕΣ. Ἐθνος ἔστιν Μαγνήτων παρὰ θάλατταν, καὶ πόλεις αὗτες Ἰωλαῖς, Μεθώνῃ, Κοραχαῖ, Σπάλαυθρα, Ὀλίζων, Ἰσαι λιμένι. Ἐξω δὲ τοῦ κόλπου Παγασητικοῦ Μελίθοις, Ρίζοῖς, Εὔρυμεναῖ, Μύραι. Ἐν μεσογείῳ δὲ ἐποικουσίν ἔθνος Περσικοῖς, Ἐλληνες. Μέχρι ἐνταῦθα ἔστιν ἀπὸ Αὐθρακίας συνεχής ἡ Ἐλλάς· ἐπιεικῶς δὲ καὶ [ἥ] ἐπὶ οὐλάττῃ πᾶσα [ἐν] Ἐλλάδι δυοῖς ἔστι.

(*Zur Karte d. n. Gr. p. 37. 21*), qui Κιέριον scribi voluit ex Stephano : Ἀρνη... πόλις Θεσσαλίας, ἡ Κιέριον καλεῖται. Nunc ibi *Matarangu* vicus. V. Leake *Transactions of the Royal Society* 1827. vol. I, p. 154 et *North. Gr. IV*, p. 498. || — *Πελαγαῖον*] Πελαγαῖον apogr. Vatican; hoc si codex Parisinus haberet, scribere liceret Πελαγαῖον, quod in nummis occurrit (Eckhel. D. N. vol. II, p. 146); scriptores aut Πελαγαῖον dicunt (Pindar. P. X, 4; Strabo IX, p. 437; Arrian. Anab. I, 7; Livius XXXVI, 10) aut Πελανῖον (St. Byz. s. v.; Plinius IV, 15). V. Leake IV, p. 288. || — *Κρανών*] Κράνων codex; em. Vossius. || — *Κικύνηθος*] Κικύνθος codex; em. Voss. e Strabon. IX, p. 936.

§ 65. ἔθνος ἔστιν] ἔθνος δὲ apogr. Vatican. Pro more auctor dixerit: Μετὰ δὲ Θετταλίαν ἔθνος ἔστιν τολ. || — *Μεθώνη*] Μοθώνη codex; em. Vossius. V. Thucyd. VI, 7; Strabo IX, p. 436; Plinius IV, 16; Steph. v. Μεθώνη. || — *Κοραχαῖ*] Κόραχαι codex; urbs aliunde non nota. || — *Σπάλαυθρα*] Sic codex; Plinius IV, 16; *Spalathra*. Stephanus: Σπαλέθρη, πόλις Θεσσαλίας. Ἐλλάνικος δὲ Σπάλαυθραν (*Σπάλαθρον* cod. Vossianus) αὐτήν φησι τὸ θύνικὸν Σπαλαθραῖος. Ni fallo, urbis hujus mentio fit apud Lycophron. 899, ubi Teuthredonus filius Prothous, qui Magnetum dux in Iliade est, ὁ ἐκ Πελασθρῶν (*Σπαλαθρῶν?*) vocatur. Müllerus *Zur Karte des n. Gr. p. 9 Πελασθρα* Lycophonis Magnetum dialecto idem fuisse censem, quod vulgo dicitur Πελεθρόνιον ad Pelium montem (V. Virgil. Geogr. III, 115, ibique Servius et Philargyrius; Plinius VII, 57; Hygin. fab. 274; Strabo VII, p. 299; Steph. Byz. s. v. || — *Ισαι λιμὴν*] Sic codex. Lege Ὀλίζων καὶ λιμὴν, ut Salmasius. Vossius, quem sequuntur Gail., Clausenius et Fabricius. « Fortasse leg. Ἰπνοὶ λιμὴν, de quo v. Herodot. VII, 188 et Strabo IX, p. 443. Sed tamen nihil definio. » PALMERIUS. « Ἰπνοὺς ille ponit manifeste istic in Pelio, quod non pertinuit ad sinum Pagaseum. Sed notissimum in eodem sinu fuit portus Ἀρέται, de quo idem Herodotus VII, 193 et ample Stephanus Byzantius. Inde priores literæ forsitan exciderunt. » GRONOVII, qui certe regionem ubi urbs sita esse debeat, recte indicavit. Nam nomen

Pelinnaeum, Scotussa, Crannon. Sed etiam alias Thessali civitates mediterraneas habent. Thessalia vero in mediterraneo tractu extenditur supra Αἴνιαν et Dolopes et Malienses et Achaeos et Magnetas usque ad Tempe. Sinus autem Pagasetici longitudo, ab ore usque ad intimum recessum, est navigationis antemeridianæ. Os ejus patet stadiis quinque. In sinu Pagasetico est insula Cicynthus cum urbe.

65. MAGNETES. Deinceps Magnetum gens ad mare habitat, urbesque in ea sunt ha: Ioleus, Methone, Coracæ, Spalauthra, Olizon, Tisæ portus. Extra simum Pagaseticum: Melibea, Rhizus, Eurymenæ, Myræ. In mediterraneo finitimi accolunt Perrhaebi, natio Graeca. Ad haec usque inde ab Acarnania Graecia est continua. [*Nonnulli tamen Magnesiae oram eximunt*]. Quanquam probabiliter etiam totus hic Magnesiae litoralis tractus Graecia accensendus est.

proprium in *Ισαι* voce latere, supraducta linea rubra librarius indicavit. Apollonius vero Rhodus Argonautas dicit e portu (quem vulgo Aphetas dicunt) solventes, Τισαῖην δολιχὴν ἀρχὴν prætervectos esse. Ad hujus montis radices septentrionales Olizonem urbem collat Leakius IV, p. 384; ego autem ad eundem montem etiam Τίσας portum sicut fuisse, eumque in Periplo nostro reponendum duco. || — *Πιζοῦς*] Cf. Strabo IX, p. 436. 443; Stephanus s. v. Situs loci incertus. || — *Εύρυμεναι*] *Ἐρυμέναι* codex; em. Vossius. V. Stephan. v. *Εύρυμεναι*; Plinius IV, 20; Livius XXXIX, 25; Apollon. Rhod. I, 597; Strabo IX, p. 443. || — *Μύραι*] Puto ex similitudine vocis præcedentis id vocabulum in textum irrepsisse. » Vossius. Inclusit nomen Gaius. Certe aliunde non nota urbs est. Μύλαι, Thessalicae urbs, quam Stephanus memorat, hoc non pertinet; nam ex Livio XLII, 54 constat eam fuisse in Hestiaiotide at Titarum montem. Ἀρχοντικὸν urbem Magnesia ad Boebedim lacum ne huc traham, ordo geographicus vetat. Perrhaebos *Grecos*, Scylax dicit eam populi hujus Pelasgici partem qua a Doribus Aeolibusque non expulsa, cum iisque in unius populi compaginem quodammodo erat conflata; Graecos eatenus dicere licebat, quatenus foderis Amphictyonici sive τοῦ κοινοῦ τῶν Ἐλλήνων συνεδρίου erant socii. || — καὶ ἡ ἐπὶ θαλάττῃ (vel ἡ ἐπιθαλασσαί) πᾶσα ἐν Ἐλλάδι δυοῖς ἔστιν] Codex: καὶ ἐπὶ θαλάττῃ (sic) πᾶσα Ἐλλάδι δυοῖς ἔστι. Possit etiam: πᾶσα Ἐλλάδι δυοῖς τι ἔστι vel δυοῖσι τοῖς ἔστι vel simile quid. Gaius et sequentes editores scripserunt: καὶ ἐπὶ θαλάτταν πᾶσαν Ἐλλάδι δυοῖς ἔστι, qua vel grammaticae male habent. Verit Clausenius: *juxta mariam vero omnia Graecia plerunque similitudo est.* » Eodem modo Gaius interpretatur: « *Hic desinit Graecia non interrupta, qua ab Ambracia incipiebat; sed haud immerito dicas omne fere litus pro Graecia usque haberi posse. Scilicet nunc agitur de tot Graecorum coloniis.* » Ultero haec se sententia offert, fateor; attamen aliud voluisse auctorem, idque excerptorem vel obscurius extulisse vel parum assecutum esse probat Dionysius (An. 31 sqq.), quem saepius jam cum Nostris contulimus. Ait ille v. 32: *Ἡ δὲ Ἐλλάς ἀπὸ τῆς*

66. ΜΑΚΕΔΟΝΙΑ. Άπό δὲ Πηγειοῦ ποταμοῦ Μακεδόνες εἰσὶ ἔθνος, καὶ κόλπος Θερμαῖος. Πρώτη πόλις Μακεδονίχις Ἰπράκλειον· Διον, Πύδνα πόλις Ἐλληνίς, Μεθύνη πόλις Ἐλληνίς καὶ Ἀλιάχμων ποταμὸς, Ἀλωρὸς πόλις καὶ ποταμὸς Λυδίας, Πέλλα πόλις καὶ βασιλείου ἐν αὐτῇ καὶ ἀνάπλους εἰς αὐτὴν ἀνὰ τὸν Λυδίαν. Ἀξιος ποταμὸς, Ἐγέδωρος ποταμὸς, Θέρη πόλις, Αἴνεια Ἐλληνίς, Παλλήνη ἄκρα μακρὰ εἰς τὸ πέλλιχος ἀνατείνουσα, καὶ πόλεις αἱδεῖς ἐν τῇ Παλλήνῃ Ἐλληνίδες. Ποτίσαις ἐν τῷ μέσῳ τὸν ισθμὸν ἐμφράττουσα, Μένδη, Ἀρυτίς, Θραμβῆς,

66. MACEDONIA. Post Peneum fluvium Macedonum gens est, et sinus Thermaeus. Prima Macedonia urbs est Heraclium; deinde Dium, Pydna civitas Graeca, Methone urbs Graeca, et Haliacmon fluvius, Alorus urbs et fluvius Lydias, Pella urbs et regia in ea, navigaturque in eam per Lydiam; tum Axios fluvius, Echedorus fluvius, Therma urbs, Aenea civitas Graeca, Pallene promontorium longe in mare prominens et Graecæ in Pallene civitates haec: Potidea isthmum in medio obstruens, Mende, Aphytis, Thrambeis, Seione, Canastræum sacrum Pallenes promontorium. Extra

Ἄλωραίς εἶναι δοκεῖ μάλιστα συνεχῆς τὸ πέρας αὐτῆς δ' ἔργχεται ἐπὶ τὸν ποταμὸν Πηγειὸν, ὡς Φιλέας γράφει, δρος τε Μαγνήτων Ομόληγεκλαμένον (Cf. Scyl. §33). Τινὲς δὲ τὴν Μαγνησίαν τῇ Ἐλλάδος λέγουσιν εἶναι, τὸν δὲ Φιλέαν ἀγνοεῖ ἀπογωρίσαντα, τοῦτο δ' εἶναι συμφάντης τοῖς φιλομαθεῖν μάλιστα φιλοτιμουμένοις. Ex his nostra explicanda esse ipse etiam Gailius in not. ad Dionys. intellexit (tom. II, p. 149 et 200), ubi modo apposita sententiam retractat. Igitur dicere Noster debet Graeciam pertinere usque ad Homolén montem, vel, ut supra Scylax dixit, usque ad adjacentem montem urbem Hornolium. Nonnullos tamen excludere litoralem Magnesiac tractum. Sed probabilius hanc quoque oram universam Helladi accensendam esse. Ceterum mira hac sententia. Cf. fr. Phileæ et Dicæarchi.

§67. [Ηράκλειον] *Heracleum* etiam Livius XLIV, 8; *Heraclea* Plinius IV, 17. Sita urbs ad Aspilæ fl. ostium, nunc *Platamona*. || — [Πόδνα] Urbem rebellem subegit, non tamen diruit Philippus Olymp. 105, 3. 358. Paullo post Potidaea capta. || — Μεθύνη Ἐλληνίς] Ab Eretriis condita sec. Plutarch. Qu. gr. c. 11; a Philippo solo aquata Ol. 106, 4. 353; postea fortasse restaurata, quum inter Macedoniae urbes nominetur ap. Strabon. VII, p. 330. Nunc ibi *Eleutherio-Khori*. V. Leake N. Gr. III, p. 435. || — Ἀλωρὸς] Lydias codex. Cf. Strabo VII, p. 303; Mela II, 3, 1; Plinius IV, 17; St. Byz. s. v. Nunc *Paleokhora* prope *Kapsokhori* sec. Leake I. I. || — Λυδίας] Lydias (iod. Karasmak vel Mauronero) sec. Herodotum VII, 127 in Haliacmonem (iod. *Vistriza*) incidit. Non ita statuisse videtur Scylax, qui fluvios in alios se fluvios effundentes nunquam minorat. Nunc Lydias cum Haliacmone non congrederitur, sed ostium ejus confunditur cum ostio Axii fluvii. Quare Herodotus Axium cum Haliacmone confudisse censemur (V. Forbiger. Geogr. III, p. 1055): idque probabile sane est. Quamquam, quum terram ad ostia horum fluminum agrestam esse constet, regioque paludosa, ideoque alveorum mutatio perfacilis fuerit, lubricum etiam de his rebus est judicium. Ceterum quæ apud Strabon. VII, fr. 20 de Haliacmone leguntur, aperte falsa sunt, nisi forte duos Haliacmones cum Passovio (Ind. schol. univers. Vratisl. 1824) distinguendos esse putes. Vid. Cousinéry *Voyage en Macédoine* I, p. 62; Leake N. Gr. III, p. 270; Tafel De via Egnatia p. 51. 57. || — Πέλλα [πόλις] πολάγιας codex; em. Salmasius. Cf. Strabo VII, fr. 20 p. 277

ed. Didot: «Ο δὲ Λουδίας (sic unius Strabo) εἰς Ηλείαν ἀνάπλουν ἔχων στάδιαν ἕκατὸν καὶ εἰκοσι. Vossius conjectit πόλις Αίγαλη, ad quam nullus est ἀνάπλους. || — βασιλείον] » Hoc respicit ad statuētum Philippo posteriore, quum ab illo βασιλείον Pella facta fuerit. » GAIL. || — Ἐγέδωρος] Δῶρος codex; em. Vossius. V. Herodot. VII, 124 (ubi plurimi codd. Χειθωρος, pauci Ἐγέδωρος); Ptolemaeus III, 13; Etym. M. s. v.; Apollodor. II, 5, 11. Nunc *Gallico*. Leake III, p. 439. Cousinéry I, p. 38. || — Θέρυτη], a Cassandra Thessalonica denominata, uti constat. || — Αἴνεια] ἄντις apogr. Vatican. Cf. Scymnus 628. Urbem ab Aenea ibi mortuo nomine nactam dicit Theon ap. Steph. Byz. v. Αἴνεια. Mannertus VII, 466 a Corinthiis conditam dicens, laudato Scymno I. I., quæ de Potidaea Scymnus habet, ad Αἴνιαν transtulit. || — Ηράκλεια] Urbs solo aquata, agerque Olynthi datus Olymp. 105, 4. 357. V. Demosthen. p. 7. 19. 70. 656; Diodor. XVI, 8, 4; Strabo VII, fr. 25. || — Μένδη] Μένδη codex; em. Höschelius. Μένδη etiam Herodot. VII, 123, Thucyd. IV, 7, Diodor. XII, 72, Strabo VII, fr. 27; Stephan. s. v.; Μένδης Apollodor. ap. St. Byz. I. I., Livius XXXI, 45; Μένδης ap. Pausan. V, 10, 27, et Plin. IV, 27. Sita urbs in ora occidentali Pallenes, hanc longa a prom. Posidio. V. Leake III, p. 156. || — Αρύτης] Αρύτης codex; em. Höschel. Sic etiam Herodot.; Thucyd. I, 64; Strabo VII, fr. 27; Pausan. III, 18, 3; Plutarch. Lys. 20; St. Byz.: Αρύτη η Αρύτης η Αρύτος. Cf. Eckhel. D. N. I, 2 p. 68. Nunc *Athyto* sec. Leake III, p. 156. Quod si recte habet, Aphytis ante Mendam nominanda erat, sicuti mox etiam Scione ante Trambum ponenda fuisse videtur. Alii Aphytin in ora orientali Pallenes collocant, quod item a serie nominum, quam Periplus habet, discrepat. || — Θραμβῆς] Θράμβος legi voluit Vossius e Stephano: Θράμβος, ἀκρωτήριον Μακεδονίας τὸ ποταμὸν Θράμβοτος. Lycophron. 1405: Θράμβουσιον δέραν. Herodotus VII, 123 Θράμβοι urbe Pallenes memorat. Nostro quoque loco eadem urbs intelligenda videatur, quamquam fieri etiam potest, ut Θραμβῆς ἀκρα sit supplendum. Leakius, Forbigerus et Kiepertus urbem collocant ad Canastræum promontorium; quod quum in sequentibus ipse etiam Scylax commemoret, interposita Scione urbe, admitti haec sententia vix potest. Immo ordo geographicus postulat ut Thrambus occidentale sit Pallenes promontorium, idemque quod a templo Neptuni, ut videtur, Thucydiades IV, 129 Πο-

Σκιώνη, Κανάστραιον τῆς Παλλήνης ἵερὸν ἀκρωτήριον. Ἐξω δὲ τοῦ ἴσθμου πόλεις αἱδεῖ. Ὁλυνθος Ἐλληνίς, Μηγύσερνα Ἐλληνίς, Σερμυλία Ἐλληνίς καὶ κόλπος Σερμυλικός, Τορώνη πόλις Ἐλληνίς καὶ λιμήν, Δίον Ἐλληνίς, Θυσσός Ἐλληνίς, Κλεωνατέλης Ἐλληνίς, Ἀθως ὄρος, Ἀκρόθων Ἐλληνίς, Χαραδρός Ἐλληνίς, Ὄλοφυξός Ἐλληνίς, Ἀκανθός Ἐλληνίς, Ἀλαπτα Ἐλληνίς, Ἀρέθουσα Ἐλληνίς, Βολέθη λίμνη, Ἀπολλωνία Ἐλληνίς. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι Μακεδονίας ἐν μεσογείᾳ πολλαῖ. Ἐστι δὲ κολπώδης παράπλους δὲ περὶ τοὺς κόλπους δύο ἡμερῶν. Μετὰ δὲ Μακεδο-

σειδῶνιον, Livius XLIV, 11 *Posidium*, recentiores *Posidhi* vel *Cassandra* vocant. || — Κανάστραιον] Sic codex; quod non mutavi in Κανάστραιον. Vid. Stephan. s. v. Κανάστραιον ibiq. Meineke; Steph. Thesaur. s. v. Frequens hujus prom. mentio (hod. *Palimi*). || — Ὄλοψυθος] diruta Ol. 108, 1. 348. Sita olim ubi nunc stat *Aio Mamas*, sec. Leake N. Gr. III, p. 154. Cf. Vœmel De Olynthi situ, civitate, potentia et eversione. Francof. 1829, 8. Winiewski Comment. de Demosth. or. De coron. p. 66 sqq. Navale Olynthi olim fuit *Mecyberna* (nunc *Molivo*). V. Strabo VII, fr. 29. Cf. Hecatæus ap. St. B. s. v.; Herodot. VII, 122; Scymnus 640; Diodor. XVI, 54; Plinius IV, 17; Mela II, 3, 1. || — Σερμυλία] Σερμυλία codex; em. Vossius ex Steph. Byz. : Σερμυλία, πόλις παρὰ τὸν Ἀθω, ὡς Ἐγατανός. Eodem modo in Inscript. ap. Boeckh C. I. I, p. 304. Herodoto l. l. et Thucydidi V, 18 Σερμυλη dicitur. Nunc *Ornylia*, ad collum Chersonesi Sithoniæ. V. Leake III, p. 154. || — Σερμυλικός] Σερμυλικός codex, em. Vossius. Alibi hoc sinus nomen non occurrit; vulgo est Τορωνικός vel Τορωναῖος κόλπος; Plinio et Mela *Mecyberna sinus*. — *Torone* antiquum etiamnum nomen servat. || — Δέογ] Dium memorant Herodot. VII, 122, Thucydides IV, 78, Strabo VII, fr. 33, Stephan. Byz.; ex iis liquet sitam fuisse urbem ad Ἀντὴν quam vocant; e nostro loco colligis collocandam in ora occidentali, fortassis ad hod. promontorium *Platy* et sinum *Erisso*. V. Leake III, p. 151; Forbiger III, p. 1068. || — Θυσσός] Θυσσός codex; em. Vossius. Cf. Herodot. VII, 22; Thucyd. IV, 109. V, 35; Strabo VII, fr. 33; Plinius IV, 17. Situs incertus; forsitan ubi nunc *Dkokhiai* vel *Zografi*. || — Κλεωνατέλη] Κλεωνατέλη codex; nunc fort. *Xeropotamie*, sec. Leake. || — Ἀκρόθων] Ακρόθωνται codex. Ακρόθων Ἐλληνες conj. Vossius. Ακρόθων est ap. Thucyd. IV, 109, Strabon l. l., Steph. Byz.: Ακρόθων, πόλις ἐπὶ τῆς ἄκρας τοῦ Ἀθω. Τὸ θύνιον Ακρόθων καὶ Ακροθωτής. Plinius IV, 17: *oppidum seit in cacumine Acrothon*. Mela II, 2, 10: *Acrothon*. Situ urbs πρὸς τῇ κορυφῇ τοῦ Ἀθωνος, sec. Strabon. l. l. « Urbem in medio monte vel in litore positam puto, non, ut Pomponius Mela et Plinius, in vertice, quem minimi spatii esse constat, unius alteriusve aedificii capacem. » *TAFEL* ad Strabon. l. l., conferri jubens Zacharia *Reise in den Orient im J. 1837*. Heidelberg. 1840. V. etiam Leake, III, 149. Ceterum non hoc loco postea Alexarchum *Uranopolin* aedificasse

isthmum sunt urbes hæ : *Olynthus* urbs Graeca, *Mecyberna* urbs Graeca, *Sermyla* urbs Graeca et sinus *Sermyliticus*, *Torone* urbs Graeca cum portu, *Dium* urbs Graeca, *Thyssus* urbs Graeca, *Cleona* urbs Graeca, *Athos mons*, *Acrothoi* urbs Graeca, *Charadrūs* urbs Graeca, *Olophyxus* urbs Graeca, *Acanthus* urbs Graeca, *Alapta* urbs Graeca, *Arethusa* urbs Graeca, *Bolbe lacus*, *Apollo-nia* urbs Graeca. Sunt et alia multæ Macedoniae urbes mediterraneæ. Est vero hic litoris tractus sinuosus. *Prætervectio* juxta sinuum litora est dierum duoruim. patet ex Demetrio *Scepsio* ap. Strabon. fragm. Vat. I. I. || — Χαραδροῦς] sic codex; non Χαραδρίαι, ut Vossius scribit. Urbs ignota. Fortasse sita erat ubi nunc sunt ruinae ad *Vatopedhi*, sec. Leake. I. I. || — Ὄλοψυθος] Ολοψυθεῖς codex. || — Ἀλαπτα] Fortasse legendum Αλτὴν concit Palmerius, ipse tamen jure dubitans, quum Αλτὴ non sit urbis, sed regionis nomen, qua inde ab isthmo prope Sanem meridiem versus excurrit. Idem Palmerius: « *Plutarchus Qu. gr. c. 30 p. 298, A*, id litus vocat Ἀρατον ἀλτὴν. An *Scylax* scripsiter Ἀρατον ἀλτὴν, judicet lector. » *Sermo ap. Plutarchum* est de loco circa *Acanthum* urbem, qui quum olim Δράσσοντος ἀλτὴν vocaretur, postea Ἀρατον ἀλτὴν denominatis sit ἀπὸ τῶν ἄρδων, quibus Chalcidenses Parios devoverant. Sed hæc vix ad nos pertinent. Gaius Stagira hoc loco memoranda fuisse dicit. *Acquiescendum* est in nomine urbis aliunde non nota; recte autem, ut equidem censeo, *Lapieus* in *Recueil des Itinéraires* p. 346 urbem componit cum hodierno loco *Lybiadha* vel *Lybtzadha*, quem *Leakius III*, p. 166 putat antiquum esse Κάρπον, portum *Stagirorum*, et regione insulae cognominis. V. Strabo VII, fr. 33. Ipsum *Alapta* nomen phœnicicum quiddam (cf. nomina *Lepte*, *Telepte*, *Talapta*). V. *Movers II*, p. 485 sonat (Idem valet de proxima urbe, *Στάγειρα*, *sta-chir phcen.*), neque ab his regionibus Phœnices alienos fuisse constat. || — Ἀρέθοս] Stephanus: Ἀρέθοσ, πόλις Θράξ. *Amphaxitidis* urbs sec. *Ptolem. III*, 12, p. 219, 27, inter *Strymonis* ostia et *Stagira* re-sensem. Ammianus XXVII, 4, 5: *Acontisma, cui proxima Arethusa convallis et statio, in qua visitur Euripidis sepulcrum, et Stagira*. Stephanus: *Βορμίστος*, ἐν ᾧ κυνοπάρακτος γέγονεν Εὐριπίδης. Itin. Hieros. p. 604: *Mutatio Euripidis; ibi positus Euripides* (20 mill. ab *Amphiphili*, 11 mill. ab *Apollonia*) ; Strabo VII, fr. 35: πόδες δὲ τῇ λίμνῃ τῇ Βολέῃ Ἀρέθοσ. Ex hisce situm urbis satis accurate licet constituere. *Bormiscus* *Arethusa* proximus locus fuerit, nisi eundem plane fuisse malis cum *Tafelio*, cui certe aut *Bormiscus* aut *Arethusa* esse videtur *Rentina* posterioris ævi castellum. V. *Tafel* ad Strabon. l. l. et in *Thessalonica* p. 63. Cf. Leake N. Gr. III, p. 101. 460. || — δέοντα] ημερῶν] Inde a *Peneo* usque ad *Strymonem* stadia sunt ad 3300. *Navigatio per sinuum flexus multifarios* in hac regione perdifficilis; adeo ut pro δέοντα ημερῶν, quod haud dubie corruptum est, exspectaveris δ' ημερῶν [καὶ ημερῶν]. Similiter supra § 4 erat δ' ημερῶν,

νίαν Στρυμών ποταμός οὗτος δρῖζει Μακεδονίαν καὶ Θράκην.

67. ΘΡΑΙΚΗ. Διάγκει δὲ ἡ Θράκη ἀπὸ Στρυμόνος ποταμοῦ μέχρι Ἰστρου ποταμοῦ τοῦ ἐν τῷ Εὔξεινῷ Πόντῳ. Εἰσὶ δὲ ἐν Θράκῃ πόλεις Ἑλληνίδες αἵδε· Ἀμφίπολις, Φάργης, Γαληνός, Οἰσύμη καὶ ἄλλα ἐμπόρων Θασίου. Κατὰ ταῦτα ἔστι Θάσος νῆσος καὶ πόλις καὶ λιμένες δύο· τούτων δὲ εἰς κλειστός. Ἐπάνειπι δὲ πάλιν θύεν ἔξετραπόμην. Νεάπολις, κατὰ ταῦτην Δάστον πόλις Ἑλληνίς, ἣν ὥκισε Καλλίστρατος

ubi esse debebat δύο ἡμερῶν. — Στρυμῶν] Non-dum igitur ad Nestum usque fluvium fines Macedoniam Alexander protulerat.

§ 67. Αμφίπολις] Quo tempore Periplos noster scriptus est, Amphipolis, sicuti aliae multae Thraciae urbes, in Philippi erat potestate, inde ab an. 358. — Φάργης] Φάγηρη codex; em. Vossius et Thucyd. II, 99, Hecataeo ap. St. B. s. v., Herodoto VII, 112, Strabon. VII, fr. 33. Nunc *Orphano* sec. Clarke *Travels* VIII, p. 58, et Leake III, p. 176. Lapius ad Φάργης nomen adscripsit : « Ruines près le cap Karka. » — Γαληνός] Cf. Strabo VII, fr. 33 : εἴτα αἱ τοῦ Στρυμόνος ἐκβολαὶ εἴτα Φάργης, Γαληνός, Απολλωνία, πᾶσαι πόλεις. Thucyd. IV, 127 : Καὶ Μύρκινος (prope Amphipolin) ... καὶ Γαληνός καὶ Οἰσύμη. Denique Lilius XLIV, 45 et Plutarch. Paul. Äemil. c. 23 et Diodor. XXX, 21, 1 Perseum narrant Amphipoli Galepsum et hinc in Samothraciam fugisse. Hæc igitur optime inter se concinunt et Scylacis testimonio corroborantur. Contra aliam Galepsum, Sithoniæ in Toronæ sinu, habes apud Herodotum VII, 122, ubi simul recensentur Torone, Galepsus, Sermyle, Mecyberna, Olynthus. Hanc vero Galepsum aliunde tueri non possumus, nisi eo quod Stephanus quoque duas hujus nominis urbes distinguit : Γαληνός, πόλις Θράκης καὶ Παιόνων. Ξεπατός Εὐρώπη. Θουκυδίης τετάρτη (l. l.) ἐπέρχεται λέγει. Quæ si bene habent, Galepsus ex Hecataeo allata eadem cum Herodotea urbe esse debet. Quamquam num recte Stephanus distinxerit, probari jam nequit; nam Paones tum inter Thermum et Acanthum (Herodot. VII, 124^o), tum ad utramque ripam Strymonis (Herod. V, 13. Thuc. II, 97) habitarunt, adeo ut ex horum mentione nihil liqueat. Miror autem Forbigerum III, p. 1064, qui nonnisi Galepsum sinus Toronæ, quam Herodotus memorat, agnoscat, eique locos supra laudatos vindicat, quum potius nonnisi ea, quæ Herodotus dicit, in dubium vocari queant. Galepsum Thasiorum coloniam fuisse docet Heraclides ap. Harpocrat. v. Στρύμη, et Etym. M. v. Γαληνός; deletam urbem a Philippo, sicuti Apollonian in vicinia sitam, scimus e Strabon. VII, fr. 35. Situm ejus accuratis definire non licet; attamen non longe a Strymonے dissitam fuisse e Strabonis verbis colligetur; nam ita habet fr. 41: τῆς ἐν τῷ Στρυμονικῷ κόλπῳ παραλίας τῆς ἀπὸ Γαληνόν μέχρι Νέστου ὑπέρεινται αἱ Φιλιπποὶ. — Οἰσύμη] Σισύμη codex; em. Mausac ad Harpocrat. v. Οἰσύμη. Cf. Thucyd. I. l.; Scymnus 655 (Σισύμη codex.) ibique not.; Diodor. XII, 68. Σύμη codd.

Post Macedoniam Strymon fluvius, qui Macedoniam et Thraciam distinimat.

67. THRACIA. Extenditur Thracia a Strymone fluvio usque ad Istrum fluvium qui est in Ponto Euxino. In Thracia vero urbes Graecæ haec sunt : Amphipolis, Phragres, Galepus, Oesyma aliaque emporia Thasiorum. Ex adverso est Thasus insula cum urbe et duobus portubus, quorum unus est clausus. Sed redeo [ad continentem,] unde digressus eram. Sequitur Neapolis, et prope eam Datum, urbs Graeca, quam colonis fre-

Ptol. III, 13, p. 219, 25, Plin. IV, 18, Stephan. s. v. V. Cousinéry II, p. 69; Leake III, p. 178, 224. Situs incertus. — Θασίων] Σισύμη codex; em. Slothouwerus ex Harpocratione s. v. Γαληνός, Στρύμη, Οἰσύμη, Thucyd. IV, 107, aliis. Palmerius conjecterat : Σάσων, quum Sai et Sapei Thraices oras istas obtinuerint (Archilochus in Poet. lyr. p. 468, 5 ed. Bergk.; Strabo X, p. 457; Pausan. VII, 10). — Θάσος] Θάσος codex; em. Vossius. — Νεάπολις] Strabo VII, fr. 35 : Ήπειρὰ δὲ τὴν παραλίαν.. καὶ Δασηγῆν πόλις Νεάπολις καὶ αὐτὸν τὸ Δάστον. Cf. Scymnus 685; Plinius IV, 18; Dio Cass. XLIV, 35; Ptolemaeus III, 13; Procop. De adif. IV, 4; Hierocles p. 640 ed. Wess. A Philippis distabat decem vel duodecim millibus sec. Itin. p. 321 et 603. Apud Byzantinos Neapolis audiebat Christopolis; nunc est *Cavallo*; Datum vero *Esci-cavallo*, i. e. *Vetus Cavallo*. V. Cousinéry II, p. 109; Leake III, 180; Tafel. De via Egnatia II, p. 12-17; Weissenborn. *Hellen. Beiträge zur gr. Alterthumsk.* (Jena, 1844) p. 145. — ὥκισε Καλλίστρατος] ὁ ἱκὼν ἐν Καλλίστρατος codex. Contra morem suum auctor conditor rem urbis memorat, quum ipsius fere astate et ab homine apud Athenienses notissimo colonia ista deducta esset. Etenim Callistratus ille est Aphidnæus, Atheniensium orator clarissimus, et qui militum dux fuerat una cum Timotheo, Chabria, Iphicrate (Demosthen. De fals. leg. p. 436; De coron. p. 301, Cont. Timoth. p. 1187; Äschines De f. leg. §. 34; Diodor. XV, 29, 38; Xenophon Hell. VI, 2, 39, 3, 3). Is celebri τῇ περὶ Θραποποὺς Σισύη implicatus, tunc quidem (an. 365) judicium suffragii absolutus est (Diodor. XV, 76; Xen. Hell. VII, 4, 1; Demosth. De cor. p. 259; Äschin. C. Ctes. § 26; Harpocrat. v. Θεράπων; Plutarch. Demosth. c. 2; Gellius N. A. III, 13). Mox tamen, anno 364 vel 363, non satis liquet an propter ipsum illud Oropiorum negotium an aliam ob causam, capititis dannatus Athenis aufugit in Macedonia (Demosth. C. Polycl. p. 1221), ubi magna apud regem gratia et auctoritate polluisse videtur, adeo ut vectigalium administrationem Philippus ei committeret. Certe Aristoteles (OEcon. II, 22 tom. I, p. 645 ed. Didot) refert Callistratum in Macedonia, veneunte portorio plerumque viginti talentis, effecisse ut bis tantum perciperetur. Illo autem exilio tempore etiam coloniam in Thraciam deduxit. Cuius rei disertum testem habemus Isocratem De pac. § 24, p. 104 ed. Didot : ὅπου γάρ (sc. ἐν Θράκῃ) ἀληθόδωρος καὶ Καλλίστρατος, δέ μὲν, ιδιώτης ἐν, δὲ δὲ φυγάς, οἰκεῖαι πόλεις οἰοί τε

Αθηναῖος, καὶ ποταμὸς Νέστος, Ἀεδηρα πόλις, Κού-
δητος ποταμὸς καὶ πόλεις Δίκαια καὶ Μαρώνεια.
Κατὰ ταῦτα Σαμοθράκη νῆσος καὶ λιμήν. Κατὰ
ταῦτην ἐν τῇ ἡπείρῳ ἐμπόριο Δρῦς, Ζώνη, ποταμὸς
Ἐβρος καὶ ἐπ’ αὐτῷ τεῖχος Δουρίσκος, Αἶνος πόλις
καὶ λιμήν, τείχη Λίνων ἐν τῇ Θράκῃ, Μέλας καλπός,
Μέλας ποταμός, Δερίς ἐμπόριον, Κόδρυς ἐμπόριον
Καρδιανῶν καὶ ἄλλο Κύπατις. Κατὰ τὸν Μέλανα
κόλπον Ἰμβρος ἔστι νῆσος καὶ πόλις, καὶ Λῆμνος νῆσος
καὶ λιμήν. Ἐπάνειμι παλιν ἐπὶ τὴν ἡπείρον, διεν ἔξε-
τραπόμην. Μετὰ δὲ τὸν Μέλανα κόλπον ἔστιν ἡ Θρα-
κία Χερρόνησος καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ αἱδεῖς Καρδία, Ἰδη,
Παιών, Ἀλωπεκόνησος, Ἀραπλος, Ἐλαιοῦς, Μάδυτος,
Σηστός ἐπὶ τοῦ στόματος τῆς Προποντίδος, [δ'] ἔστι

quentavit Callistratus Atheniensis; deinde fluvius Ne-
stus, Abdera urbs, Cudetus fluvius, urbesque Dicæa
et Maronea. E regione sita Samothrace insula cum
portu. Ei in continentē opposita Drys et Zone em-
poria, Hebrus fluvius ad eumque Doriscus castellum;
deinde Aenus urbs portusque, Aeniorum in Thracia
castella, Melas sinus, Melas fluvius, Deris emporium,
Cobrys emporium Cardianorum et alterum Cypasis.
Circa Melanem sinum Imbrus est insula cum urbe,
et Lemnus insula cum portu. Sed rursus ad conti-
nentem redeo, unde abieram. Post sinum Melanem
est Chersonesus Thracica, urbesque in ea sunt: Cardia,
Ide, Paeon, Alopeconnesus, Araplus (*Drabus?*)
Eleæus, Madytus, Sestus ad os Propontidis quod sex

γεγόνασιν, κτλ. Postea quum ex exilio Athenas esset
reversus absque venia populi, affectus est supplicio
(Lycurg. C. Leocrat. § 92). Rectissime igitur Niebu-
hrius (*Klein. Schisten I*, p. 121) contendit coloniam
istam non ante an. 362 deduci potuisse. Ceterum Datus
urbs non tum primum condita est; nam meminit
ejus in Edonorum regione sita jam Herodotus IX, 75,
ac Thasiorum coloniam fuisse Eustathius ad Dion.
517 refert. Ni fallor, Datus, sicuti vicinae urbes Gal-
lepsus et Apollonia, a Philippo subacta, ac deinde ab
eodem novis incolis, duce Callistrato, frequentata est.
Idque procul dubio in illud incidit tempus, quo Phi-
lippus post captam Amphipolim, Pydnam et Potideam
colonos misit Crenidas, easque de se ipso denominavit
Philippos (Ol. 105, 3. 358. V. Diodor. XVI, 8, 6.).
Datus vero portus erat Philipporum (unde explican-
dus error Appiani in B. C. IV, 103, qui Philippos
olim Datum dictas esse narrat). De Datenorum regio-
nis felicitate proverbiali vid. Strabo I. l., Eustath.
l. l., Zenobius III, 11; Suidas v. Δάτος; Boeckh. *Staats-
haush.* I, p. 7. De nominis formis δ' et ή Δάτος et τὸ
Δάτον αι Steph. Thes. s. v. — Verba Scylaciā κατὰ
ταῦτην si cum v. Νεῖπολις jungere mavelis, ita ut sensu
sit: ex adverso hujus, sc. Thasi insulæ, est Neapo-
lis, Datum, etc., nihil refragor. || — Νέστος] Νέστος
codex. || — Κούδητος] Fluvius aliunde non notus.
Probabiliter is est, qui proxime post Abdera in mare
egreditur. Deinde sequitur Bistonis lacus, in quem
Herodotus VII, 109 influere dicit Τρέζον et Κόμπατον;
Pro Compasio Ἀλιανος N. A. XV, 25 habet Κοστιν-
την, et Ἀλιαν. in V. Hist. IV, 17 Κόσταν, Porphyrr.
V. Pyth. c. 27 corrupte Κάντασον. Hunc eundem flu-
vium etiam apud Scylacem intelligi et pro Κούδητον
reponi Κόσταν voluit Vossius ad Melam II, 2. Quan-
quam fluvii in lacus exeuntes a Peripli nostri auctore
non solent commemorari. || — καὶ πόλεις] αἵδε πό-
λεις codex; em. Fabricius. Gailio hæc e margine illata
esse evidenter, recte fortassis. || — Μαρώνεια] Μα-
ρωνία codex. || — κατὰ ταῦτα κτλ.] Codex: κατὰ
ταῦτα ἐν τῇ ἡπείρῳ ἐμπόρια δρυζώνη· σαμοθράκη· κα-
τατα (sic) καὶ λιμήν ποταμὸς δουριακός: αἴβαρος· καὶ
ἐπ' αὐτῷ τεῖχος αἴνος κτλ. Turbata in ordinem rede-
gerunt: Vossius et Fabricius. || — Δουρίσκος] Δορίσκος
Herodot. VII, 59; Steph. Byz.; Livius XXXI, 16;

Plinius et Mela. Nunc *Tusla*. || — Αἰγαίων] αἰγαίων
cod.; em. Palmer. || — Δέρατος] ex uno Scylace nota.
Thracia gens Δέρατοι (Herod. VII, 110), Δέρρατοι
(St. Byz.), Δάρατοι (Hecat.) ad hunc locum vix
pertinent. || — Κώδρυς] sic Theopomp. ap. Steph.
s. v.; Κόδρυς.. Καρδανῶν codex. || — ἀλλο Κύπατοις]
ἀλλος Κύπατοις codex; corixerunt ex Hecatæo ap.
St. Byz. s. v. Post Κύπατοις in codice tamquam titulus
legitur: Ἰμβρος καὶ Λῆμνος; itemque mox: Χερρόνησος
post v. ἔξετραπόμην. || — Θρακία Χερρόνησ.] Θράκη
χερρόνησος cod.; em. Voss. || — Ιδη, Παιών] De
his aliunde non constat. Gronovius, probante Gailio,
pro Παιών conjectit Ηΐών, male intellecto loco Stephan-
ni: Ηΐών, πάλις ἐν Χερρόνησῳ, ὡς Θουνδόλης (I, 79),
i. e. Eion Amphipolitanum, non longe dissitum a
Chersoneso Chalcidica. V. Meineke ad Steph. I. l. In
Thucydide VIII, 104 memoratur Ιδάνος (ἀπὸ Ιδάνου
μέγχρι Ἀρριανῶν), at in altera Chersonesi latere, e re-
gione fere Abydi. Palmerii conjecturas, utpote nihilis,
omittere præstat. || — Αράπλους] Ανάπλους conj.
Palmerius absque causa idonea, suffragante tamen
Gailio ad Scym. p. 389; Αἴρυνθος conj. Gronovius,
perperam. Ni fallor, eandem urbem memorat Strabo
VII, fr. 50, ubi: Μετὰ δὲ Καρδίαν Δράδος καὶ Λίμναι.
εἴτ' Ἀλωπεκόνησος.., εἴτ' ἀκρα μεγάλη Μάζουσι. Quan-
quam Scylax Araplum post Alopeconnesum, Strabo
autem Drabum ante eam memorat. || — Ελαϊούς]
Ελαϊούς cod.; em. Voss. Infra habes Ελεοῦντα, quum
nostro loqui aptere esset Ελαιοῦς. Utrumque licetabat. || —
Μάδυτος] Ηύδος codex; em. Gronovius. V. Herodot.
VII, 33; Xenophon. Hell. I, 1, 3; Hecatæus
ap. St. B. s. v.; Strabo VII, fr. 54; Eustath. ad Dion.
Per. 513; Scymnus 709 etc. Nunc *Maita*. || — έστι
σταδ. σ'] έστι addidit Clauen. Plurimi fretum inter
Sestum et Abydum *septem* stadiorum esse dixerunt,
adeoque ἐπιτατέδιον vocarunt, ut Herodotus VII, 34;
Strabo II, p. 24; XVII, p. 591; Plinius II, 92, IV,
18. 24, V, 40 (875 pass.); Mela I, 1, 36; Agathemer. II, 14;
Eustath. ad Dion. 140. *Octo* stadiorum
est sec. Xenophon. Hell. IV, 8; schol. Dionys. 142;
duorum stad. sec. Polybius XVI, 29, 9 (nisi hoc ni-
titur confusione litt. β' et γ'). Multo magis discrepant
recentiorum sententiæ (375 *toises*, Andreossy; 715
Kiepert.; 800 Juchereau de S.-Denis; 1150 Bouten,

σταδίων ζ'. Ἐντὸς δὲ Αἰγάλος ποταμοῦ Κρήσσα, Κριώπιτη, Παχτύνη. Μέχρις ἐνταῦθα ή Θράκης Χερρόνησος. Ἐξ Παχτύνης δὲ εἰς Καρδίαν διὰ τοῦ αὐχένος πεζῇ στάδια μ', ἐκ θαλάττης εἰς θαλάτταν καὶ πόλις ἐν τῷ μέσῳ, η̄ ὄνομα Ἀγορά. Χερρονήσου μῆκος ἐπὶ Καρδίας εἰς Ἐλαιούντα (τάντη γάρ ἔστι μαχροτάτη) στάδια υ'. Μετὰ δὲ τὴν Χερρόνησον ἔστι Θράκια τεῖχη τάδε πρῶτον Λευκὴ ἀκτὴ, Τειρίστας, Ἡράλεια, Γάνος, Γανία, Νέον τεῖχος, Πέρινθος πόλις καὶ λιμήν, Δρυμίνων τεῖχος, Σηλυμβρία πόλις καὶ λιμήν. Ἀπὸ τούτου ἐπὶ τοῦ στόματος τοῦ Πόντου εἰσὶ στάδιοι φ'. Καλεῖται δὲ Ἀνάπλους ὁ τόπος ἀνὰ Βόσπορον μέχρι ἂν Ἐλθῆς ἐφ' Ἱερόν. Ἀφ' Ἱεροῦ δὲ τοῦ στόματος ἔστι τοῦ Πόντου εὔρος στάδια ζ'. Εἰσὶ δὲ ἐν τῷ Πόντῳ πόλεις Ἐλ-

est stadiorum. Intra Ἑγος flumen Cressa, Crithote, Paetye. Huc usque est Chersones Thracica. A Paetye ad Cardiam pedestri itinere per collum isthmi sunt stadia 40, a mari ad mare. In medio isthmo est urbs appellata Agora. Longitudo Chersonesi a Cardia ad Eleunitem (hoc enim latus maxima ejus longitudo) stadiorum est 400. Post Chersonesum Thracica oppida haec sunt: primum Litus album, tum Tiristasis, Heraclea, Ganus, Ganiæ, Novus murus, Perinthus urbs cum portu, Daminum (*Daonium vel Daunium?*) castellum, Selymbria urbs cum portu. Ab hac usque ad os Ponti sunt stadia 500. Vocatur autem Anaphus navigatio per Bosporum donec perveneris ad Fanum (Jovis). Ultra fanum latitudo oris Ponti stadiorum

1130 Truguet), de quibus v. Ukert. *Geogr.* III, 2, 137. De fine Hellesponti ac initio Propontidis ad Sestum ponendo cum Scylace faciunt Polybius IV, 44. XVI, 29; Strabo XIII, p. 580. 590; Agathem. I, 3; schol. Dionys. 136. Sec. Apollon. Rhod. I, 935 Hellespontus pertinet a Rheteo usque ad Pityam; usque ad Lysimachiam sec. Melam I, 1, 36. I, 2, 20. I, 3, 5. II, 2, 92. || — Κρῆσσα et Cissa. Locum non diversum fuisse ab Ἀεροποταμίῳ oppido (quod πολύχνην κατεσκιμένην dicit Strabo VII, fr. 54. Cf. Stephan. s. v. Αἴγες ποταμοῦ; Tzetz. Hist. II. 894) censem Mannertus VII, p. 191. || — Κρήσσα την] Κρήθωτη cod.; em. Voss. e Demosthen. p. 672, 20, Seymno 711, Strabone VII, fr. 54. X, p. 459; Plinio IV, 18; Stephano, Harporatione, Photio, Suidas s. v. || — στάδια μ'] sic etiam Strabo VII, fr. 50. || — Ἀγορά] Meminit ejus Herodotus VII, 58 et Eustathius ad Il. p. 45, 10. Eodem fere loco postea Lysimachia condita. || — Ἐλαιούντα] sic. h. l. codex; ἐλαιούντα editt. || — στάδια υ'] μικρῷ πλείους τῶν υ' ἀπὸ Καρδίας, Strabo VII, fr. 50. || — Ἡράλεια] V. Ptolemaeus III, 11, p. 217, 11 Willb. et Cedrenus p. 417. Etiamnum Ericli vel Heraklitza. Gailius et Clausenius Heraclea mentionem interpolatori deberi censent; referendum scilicet esse ad Perinthum, que postea (inde a quarto fere post Christum seculo) Heraclea appellata est. Quod nihil esse e Ptolemaeo et hodierno loco Erecli abunde patet. || — Γάνος, Γανία] Xenophon. Anab. VII, 5, 8: Παραδώσοι αὐτῷ Βισάνθην καὶ Γάνον καὶ Νέον τεῖχος. Aeschines Adv. Ctes. p. 65, 23: Οἴτος (Demosthenes) δὲ πρῶτος ἐπένδυν Σέρρους τεῖχος καὶ Δορίσκουν καὶ Ἐργίσκουν καὶ Μουργίσκουν καὶ Γάνος (Γάνος var. I.) καὶ Γανίδα (Δάνον var. I.), γωρά ὃν οὐδὲ τὰ δύναματα θείμεν πρότερον. Harporatio: Γάνος καὶ Γανίδα Αἰγαίης κατὰ Κτησιφῶντος. Χωρὰ ἔστι Θρακικά, ὡς ἀποτιμώρως. Suidas: Γάνος θηλυκός: τὸ πρός τῇ Θράκῃ δρός ή Γάνος. Id.: Γάνος καὶ Γανίδα (Γανίδα cod. V.), γωρά ἔστι Θρακικά. Hinc satis liquet Γάνος et Γανίδα ap. Scylacem non ejusdem loci nomina esse diversa, uti putat Forbiger III, p. 1081. Ceterum nescio an Γανίδα pro Γανίᾳ scribendum sit. Ganus memoratur etiam ap. Plinium IV, 18 et Hieroclem p. 633, idemque hodie servat nomen,

sicuti etiam montes ex mediterraneis luc excurrentes nunc nominantur *Ganos-Dag*. Cf. Mannert. VII, p. 183. || — Νέον τεῖχος] Cf. Xenophon et Plinius I. l.; Cornel. Nepos Alcibiad. c. 7. || — Δαμινὸν τεῖχος] Leg. vid. Δαμίνιον. Stephanus v. Δαμίνιον. «Εστὶ καὶ Δαμίνιον τεῖχος, πόλις Θράκης ὡς πολιτης Δαμινοτεῖχης. » Apud Scylacem an non rescribendum sit Δαμίνιον, admodum ambigo. Daonii autem meinierunt Cedrenus et Nicetas Choniates, qui eam vicinam Perintho facit. » VOSSIUS. Adde Zonaram p. 470: Δαμίνιον, πόλις Θράκης. At forma Δαμίνιον a codicis literis abest proprius. Gaius putavit ap. Scyl. reponendum esse Κανὼν τεῖχος, quum *Cenophrurium* post Perinthum orientem versus [at Scylacis locus occidentem versus est] memoretur in Itinerar. p. 322. 230. 138. 333, et apud alios, quos referre nihil attinet. || — έπι τοῦ στόμου.] τοῦ om. apogr. Vatican. « Deest mentio Byzantii. Quod inde repetit Sainte-Croix, quod auferunt incole metu Persarum. Respondet Niebuhrius (*Kl. Schriften*, p. 129), tunc omnes Hellesponti urbes fuisse omittendas, quarum omnium nomina recensuit. Cui opponi possit occupatas esse has, non deletas; licet hoc non dixerit Gaius, qui tacite Sancrucio assentitur (§ 15). At certissimum argumentum in eo positum est, quod Chaledonis meminit Scylax, cui tamen prorsus idem quod Byzantio accidisse narrat Herodotus (VI, 33). Itaque minime de illo tempore agitur. » CLAUSENIUS. || — Καλεῖται δὲ Ἄ. Λ. ἀνάπλους καλεῖται δὲ δ τόπος ἀναβόσπορον codex. Scriba reperit: Ἀνάπλους (titulus). Καλεῖται δὲ ἀνάπλους κτλ. || — Ελαύης] Ελην codex; em. Gaius; nam ἡ ναῦς subintelligi cum Clausenius nequit. Fort. vero in antece. pro δ τόπος erat δ πλοῦς. || — Ἱερὸν] Cf. infra § 92. De ierōn. Διὸς Οὐρλου, quod simpliciter Ἱερὸν vocari solet, v. Herodot. IV, 85; Philostrat. Vit. Soph. I, 34, 1; Dionysius ap. Strabon. XII, p. 566; Menippus ap. St. B. v. Χαλκηδὼν, Polybius IV, 43; Ariani et Anon. Peripl. Ponti, Cicero Verrin. II, 4, 57. Alii Bosporum pertinere dicunt usque ad Cyaneas, ut Mela III, 1, Plinius VI, 1, Strabo VII, p. 320. V. Ukert. III, 2, p. 145. || — στάδια ζ'] quattuor, Herodot. IV, 85; Agathem. II, 14, Strabo II, p. 125, Eustath. Dionys. 140, Plinius IV, 24, Mela I, 19, 5; quinque vel sex, Polybius IV, 43, Strabo VII, p. 319, Agathem. I, 3;

ληνίδες αἵδε ἐν Θράκῃ. Ἀπολλωνία, Μεσημέρια, Ὁδησσόπολις, Καλλατίς καὶ ποταμὸς Ἰστρος. Παράπλους δὲ τῆς Θράκης ἀπὸ Στρυμόνος ποταμοῦ μέχρι Σητοῦ δύο ἡμερῶν καὶ νυκτῶν δύο, ἀπὸ δὲ Σητοῦ μέχρι στόματος τοῦ Πόντου δύο ἡμερῶν καὶ νυκτῶν δύο, ἀπὸ δὲ τοῦ στόματος μέχρι τοῦ Ἰστροῦ ποταμοῦ ἡμερῶν τριῶν καὶ νυκτῶν τριῶν. «Οὐ σύμπας περίπλους ἀπὸ Θράκης καὶ ποταμοῦ Στρυμόνος μέχρι τοῦ Ἰστροῦ ποταμοῦ δύο ἡμερῶν καὶ δύο νυκτῶν.

68. ΣΚΥΘΙΑ. ΤΑΥΡΟΙ. Μετὰ δὲ Θράκην εἰσὶ Σκύθαι ἔθνος καὶ πόλεις ἐν αὐτοῖς Ἑλληνίδες αἵδε. Τύρις ποταμὸς, Νικώνιον πόλις, Ὄφιοντα πόλις. «Ἐπι δὲ τῇ Σκυθικῇ ἐποικοῦσι Ταῦροι ἔθνος ἀκρωτήριον τῆς ἡπείρου· εἰς θάλατταν δὲ τὸ ἀκρωτήριον ἔστιν. «Ἐν δὲ τῇ Ταυρικῇ οἰκουσιν Ἑλληνες αἵδε· Χερρόνησος ἐμπόριον, Κριοῦ μέτωπον, ἀκρωτήριον τῆς Ταυρικῆς. Μετὰ δὲ ταῦτα εἰσὶ Σκύθαι πάλιν, πόλεις δὲ Ἑλληνίδες αἵδε ἐν αὐτῇ· Θευδοσία, Κύταια καὶ Νυμφαία, Παντικάπαιον, Μυρμήκειον. Παράπλους εὑθὺς ἀπὸ Ἰστροῦ ἐπὶ Κριοῦ μέτωπον τριῶν ἡμερῶν καὶ τριῶν νυκτῶν, δὲ παρὰ γῆν διπλάσιος· ἔστι γάρ κόλπος. «Ἐν δὲ

Plinius VI, 1. || — 'Οδησσόπολις] 'Οδησσόπολις codex; leg. vid. cum Palmerio 'Οδησσός πόλις. Dein Κάλλατις codex. || — δύτῳ ἡμερῶν καὶ νυκτῶν.] Ex antecc. nonnisi septem dies noctesque colliguntur; idque melius habet; quare pro δύτῳ legendum putas ἐπιτέλ. A Strymone ad Sestum sunt circa 1900 stadia (2 dies noctesque); hinc ad Ponti ostium ad 1600 stadia (2 dies noctesque); hinc ad Danubium stadia 3000 (3 dies noctesque).

§ 68. Τύρις... Νικώνιον] Τρίστην... Νεώνειον codex. Vid. Strabo VII, p. 306: Ανταπείσαντι δὲ (sc. Tyras fluv.) ρυμ' σταδίους ἐφ' ἔκατερ πόλις, ἡ μὲν Νικώνια, ἡ δὲ ἐν δριτερῷ Ὄφιοντα. Ex Strabone sua Stephanus, non absque mendo. Flumen vulgo vocatur Τύρις vel *Tyra* (*Mela*. *Plin.* *Valer.* *Flacc.* *Arg.* VI, 84), Ionicis vero Τύρης (*Herodot.* IV, 51); aliis Τύρις, Steph. *Byz.* v. Τύρας et *Hesych.* v. Τύρις. De Ophlusa urbe, quae alias Tyras vocabatur, cf. not. ad *Scymn.* 792. Alteram urbem *Ptolemaeus* III, 10, p. 213, 26 Νικώνιον dicit. Cf. Anon. Peripl. Pont. § 9 Huds. || — ἐπὶ δὲ τῇ Σκυθικῇ.... ἀκρωτήριον ἔστι] «Sana hæc omnia, sed inficte dicta. Juxta Scythiam Tauri habitant in promontorio, quod est pars Scythicae terræ continentis, excurrit vero in mare. Dicitur promontorium, non peninsula, quia isthmum totamque veram Tauricam figuram ignorabant Græcorum historici, ἀπτὴ eam, non peninsulam putantes (*Niebuhr.* I. l. p. 137. *Herodot.* IV, 99). » CLAUSEN. || — 'Ελληνίας* αἵδε] aut excidit: καὶ πόλεις αὐτῶν, aut fuit 'Ελληνες αἵδε, ut supra § 62 etc. — Chersonesus, quam *Seylax* novit, *Herodoto* (IV, 93) nondum nota erat, monente *Ukerto* I, 2, 292. || — ἐμπόριον] Si αἵδε vox recte habet, duo certe loci recensendi erant. Probabile igitur ἐμπόριον non ad Chersonesus urbem referendum esse, sed indicari *Symbolón portum*, quem *Plinius* dicit IV, 26: *Heraclea, Chersonesus.. Inde*

est 7. Ad Pontum vero urbes Græcae in Thracia ha- sunt: Apollonia, Mesembria, Odessopolis, Callatis, et Ister fluvius. Praeter navigatio Thraciae a Strymone usque ad Sestum est dierum duorum et duarum noctium, a Sesto usque ad os Ponti duorum dierum et duarum noctium, ab ore Ponti vero usque ad Istrum fluvium dierum trium et noctium trium. Omnis circumnavigatio a Thracia et a Strymone fluvio usque ad Istrum flumen est octo (*septem*) dierumque noctium.

68. SCYTHIA. TAURI. Post Thraciam sequitur Scytharum gens, urbesque apud eos Græcae sunt: Tyris fluvius, Niconium et Ophiusa urbes. Juxta Scythicam Taurorum gens accedit continentis partem quæ quasi promontorium in mare procurrit. Habitantque in Taurica Græci, quorum urbes ha sunt: Chersonesus, emporium; deinde Criumetopum (i. e. *Arietis frons*) Tauricæ promontorium. Posthac rursus sunt Scythæ eorumque in regione urbes Græcae: Theodosia, Cytaea, Nymphæa, Panticapæum, Myrmecium. Recta ab Istro ad Criumetopum navigatio trium dierum totidemque noctium; sin litus legeris, duplex: nam

Parthenium promontorium, *Taurorum civitas Placia Symbolón portus*, *promontorium Criumetopon*. Cf. *Ptolem.* III, 6; *Strabo* VII, p. 309; *Anonym. Peripl.* Pont. p. 4; *Ukert.* III, 2, p. 468 sq. || — Θευδοσία] Sic numi (v. *Kochler. Nov. Act. Acad. Petrop.* t. XIV, p. 122.) et inscriptions (Bæckh. C. I. II, p. 98) et Anon. Peripl. § 6. Stephanus quoque Θευδοσίαν habet laudat Strabone (VII, p. 309), ubi tamen codices præbent Θεοδοσία; idque ap. Stephanum reponendum esse series docet literarum. Sic etiam ap. Demosth. p. 933 optimus codex Θεοδοσίαν habet, quum in editt. et h. l. et p. 467, 10 legatur Θευδοσία. || — Κύταια] Sic Lycophr. 1312 ex eoque Schol. *Appol.* Rh. III, 228; schol. Ap. *Rhod.* II, 399 ex eoque *Etym. M.* p. 77, 45; Eustath. Hom. p. 1493, 26; *Suidas* s. v. (Cf. Κύταιον, *Cretæ* urbem). Idem *Suidas* etiam: Κύτη, δνομα πλεως. Apud Stephanum est Κύτα, fortassis librorum vitio pro Κύταια. *Cytæ* *Plinius* IV, 26 et *Anonym. Peripl.* § 6, ubi: εἰς Κύτας πδιν τὴν πρώην λεγομένην Κυδέας (sic). *De situ urbis inter montes Opuk et Takil Burun* præter *Peripl.* Anon. v. *Pallas Reisen in die südl. Statthalterschaft Russlands* II, p. 343. || — Νυμφαία] Ceteris Νύμφαιον, ut *Straboni* p. 309, *Appiano Mithr.* c. 108, *Ptolemaeo* III, 6, p. 203, 29 *Wilberg.*, Anon. *Peripl.* et *Plinio* l. 1, *Cratero* ap. *Harpocrat.* s. v. || — Μυρμήκειον] sic editt.; *Μυρμηκὸν* codex. *Μυρμήκειον* *Theognost. Canon.* p. 129, 12; *Μυρμηκεῖον* *Herodian.* ap. St. *Byz.* s. v.; *Μυρμηκίον* *Strabo* VII, p. 310. XI, p. 494; *Μυρμηκία* *Artemidor.* ap. St. *Byz.*; *Μυρμηκίων* *Arrianus* ap. *Leon. Diaconum* IX, 6. Posterior hæc forma ad codicis literas proxime accedit. || — τριῶν ἡμερῶν καὶ νυκτῶν.] Stadia fere sunt 1650, quæ trium fere dierum tantum navigationem exæquant. In contrarium auctor peccat in seqq., ubi a Criumetopum ad Panticapæum esse dicit navigationem diei noctisque, quum ore longitudo

τῷ κόλπῳ τούτῳ νῆσός ἐστι, νῆσος δὲ ἐρήμη, η̄ δόμαχ
Λευκή, ἵερδ τοῦ Ἀχιλλέως. Ἀπὸ δὲ Κριοῦ μετάπον
πλοῦς εἰς Παντικάπαιον ἡμέρας καὶ νυκτός· ἀπὸ δὲ
Παντικαπαίου ἐπὶ τὸ στόμα τῆς Μαιώτιδος λίμνης
ἐστὶ στάδια χ'. Ἡ δὲ Μαιῶτις λίμνη λέγεται η̄ μισυ
εἶναι τοῦ Πόντου. Ἐν δὲ τῇ Μαιώτιδι λίμνῃ εὐθὺς
εἰσπλέοντί εἰσιν ἐπ' ἀριστερῆς Σκύθων· καθήκουσι γάρ
ἐκ τῆς ἔξω θαλάσσης ὑπὲρ τῆς Ταυρικῆς εἰς τὴν Μαιῶ-
τιν λίμνην.

ΣΥΡΜΑΤΑΙ. [Μετὰ δὲ Σκύθας Συρμάται] ἔθνος
καὶ ποταμὸς Τάνατος, [δις] ὅρίζει Ασίαν καὶ Εὐρώπην.

60. ΠΑΡΑΗΛΟΥΣ ΑΠΑΣΗΣ ΤΗΣ ΕΥΡΩΠΗΣ. Ἀπὸ
Ἡρκαλίων στηλῶν τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ περιτλέοντι
τοὺς κόλπους παρὰ γῆν, λογιζομένῳ δὲ ὅσα γεγραμ-
μέναι εἰσὶ, νύκτες ἀντὶ τούτων ἡμέρας, καὶ, διπον στά-
διά εἰσι γεγραμένα, ἀντὶ τῶν φ' σταδίων ἡμεράριον
τὸν πλοῦν, γίνεται τῆς Εὐρώπης ὁ παράπλους, τοῦ
ἡμίσεος μέρους τοῦ Πόντου ὄντος ἵσου τῆς Μαιώτιδος
λίμνης, ημερῶν ρ' τριῶν.

Μέγιστοι δὲ ποταμοὶ εἰσιν ἐν τῇ Εὐρώπῃ δ Τάνατος,
δ Ιστρός, δ Ροδανός.

sit stadiorum 2200. || — Λευκὴ] Nunc *Adassi*, *Phidoni* vel *Serpentum insula*. V. Kohler Mém. de l'acad. de St.-Petersb. t. X, p. 599 sqq. Ukert. III, 2, p. 442. || — τὸν ποταμὸν τῷ Πόντῳ esse etiam Patrocles censuit ap. Strabon. XI, p. 508. Polybius IV, 40 ambitum ejus esse dicit stad. 8000; eodem modo Strabo VII, p. 310; 9000 stad. et ultra, Strabo II. p. 125, Arrian. Peripl. § 29, Agathemer. I, 3. II, 14; 1125 vel 1406 mill. pass. Plinius IV, 24. || — Συρμάται κατά.] Sic locum constituit Niebuhrius I. l., quanquam acquiescere etiam licet in hiulea codi-
cis brevitate, qui ita habet : . εἰς τὴν Μαιῶτιν λίμνην.
Συρμάται ἔθνος· καὶ ποταμὸς Τάνατος ὅρίζει Ασίαν καὶ
Εὐρώπην. Olim jungebant : καθήκουσι γάρ εἰς τὴν Μ.
λίμνην Συρμάται, quod retinuit Ukertus, quanquam
tum illud καθήκουσι γάρ οὐδὲν habet, quo referatur.
Idem absque causa idonea verba ὑπὲρ τῆς Ταυρι-
κῆς transpositus post ἐπ' ἀριστερῆς Σκύθων. Denique ἡ ἔξω
Θάλασσα non est Oceanus, sed quod est extra Μαιoti-
dem mare Ponticum, ad quod Scythæ habitare jam
dixerat auctor. Quod Συρμάται nomen attinet, cf.
Steph. Byz. : Συρμάται, οἱ Συρμάται, ὡς Εὔδοξος
πρώτῳ ποταμὸν τοῦ Τανάδος Συρμάται πατούσεν. In
seq. § 70 ab altero Tanadiis latere ponuntur Σαυρο-
μάται γυναικοχωρατόμενοι (Quare Fabricius etiam h. l.
Συρμάται scripsit). Quia nominum varietas compa-
randa est cum illa, qua Μηλιεῖς et Μαλιεῖς; supra § 62 dis-
tingui vidimus. Unde orta sit, divinare licet collato Pe-
riplio Anonymi, qui ex similibus fontibus hauriens post
modo opposita pergit : Τον δὲ Τάνατον ποταμὸν, δὲ ἐστι

sinus ibi est. In quo sinu insula est, deserta illa qui-
dem, cui Leuce nomen, Achilli sacra. A Criometopo
Panticapaeum navigatio diei noctisque, a Panticapaeo
ad ostium paludis Maeotidis stadia sunt 20. Ceterum
Maeotis palus dicitur ambitu suo dimidiā Ponti par-
tem exēquare. In Maeotide autem palude, si recta
(Tanaim versus) innavigaveris, ad sinistram sunt
Scytha: etenim ab extero mari super Tauricam por-
recti usque ad Maeotidem paludem pertingunt.

ΣΥΡΜΑΤΑΙ. [Post Scythas Syrmatarum] gens et Ta-
nais fluvius, qui Asiam et Europam distinxat.

69. PRÆTERNAVIGATIO UNIVERSE EUROPE. Inde ab
Herculeis Europeae columnis si juxta terram navigando
sinus sequareis, atque ita computaveris, ut singulis quas
notavimus noctibus dies substituantur, et ubi stadia
scripta sunt, quingenā stadia pro unius diei naviga-
tionē numerentur, fit Europæ præternavigatio (Ponti
parte dimidia Maeotidem paludem exēquante) dierum
centum quinquaginta trium.

Maximi autem in Europa fluvii sunt Tanais, Ister,
Rhodanus.

τῆς Αστίας Ἐρος,.. πρῶτοι νέμονται Σαρμαται (Συρμά-
ται Gail.). Εἶτα μετὰ τοὺς Σαρμάτας Μαιωτῶν γένος Ιζ-
ζαματῶν λεγόμενον, ὡς Δημήτριος εἴρητε,.. ὡς δὲ Ἐρος, Σαυροματῶν λέγεται γένος. Cum Nostro concinit
etiam Plinius VI, 7 : *Tanaim amnum.. colunt Sarmatae.. et ipsi in multa genera divisi. Primo Sauro-*
mate gynacoceratumeni. Cf. idem VI, 5 : *Epagerita*
Sarmatarum populis in Casaci jugis, post quem Sau-
romatae. || — λογιζομένῳ δὲ δεῖται λογιζομένους
ωσται cod.; em. Gronov. || — τοῦ ἡμίσεος τοῦ
Πόντου κατά.] τοῦ Πόντου ὄντος (sic) καὶ τοῦ
ἡμίσεος μέρους τῆς Μαιώτιδος λίμνης cod.; em. Fabri-
cius. || — ρνγ'] Singularum regionum paraplos colli-
gere licet. Ecce laterculum :

	Dia.	Noct.	Stad.
8. 2. Iberum.	7	7	...
5. Ligurum et Iberum.	1	1	...
4. Ligurum.	4	4	...
5. Tyrrenorum.	4	4	...
8. Latinorum.	1	1	...
9. Volscorum.	1	1	...
10. Campanorum.	1	1	...
11. Samnitum.	1/2	1/2	...
12. Lucanorum.	6	6	...
14. Japygum.	6	6	...
15. Samnitum.	2	1	...
16. Umbrorum.	2	1	...
19. Venetorum.	1	1	...
20. Istrorum.	1	1	...
21. Liburnorum.	2	1	...
22. (Illyriorum et) Bulinorum.	1	1	...
25. Nestoriorum.	1	1	...
24. Manlorum a Narone ad Arionem.	1	1	...
Ab Arione ad Rhizuntem fl.		1/2	...
Hinc ad Butioam.		1/2	...
25. A Butioha ad Epidamnum.	1	1	...
26. Ab Epidamno ad Apolloniam iter pedestre.	2	2	...
	46	1/2	53

ΑΣΙΑ.

70. ΣΑΥΡΟΜΑΤΑΙ. Ἀπὸ Τανάϊδος δὲ ποταμοῦ ἄρχεται ἡ Ἄσια, καὶ πρῶτον ἔθνος αὐτῆς ἐστιν ἐν τῷ Πόντῳ Σαυρομάται. Σαυροματῶν δέ ἐστιν ἔθνος γυναικοχρατούμενον.

71. ΜΑΙΩΤΑΙ. Τοῦ γυναικοχρατουμένων ἔχονται Μαιώται.

72. ΣΙΝΔΟΙ. Μετὰ δὲ Μαιώτας Σίνδοι ἔθνος; διήκοσι γὰρ οὗτοι καὶ εἰς τὸ ἔξω τῆς λίμνης καὶ εἰσιν πόλεις ἐν αὐτοῖς Ἑλληνίδες αἱδεῖς. Φαναγόρου πόλις, Κῆποι, Σινδικὸς λιμὴν, Πάταυς.

	Dies.	Noct.	Stad.
27. Ab Apollonia ad Amantiam.....	46 1/2	33	...
28. Chaonum paraplus.....	1/2	...	520
30. Thesprotorum.....	1/2
31. Cassoporum.....	1/2
32. Molossorum.....	1/2	...	40
33. Ambracie.....	1/2	...	420
34. Acarnania.....	2	[2]	...
35. Εἴτοια.....	1
36. Locridis.....	1/2
37. Phocidis.....	1/2
38. Boeotiae.....	1/2
39. Megaridis.....	1/2	...	100
40. Corinthi.....	1/2
41. Sicyonias.....	1/2	...	120
42. Achajæ.....	1/2	...	700
43. Elidis.....	1/2	...	700
44. Arcadiæ.....	1/2	...	100
45. Messenias.....	1/2	...	500
46. Laconia.....	1/2
49. Argivæ regionis.....	1/2	...	150
50. Epidauri.....	1/2	...	50
Haliæ.....	1/2	...	100
51. Hermionis.....	1/2	...	80
55. Trœzenie.....	1/2	...	330
54. Epidauri (30 stad sec. codicem).....	1/2	...	150
55. Corinthi.....	1/2	...	500
56. Megaridis.....	1/2	...	140
57. Attica.....	1/2	...	1140
59. Boeotiae.....	1/2	...	230
60. Locridis.....	1/2	...	200
61. Phocidis.....	1/2	...	200
62 et 63. Malensiūm et Achæorūm.....	1/2	...	**
64. Thessaliæ.....	1/2	...	50
65. Magnesiae.....	1/2	...	**
66. Macedonia.....	1/2
67. Thraciæ a Strymone ad Sestum	2	2	...
2d. 2n.			
Hinc ad os Ponti	2	2	...
Hinc ad Istrum	5	5	...
in summa	7	7	; at codex:
68. Scythiæ, ab Istro ad Criumetopon.	8	8	...
Hinc ad Panticeaum.....	5	5	...
Hinc ad os Mæotidis.....	4	4	...
Hinc ad Tainim dimidiata pars parapli, qui est ab ore Ponti ad Mæotideum.....	1	1	20
Summa:	5 1/2	5 1/2	...
sive:	75 1/2	52 1/2	5600
Excidit paraplus Malensiūm, Achæorūm et Magnesiae, cui quatuor fere dies trivendi.	147	...	100
	4
	151

Desiderantur igitur dies duo, qui ubi supplendi sint, in tanta computorum inconstancia difficile dictu. Ceterum si ipse antiquus Peripli auctor istam dierum

ASIA.

70. SAUROMATE. Post Tanaim fluvium incipit Asia; et prima ejus gens ad Pontum (*ad Mæotidem paludem*) Sauromatae sunt. Sauromatarum vero gens a mulieribus regitur.

71. MÆOTÆ. Mulierum imperio subjectos excipiunt Mæotæ.

72. SINDI. Post Mæotas sequitur gens Sindorum. Pertingunt hi etiam extra paludem, urbesque in iis Græcae sunt hæ: Phanagoræ urbs, Cepi, Sindicus portus, Patûs.

153 summam colligit, pateret nihil esse mutandum in numeris qui justo sunt longe majores (v. c. § 4. 11, 12), quum ne sic quidem summa adscripta conficiatur.

§ 70. Σαυρομάται:] Titulus hic in cod. legitur ante v. καὶ πρῶτον. || — γυναικοχρατούμενον codex; Ephorus ap. Anonym. Peripl. em. Clausen. p. 2 (sive Scymnum 886): ἐπιμεμήθαι τὰς Ἀμαζόνας τοῖς Σωρομάταις λέγουσιν..., ἐφ' οὓς ἐπεκλήθησαν οἱ Σαυρομάται γυναικοχρατούμενοι. Ex pleniore hac narratione patet non esse Gynacocratumenos gentem peculiarem inter Sauromatas et Mæotas medium (Cf. Plin VI, 7 in not. antec.). Niebuhrius p. 382 scribi voluit: Σαυρομάταιν δὲ [ξεται] ἔθνος Γυναικοχρατούμενοι. Quod Letronnius p. 269 probare non debeat. Ut Noster et Plinius l. I. Sauromatas γυναικοχρατούμενος dicit (cf. Amazones Σωρομάταις ap. Eustath. ad Dionys. 823 et Proclum ad Platon. De rep. V, p. 418 Bas.), sic ap. Melam Μαιοτici γυναικοχρατούμενοι vocantur.

§ 72. Σίνδοι:] Σίντοι codex; em. Gaiilius, quum mox sit Σινδικός. De accentu v. Arcadius p. 48, 9. Ceterum Σιντοὶ dicuntur etiam apud Polyean. VIII, 55, nescio an librorum vitio. Vide de hac gente Herodot. IV, 28; Hellanic. fr. 92; Dionys. 681; Melam I, 19. || — Φαναγόρου πόλις] Sic etiam Anonymus Peripl. p. 2, ex codem fonte; nec non Strabo p. 495 (ubi absque causa mutavit Cramerus). De Phanagora sive Phanagora Tejo, urbis conditore, jv. Arrian. ap. Eustath. ad Dion. 549. Plura præbet Uckert. III, 1, p. 489. Sita olim Phanagoria secundum Dubois (*Voyage autour du Caucase*, tom. V, p. 64) « sur la dune sablonneuse qui longe le liman de Taman. » = — Κήποι Κήπος Scymnus 896 et Apollodorus ap. St. B. v. Ψησσολ. E Scylace and Strabone IX, p. 495 colligitur situm suisse urbem inter Phanagoram et meridionale ostium Hypisanis fluvii. Plinius VI, 6 ita: *Oppida in aditu Bospori primo Hermonassa, dein Cepi Milesiorum; mox Stratoclia et Phanagoria*. Mela I, 19, 12: *Hermonassa, Cepoi, Phanagoria, in ipso ore Cimmerium*. Steph. Byz. v. Ψησσολ. Απολλόδωρος ἐν δευτέρῳ Περὶ γῆς « Ἐπειτα δ' Ἐρμώνατσσα καὶ Κήπος πόλις, τρίτον δὲ τὸ Ψησσῶν ἔθνος. Ηας igitur inter se satis concinunt; unus dissentire videri possit Scymnus I, ubi vide not. Meminit Κήπων etiam Diodorus XX, 24. Accuratius situm ejus definire vix licet. Clarke (Trav. II, p. 277) locum querat in ruinis quæ sunt apud hod. Sienna; Dubois V, 59 ad vicum *Akdemphisofka*; Lapieus Κή-

73. KEPKETAI. Μετὰ δὲ Σινδικὸν λιμένα Κερχέται ἔθνος.

74. [TOPETAI. Μετὰ δὲ Κερχέτας Τορέται ἔθνος] καὶ πόλις Ἑλλῆνις Τορικὸς καὶ λιμήν.

75. AXAIOI. Μετὰ δὲ Τορέτας Ἀχαιοὶ ἔθνος.

76. HNIOXOI. Μετὰ δὲ Ἀχαιοὺς Ἡνίοχοι ἔθνος.

πον; componit cum hoc. *Kichla*. — Σινδικὸν λιμένα]. Sec. Strabon. XI, p. 496 Σινδικὸς λιμήν καὶ πόλις 180 stadiis a Corocondame, et 400 stadiis a Bata (Patūs locus vocatur ap. Scylacem) distat. Cf. Stephanus: Σύνδικος (sic), πόλις προσεγγίς τῇ Σινδικῇ, ἔχουσα λιμένα. "Ενοὶ δὲ Γοργίπην καλοῦσι. Anonym. Peripl. p. 2; Scymnus 893; Ptolemaeus V, 9 (65°, 30'), qui a Sindico distinguit Sindam vicum (66°). Dubois I, p. 167 : « Le λιμὴν Σινδικὸς est le liman Kisiltache d'aujourd'hui en Sindique; la ville était dans le voisinage d'Anapa, sans doute sur le Bougour ». Cf. Ukert. III, 2, p. 496. || — Πατοῦς] Hunc locum eundem esse cum eo qui *Apaturos* vocatur apud Plinius VI, 6 contendit Gronovius. At *Apaturos* ille ad paludem Maeotiden situs est; nos vero in Ponto nunc versamur. Recte jam Vossius monuit locum nostrum ap. Strabon. I. l. dici Βάτζα, ad quem secundum Artemidorum confinia sunt orae Sindice et Cercetarum. Ptolemaeus quoque Βάτζα portum et vicum memorat (66°, 30'). Eundem portum Arrianus 18, 4 ἵερὸν λιμένα dicit, nec non Plinius VI, 5 : *In ora juxta Cercetas flumen Icarusa cum oppido Hiero et flumine ab Heraclea 136 mill.* Hodie est *Anapa* sec. Mannertum et Klapproth. In *Nouv. Journal As.* tom. I, p. 305; *Sougoudjak* sec. Gailium; *Gelindschik* sec. Tailbout *Portulan de la mer Noire*. p. 54; prope promont. *Isussup*, sec. Lapieum. Alii aliter.

§ 73. Κερχέται.] Cercetas (*Tscherkesses*) inter Sindos et Achaeos inde a Batis oram per 850 stadia tenere, deinde Achaeos per stad. 500, tum Heniochos per stad. 1000, tum a Pityunte ad Dioseuriadem esse stadia 360 testatur Artemidorus apud Strabon. XI, p. 496. Sec. Hellanicum (fr. 109 p. 59) supra Cercetaros (ἄνω Κερχέτων), i. e. a septentrione Cercetarum, habitant Moschi et Charimatae (quorum nulla in Periplo nostro mentio); infra eos sive meridiem versus, Heniochi et Coraxi (de quibus v. § 75 et 76). Eodem modo statuit Palaephatus in Troeis ap. Steph. Byz. v. Χαριμάται. Cum his comparanda series gentium quam ex Μεθοδοτειχῷ scriptoribus Strabo XII, p. 497 apponit hanc : Achaeorum, Zygorum, Heniochorum, Cercetarum, Moschorum. Apud Hesychium : Κερχέται, ἔθνος Σινδικὸν. Cf. Strabo XII, p. 548 : οἱ Ἀππαῖται... οἱ πρότερον Κερχέται, quibus quanquam aliae sedes assignantur, vix tamen a Cercetis diversi sunt. Denique mentio Cercetarum occurrit in Nicolai Damasceni fr. 125 (tom. III, p. 461). Cf. not. seq.

§ 74. Uncis inclusa desunt in codice Parisino; superlevit scriba codicis Palatini, sed inepto loco post verba πόλις Ἑλλῆνις Τορικὸς καὶ λιμήν, quae ad ipsos Toretas pertinent, inscrit. Idem scriba paullo post de suo addidit Coraxorum mentionem, quam excidisse

73. CERCETAE. Post Sindicum portum sequitur Cercetarum gens.

74. [TORETAE. Post Cercetas Toretarum gens] et urbs Graeca Toricus cum portu.

75. ACHAEI. Post Toretas gens est Achaeorum.

76. HENIOCHI. Post Achaeos gens est Heniochorum.

in cod. Parisino patere cuivis debebat. Toretas cum Nostro medios inter Cercetios (Κερκητίους) et Achaeos ponit Dionysius Per. 682. Ptolemaeus V, 9 ἄκραν Τορεταῖς inter Cercetas et Heniochos memorat. Plinius autem, VI, 5, inter Sindos et Cercetas habet *promontorium Crunoe, a quo supercilium arduum tenent Toretæ*. Apud Strabon. XI, p. 495 Toreatae (sic eos vocat) una cum Sindis inter Maeoticas gentes numerantur. Denique Mela I, 19 eos recenset, populorum catenam exhibens hancce : *Melanchlani, Toretæ, Sedocelci, Coraxi, Phthirophagi, Heniochi, Achæi, Cercetici et jam in confinio Maeotidis Sindones*. Vides quanta sit sententiarum fluctuatio.

§ 75. De ora Achaeorum v. not. ad § 73. 74 et de origine eorum moribusque v. Strabo XI, p. 495. 416. XVII, p. 839; Eustath. ad Il. 2, 511, p. 272 et ad Dion. 685; Aristot. Polit. VIII, 4; Dionys. Hal. A. R. I, 89; Sallust. ap. schol. Juveual. XV, 115; Appian. Mithr. c. 102; Ovid. Ex Pont. IV, 10, 27; Seneca Consol. ad Helv. c. 6; Ammian. Marell. XXII, 8, 25. Cf. Ukert. III, 2, p. 500. In Achaeorum ditione fuerit *Achæus* fl., qui ap. Arrian. Peripl. § 27 Zilchos (i. q. *Zygiros*) et Sanigas dirimit.

§ 76. Mithridaticorum scriptores ap. Strabon. I. I. inter Achaeos et Heniochos *Zygos* collocant; Dionysius (685) quoque *Zygos* cum Heniochis jungit. Cf. Steph. Byz. s. v. De Heniochorum sedibus præter Strabon. XI, p. 492. 496. 506 et Melam I, 19, 14 cf. Ptolemaeus V, 9, p. 349, 24, qui septentrionali Ponti orae tributii Achaeos, Cercetas, Heniochos, Suanocolehos. Plinius VI, 4 a Sannigis et Penio fluvio boream versus collocat *multis nominibus Heniochorum gentes*. Idem VI, 12 : *Ab iis (Suarnis) ad Pontum usque Heniochorum plura genera, mox Achaeorum*. Idem VI, 5 Heniochos Pityunta diripiisse et Dioseuriadem condidisse tradit. Ad Phasin habitasse dicuntur ap. Heraclid. Pont. Rep. § 18. Sed magis etiam versus meridiem descendunt ap. Arrian. Peripl. § 15, ubi post Drillos Trapezunti vicinos memorantur Machelones et Heniochi in iis regionibus, quas Scylax § 83 Ecechiriensis adscribit. Atque Anonymus Peripl. § 42 prisca cum recentioribus comparans diserte docet Ecechirienses olim habitatasse inter Archabium et Ophiunteum fluvios, ubi nunc sint Machelones et Heniochi. Cf. Plinius VI, 4 : *In ora ante Trapezunti flumen Pyxitis; ultra vero gens Sannorum Heniochorum*. Fabulas de gentis origine vid. ap. Dionys. 694, ibique Eustath. et schol. et paraphrast. Priscian. 668 et Avien. 871; Eustath. ib. ad 687; Plin. VI, 5; Solin. c. 15; Mela I, 19; Justin. XLII, 3; Pausanias III, 19, 7; Ammian. XXII, 8; Isidor. Orig. XV, 1; Lucan. Phars. III, 269. De moribus v. præter laudatos Ari-

77. [ΚΟΡΑΞΟΙ. Μετὰ δὲ Ἰνιόχους Κοραξὸι ἔθνος.]

78. ΚΩΛΙΚΗ. Μετὰ δὲ Κοραξὸύς Κωλικὴ ἔθνος.

79. ΜΕΛΑΓΧΑΛΑΙΝΟΙ. Μετὰ δὲ Κωλικὴν Μελάγχαλαινοί ἔθνος, καὶ ποταμὸς ἐν αὐτοῖς Μετάσωρις καὶ Αἴγιπτος ποταμός.

80. ΓΕΛΩΝΕΣ. Μετὰ δὲ Μελαγχαλαίνους Γέλωνες.

81. ΚΟΛΧΟΙ. Μετὰ δὲ τούτους Κόλχοι ἔθνος καὶ Διοσκούρις πόλις καὶ Γυνήδης πόλις Ἐλληνὶς καὶ Γυν-

77. [CORAXI. Post Heniochos gens est Coraxorum.]

78. COLICA. Post Coraxos est Colicæ regionis gens.

79. MELANCHLÆNI. Post Colicam sequitur gens Melanchlænorum, apud quos est Metasoris fluvius et Ägipius fluvius.

80. GELONES. Post Melanchlænos sunt Gelones.

81. COLCHI. Hos sequitur Colchorum gens, et Dioscurias urbs, et Gyenus urbs Greca, et Gyenus (Tye-

stct. Polit. VIII, 3, 4; Ovid. Ex Pont. IV, 10, 25; Valerius Flaccus VI, 41; Dio Cass. LXVIII, 18, LXXI, 14.

§ 77. Hoc segnem in cod. Paris. deest; supplevit scriba cod. Vaticani. De gente Hecataeus fr. 185 : Κοραξὸι, ἔθνος Κάλχων, τληστὸν Κάλων (de quibus § 78). Cf. Hellanicus, Plin. et Mela II. II., Aristot. Metteor. I, 13; Hesychius : Κοραξὸι, Σκυθῶν ἔθνος; Arcadius De acc. p. 66, 14, ubi corrupte Καραξὸι. Lanæ Coraxicea data occasione meminit Strabo III, p. 1/4 et XII, p. 578. Cf. Hippomax ap. Tzetz. Chil. X, 380. XI, 842.

§ 78. Κωλικὴ ἔθνος sueta negligentia dicit pro Κωλικὸν ἔθνος vel Κωλικὴ χώρα. Hecataeus fr. 185 sq. memorat Κάλους, Κωλικὴν χώραν; et Κωλικὴ δρός (τὰς ὑπαρειας τοῦ Καυκασου). Plinius VI, 5 post Heniochorum mentionem : Subjicitur Ponti regio Colica, in qua iugis Caucasi ad Riphæos montes torquentur, ut dictum est (V, 27), altero latere in Euxinum et Maeotin devexo, altero in Caspium et Hyrcanianum iuare.

§ 79. Μελαγχλæναι codex. Hecataeo (fr. 154) Melanchlæni sunt ἔθνος Σκυθῶν. Herodotus (IV, 20) non esse Scythicam gentem dicit, sed vitæ ratione Scythis similem, a borea habentem lacus et deserta, a meridie Scythes regios, ab oriente Tanain, ab occasu Androphagos (Cf. id. IV, 100. 107. 108). Cum his conf. Dionysium 309, qui ad Borysthensem, et Ptolemaeum V, 8, qui ab oriente Maeotidis paludis Melanchlænos collocant. Longe aliter Scylax, cum quo faciunt Mela I, 19, 14 et Plinius VI, 5. Cf. Ukert. III, 2, p. 426. Quinam hodie sint Metasoris et Ägipius fluvii accurios dici nequit. Lapieus cum Metasori componit hodiernum Kamisiilar, cum Ägipio hod. Kenthili, quem eundem etiam habet pro Abasco Arriani, ab occasu Pityuntis urbis egredienti. Ceterum Metasoris idem mihi esse videtur cum Thessyri, quem Ptolemaeus his regionibus assignat. Deinde apud Ptol. sequitur Κόραξ fluvius; i. e. corvus; idemne fortassis est Αἴγιπτος (leg. Αἴγυπτος i. e. vultur?) Corax fluvius sec. Ptolem. medius fere inter promontorium Pityuntis sive Carteronteichos et Dioscuriadem exit, terminus borealis regionis Colchicae. Errant Forbigerus et Kiepertus qui juxta ipsum Dioscuriadem ponendum esse putant.

§ 80. Γέλωνες] sic codex; ceteris sunt Γέλωνοι, quod nomen etiam edit. Scylaci exhibit. De his quoque longe aliter narrat Herodotus et qui eum sequuntur plurimi. Etenim Geloni sec. Herodot. IV, 108, origine Graci, agricola, οἰτοφάγοι, emporis ad Pontum sitis ejeci migrarunt ad Scythes Budinos, qui a Maeotide boream versus habitantes nomadicam

agunt vitam et φθειροφαγέουσι μοῦνοι τῶν ταῦτη. Ceterum quanquam et colore et reliquis rebus Geloni a Budinis differant, utramque gentem a Græcis confundi solere dicit (Cf. id. IV, 119. 123). Scymnus quoque (v. 823 ex Ephoro) Gelonus cum Sauronatis et Agathyspis recenset. Strabo eos non nominat. Horatius autem Od. II, 9, 23. 20, 19. III, 4, 35, Virgil. Georg. III, 361. II, 115. Aen. VIII, 725, Sidon. Apoll. IV, 1, Lucan. III, 28, 3, Mela I, 19, 19, Plinius IV, 26, Solin. 20. 30, Ammian. XXXI, 2, 14 omnes ad Herodoti rationes accedunt (Cf. etiam Aristot. Mir. 29, Eustath. ad Dion. 310, Orph. Argon. 1062). In ea regione, quam Scylax genti assignat, Gelonus diserte memorat nemo. Attamen Mela I, 19 juxta Coraxos collocat Phthirophagos. Porro Arrianus Peripl. § 27 ad Niticam a Dioscuriade 500 stadiis distantem progressus, ibi, ait, « πάλαι ὅπεις ἔθνος Σκυθικὸν, οὗ μνῆμην ποιεῖ ὁ λογοτοῦς Ἡρόδοτος, καὶ λέγει τούτους εἶναι τοὺς φθειροφαγτέοντας; καὶ γὰρ εἰς τοῦτο ἔτι ή δέξας ή κατὰ ἕπτες αὐτῶν κατέχει. De hisdem regionibus Plinius VI, 4 : Gens Salæ antiquis Phthirophagi dicti et Suanæ. Denique Strabo quoque XI, p. 497. 499 pone Colchos collocat Phthirophagos et sorde iis pares Suanos. Etiamnum ibi Mingrelios inter vicinos populos τῷ βόρῳ καὶ πλην insignes esse narrant (V. Mannert IV, p. 375). Itaque quum Geloni cum Budinis a Græcis congenerentur, Budini autem spurcitus essent famosi, ac eadem sordes apud Colchidis accolas reprehenderentur: facile intelligitur quomodo factum sit, ut Gelonus Scylax una cum Melanchlænis hoc transpuserit.

§ 81. Διοσκουρίς] sic codex; ceteris Διοσκούρις, uti constat; eadem postea Sebastopolis dicta; sita prope hodiernum Isgaur ad prom. Isuria (V. Chardin, Voyage en Perse I, p. 121. Dubois Voy. I, p. 307. 317). || — Γυνῆδες] « Fortasse leg. est Τυῆνις ex Stephano: Τυῆνις, πόλις Κάλχων ἀπὸ Τυγνίδος ποταμοῦ. Nisi mavelis Ηυῆνις. Stephanus: Πυῆνις, πόλις Κάλχων. » Vossius. Equideum malim Τυῆνις vel Τυγνῆς, Nunc Tguanas seu Iguanas sec. Dubois Voy. I, p. 309. 335. Pyenis et Tyenis Stephani ad eundem locum pertinerint. Γυνῆς fluvius Κυνέος dicitur ap. Ptolemaeum V, 9, p. 350, 30, qui primum post Dioscuriadem fluvium memorat Hippum, deinde Cyaneum. Plinius quidem VI, 4 et Stephanus s. v. Aīz Hippum et Cyaneum in Phasis influere dicunt, nec non Strabo XI, p. 498 et 500 Cyaneum et Glaucon in eundem se conjicere tradit. At horum testium narratio cedere debet auctorati Arriani testis oculati, qui Hippum in mare eructari docet. Cyaneum Arrianus non nominat; verum Ptolemaei sententiam firmat Tabula Peutinger-

νὸς ποταμὸς καὶ Χερόδιος; ποταμὸς, Χέρσος ποταμὸς,
Ἄριος ποταμὸς, Φᾶσις ποταμὸς καὶ Φᾶσις Ἑλληνὶς
πόλις, καὶ ἀνάπλους ἀνὰ τὸν ποταμὸν σταδίον πρ', εἰς
πόλιν (μάλην) μεγάλην βάρβαρον, δύον ἡ Μήδεια ἦν.
ἔνταῦθι ἔστι Πίς ποταμός· Ισις ποταμὸς, Λητῶν
ποταμὸς, Ἀψχρος ποταμός.

riana, ubi *Cyaneus* fluvius medius ponitur inter Tarsaram et Singamem fluvios, quos ex Arriani Periplo novimus. Itaque de loco *Cyanei* fluv. dubitatio esse nequit; patetque errasse Kiepertum, qui *Gyenum Scylacis* eundem esse censuit cum Astelepho Arriani. || — Λερέιος..., Χέρσος..., Αριός] Apud Arrianum et in Tab. Peuting. usque ad Phasim tres sequuntur fluvii : Singames (*Sicanabis T. Peut.*), Chobus, Charicis (*Cariente T. P.*). In mappis autem Kiepertianis inter Singamem et Chobum quartum notatur fluvium ostium, qui in mediterraneo tractu a Singame divellitur. Plinius vero VI, 4 inter Singamem et Chobum memorat *Rhoam* fl. Hunc esse *Cherobium* Scylacis e nominum similitudine colligo. Χέρσος aperte est Χῶνος Arriani, *Cobus* Plinii et, ut videtur, *Cohibus* Taciti in Hist. III, 48. Quidnam Scylax scripsit, difficile dictu. Αριός nonne item corruptum esse videtur. Arriano est Χαριές, Plinio *Charien*, Ptolemaeo Χαρίστος. || — εἰς πόλιν μάλην μεγάλην] μάλην ex dittographia vocis μεγάλην ortum. Si urbem auctor nominasset, dicendum erat εἰς πόλιν μεγάλην Μάλην vel εἰς Μάλην πόλ. μεγ. Ac omnino nomina barbarorum oppidorum in Ponto non apponit Scylax. Patria Medeæ quam Αἴα sive Άε vel Cytaea perhibeat, hocce nomen Vossius restitu voluit, illud vero Gronovius, in ΜΑΜΗΝ latere putans ΑΙΑΙΑΝ. De Άε urbe Plinius VI, 4: *Maxime autem inclinavit Άε XV mill. pass. a mari, ubi Hippus et Cyaneus vasti annes in eum (Phasin) confluunt.* Stephanus: Άλα, πόλις Κόλχων, κτίσμα Αΐστου, Θαλάσσης ἀπέκουσα στάδια τριακόσια, ἦν περιφέρεσσι δύο ποταμοί, Ἰππος καὶ Κύανος, ποιούντες αὐτὴν χερρόνησον. Schol. Apoll. Rh. III, 1073: Νῆσος ἐν τῷ Φάσιδι ἔστιν ἡ Άλα... Αὕτη δέ ἔστι Κόλχων μητρόπολις. Cf. idem v. Άλα, ubi Steph. in libro corrupto invenit Δάτα pro Άλα; Mimmerinus ap. Strabon. I, p. 47. 45 et XI, 498. 500; Mela I, 19; schol. Arist. Acharn. 733; schol. Theocrit. XIII, 23. De Hippo et Cyaneo fluvii qui non in Phasidem incident sed in mare egrediuntur, monui supra. Quare Ptolemaeus Άσπολιν non ad Phasidem collocat, sed infra istos fluvios. Alii putabant Άεm vetus fuisse nomen Dioscuriadis urbis (St. Byz. v. Διοσκουρίδες). Evanuisse urbem Plinius narrat. Mito reliqua que trahi huc possent veterum testimonia, quorum potiora habes apud Ubertum III, 2, p. 512 sqq. Nemo hinc non colligat plurima quæ de Άε urbe narrantur, poetarum deberi licentia. Quatenus autem subest memoria urbis, quæ revera exstitit, Άε non est diversa ab urbe Κύτη vel Κύται, que nomina sive de urbe sive de regione, Medeæ patria, apud poetas celebrantur (V. Ubert. III, 2, p. 513). Etiannunq; non longe a Phaside habemus *Kutais* vel *Kchitais* urbem, caput provinciae *Imireti* (v. *Gamba Voyage dans la Russie méridionale*.

nus?) fluvius, et *Cherobius* fluvius, *Chorus* (*Chobus*) fluvius, *Arius* (*Charieis*) fluvius, *Phasis* fluvius, et *Phasis* urbs Graeca, et navigatio secundum hunc fluvium stadiorum est 180, ad civitatem magnam barbarum, unde erat Medea; ibi est Rhis flumen. *Deinde in ora sequuntur Isis* fluvius, *Latronum* fluvius et *Apsarus*.

I, p. 168); Justiniani temporibus castellum fuit, quod Procopius B. G. IV, 14, p. 535 ed. Bonn. Κουταζίον, Agathias III, 7, p. 150 Κοτζάζιον vocant. Nomen hoc corruptum esse ex Κοτυζίον Procopius apud Arrianum (historicum, Dexippus fere aequalē, de quo v. Fr. Hist. III, p. 673, 12) legerat; ξεποι δὲ, addit, φασὶ πόλιν τε γεονέαν ἐν τοῖς ἄνω χερνοῖς τὸ χωροῦ καὶ Κύταια καλεῖσθαι· ἐνθένδε τὸν Αἴτην ὡρμῆσαν καὶ. Situs locus sec. Procopium ad *Rheontem* fluvium, qui in Phasidem se conjicit (v. Procop. IV, 13, p. 524), et de quo nunc ipse Phasis vocatur *Rioni*. Ille *Rheon* fluvius, nisi egregie fallor, idem est quem Plinius l. 1. *Surion* dicit, codem nomine etiam urbem adjacentem designans: *Nunc (Phasis) habet Surium tantum et ipsum ab amne influente (cujus meminit etiam II, 103) cognominatum, usque quo magnarum navium capacem esse diximus.* Dixerat Plinius navigari Phasin 38 mill. pass. sive 304 stadiis, quod plane concinit cum 300 stadiis, quibus Άεm ab ora maritima distare refert schol. Apollonii; longius absunt stadia 180 Scylacis nostri. Sed nibilominus nullus dubito quin et *Surius (su-rion, fluvius-Rhion?)* Plini sit Πίς Scylaceus. Nam vel verborum tenor suadet fluvium illum ibi esse ubi Medeæ urbs ad Phasidem erat. Sin fluvium post Phasidem in mare exuenire significare auctor voluisse, pro ἐντάῦθα dicendum erat μετὰ ταῦτα vel ἔπειται. Porro proximus a Phaside fluvius post 90 stadia est Μῶγρος vel Νῶγρος Arriani aliorumque; quod nomen a nostro plane diversum est. Ne denique cum Galilio putes voculam Ἱρίς habendam esse pro iterata scriptura sequentis vocis Ιρίς, et delendam, vel eo impeditur quod codex non habet Ιρίς, sed Ισις, uti est ap. Arrianum, Pliniū et in Tab. Peuting. || — Αγηστῶν ποταμὸς, Αψχρος] Verba Αγηστ. ποτ. in cod. Vatican. omissa sunt. *Apsarum* fluv. (hoc *Chappa-Su*) nomen usque ex Arrian. Per. § 7, 8, 16, Anon. Peripl. § 40; Artemidor. ap. Steph. s. v. Αψχρος et Αψχριδες; Plin. VI, 4 (*flumen Apsarum cum castello cognomine*); Tab. Peuting.; Vibio Seq. p. 7; Procop. B. G. IV, 2; Agathia III, 15; Chron. Paschal. p. 34. Ptolemaeus *Apsarum*, quem Αψχρον dicit, cum magno *Acampsī* fluvio confundit, uti ex ipsa fluvii descriptione patet. Idem error in Appiano Mithr. c. 101 et Plin. VI, 9. Ptolemaeus tamē errorem suum corrigit quadammodo, quum castellum *Apsorum* 50 stadiis a fluvio removeat, ideoque in eo fere loco collocet ubi revera erat *Apsorus* fluvius. V. Mannert. VI, 2, p. 364 sq. *Latronum* fluvius, quem Scylax ait, unus est ex iis quos inter *Isin* (*Schetkati Su*) et *Apsarum* medios ponit Arrianus, vel *Acinum* (*Tschuruk-Su*) vel *Bathys* (*Tzulchuda*) vel *Acampus* (*Tschorvel s. Dsorohrah*). Postremus quum ceteris major et navigabilis sit, hunc designari nostro loco suspicor.

82. ΒΥΖΗΡΕΣ. Μετὰ δὲ τοὺς Κόλχους Βύζηρες ἔθνος καὶ Δαραανῶν ποταμὸς καὶ Ἀρίων ποταμὸς.

83. ΕΚΕΧΙΡΙΕΙΣ. Μετὰ δὲ Βύζηρας Ἐκεχιριεῖς ἔθνος, καὶ ποταμὸς Πορδανὶς, καὶ Ἀράβις ποταμὸς, Λίμνη πόλις, Ωδείνιος πόλις Ἐλληνίς.

84. ΒΕΧΕΙΡΙΚΗ. Μετὰ Ἐκεχιριεῖς Βέχειροι ἔθνος, Βέχειρικος λιμὴν, Βέχειριδες πόλις Ἐλληνίς.

85. ΜΑΚΡΟΚΕΦΑΛΟΙ. Μετὰ δὲ Βέχειρας Μακροκέφαλοι ἔθνος, καὶ Ψωρῶν λιμὴν, Τραπεζοῦς πόλις Ἐλληνίς.

§ 82. Βύζηρες] Βούστρεες codex; Hecataeus (fr. 190) Δίζηρες dicit, post quos habitant Xooi et deinceps Βέχειρες. Plinius VI, 4: *Colchi, Buzeri, Bechires, Macrones*. Eodem modo Dionysius 765. Item Mela I, 19, 10: *Colchi, Buzeri, Becheri, Macrocephali*. Ap. Apoll. Rhod. II, 394 et 1242 series est: *Colchi*, Byzeres, Sapires, Bechires, Macrones. Cf. Valer. Flacc. V, 175. 153. Apud Orph. Argon. 758: *Sigyni*, Byzeres, Sapires, Napatae. Ammian. XXII, 8, 2: *Chalybes*, Byzeres, Sapires, Tibareni, Mossynocci. Strabo XII, p. 549 Byzeres memorat inter Heptacometas barbaros, qui Scydisum montem tenent. Hinc sua Steph. Byz. v. Ἐπτακωμῆται. Idem: Βύζηρες, ἔθνος ἐν τῷ Πόντῳ ἐστί, καὶ Βύζηρικός λιμὴν, quod e Stephano repetit Eustath. ad Dion. I. l. || — Δαραανῶν, Ἀράων]. Utrumque nomen corruptum esse videtur. Proximus ab his fluvius § 83 nominatur Πέρδαντις. Is aperte est Πρύτανις Arrian. Nostri igitur fluvii medii esse debent inter Apsarum et Prytanum; duosque fluvios inter utrumque recenset Arrianus § 8, *Archabin* et *Pyxiten*. In tanta nominum plerorumque corruptione non improbable est Scylacem pro Δαραανῶν fortasse scrispsisse Ἀρχαδῶν (nunc *Archavah*. Cf. not. ad Arrian.). Pyxites autem Arrian (hoc. *Witzeh*) an sit Arion Scylacis, dubito propter nominum *discrepaniam* et quod plures fluvii inter Archabin et Prytanum sunt medii, quorum prisca nomina ignoramus. Unus eorum hodie *Odscha* vocatur, ad quem ponenda est *Armene* urbs ab Anonym. in Peripl. Pont. memorata (v. not. ad Arrian. § 31). Fortasse hic est Arion Scylacis.

§ 83. Ecechirienses præter Scylacem unus memorat Anonymus in Peripl. § 41: Ἀπὸ σῦν Ἀργάθεως ποταμὸς εἰς Ὁφιοῦντα ποταμὸν πρῶτον ψίχουν ἔθνος οἱ λεγόμενοι Ἐκεχιριεῖς (sic), γῦν δὲ οἰκοῦσι Μαχελῶνες καὶ Ἕνιοχοι. Haec tamen non e Nostro desumpta sunt, quum Ecechiriensis ora tribuatur, quam ap. Scylacem tenent Byzeres, Ecechirienses et Bechiri, qui quidem nonnisi tribus ejusdem gentis fuisse videuntur. Περιώσια φῦλα Βέχειρων et ἀπειρεστήν Βέχειρων γαῖαν dicit Apollon. Rhod. II, 394. 1242, qui eo loco quo Noster Ecechirienses memorat, Σάπειρας recenset. Hecataeus I. l. ibidem collocat Xooús, modo recte nomen habeat. || — Πόρδαντις] Πρύτανις apud Arrianum, hodie *Furtuna*. Cf. Ukert. III, 2, p. 210, et not. ad § 82. — Ἀράβις ποταμὸς, Λίμνη πόλις] Apud Arrianum § 8 post Pyxiten sequitur Ζάγατις fluvius (hoc. *Sucha Dere*), qui respondere debet Arabi Scylaceo. Ne censeas Arabin esse Archabin Arrianii

82. BYZERES. Post Colchos sequitur Byzerum gens et Daraanom fluvius et Arion fluvius.

83. ECECHIRIES. Post Byzeres sequitur gens Ecechiriensem, et fluvius Pordanis (*Prytanis*) et Arabis fluvius, Limne urbs, Odinius urbs Graeca.

84. BECHIRI. Post Ecechiries est gens Bechirorum, Bechiricus portus, Bechirias urbs Graeca.

85. MACROCEPHALI. Post Bechires gens est Macrocephalorum, et Psorón portus, Trapezús urbs Graeca.

series locorum obstat. Num ad has regiones pertineat illud Ἀράβιας ἄρειον ἄνθος ap. Aeschyl. Prom. 420, ut Clausenius censem, non quero. Quod attinet Αἴγυνη πόλιν, Vossius putat eandem esse quae est Ξαλίνη Ptolemai (V, 6, p. 336, 12), ex quo corrupta nostra sint corrigenda. Idque si literas nominum spectes, probabile est; at situs, quem Xylinæ Ptolemaeus assignat inter Archabin et Apsorrum, minime quadrat. Sin seriem locorum spectes, Αἴγυνη nomen cum Gronovio credas corruptum esse ex Ἀθήνῃ; nam *Athenæ* (hoc. *Atina*) septem post Zagatin fl. stadiis memorantur ap. Arrianum. || — Ωδείγιος] ἀδείνιος codex; *Godinio* in Geogr. Raven.; *Ardineo* in Tab. Peutinger.; Ἀδηνής ap. Arrian. § 8; εἰς Ἀδηνην (sic) [τὸν] ἥδη λεγόμενον Ἀδηνην Anonym. Peripl. Pont. Eux. § 39. Nunc *Kanlu-Dere*.

§ 84. Βέχειροι] Paullo post Βέχειρας, quae forma usitationis est. Βέχειροis occurrit ap. Apoll. Rh. II, 395, *Becheri* ap. Melam I, 19, 11. Cf. Steph. Thes. v. Βέχειρ. || — Βέχειρινη] sic cod.; Βέχειροi editt. || — Βέχειριδες] Vossius; Βέχειρις Salmasius; Βέχειρδες codex. Non est proprium nomen, sed appellativum. Jam quum supra ex Anonymo collegerimus Ecechiriensem et Bechirum oram usque ad Ophiunteum flumen pertinere, urbs vero inter Adienum et Ophiumentum nonnisi una nota sit Rhizūs (nunc *Rizeh*) ad flumen cognominem, ac omnino alia nulla sit deinceps urbs usque ad Trapezuntēm: non dubito quin ipsam hanc Rhizuntēm in Bechirum ora sitam auctor designare voluerit. Vide Ptolem. V, 6 p. 335; Arrian. § 7; Procop. B. G. V, 2 (Πέζανον); Tab. Peut. (ubi corrupte *Reila*); Mannert. VI, 2 p. 372 sqq. Ceterum De Bechiris cf. not. § 82.

§ 85. Ψωρῶν λιμὴν] Idem esse debet qui "Υσσον λιμὴν (a fluvio) dicitur ap. Arrian., Ptolem., Tab. Peutinger. et in Notitia imperii orient. c. 27. Aliud eiusdem nomen prabet Anonym. Peripl. § 38: Ἀπὸ Τραπεζοῦντος εἰς "Υσσον λιμένα, τὴν γῦν λεγομένην Σουσάρια (Σουσάριαν?) σταδ. ρτ'. (Procopius B. G. IV, 2 κύμην Σουσάριανα μα καὶ τῷ Τίγαλῳ memorat.) Hodie: *Surmenek vel Kara Dere*. Ψωρῶν λιμὴν, *scabici portus*, dictus fuerit ab eventu. Sordidorum Phthirophagorum vicinos Macropogones esse dicit Strabo XI, p. 492, qui a Macrocephalis vix diversi fuerint. Feros et inconditos Macrocephalorum mores tangit etiam Mela I, 19, qui cum Plinio VI, 4 easdem sedes iis assignat, quas in Periplo tenent (cf. n. § 82). Ditio eorum sec. Scylacem ab Ophiunte sere fluvio pertinuit

86. ΜΟΣΣΥΝΟΙΚΟΙ. Μετὰ δὲ Μακροχεφάλους Μοσ-
σύνοικοι ἔνος, καὶ Ζεφύριος λιμήν, Χοιράδες πόλις
Ἐλληνίς, Ἀρεως νῆσος. Οὗτοι ὅρη κατοικουσιν.

usque ad Cerasuntem vel paullo ultra. Contra Anonym. Peripl. § 22 τοὺς λεγομένους Μάκρωνες ἦτοι Μακρο-
νεῖς λιμῶν habitasse refert inde a Trapezunte usque ad
Aretiadem insulam (cf. not. ad § 83); cuius tractus
majorem partem in nostro Periplo tenent Mossyneci.
Ceterum de Macrocephalibus sive Macronibus v. Hesiod.
ap. Harpoerat. s. v.; Strabo I., p. 43; VII., p. 299;
XI., p. 520; XII., p. 548: Παλαφάθυς ap. Suidam
v. Μακροῦ; Pollux Onom. II., 90; Hippocrat. De aere
§ 80 sqq.; Hecataeus fr. 191; Herodot. II., 104. III.,
94. VII., 78; Xenophon Anab. IV., 8. I. V., 18. VII.,
8, 25; Schol. Apoll. Rhod. I., 1024. Apud Plinius
VI., 4, ubi: gentes Tibareni, Mossyni, ... gens Macro-
cephali, oppidum Chordule; gentes Bechires, Byzeri,
flumen Melas; gens Macrones; Sidene flumenque Si-
denum, etc., Macrocephali et Macrones tanquam gentes
diversae videntur distingui; sed quum Plinius nulla
insit series locorum, patet hæc ex duobus fontibus
mixta esse. Cum nostris conserni potest prima loci
pars usque ad verba *flumen Melas*. Quæ deinde se-
quuntur ex alio fonte perperam assuta sunt.

§ 86. Μοσσύνοικοι] sic h. l. codex. Infra § 87
habet τοὺς Μοσσύνους (i. e. Μοσσύνους). Dicere licet
Μοσσύνοικοι, Μοσσύνες et Μοσσύνοι. V. L. Dindorf. in St. Thes. v. Μόσσαν. Quod seriem populorum attinet,
Macrocephalorum, Mossynocorum sive Mossynorum,
Tibarenorum, Chalybum, cum Scylace consentiunt Mela
I., 19, 11 et Plinius VI., 4, et præ ceteris cum Nostro
comparandi Dionysius Periegetes 766 Apolloniusque
Rhodius II., 1241 sqq. De Hecataeo (f. 192) hoc sal-
tem scimus eum juxta Mossynecos, apud quos Χοιράδες
memoravit, posuisse Tibarenos, quibus tamquam προσ-
εξῆς ἔνος adjunxit Mares (Cf. Herodot. IV., 78). Ex
Ephoro (ap. Steph. B. v. Τίβαρηνα) constat Mossyn-
ecos excipere Tibarenos, tum Chalybes, tum Leu-
cosyros (Assyrios vocant Scylax, Apollon. et Dionys.).
Pauillo magis differt Xenophon in Anab. V., 4, 1, ubi
post Mossynecos, quorum regionem octo castris
Græci peragrarunt, sequuntur Chalybes numero ex-
gui et Mossynecis subjecti (qui ap. Scylacem Mossynocorum in ditione comprehenduntur); deinde
Tibareni, quorum in agro sita est Cotoyra (idem etiam
sec. Scylacis rationes statendum); deinde populos ora
singillatum non amplius recensens Xenophon utpote
navigatione jam utens, statim memorat Paphlagoniam.
Præterea notandum est Dionysium et Apollonium II.,
375 inter Macrones et Mossynecos memorare Φι-
λυρας, sic dictos a Philyreide insula juxta Mossynocorum
oram sita, de qua pluribus poeta exponit II.,
1231 sqq. (Cf. Steph. B. v. Φιλυρες; Ovid. Met. VII.,
312). Turbatum gentium ordinem præbet Valerius
Flaccus in Arg. VI., 120, ubi recensentur: Cis-
sæ, Heniochi, Philyræ, Byzeres, Macrones, Mossyneci.
Apud Ammianum XXII., 8, 20 enumerantur:
Philyres, Macrones, Mossyneci, Tibareni, Sapires,
Byzeres, Chalybes, Dahæ, Amazones. Tibullus IV., 1,

86. Mossyneci. Post Macrocephalos sunt Mossyneci, et Zephyrius portus, Chorades urbs Graeca, Martis insula. Hi montes inhabitant.

146 Mossynecos ad Tanaim transfert. Curtius VI., 4,
17 Mossynecos, Cereetas, Chalybes, Leucosyros et
Amazones a Ponto deduxit ad mare Caspium. Strabo
Mossynecos commemorat inter τοὺς ἐπακανθατας
Scydise montis. De aspera et montosa Mossyn. regionis
natura Scylax quoque præter morem monuit; plura
vide ap. Xenophon. l. l. Ditio Mossynæcorum ab ora
qua post Cerasuntem sequitur, pertinuit usque ad
Chorades sive Pharnaciam. Cerasus sec. Plinius adhuc
erat in regione Macrocephalorum; at non longe post
eam initium fuisse Mossynorum e Xenophonte (An. V.,
4, 1) intelligitur; pertinuisse autem usque ad Chorades
sive Pharnaciam ex ipso Scylace liquet. Sec. Anonym.
§ 20 ditio eorum putat a Pharnacia τῆς καὶ πλάται Κερα-
σοῦντος ἔως τῆς πλατανὸς Κωντάρου. At hac errore ni-
tuntur. Confundit auctor Cerasuntem-Pharnaciam cum
altera Cerasunte, quæ ab illa orientem versus est;
ab hac initium sumere poterat, non a Cerasunte
Pharnacia. Ea autem confusione factum est ut Ma-
crocephalorum gentem magis quam par erat occiden-
tem versus collocaret (v. not. § 85). De Mossynæcorum
feritate, moribus impudicis ceterisque institutis v. Xe-
nophon An. V., 4; Diodor. XIV., 30; Vitruv. II., 14;
Apoll. Rh. II., 1015 sqq.; Scymnus 901 sqq.; Nicolaus
Dam. fr. 126; Eustath. ad Dion. 766.; Strabo, Mela,
Plinius, Ammianus II. II.; Aristot. Polit. II., 2;
Sextus Empir. Pyrrhon. Hypoth. III., 24; Artemidor.
Onesicr. I., 9. || — Ζεφύριος λιμὴν] Cf. Ar-
rian. § 24: Ζεφύριος, δρυος ναυαλ; Anonym. § 36:
Ζεφύριος γωριον. Tab. Peuting.: Zepirium. Strabo
ceterique locum non memorant. Nunc Zeffra vel Kaik
Liman. V. Mannert. VI., 2, p. 385; Hamilton Re-
search. I., p. 261. || — Χοιράδες πόλις] St. Byz.:
Χοιράδες πόλις Μοσσύνοικων. Ἐκατοτὸς Εὐρωπῆς « Τίβα-
ρηνος δὲ πρὸς ἡδιον ἀντίχοντα Μοσσύνοικοι δρουεῖσσι·
ἐν δὲ αὐτοῖς Χοιράδες πόλις ». Postea urbs a Ponti rege
(ab avo Mithridatis magni, ut videtur) Pharmacia
dicta. Χοιράδες nomen a rupibus, quibus litus ibi hor-
ret, ineditum. Arrianus § 24 ex coequo Anonymus § 34
Pharnaciæ olim appellatam esse Cerasuntem (etiam
nunc Keresun), et a Sinopensibus deductam tradunt.
Xenophon autem Anab. V., 3 alteram Cerasuntem,
quæ a Pharmacia supra 500 stadia orientem versus
distat, Sinopensum coloniam dicit. Nihil adeo obstat,
quoniam verum tradat auctor uterque; sed fieri potest ut
de conditoribus Cerasuntis Pharmaciæ Arrianus erra-
verit. Mannertus VI., 2, p. 386 statuit Arrianum con-
fudisse nomina Χοιράδες et Κερασοῦ, vel potius receptam
apud vulgus opinionem secutum esse, qua quidem ef-
fectum sit ut etiam nunc urbs Κερασοῦ dicatur. Su-
fragatur Forbigerus II., p. 423. Quamquam hodiernum
nomen ex confusione urbium longe dissitarum repe-
tere prorsus est absurdum. Immo non hæc solum
erant Cerasunes, sed etiam tertiam in eadem Ponti
ora mox (§ 89) comprehendemus. Nomen Χοιράδες
comparandum est cum nominibus Ψωρῶν λιμὴν, Αγ-

87. TIBAPHOI. Μετὰ δὲ Μοσσύνους ἔθνος ἐστὶ Τιβαρηνοί.

88. ΧΑΛΥΒΕΣ. Μετὰ δὲ Τιβαρηνούς Χάλυβες εἰσιν ἔθνος, καὶ Γενήτης λιμνῶν κλειστὸς, Σταμένεια πόλις Ἑλληνίς, καὶ Ἰασονία ἀκρόπολις Ἑλληνίς.

στῶν ποταμός, similibus, quae non sunt nomina propria, sed a natura indeoque loci petita vel nominum priorum synonyma vel versiones. Sic Χοιράδες, *rups*, dici poterat urbs quae ab ipsis incolis vocabatur eodem nominis sensu Κερασόνης (a κέρατα, rupis cornu). Similiter Κερασόνης locus quem § 89 Scylax memorat, apud alios vocatur Σκόπελος. Novum Pharnaciæ nomen cum Ponticorum regum imperio evanuit, pristinumque, uti fieri solet, resumptum. Ceterum plus semel utramque Cerasuntem confusam esse proclivis conjectura est, reique exemplum supra attulimus. De ruinis Pharnaciæ v. Hamilton I. l. I. p. 262. || — Ὅρεως νῆσος] ex adverso Pharnaciæ sive Cerasuntis sive Choradum sita; nunc Kerasun-Ada. Vide de insula fabulis clara Anonym. Peripl. § 37 et 34 (Ἀρῆσ et Ἀρητὰς νῆσος); Apollon. Rh. II. 1031. 1047. 1069 sqq.; Mela II, 7, 2; Hygin. Fab. 30; Plinius VI, 13 (*Chalceritis, quam Greci Areiam dixerunt*).

§ 87. De regione Tibarenorum præter allata cf. Anonym. § 33, qui habitasse eos ait a Cotyoro usque ad Polemonium. Ejus sententiæ originem supra exposui. Strabo Tibarenos Colchis vicinos facit (p. 129. 309. 527. 534. 540. 548. 555). De moribus gentis v. Apoll. Rhod. II, 1010 sqq. ibique schol.; Ephorus fr. 82; Scymnus 915; Mela I, 19, 10; Dionys. 767; Nymphod. fr. 15 (Fr. Hist. tom. II, p. 379); Plin. XXXVII, 42.

§ 88. Chalybes post Tibarenos memorant Ephorus, Apollonius Rhodius, Dionysius, Mela, Plinius, alii (v. § 86); minor est consensus de ditione gentis certis limitibus circumscribenda. Chalybes enim nunquam in una eademque omnes regione habitasse videntur, sed per totam Ponti oram meridionalem, nec non per mediterraneos Asiae Halyi fluvio proximas tractus ita dispersi erant, ut ubi ferri fodinae et fabricæ memorentur, ibi etiam Chalybes deprehendantur. In Periplo nostro per angusta iis assignatur regio quadringentorum vix stadiorum, inde a Genetō fluvio usque fere ad Thermodontem. Eodem modo Dionysius statuit et Apollonius Rhodius. Magis etiam fines coeret Anonym. Peripl. § 31, qui Chalybes habitasse dicit ἀπὸ Πολεμανίου ἦντις πλησίον τοῦ Θερμώδοντος. Forsan hoc ex Eudoxo fluxit, quem laudat Stephanus: Χάλυβες, περὶ τὸν Πόλεμον ἔθνος ἐπὶ τῷ ποταμῷ Θερμώδοντι, περὶ δὲ Εὔδοξος ἐν τῷ πρώτῳ · «Ἐκ δὲ τῆς Χαλύβων χώρας ὁ στόρχος διερχεται τὸ στομάχατα ἐπιτονόμενος ἔχεται. » (Eustephanus suo habet Eustath. ad Dion. 767.) Ephorus (fr. 82) item Chalybes διέρρους esse dicit Tibarenorum et Leucosyrorum, ceterum eos inter mediterraneos populos recenset eodem modo quo Myros, Cappadoces, Phryges, Milyas (fr. 80, collato Scymno 938). Apud Melam (I, 19) Chalybes pertinent usque ad Paphlagoniam; nam: *Paphlagoniam, inquit, finit Armene; Chalybes proximi clarissimas ha-*

87. TIBARENI. Post Mossynos sequitur gens Tibarenum.

88. CHALYBES. Post Tibarenos gens est Chalybum, et Gentes portus clausus, Stamenia urbs Graca, et Jasonium [*promontorium et Side urbs*] Graeca.

bent Amison et Sinopen (de Amiseno ferro v. Aristot. Mir. 48; τὸ Σινωπικὸν στόμαχα celebratur ap. Steph. Rhv. v. Λαζαρεῖτιμων), *annes Halyn et Thermodontia; Themiscyrum oppidum. Tibareni Chalybas attingunt*. Herodotus I, 28 quoque inter populos quos cis Halyn habitantes Croesus subegerit, Chalybes nominat. At partem Chalybum, quibus δὲ βίος ἦν ἀπὸ τῆς σινηρείας, in Mossynocorum ditione Xenophon in itinere suo (V, 4, 1) vidit (cf. § 86). Patet hæc intelligenda esse de regione quæ erat ad *Chalceritum* insulam et Pharnaciā, doceante Strabone XII, p. 549: Οἱ δὲ νῦν Χαλύβαιοι Χάλυβες τὸ παλαιὸν ὀνομάζοντο, καθ' οὓς μάλιστα ἡ Φαρνακία ὑδρυται. De optimo Μοσσύνοντο γαλᾶ v. Aristot. Mir. c. 6. Ab his autem Chalybibus, qui præcipliæ sedes inter Genetem et Thermodontem habebant ac hinc per varias regiones ferro divites dispersi, erant, geographo (non item, ut videtur, ethnographo) probe distinguendi sunt Chalybes Armeniæ vicini, viri ἀλιμιμέται (Xenophon. IV, 5, 34.), *Armenochalybes* Plini (VI, 4). Χαλύβεοι dicit Hecataeus (tr. 155); Xenophon VII, 8, 25 in recensu gentium, quas peragravit, alteros Χάλυβας, alteros Χαλύβαιοι dicere videtur: Καρδούσιοι δὲ καὶ Χάλυβες καὶ Καλχοί καὶ Μοσσύνοι καὶ Κοῖται καὶ Τιβαρηνοὶ ἀντόνομοι. At legendum potius ἡ Χαλύβαιοι, sive hæc Xenophontis sint, sive, ut puto, ab alio addita.. Κοῖται aliunde non noti. Τέογοι conj. Dindorfius. Corrigendum puto Χοῖται vel Χοῖται; sc. iidem sunt qui Hecataeo dicuntur Χοῖ v. Χοῖ, in ea habitantes regione, quam Scylax et Anonymus Ecechiriensisibus tribuant (§ 83). Ceterum de Chalybibus sive Chaldaïis adi Ritter. Erdk. II, p. 727; Bernhardy ad Dion. 737; Ubert. III, 2, p. 522, ut mittam alios plurimos. || — Γενήτης λιμὴν] γενέστις λιμὴν codex; em. Vossius e Stephano: Γενήτης, λιμὴν καὶ ποταμός. Άπολλάνιος ἄκρα Γενηταῖαν φησι. Σοφοκλῆς ποταμὸν Γένητα φησιν. Plinius VI, 4 Genetas tanquam gentem iuxta Chalybes memorat: *Gentes Genetarum, Chalybum; oppidum Cotyorum; gentes Tibareni, Mossyni*. Fluvium habet Strabon XII, p. 548: Εἶτα ἀλλή ἄκρα Ιζαρνίου καὶ δι Γενήτης. Anonym. Peripl. § 32: Άπο δὲ τοῦ Γενήτου ποταμοῦ εἰς Βοῶνα ἀρχωτήριον καὶ χωρίον στάδ. κ'. Ἐνταῦθα λιμὴν πάντων ἀνέμων καὶ δρυμὸς ναυσι. Ille Βοῶν (Vona vel Bona hor.). Scylacis est λιμὴν κλειστός. De promontorio Apollon. Rh. II, 1009: Γενηταῖον Δίὸς ἄκρη γνάμαντες σώνα παρεῖ Τιβαρηνῶν γαῖαν. II, 378: Ζηνὸς Εὔξενοι Γενηταῖην ὑπὲρ ἄκρην; schol. ibi meminit Γένητος (sic) ποταμοῦ. || — Στα μένεια] Ἀμένεια codex; corr. Clausenius, assumpta ex antecedente vocalitera σ, collatoque Hecataeo, qui Σταμένην Χαλύβων πόλιν dicit (fr. 196). || — Ἰασονία] ἀστεῖα codex; em. Voss. Vid. Xenophon Anab. VI, 2 (Ἰασονία ἀστή, ἔνθα ἡ Ἀργώ λέγεται δρυμασθαι); Strabon I. l; Arrian.; Ano-

89. ΑΣΣΥΡΙΑ. Μετὰ δὲ Χάλυβας Ἀσσυρία ἔστιν ἔνιος καὶ ποταμὸς Θερμώδων καὶ πόλις Ἐλληνὶς Θεμισκυρα, Λύκαστος ποταμὸς καὶ πόλις Ἐλληνὶς, Ἀλυς ποταμὸς καὶ Κάρουσσα πόλις Ἐλληνὶς, Σινώπη πόλις Ἐλληνὶς, Κερασοῦς πόλις Ἐλληνὶς καὶ Ὀχέραινος ποταμὸς, Ἀρμένη, πόλις Ἐλληνὶς καὶ λιμὴν, Τετράχις πόλις Ἐλληνὶς.

90. ΠΑΦΛΑΓΟΝΙΑ. Μετὰ δὲ Ἀσσυρίαν ἔστιν Παφλαγονία ἔνιος. Ἐστι δὲ ἐν αὐτῇ Στεράνη λιμὴν, Κδουσσα πόλις Ἐλληνὶς, Κίνωλις πόλις Ἐλληνὶς, Κάραμβης πόλις Ἐλληνὶς, Κότωρις πόλις Ἐλληνὶς,

num. 32; Ptolemæus (Ιασόνιον ἄκρον). Etiam nunc Iasun. De urbe nemo monet, neque uti Noster solet voce ἀκρόπολις. Fortassis erat: Ιασονία ἄκρα, [Σίδη] πόλις. Nam Side urbs, postea Polemonium dicta, proxime sequitur.

§. 89. *[Ἀσσυρία]* Sic etiam Apollon. Rh. II, 946: Αἴτια δ' Ἀσσυρίης ἐπέδναν χθονες, ἔνθα Σινώπην... καθισσατο... Ζεύς. Pertinet ei Assyria usque ad Irin fluvium. II, 993: Αἰτον Ἀλυν ποταμὸν, λεῖτον δ' ἄγκερον ιεριν, ήδη καὶ Ἀσσυρίας πρόχυσιν χθονες (Assyria terre campos aggestos) ἡμέτη δὲ τῶν γῆμέραν ἀλαζόνων ἔκαθεν λιμενοχοὸν ἀκρην, ἔνθα ποτέ.. Μελαντίπην ἥρως Ἰρακλέτης ἐλογήσατο (i. e. Ἰρακλείον promontorium Strabonis p. 548, Arriani, Anonymi, Ptolemæi II. II.; prope hodiernum Termeh); sequuntur deinceps apud Apoll. Thermodontis ostia, τὸ πεδὸν Δοτάντιον (988), Amazonum urbs Themiscyra; deinde Chalybes. Hac locorum descriptio prorsus cadit in Periplum nostrum, nisi quod quam poeta separatis recenset Amazonum terram, eam geographus Assyriae ascribit, que usque ad Sinopen et paullo ultra patet. Eosdem fontes adhibuit Dionysius 772, ubi item Amazonum regio nomine Assyriæ comprehenditur. De ipso nomine v. Arrian. ap. Eustath. ad Dionys. 772, qui Assyrios a Cappadoce Ninya filio Cappadoces dictos esse narrat. De iisdem Assyriis intelligendum est, quod ex eodem Arriano refert Eustathius Dion. 378. Hecatæus (fr. 194), Ephorus, ceteri fere omnes hosce Assyrios appellant Leucosyros, de quo nomine v. Strabo p. 542. 544. 554. 578. 737; Eustath. 1. 1; Plinius VI, 3. Sec. Herodotum I, 72 οἱ Καππαδόκαι ὑπὸ Ἐλλήνων Σύριοι ὄνομάζονται (ut ap. Plutarch. Lucull. c. 23); quod nomen ab illo Ἀσσυρίων grammaticice nihil differt, quamvis inter ea distingui solet, uti constat. || — Λύκαστος ποταμὸς] Apollon. Rh. II, 999 Amazones Θεμισκυρας, Λυκαστις et Χαδιστας nominata a tribus quas habittasse dicuntur urbibus. Vid. schol. ad. II, 999 et II, 373; Plinius VI, 3; Mela I, 19, 9. Fluvium Lycastum 20 stadia ab Amiso distantem memor Anonym. § 28 et Marcian. in extr. || — Κάρουσσα] Plinius VI, 2: *Oppida Gangre, Carusa, Amisum*. Arrian. § 21 Κάρουσα, 150 stad. a Sinope. Anonymus § 24 eam dicit εὔποριον καὶ λιμένιν τοῖς ἀρ̄ ἐπέρχεσθαι ἀνέμοις, πρῶτον Πολιγυνιον (?) καλούμενον. Ptolemei codices præbent Κάρουσσα. Cf. Marcian. extr. Nunc Gerzeb. || — Κερασοῦς, Ὀχέραινος, Ἀρμένη] De Harmene urbe bene constat e Xenoph. Anab. V, 9, 15 (ubi Ἀρμένη), Mela I, 19, 8,

89. ASSYRIA. Post Chalybes est Assyria et fluvius Thermodon, et urbs Graeca Themiscyra, Lycastus fluvius et urbs Graeca, Halyss fluvius, et Carussa urbs Graeca, Sinope urbs Graeca, Cerasus urbs Graeca, Ocheraenus fluvius, Harmene urbs Graeca cum portu, Tetraxis urbs Graeca.

90. PAPHLAGONIA. Post Assyriam sequitur Paphlagonum gens. Est in ea Stephane portus, Colussa urbs Graeca, Cinolis urbs Graeca, Carambis urbs Graeca, Cytoris

Strabone XII, p. 545 (ubi Ἀρμένη), Plinio VI, 2 (Armene), Arriano § 21, Anon. § 21; Marciano p. 72 Huds., Stephano (Ἀρμένη), Geogr. Raven. (Armone). Ad Harmenem fluvius erat, qui Marciano Ὀχοσδάτης, Anonymo Ὀχθομένης dicitur. Idem Scylaci est Ὀχέραινος, corrupto haud dubio vocabulo; certe pro ΟΧΕΠ erat ΟΧΩΠ. Atque sic quidem recte Mannerius. Gronovius suspicatur Ὀχέραινος Scylacis fortassis esse Ceraunum Plinii VI, 3, ubi: *A Neocassarea supradicta minorē Armeniam Lycus annis distinat. Est etiam Ceraunus intus clarus*. Sed haec a nostro loco prorsus aliena sunt. De Cerasunte (Κερασοῦς codex) veteres et recentiores silent. Anonymous tamen § 21 (collato Marcian. l. l.) haec notat: ἐπὸ δὲ Ἀρμένης εἰς Σινώπην... στάσια μ'. Κεῖται δὲ ἐπὶ τῶν ἄκρων νησίον, δικαλεῖται Σχόπελος κτλ. Hujus Σκοπέλου nomen apud indigenas suisce censeo Κερασοῦς, sicuti § 86 res ipsa adducebat, ut Χοιράνες nomen eundem locum indicare statuerem, qui ab incolis vocabatur Κερασοῦς. Alter locus alterum firmat. || — Τετράξις] Locum aliunde non notum proxime ab antecedente abesse ex situ urbis sequentis intelligitur.

§ 90. Στεράνη λιμὴν] Στεράνη λικυμῆς codex Paris.; Στερ. λιμὴν cod. Vatican.; καθη καὶ λιμὴν dicitur ap. Anon. § 20; πόλις καὶ λιμὴν conj. Fabricius. Cf. Ptolem. V, 4; Marcian. p. 72; Plinius VI, 2. Nunc Istiphan seu Stephanio. Stephanus Byz. ex Hecateo (f. 201): Στεράνης, πόλις Μυρτανῶν. Quae urbs a nostra non diversa esse videtur, quamquam mireris hucusque pertinuisse Mariandynos. || — Κόλουσσα] Hæc aliunde non nota; idem valet de Κόλουσσα urbe Pontica, quam ex Hecataeo (fr. 199) Stephanus assert. Fortasse utrumque nomen ad eandem pertinet. Post Stephanen sequuntur: *Anticinolis, Cinolis, Εγινετας, Abonutichus, Carambis*. Nisi fallor, Κλουσσα, modo incorruptum sit, nomen proprium est ejus loci, quem alii propterea quod ex adverso erat Cinolis, Anticinolin dixerunt. De Abonuticho ne cum Mannerto cogitamus, series locorum obstat. || — Κίνωλις] κορωνίς codex; emendarunt e Strabon. XII, 545, Mela I, 19, 8, Plin. VI, 2 (Cinolis), Arrian. § 21, Anonym. § 20; Ptolem. || — Κέραμεις] κάραμως codex; em. Vossius. || — Κύτωρις] sic codex. Cf. Suidas: Κύτωρις, τόπος παραθαλάσσιος. Zonaras: Κύτωρις, ζυγμα ποταμοῦ. Ceteris Κύτωρος (Hom. Il. 2, 853; Apoll. Rh. II, 942), τὸ Κύτωρον (Strabo XII, p. 542. 544. 545; Ptolem. V, 1. p. 313, 1; Arrian. § 20 Anon. § 17; Marcian. p. 71. Valer. Flacc. II, 105),

Σησαμὸς πόλις Ἐλληνὶς καὶ Παρθένιος ποταμὸς, Τίειον πόλις Ἐλληνὶς καὶ λιμὴν, Ψύλλα καὶ ποταμὸς Καλλίχορος.

91. MARIANDYNOI. Μετὰ δὲ Παφλαγονίαν Μαριανδύνον εἰσιν ἔθνος. Ἐνταῦθα πόλις ἐστὶν Ἡράκλεια Ἐλληνὶς, καὶ ποταμὸς Λύκος καὶ ἄλλος ποταμὸς Ὑπιος.

92. BIΘΥΝΟΙ. Μετὰ δὲ Μαριανδύνους εἰσὶ Θρῆκες Βιθυνοὶ ἔθνος, καὶ ποταμὸς Σαγάριος καὶ ἄλλος ποταμὸς Ἀρτάνης καὶ νῆσος Θυνίας (οἰκοῦσι δὲ αὐτὴν Ἡρακλεῖται) καὶ ποταμὸς Ρήβας. Εἴτ' εὐθὺς δὲ πόρος καὶ τὸ προειρημένον οἱρόν ἐν τῷ στόματι τοῦ Πόντου, καὶ μετὰ τοῦτο πόλις Χαλκηδόνι ἔξω * Θράκης, μεβ̄ ἦν δὲ κόλπος δὲ Ολβιανός. Παράπλους ἀπὸ Μαριανδύνων μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ κόλπου τοῦ Ολβιανοῦ

τὰ Κύτωρα (Theophrast. H. Plant. III, 15, 5). Montem *Cytorum Paphlag.* memorat Plin. VI, 2 et Virgil. Georg. II, 437. — Eustathius ad Hom. p. 361, 42 : Ἐδοξε δέ τισι καὶ διὰ τοῦ δὲ γράφειν Κένωρον. Ήας εἰς Stephanο petiverit, a quo duplice formam indicatam esse nostri arguunt codices, Κύνωρος πρεβέντες. || — Σήσαμος] V. Homer. II, 2, 853; Apoll. Rh. II, 941; schol. ad Apoll. Rh. II, 178; Mela I, 19, 18; Strabo XII, p. 544; Plin. VI, 2. Postea Amastris (Memnon. c. 5); hodie *Amassera*. || — Τίειον] τίθιον codex, Τίειον Strabo ap. Stephan. v. *Tīos*; codices Strab. XII, p. 542 Τίειον, idque jam reperit Eustath. ad II, 2, 855 et Od. III, 366. Vulgo *Tīos* vel *Tlōv*; hodie *Tīos* vel *Tiliōs*. || — Ψύλλα] Ψύλλη ap. Arrian., Anon., Marcian.; Ψύλλιον Ptol., *Scylleum* corrupt. Tab. Peutinger. || — Καλλιχόρος] memoratur ap. Apoll. Rhod. II, 901, ubi Argonauta ab Acherusio prom. et Acheronte fluvio ad Callichora fluvii ostia veniunt; Valer. Flacc. V, 75; Ammianus Marcellinus. XII, 8, 24 (item ex Argonauticis); Schol. Apoll. Rh. I. I.: ποταμὸς Παφλαγονίας, ιερὸς Διονύσῳ, περὶ Ἡράκλειαν· οὗ μέμνηται καὶ Καλλίμαχος· ἔξειται δὲ διὰ στομάτων διεσάν· οὗτον δὲ κέληται ἀπὸ τοῦ τὸν Διονύσον αὐτῷ διῆσαι χρόνον, διε ἀπὸ Ἰνδῶν ὑπέστρεψε. Τοῦτον δὲ πάλιν Ὀξύνοντα (an. Ὀξυνοῦνται) ἐκάλουν. Hoc altero nomine fluvius memoratur ap. Marcian. p. 70. (Ὀξεῖνης), Arrian. (Ὀξεῖνας), Anonym. (Ὀξεῖνας); Nunc *Oksina* sive *Koseh*. Usque ad hunc fluvium (inde a Lepte prom.) Paphlagonia Scylacis pertinuit. Eodem modo statuisse Apollonium inde colligis, quod ad utramque Billaei prope Tium egreditur ripam memorat Paphlagones (II, 792).

§ 91. Μαριανδύνοι] sic etiam in sqq. Μαριανδύνων, Μαριανδύνους. St. Byz. ap. Eustath. ad Dion. 787: Τὸ ένικόν Μαριανδύνον μὲν λέγεται προταρχεύτωνος κατὰ τοὺς Αἰολεῖς..., ἡ δὲ κοινὴ δέσμηνει αὐτό. Cf. Arcad. p. 66, 3. || — Λύκος] V. Apoll. Rh. II, 724; Orph. Arg. 721; Arrian. § 18 Anon. § 9. || — Ὑπιος] Cf. Apoll. Rh. II, 795; Marcian. p. 70; Arrian. et Anom. I. I.; Memnon. c. 44. Salmasius Exerc. Plin. p. 616. Nunc *Milan-su*. Mariandynorum ditionem ultra Hypium usque ad Sangarium pertinuisse colligas ex Apoll. Rh. II, 723.

urbs Græca, Sesamus urbs Græca et Parthenius fluvius, Tieum urbs Græca et portus Psylla et fluvius Callichorus.

91. MARIANDYNI. Post Paphlagonium Mariandynorum est natio. Illic est Heraclea urbs Græca et fluvius Lycus et alias fluvius Hypius.

92. BIΘYNI. Post Mariandynos sequitur Thracica gens Bithynorum et flumen Sangarius et aliud flumen Artanes et Thynias insula; inhabitant hanc Heraclœtae; tum fluvius Rhebas. Dein statim est fretum et supra memoratum fanum in ostio Ponti; post hoc est urbs Chalcedon jam extra Bosporum Thracie sita; deinde sinus Olbianus. Prætervectio a Mariandynis usque ad intimum sinus Olbiani recessum (tantæ enim magni-

§ 92. Θρῆκες Βιθυνοί] V. Herodot. VII, 75; Xenophon An. VI, 2, 18; Strabo XII, p. 541; Dionys. 793; schol. Apoll. Rh. II, 117; Arrian. ap. Eustath. ad Dion. I. I. || — Σαγάριος] sic codex. In numis occurrit Σαγάριος et Σάγαρις. Apud auctores: Σαγγάριος, Σάγγαρις, Σάγαρις. Scylacis formam, si incorrupta est, exhibet etiam Hesychius v. Σαγάριος. Plura v. in Steph. Thes. s. v. Nunc fluvius *Sakaria*. || — Ἄρτανης] ἀρτώνης codex; em. Voss. Cf. Arrianus § 17; Anonym. § 3 (ubi cod. Ἀρτάνος). Nunc *Kabakoz*. || — Θυνίας] V. Apoll. Rh. II, 675, ibique schol., Steph. Byz. s. v., Strabo p. 543. etc. Nunc *Kejkēn Adassi*. || — Ἡράκλειται] οἱραχλ. codex; fort. of Ἡρ. || — Πρέξας] Nunc *Riva*. V. Apoll. Rh. II, 650; Dionys. 794; Orph. Arg. 711; Arrian. I. I.; Plin. VI, 1. || — διάρροες] addidi articulum. Malis δὲ Βόσπορος. || — Χαλκηδόν] Χαλκηδὼν codex, sueta nominum confusione. || — ἔξω Θράκης] Quomodo Chalcedon extra Thraciam Bithynicam sita non capio. Quare lacunam notavi. Erat, puto: ἔξω [τὸν πόρον τῆς] Θράκης. || — κόλπος δὲ Ολβιανός] Sic etiam Mela I, 19: *Olbianus sinus*, cuius in gremio *Astacus a Megarensibus condita*. Plinio V, 43 et Straboni XIII, p. 459 et 563 dicitur καὶ Ἀστακηνός. Mannertus VI, 3, p. 581 Astacum urbein Atheniensium colonia restaurata (Dyaldo apud Bithynos regnante circa tempora belli Peloponnesiaci. V. Clinton F. H. III, p. 411) viribusque deinceps florentem (Memnon. c. 20) mutato nomine Olbiam dictam esse censem, ejusque rei certissimum argumentum in eo positum esse, quod Scylax sinum Olbianum, non vero Astacenum, dicat. Abiit haec sententia in libros plurimos mappasque. Num vera sit [an]quirere non est otium; hoc tamen patet argumentum e Scylace petitum nihil probare; nam quem eidem Scylaci plausisset Anactorium sinum et Delphicum et Selymbria num dicere qui reliquis est Ambracius et Corinthius et Toronæus: haud graviore de causa Olbianum dicere licebat quem alii Astacenum vocant. Nihilo firmius est alterum argumentum, quod ex Stephano Astacum Olbiae nymphæ filium esse tradente erui voluit Mannertus. Immo Olbia Astaci filia dicenda sussit. Contra vero mireris Melam, I. I. quum *Olbianum* siuum

(τοσαύτη γάρ ἔστιν ἡ Βιθυνῶν Θράκη) ἡμερῶν τριῶν. Ἀπὸ δὲ τοῦ στόματος τοῦ Πέντου, ὥστα [ἐπὶ] τὸ στόμα τῆς Μαιώτιδος λίμνης παραπλήσιος ἔστιν δὲ πλοῦς, δὲ παρὰ τὴν Εὐρώπην καὶ τὴν Ἀσίαν.

93. ΜΥΣΙΑ. Μετὰ δὲ Θράκην Μυσία ἔνος. Ἐστι δὲ τὸ ἐπί' ἀριστερῷ τοῦ Ὀλβίανου κόλπου ἐκπλέοντι εἰς τὸν Κιανὸν κόλπον μέχρι Κίου. Ἡ δὲ Μυσία ἀκτὴ ἔστι. Πόλεις δὲ ἐν αὐτῇ Ἑλληνίδες εἰσὶν αἱδὲ· Ὀλβία καὶ λιμὴν, Καλλίπολις καὶ λιμὴν, ἀκρωτήριον τοῦ Κιανοῦ κόλπου, καὶ ἐν ἀριστερῷ Κίος πόλις καὶ Κίος ποταμός. Παράπλους δὲ τῆς Μυσίας εἰς Κίον τημέρας μιᾶς.

94. ΦΡΥΓΙΑ. Μετὰ δὲ Μυσίαν Φρυγία ἔστιν ἔνος, καὶ πόλεις Ἑλληνίδες αἱδὲ. Μύρλεια καὶ Ρύνδαχος ποταμὸς καὶ ἐπί' αὐτῷ Βέσσικος νῆσος, καὶ πόλις Πλακία καὶ Κύζικος ἐν τῷ Ισθμῷ ἀμφάπτουσα τὸν Ισθμὸν, καὶ ἐντὸς τοῦ Ισθμοῦ Ἀρτάκη. Κατὰ ταύτην νῆσος ἔστι καὶ πόλις Προκόννησος καὶ ἐπέρα νῆσος εὐλίμενος Ἐλαζόνης· γεωργοῦσι δὲ αὐτὴν Προκόννησοι. Ἐν δὲ τῇ ἡπείρῳ πόλις ἔστι Πριάπος, Πάριον, Λάδιμφακος, Περκωτη, Ἀθύδος, καὶ τὸ στόμα κατὰ Σηστὸν τῆς Ηροποντίδος τοῦτο ἔστι.

95. ΤΡΟΑΣ. Ἐντεῦθεν δὲ Τρωάς ἄρχεται, καὶ πόλεις Ἑλληνίδες εἰσὶν ἐν αὐτῇ αἱδὲ. Δάρδανος, Ρότειον, Πίλιον (ἀπέχει δὲ ἀπὸ τῆς θαλάττης στάδια καὶ) καὶ ἐν αὐτῇ ποταμὸς Σκάμανδρος. Καὶ νῆσος κατὰ

memorat, non tamen Olbiām urbem, sed Astacum memorare; aut pro Olbiāno dixisset Astacēnum, aut Olbiām pro Astaco. Magis offendit quod Memnon, qui fata urbis fusius exposuit, de mutato nomine nihil videatur monuisse. || — ἐπὶ τοῦ vel εἰς add. e conj. Gaiili. || — ἡμερῶν τριῶν] A Parthenio fl. ad Astacum stadia sunt ad mille trecenta. || — παραπλήσιος Recte.

§ 93. Κιανὸν κόλπον] De hoc sinu Mela I, 19 : *Sine nomine Cium amplectitur. Neque Plinius neque Strabo nomen sinus memorant.* || — Καλλιπολίς] Hæc aliunde non nota, quantum sciām. || — ἀκρωτήριον] Ποσειδίον διηρηγει dicit Apollonius Rh. I, 1279. || — Κίος ποταμός] De hoc Scylacem Caryandensem laudat schol. Apollon. Rh. I, 1177, ubi postquam de urbe Cio ex Aristotele (Fragm. Hist. tom. II, p. 161) quadam apposuerat, pergit : Καὶ ποταμὸς δέ ἔστιν οὗτος καλούμενος, τὴν Μυσίαν περιρρέων, οὐ μηνμονεῖ Σκύλαξ δὲ Καρυανδές. Περιρρεῖ δὲ καὶ τὴν πόλιν δὲ ποταμὸς οὗτος (Cf. Etym. M. v. Ἀργανθώνιος; schol. Theocr. XIII, 30 et Bernhardy ad Suidam, tom. I, p. 694). Vides his cum Peripli nostri verbis nihil esse commune. Verba περιρρέων τὴν Μυσίαν ita intelligenda ut Cius fluvius Mysiam minorem sive Hellesponticam a Phrygia dirimat. Eadem sententiam de finibus Mysiae etiam Nostris inesse eo probatur quod ἀπὸ τῆς Mysiae auctor dicat, id est tractum illum qui inter Olbianum et Cianum sinum in mare procurrit. Præterea aliud, quod in Periplo frustra quærīs, ex Scylace assert Strabo XII, p. 566. Videlicet pone Cium in mediterraneis situs est lacus Ascanius, ad quem Mysos

tudinis est Bithynorum Thracia) dierum est trium. Ab ostio vero Ponti usque ad Maeotidis paludis ostium secundum Europam et Asiam aequalis est navigatio.

93. ΜΥΣΙΑ. Thraciam excipit gens Mysorum. Est vero ea ad sinistram Olbiani sinus naviganti in Cianum sinum usque ad Cium. Mysia autem quasi peninsula in mare excurrit. Urbes in ea Graecæ sunt hæc : Olbia cum portu, Callipolis cum portu, promontorium sinus Ciani, ad sinistram Cius urbs et Cius fluvius. Prætervectio Mysiae usque ad Cium est dici unius.

94. ΦΡΥΓΙΑ. Post Mysiam sequitur Phrygum genus, urbesque Graecæ hæc : Myrlea et Rhyndacus flumen, ad quod est Besbicus insula, et urbs Placia; in isthmo quem obstruit Cyzicus sita est, intra isthmum est Artace. Circa hæc est Proconnesus insula cum urbe, aliaque insuper insula Elaphonnesus, commodis instructa portibus. Hujus agrum colunt Proconnesii. In continenti est urbs Priapus, Parium, Lampsacus, Percote, Abydus, ostiumque hoc est Propontidis ad Sestum.

95. ΤΡΟΑΣ. Hinc Troas exordium capit, urbesque in ea Graecæ sunt hæc : Dardanus, Rhœteum, Ilium, quæ stadiis 25 a mari abest, et in ea fluvius Scannader. Circa hæc est Tenedus insula cum portu; unde

Phrygesque se attigisse dicit. Deinde pergit : "Οτι δὲ ήν κατοικία Μυσῶν ἡ Βιθυνία πρῶτον μαρτυρεῖται Σκύλαξ δὲ Καρυανδένις φῆσας περιοικεῖν τὴν Ασκανίαν λίμνην Φρύγας καὶ Μυσίαν· ἔπειτα Διονύσιος δὲ τὰς Κτείσεις συγγράψας. || — ήμέρας μιᾶς] Ab Astaco ad Cium supra 800 stadia sunt. Notandum est in sequentibus quoque per totam oram Asiae minoris paralipom in unius diei navigationem multo majora spatia quam Scylaci calculi ferunt, computari.

§ 94. Phrygia sec. Scylacem pertinet a Cio fluvio usque ad Antandrum. Distinguuntur autem in hoc ore tractu Troas et Άελις. Cf not. § 96. || — Ρύνδαχος] Ρύνδαχος cod.; em. editt. || — Πλάκη [α] Πλάκην codex; em. Clausenius. Vossius voluit Πλάκην (ex Herodoto) vel Πλάκιον. V. Herodot I, 57; Mela I, 19; Plinius V, 40; Steph. Byz. v. Πλάκη. Holstenius hoc loco Thebas Hypoplacias Homeri (Il. 6, 425. 22, 479) querendas putavit, perperam. || — Κύζικος] V. Marquardt *Cyzicus und sein Gebiet.* Berlin. 1836. || — κατὰ ταύτην] κ. ταύτην codex; em. Fabricius; κατὰ ταῦτα cod. Vatican. || — Πάριον] αἴροις cod.; em. Vossius.

§ 95. Ἐντεῦθεν ἄρχεται] Post Abydum incipere Troadem et Scylace etiam Strabo testatur XIII, p. 583, ubi postquam dixerat Troadis initium Homecum ponere ad Άελιον fluvio, Eudoxum a Priapo et Artace, Damastem a Pario, Charonem a Practio, addit: Σκύλαξ δὲ δὲ Καρυανδένις ἀπὸ Άελιου ἄρχεται, δομοὶ δὲ τὴν Αιολίδα Ξερός μὲν λέγει ἀπὸ Άελιου μέγρι Κύμας ἀλλοι δὲ ἀλλας. || — Ρότειον] Ρότειον cod.; em. editt. ex Herodot. VII, 43; Strabon. XIII,

ταῦτα κεῖται Τένεδος καὶ λιμὴν, ὅθεν Κλεόστρατος δὲ ἀστρολόγος ἔστι. Καὶ ἐν τῇ ἡπείρῳ Σίγη καὶ Ἀχιλλείον καὶ Κρατῆρες Ἀχαϊῶν, Κολωνάι, Λάρισσα, Ἀμαξίτος καὶ ἕτερον Ἀπόλλωνος, ἵνα Χρύσης ἑρπάτο.

96. ΑΙΟΛΙΣ. Ἐντεῦθεν δὲ Αἰολὶς χώρα καλεῖται. Αἰολίδες δὲ πόλεις ἐν αὐτῇ εἰσὶν ἐπὶ θαλάττῃ αἵδε ** Κερθήνη, Σκῆψις, Νεάνδρεια, Πιτύεια. Πάραπλους Φρυγίας ἀπὸ Μυσίας μέχρι Ἀντάνδρου **.

p. 595; Steph. s. v.; Mela I, 18, 5; Plinio V, 33. 'Ποτίον ap. Thucyd. IV, 52. VIII, 101. || — Κλεόστρατος codex. Meminit viri Hygin. Poem. astron. II, 13 : *Hedos Cleostratus Tenedius dicitur inter sidera ostendisse*. Plinius II, 8 : *Obliquitatem ejus (signis) intellexisse Anaximander Milesius tradidit primus Olymp. LVIII; signa deinde in eo Cleostratus, et prima arietis et sagittarii*. Censorinus De d. nat. c. 21 : *Hanc octaeterida vulgo creditum est ab Eudoxo Cnidio institutam. Sed hanc Cleostratum Cnidium primum serunt composuisse, et postea alios aliter. Præterea Theophrastus De sign. pluv. init. Cleostratum Tenedium et Matricetam Methymnium et Phætinum Atheniensem (Metonis magistrum) meteorologicis observationibus operam navasse tradit. Ex quibus colligitur Cleostratum vixisse inter Olymp. 58 et Eudoxi atatem (500-400). Accuratio nihil constat.* V. Ideler *Techn. Chronol. d. Altert.* I, p. 305. Alius Cleostratus Tenedius junior Φαινόμενα scripsit (Vit. Arat. p. 57 in Btor. Westermanni et schol. Vatican. in Eurip. Rhes. 524p. 299 ed. Cobet. || — ἐν αὐτῇ] ἐν αὐτῷ codex. || — Σίγη καὶ Ἀχιλλείον] Τολχη καὶ Ἀγιαστῶν codex; em. Gronovius. Stephan.: Σίγη, πόλις Τραχός, ὡς Ἐκατόντας Αἴσι. Avien. Or. m. 46: *Damastes nobili natus Sige*. Cf. Fragm. Histor. IV, p. 654. Ceterum Σίγη ἡσετελεῖον Herodoti (V, 65. 94), Strabonis, aliorum, non sunt diversa, ut puto. Quoad Ἀχιλλείον, v. Herodot. V, 94; Strabo XIII, p. 600; Plinius V, 33; Arrian. Anab. I, 11; Stephan. s. v. : ἔστι καὶ πόλις ἐν τῷ Σιγείῳ Ἀχιλλείον. || — Κρατῆρες Ἀχαιῶν] Nomen hoc aliunde non notum; locus vero, ni fallor, idem est cum eo, quem Ἀχαιον appellat Strabo XIII, p. 596 : Μικρὸν δὲ προελθοῦσιν ἀπὸ τῆς παραλίας ταύτης (quae est ad Sigeum) ἔστι τὸ Ἀχαιον, ἥδη τῆς Τενέδου περατὰς ὑπάρχον. Idem p. 604: "Ἐστι δὲ ἡ μετὰ τὴν Σιγείαδα δύορχη καὶ τὸ Ἀχιλλείον ἡ Τενέδων περατά, τὸ Ἀχαιον καὶ αὐτὴ ἡ Τένεδος.... Ἡν δὲ τῷ Ἀχαιον συνεχής ἡ τε Λάρισσα καὶ Κολωναί, τῆς Δίας ὄντας πρότερον, καὶ ἡ νῦν Χρύση... καὶ ἡ Ἀμαξίτος ἡ τῷ Λεκτῷ ὑποκειμένη συνεχής· νῦν δὲ ἡ Ἀλεξανδρεια συνεχής ἔστι τῷ Ἀχαιον. Vossius putavit intelligendas esse τὰς λιμνοθάλαττας ad ostium Scamandri, de quibus Strabo dicit XIII, p. 595: Μετὰ δὲ τὸ Ρότειον ἔστι τὸ Σιγείον.. καὶ δὲ Ἀχαιῶν λιμὴν, καὶ τὸ Ἀχαιον στρατόπεδον καὶ ἡ Στομαλίμην καλούμενή καὶ αἱ τοῦ Σκαμανδρου ἐκβολαί· συμπεσόντες γάρ δὲ τὰ Σιγεία καὶ δὲ Σκαμανδρος ἐν τῷ πεδίῳ, πολλὴν καταρρέοντες Ἰλὺν, προσχούσι τὴν παραλίαν καὶ τυφλὸν στόμα τε καὶ λιμνοθάλαττας καὶ Ἐλή ποιοῦσι. « Hau riunt enim haec λιμνοθάλαττα et paludes omnem eorum illuviorum aquam non secus ac crateres. Et sane quem-

est Cleostratus astrologus. Porro in continentis sunt Sige, Achilleum, Crateres Achivorum, Colonæ, Larissa, Hamaxitus et fanum Apollinis, ubi Chryses sacerdos erat.

96. ΖΕΛΙΣ. Regio que sequitur Ζελις appellatur. Ζελις in ea urbes ad mare sunt haec: [*Assus, Gargara, Antandrus; in mediterraneis urbes sunt*] : Cebren, Scepsis, Neandria, Pityia. Prætervectio Phrygiae a Mysia usque ad Antandrum est **.

modum χρατήρ propriæ est, ἐν φύᾳ τι κεράννυται, sic etiam haec λιμνοθάλατta et paludes χρατήρες appellantur, quod in iis aqua Simoentis et Scamandri miscetur. » Haec Vossius, etiam alia addens qua longius omnia petita sunt, uti jam Gronovius recte monuit. Nominis ratio, e belli Trojani historia repetenda, latet nos. Eodem fere loco ponendum oppidum ex uno Hecataeo (f. 209) notum : Μυρκούς, πόλις καταντικρὺ Τενέδου καὶ Λέσσου (l. Λήμυνον), τῆς Τρολέας. || — Κολωναὶ] κολῶναι codex, ut ap. Pausan. X, 14, 1 legitur; sed Κολωναὶ Thucyd. I, 131; Xenoph. Hell. III, 1, 13; Strabo XIII, p. 589. 605, etc. || — Ἀμαξίτος] Ἀμαξίτον cod.; em. Fabricius. V. Thucyd. et Xenoph. II., Strabo p. 473 604. 612. 611; Steph. Byz. s. v.; Ζelian. N. An. XII, 5; Plin. V, 33. || — ιερὸν Ἀπόλλα.] Chrysen templumque Apollinis Sminthei prope Hamaxitum fuisse testatur Strabo III, p. 612, putans ille Chrysen Homericam sitam fuisse in intimo sinu Adramytteno prope Antandrum, postea autem urbe diruta, sacrum Apollinis translatum esse εἰς τὴν Χρύσαν τὴν κατὰ Ἀμαξίτον. Cf. id. p. 604 sq. Plinius V, 32 : *Promontorium Lection disternans Ζελίδα et Τροάδα. Fuit et Polymedia civitas et Chrysa et Larissa alia. Smynthium templum durat*. Porro Ζelianus N. An. XII, 5 de conditoribus templi : ξυνοι μὲν εἰς τὴν Ἀμαξίτον. In Tab. Peutingeriana Smynthium collocatur 4 mill. ab Alexandria Troadis. Quid si hoc ipsum est illud, quod in Periplo nostro indicatur, memorandum erat non post, sed ante Hamaxitum.

§ 96. ἐπὶ θαλάττῃ αὐτῷ] Lacunam notavi, quum sequentes urbes non sint maritimæ, desiderant autem oræ urbes maximæ Assus, Gargara et Antandrus, quarum postrema in sqq. ita memoratur, ut pateat de. ea jam dictum esse in antece. Igitur suricit: εἰσὶν ἐπὶ θαλάττῃ αὐτῷ. [Ασσος, Γάργαρα, Ἀντανδρος: ἐν δὲ μεσογείῳ αὐτῷ.] Κερθήνη κτλ. || — Κερθήνη] Κερθην codex. V. Arcadius. De acc. p. 9, 9. De situ Cebreniæ regionis e Demetrio Scepsio, harum regionum peritissimo, nos docet Strabo XIII, p. 596 sq. 606 sq. Cf. Xenophon Hellen. III, 1, 17; Ephorus fr. 22 (ubi Cebren Cu-mæorum colonia dicitur); Demosthen. p. 671, 9; Steph. Byz. v. Κερθηνα. Mannertus p. 466 Scylacis verbis, uti in editionibus exhibentur, innitens, sibi persuasit Cebrenem eo loco sitam fuisse, quo postea es-set Assus urbs. || — Νεανδρεια] De situ urbis Strabo XIII, p. 606: Τῆς μὲν γάρ Ἀμαξίτου Νεανδρεις ὑπέρκεινται, καὶ αὐτὸν διέτειντος Λεκτοῦ, μεσογαιτεροὶ τε καὶ πλησιατεροὶ Πίλων διέγουσι γάρ ἐκατὸν καὶ τριάκοντα σταδίους τούτων δὲ καθεπερθε Κερθηνα. Hanc quoque urbem Mannertus l. 1. et Forbigerus II, p. 414 ad

97. ΛΕΣΒΟΣ. Κατὰ ταῦτά ἔστι νῆσος Αἰολίς Λέσβος, ε' πόλεις ἔχουσα ἐν αὐτῇ τάξει· Μήθυμναν, Ἀντισταναν, Ἐρεσὸν, Πύρρον καὶ λιμένα, Μιτυλήνην λιμένας ἔχουσαν δύο. Κατὰ δὲ ταύτην τὴν νῆσον ἔστι καὶ πόλις· δόνουα δὲ ταύτης Πορδοσελήνη. Ἐπάνειμι δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν ἡπειρον, δόνεν ἔξετραπόμην ἐπὶ τὺς νῆσους.

98. ΛΥΔΙΑ. Ἀπὸ Ἀντανδρου καὶ τῆς Αἰολικῆς τὸ κάτω ἦν πρότερον μὲν δὲ αὐτῇ ἡ γάρ Μυσία μέγρι Τευθρανίας, νῦν δὲ Λυδία. Μυσοὶ δὲ ἔχαντες τὴν εἰς τὴν ἡπειρον ἄνω. Εἰσὶ δὲ πολεῖς ἐν αὐτῇ Ἑλληνίδες καὶ ἐν τῇ Λυδίᾳ αἱδεῖ· Ἀστυρα, οὗ τὸ ιερὸν [Ἀρτέμιδος, καὶ] Ἄδραμύττιον. Ἡ δὲ γάρ Λεσβία καὶ ὑπὲρ ταύτης ἡ Χίων γάρ οὐκέτι Λαρνέων· ὑπὸ δὲ ταῦτα ἐπὶ θάλατταν λιμήν Πιτάνη καὶ ποταμὸς

oram marit. transponunt. Meliora vide ap. Leake in Asia min. p. 274. Ceterum cf. Xenophon. Hell. III, 1, 16 (ex quo item colligas non fuisse Neandriam ex maritimis urbibus, quae Derciliidæ se dederunt); Theopomp. fr. 310; Charax fr. 4; Plinius V, 32. || — Πιτάνης] πετεία codex; em. Vossius, nihil tamen ad dicens de hac urbe; neque ego de ea dicere habeo.

§ 97. Μήθυμναν] μέλ. codex; em. Fabricius. || — Πορδοσελήνη] πορδές; Ἐλένη codex. V. Strabo XIII, p. 618, ubi nonnullos τὰς διστημένας τῶν δυομάτων εγύναται insulam vocasse ait Πορδοσελήνην. Cf. Steph. Byz. s. v.; Poroselene ap. Plinius VIII, 83. V, 38; Ptolemy, V, 2; Ἀλιαν. N. An. II, 6; Πορδοσελήνη Hierocles p. 686.

§ 98. Αἰολικῆς] ιδίστης codex; ιδης conj. Palme-rius, ίλιακῆς Clausenius. Sed Antandrus non Troadi tribuitur, sed Αἰολίδι, quam a Troade distinguit auctor. Itaque Αἰολικῆς scribendum erat. Τὸ κάτω (malis τὰ κάτω) est ora maritima, τὸ ἄνω σινεὴ ἄνω ἡπειρος regio mediterranea, uti constat. Deinde pro δι αὐτῇ, quod in codice legitur et sic nihil est, scripsi δι αὐτῇ, per se erat, sui juris erat, nondum pars Lydiæ. Sin traditas literas minus curare liceret, proponerem: τὸ κάτω πορθερον μὲν καὶ αὐτὸν ἡν Μυσία γάρ, pars inferior olim ipsa quoque Mysia regio erat, sc. sicuti altera erat Mysia Helleponica. || — Τευθρανία] erat Mysia pars meridionalis ad convalles Caici fluvii, quae regio inter Eleaīm et Pergamum fere usque ad mare pertingebat, adeo ut ne 70 quidem stadia ab Elea abesse, teste Strabone XIII, p. 615. Cf. id. p. 571 et 551. || — ἐν αὐτῇ καὶ ἐν τῇ Λυδίᾳ] in ea regione quæ proprio Mysia et in ea quæ proprie Lydia vocata est. Scylacis tempore per utramque pertinebat nomen Lydiæ. • CLAUSEN. Infra quoque utramque memorat: παράλοις δὲ Μυσίας καὶ Λυδίας ἀπὸ Λεσύρων μέγρι Μαιάνδρου. || — Ἀστυρα] ἀσυρα codex; em. Voss. Strabo XIII, p. 613: Μυσία μὲν οὖν ἐστι· ἡ περὶ τὸ Ἀδραμύττιον· ἡ δὲ ποτε ὑπὸ Λυδίος· καὶ νῦν Πύλαι Λυδίαι καλούνται ἐν Ἀδραμύττῳ. Μυσίας δὲ Λεσύρα τὴν πλησίον καθηγη φασίν. Ἡ δὲ πολιχνη ποτε, ἐν ἡ τὸ τῆς Λεσύρην Ἀρτέμιδος ιερὸν ἐν ἀστεῖ, προστατούμενον μελον ἄγιστελας οὐς μάλλον γεινιά. Cf. id. p. 605. 614. || — Ἀρτέμιδος καὶ] οὐ τὸ ιερὸν οἰ (sic) Ἀδραμύττιον codex; em. Vossius e Strabone l. l. Cf.

97. ΛΕΣΒΟΣ. Ibi oræ objecta est Lesbus insula Αἰολια, urbesque in ea quinque: Methymna, Antissa, Eresus, Pyrrha cum portu, Mitylene binis instructa portibus. E regione Mitylenæ sita est insula cum urbe, cui Pordoselenes nomen. Sed ad continentem redeo, unde ad insulas deverterem.

98. ΛΥΔΙΑ. Quæ post Antandrum et Αἰolicam regionem sequitur ora maritima prius quidem sui juris erat Mysia terra usque ad Teuthraniam, nunc vero est Lydiæ pars, Mysis in mediterranea ejectis. Urbes vero Graecæ in vetera hac Mysia et in Lydia haec sunt: Astyra, ubi fanum est Diana, et Adramyttium. [Deinde] est ditio Lesbica, et post hanc Chiorum territorium et civitas Atarneus. Infra haec loca ad mare est portus

Xenophon Hell. IV, 1, 41: Λεπιδομενος δὲ εἰς Θήρες πεδίον κατεστραποδέσσατο περὶ τὸ τῆς Λεσύρην Ἀρτέμιδος ιερόν. Λ Θεbe Hypoplacia 70 stadia distabant Astyra, sec. Strabon. p. 614. Ipse locus a dea nomen accepérat, quæ erat Astor vel Astarte. Phoenices olim ibi consedisse inde etiam colligas quod altera Astyra in Rhodiorum Peræa expresse tamquam Phœnicum urbs commemoratur. V. Stephanus: Ἀστυρα, πόλις Μυσίας, οὐδετέρως, πόρος τῇ Τρωάδῃ λέγεται καὶ ἐνικῆς Λεσύρων. Ἐστι καὶ κάμη πλησίον τοῦ Λεραμύττου (apriori non diversa), ὡς Στράδην. Ἐστι καὶ πόλις Φοινίκων (Φοινίκης codd.; em. Movers) κατὰ Ρόδον, ἐν ἡ ἐπικάπτο ἡ Αθηνᾶ Λεσύρη... Τὸ θύνιον Λεσύρην, ἡ δὲ οὐ καὶ τὸ τῆς Λεσύρην Ἀρτέμιδος ιερόν. Tertia Astyra sec. Strabon. XIII, p. 591 ad Hellespontum supra Abydum erant; hanc quoque Phœnicum fuisse coloniam ex auri fodinis quæ ibi fuisse dicuntur, recte colligitur. V. Movers. D. Phœn. Alterth. II, 2, p. 247. 255 sqq. || — Λεραμύττιον] sic codex; olim edit. Λεραμύττιον, quod numerum auctoritate defendere licetab. Ceterum hæc quoque urbs origine non græca fuit, ipso testante nomine; sed colonos accepit Athenienses. Strabo XIII, p. 606: Λεραμύττιον, Αθηναῖων ἀποικος πόλις, ἔχουσα καὶ λιμένα καὶ ναυσταθμον. Quare Aristoteles etiam Rempublicam eorum scripsit (Fr. Hist. II, p. 163, fr. 191). || — ἡ δὲ γάρ Λεσύρων] Haec vereor ne negligens sint excerptoris. Non enim probabile est Lesbiorum fuisse agrum in quo Astyra erant et Adramyttium, urbs hujus tractus maxima portuque et Atheniensium colonia pollens. Strabo l. l. post Adramyttium et extra sinum Adramyttenum, quem Pyrrha promontorium claudit, sitam fuisse dicit Cisthenen cum portu, supra hanc in mediterraneis Perperanam et Trarium, et tum denum ἡ τὴν παραλιὰ τῇ ἐρεξῆς τὰς τῶν Ματιλγανῶν γάρ τοις Κορυφαῖσι καὶ Ηπράλεισαν. Sic Scylax quoque nihil dixerit nisi post Adramyttium in ora esse agrum Lesbicum: εἰτα γάρ Λεσύρα. || — Λιών] Κιών codex; em. Vossius. || — Λαρνέων] De Atarneo a Cyro Chiis data mercede præditionis v. Herodot. I, 160. Cf. VIII, 106. Xenoph. Hell. III, 2, 11. Diodor. XIII, 65. XVI, 52. Strabo XIV, p. 610. Ceterum de hoc loco vid. Prolegg. || — Πιτάνη] Πιτάνη, sed mox Πιτάνη codex; fuerit: πόλις καὶ λιμήν Πιτάνη. || — Κάι-

Κάκιος. Μετὰ Πιτανήν Ἐλαία, Γρύνειον, Ἀχαιῶν λιμήν ἐν τούτῳ λέγονται Ἀχαιοὶ βουλεύσασθαι ἐπὶ τὸν Τήγλεφον πότερον στρατεύοιν ἢ ἀπόιοιν πόλις Μύρινα καὶ λιμήν, Κύμη καὶ λιμήν (ὑπέρ δὲ Κύμης ἐν μεσογείᾳ πόλις Ἑλληνίς ἔστιν Αἴγαι) καὶ Λεῦκαι καὶ λιμένες καὶ Σμύρνα, ἐν δὲ Οὐρηρος ἦν, Φώκαια καὶ λιμήν καὶ Ἐρυματός, Κλαζομεναὶ καὶ λιμήν, Ἐρυθραὶ καὶ λιμήν. Κατὰ δὲ ταύτας νῆσος ἔστι Χίος καὶ λιμήν. Ἐπάνειμι πάλιν ἐπὶ τῇ ἥπειρον. Γέραι πόλις καὶ λιμήν, Τέως πόλις καὶ λιμήν, Λέθεδος, Κολοφὼν ἐν μεσογαίᾳ, Νότιον καὶ λιμήν, Ἀπόλλωνος

νος] Hucusque pertinuit vetus Mysia. Sequitur Lydia. Haec suo loco monuisse auctorem consentaneum est. Porro quemadmodum in Phrygia ora distinxit et Troadem et Aeolidem, sic etiam in Mysiae Lydiæque paraplo distinguenda erat altera Aeolidis pars et deinceps prima pars Ioniæ. Qua nonnisi excerptoris negligentia omissa sunt. || — Γρύνειον] Xrýneion codex; em. Voss. || — Ἀχαιῶν λιμήν] Strabo XIII, p. 622: Μυρίνα... ἔχουσα λιμένα εἰτ' Ἀχαιῶν λιμήν, δπον οἱ βωμοὶ τῶν δώδεκα θεῶν εἰτα πολιχνιον Μυρινάτον, Γρύνειον, καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος. Portus Achivorum in ipso illo sinu, cui Gryneum adjacebat, fuisse debet. De Telepho, Teuthrantis in regno successore, cum Graecis, qui in Mysiam irruperant, pugnante, v. Pausan. X, 28; Pindar. I. V, 52. O. IX, 107 sqq.; Hygin. fab. 101; Tzetzes ad Lyc. 206. 211; Antehom. 268 sqq.; Eu- stathius ad Hom. p. 46. || — λέγονται] λέγεται codex; em. scriba apogr. Vatic. || — καὶ Λεῦκαι] Ordo locorum turbatus. Series est: Phocaea, Leuca, Her- mus fluv., Smyrna. Λεῦκαι (eo accentu etiam Diiodorus) nunc Lefke. Vid. Strabo XIV, p. 646; Diiodorus XV, 18, 1 (ubi Λεύκην) et 92, 1 (ubi Λεύκας); Plinius V, 31; Mela I, 7, 3 (ubi Leuca); Justin. XXVI, 4; Arundel Seven Churches p. 295. Urbs a Tacho condita est Olymp. 99, 2, 383, teste Diiodoro l. l. Letronnius (Poëmæ géogr. p. 220), quum hauc Peripli partem auctori vindicet qui bello Peloponnesiaco non sit junior, nostrum locum, quum ejusmodi sententiæ refragetur, ita interpretatur, ut non oppidum, sed nihil nisi promontorium memorari statuat. Quod vix cuiquam persuaserit, presertim quum reliqua quoque argumenta, quibus eam quam vult Peripli Asiæ minoris etatem eruere studet, parum firma sint. V. Prolegg. || — Σμύρνα] Strabo XIV, p. 646: Λυδῶν δὲ καταπατάντων τὴν Σμύρναν περὶ τετρακοσία ἔτη διετέλεσεν οἰκουμένη νωμῆδον· εἰτα ἀνήγειρεν αὐτὴν Ἀντίγονος, κτλ. Quare Gaiilius Smyrnæ mentionem interpolatori vindicat. || — ἐν δὲ ἦσαν καὶ conj. L. Allatius De patria Homerii p. 191; probabiliter. Gaiilius conj. 80ev. || — Ἐρυμάτος] Τερμός cod.; em. Vossius. || — Γέραι] Ἀγρα codex. Vossius putavit eandem dici urbem quam Αἴγαρχαν vocat Ptolemaeus V, 2 p. 319, 25 Wilb. Verum haec Lydiæ urbs mediterranea a nostra ora longissime abest, uti ex numeris Ptolemaei patet. Gaiilius conjectit Ἀγραν scribendum esse, ejusque nominis urbem fingendam in Corycio promontorio. Quemnam locum Scylax indicaverit recte jam vidit

Pitanæ et fluvius Caicus. Post Pitane sequitur Elæa, Gryneum, Achivorum portus, in quo fama est Achivos deliberasse, utrum Telepho arma inferrent, an discederent; tum Myrina urbs cum portu, Cyme cum portu (Supra Cymen in mediterraneo tractu est urbs Graeca Αἴγα) et Phocaea cum portu et Leucae cum portubus et Hermus fluvius et Smyrna, ubi (unde?) Homerus fuit; porro Clazomenæ cum portu et Erythræ cum portu. Ad has est Chius insula cum portu. Confero me denuo ad continentem, ubi sequitur Gera urbs cum portu, Teos urbs cum portu, Lebedus, Colo-

Palmerius: « Omnino legendum, ait, Ἐρά, quæ urbs erat in eo ordine cum portu, Teis vicina, de qua Thucydides VIII, 19 et Strabo XIV, p. 644. » Videamus de his accuriosius. Thucyd. VIII, 19: Οἱ μὲν Ἀθηναῖοι.... Λέσβον ἀπέστησαν καὶ Ἐράς. Id. c. 20: Διομέδων... ἐπεισέπει τὴν Τήλοις..., καὶ περιπλέσας ἐπὶ Ἐράς καὶ προσσάλων, ὡς οὖν ἔλασσον τὴν πόλιν, ἀπέπλευσεν. Strabo XIV, p. 644: Η Τέως δὲ ἐπὶ χερρονήσῳ ὕδρυται, λιμένα ἔχουσα. « Εστι καὶ ἄλλος λιμήν δὲ πρόσδορρος ἀπὸ τριάκοντα σταδίων τῆς πόλεως Γερραῖδας: εἴτα Χαλκιδεῖς καὶ δὲ τῆς χερρονήσου ισθμὸς τῆς Τήλων καὶ τῆς Ἐρυθραίων. Livius XXXVII, 27 eundem portum, qui a tergo urbis est, vocat Geræsticum. Strabo paulo post: Πρὶν δὲ ἐλθεῖν ἐπὶ τὰς Ἐρυθρὰς (a Tejo proiectum) πρῶτον μὲν Γέραι πολιχνιον ἔστι Τήλων εἰτα Κάρυκος δρός οὐκέτι. Pro Γέραι in aliis codicibus est γέρραι et γέρραι. Posterius hoc receperunt Tschuckius et Corayus, quamquam illud μὲν γε vehementer claudicat, et Γέραι formam tuetur alter Strabonis locus nec non Livius. Nam jungendum esse Γερραῖδας vel Geræsticum portum cum Γέραι urbe, consentaneum est. Quod Thucydides habet Ἐρά, id tuetur numus in quo legitur ΕΡΑΩΝ (Mionnet Supplém. vol. VI, p. 212). Scilicet hæc est, opinor, nominis forma ionica; altera autem, Γέραι, æolica; nam mixti ibi Ionibus erant Aeoles (V. Müller Min. p. 400). Strabo XIV, p. 633: Τέω δὲ Αἴραμας μὲν πρότερον (ἔκτισε), κατὰ δὲ τὴν Ιωνίαν ἀποικιαὶ Νάυκλος οὐδὲ Κόδρου νόθος καὶ μετὰ τοῦτον Ἀποικος καὶ Δάρμασος Ἀθηναῖοι, καὶ Γέρας ἐν Βοιωτῶν. Geræs (cuius Pausanias quoque VII, 3, 7 meminit) haud dubie urbis cognominis fuisse dicebatur conditor. Apud Scylacem igitur pro Ἀγρα, non Ἐρά, sed Γέραι vel saltem Γέρα scribendum est, nisi fortasse vel Ἀγρέα formam cum a mobili (ut in Λόρος et Ἀλυκας, etc.) admittere velis. Nunc Γέραι est Sighajik; portus adjacentis arenis obstructus. V. Hamilton Researches, t. II, p. 15. || — Τέως] γῆς codex.; em. Voss. || — μεσογαίᾳ] sic h. l. codex; plerumque, non semper tamem, in Peripli nostro est μεσογείᾳ. || — Λέθεδος] λέθελος cod.; em. Voss. || — Νότιον] Post Colophonem in mediterraneis sitam primum nominandum erat quod primum oram legenti occurrebat sanum Apollinis Clarii sive Clarus locus (v. Strabo XIV, p. 641; Pausan. VI, 3, 1; Plin. V, 31, 5; Mela I, 7, 2; Müller. Dor. II, p. 226), deinde Notium, Colophonium navale (Hecatæus fr. 220; Herodot. I, 149; Thucyd. III, 34; Xenoph. Hell. I, 2, 4; Diodor.

Κλαρίου ιερὸν, Κάστρος ποταμὸς, Ἐρεσος καὶ λιμὴν, Μαραθίσιον καὶ ἐν τῇ ἡπείρῳ Μαγνησία πόλις Ἑλλήνις, Ἀναια, Πανιόνιον, Ἐρασιστράτιον, Χαραδροῦς, Φώκαια, Ἀκαδαμίς, Μυχάλη. ἐν τῇ Σαμίων γύρᾳ ταῦτα ἔστι. Πρὸ δὲ τῆς Μυχάλης Σάμος ἔστι νῆσος πόλιν ἔχουσα καὶ λιμένα κλειστόν. Αὕτη ἡ νῆσος οὐκ ἐλάσσων ἔστι Χίου. Ἐπάνειμι δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν ἡπείρον, ὅθεν ἔξετραπόμην. Ἐπὶ τῆς Μυχάλης ἔστι πόλις Πριήνη λιμένας ἔχουσα δύο, ὃν τὸν ἔνα κλειστόν· εἶτα ποταμὸς Μαίανδρος. Παράπλους δὲ Μυσίας καὶ Λυδίας, ἀπὸ Ἀστύρων μέχρι Μαιάνδρου ποταμοῦ, δύο ἡμερῶν καὶ νυκτὸς μιᾷ.

νθ. ΚΑΡΙΑ. Μετὰ δὲ Λυδίαν Καρία ἔστιν ἔθνος, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ Ἑλληνίδες αἱδεῖς. Ἡράκλεια, εἴτα Μίλητος, εἴτα Μύνδος καὶ λιμὴν, Ἀλιχαρνασσός καὶ λιμὴν κλειστὸς καὶ ἄλλος λιμὴν περὶ τὴν νῆσον καὶ ποταμὸς, Κάλυμνα νῆσος, Καρύανδα νῆσος καὶ πόλις

XIII, 71; Liv. XXXVII, 26). De ruinis templi v. Arundel *Visit to the 7 Churches*, p. 306. || — ἐν τῇ ἡπείρῳ [φρε] i. e. ἐν τῇ μεσογείᾳ. Paulo supra legimus ἐν τῇ ἡπείρῳ ἄνω; ibi tamen mediterranea indicantur accuratius addita voce ἄνω. Ceteris locis ἡπείρος opponitur τοῖς νῆσοις. Quare nescio an h. l. in antec. exciderit Arconesi insulae mentio. || — Μαραθίσιον] V. Strabo XIV, p. 639; Plin. V, 31; nunc ibi *Scala nuova* see. Leake *Tour in Asia minor* p. 261. || — Ἀναια] Ἀννα cod.; em. Salmasius. De Anaea v. Thucyd. III, 32. IV, 75, VIII, 19. 61. Ephor. fr. 86. Ap. Stephanum Cariæ urbs tribuitur. || — Πανιόνιον] V. Herodot. I, 143; Strabo XIV, p. 639; Pausan. VII, 5; Mela I, 17, 2; Plin. V, 31. Nunc ibi *Tschangli* sec. Leake p. 260. || — Ἐρασιστράτιος κτλ.] De hisce Samiorum oppidulis sive vicis parum constat. Pro Φωκαῖς Gronovius legi voluit Φωκεῖς, idque receperunt Clausenius et Fabricius, neque ad situm locorum attendentes (nam Φωκεῖς inter Ephesum et Marathesium jacent; v. Strabo p. 639; Plin. V, 31; Mela I, 17, 2), neque Stephani memoros, qui Phocaæ nostræ ad Mycalen montem sitæ meminit v. Φώκαις, πόλις Ἰωνίας... Ἐστιν καὶ ἄλλη Καρλαζ ἐν τῇ Μυχάλῃ. — Quod attinet Ἐρασιστράτιον locum, memoria ejus exstare videtur ap. Suidam, qui de celebri Erasistrato Ceo medico (s. v. Ἐρασιστρατος p. 505 ed. Bernh.): Τέθηπται δὲ πρὸς τῷ δρει τῇ Μυχάλῃ καταντικρὺ Σάμου: adeo ut locus ille esset δέ τάρος vel τύμβος Ἐρασιστράτιος. Verum-enimvero Erasistratus ille, Aristotelis e filia nepos, quem an. 300 a. C. jam clarum fuisse scimus, Eusebius autem floris mortisque tempora, ut puto, confundens an. 258 floruisse dicit, is Erasistratus ejusque monumentum a Peripli nostri auctore memorari non poterat; nam reliqua omnia clamant scriptum esse ante tempora Alexandri Magni. Non nego Erasistratum Ceum ibi sepultum esse; verum locus ille, nisi interpolatum fingere absque veri specie velis, antiquior esse debet, nomenque a majoribus accepert notissimi mendici, quem nonnulli pro Ceo Samium vocant. De Charadro et de Academi locis aliunde non constat. || — Μυχάλη] Quum neque δρός neque ἄνως sive ἀκρωτή-

phon in mediterraneis, Notium cum portu, Apollinis Clarii fanum, Caystrus fluvius, Ephesus cum portu, Marathesium et in mediterraneis Magnesia urbs Graeca, Anaea, Panionium; Erasistratus, Charadrūs, Phocæa, Acadamis, Mycale : haec in Samiorum regione sita sunt. Mycale objacet Samus insula, que urbem habet et portum clausum Chioque non minor est. Sed ad continentem denuo me consero, unde digressus eram. Post Mycalem urbs est Priene cum portibus duobus, quorum unus est clausus. Deinde Maeander fluvius. Praternavigatio Mysie et Lydie ab Assyriis usque ad Maandrum fluvium duorum est dierum et noctis unius.

99. ΚΑΡΙΑ. Lydiam excipit Caria, et urbes in ea Graecæ sunt haec: Heraclea, deinde Miletus, deinde Myndus cum portu, Halicarnassus cum portu clauso, aliasque ad insulam est portus et fluvius, Calymna insula, Caryanda insula et urbs et portus (incole ejus

pius additum sit, Mycale pro oppido habenda erit cum Stephano s. v., quamquam apud Herodotum I, 148, qui in Epitome Stephani unus laudatur testis, non nisi de monte sermo est. || — Χίου] In recensu insularum (§ 113) proximum a Chio locum Samus obtinet. || — Πριήνη] πριν; cod.; em. Vossius. || — Ἀστύρων] ἀστρων; cod.; em. Vossius.

§ 99. Lydiae Cariæque terminum esse Maandrum adjacentesque a meridie montes Strabo quoque statuit, XII, p. 577. XIV, p. 651, 663. Alii, uti Ephorus, magis boream versus usque ad Anæam et paullo ultra fines extendunt. || — Πράχλεια] i. e. Ήράκλεια ἢ ὥπο Λατμῷ. V. Strabo XIV, p. 635, 658. Ptol. V, 2. Plin. V, 31. Hierocles p. 687, Stephanus. s. v., qui alteram Cariæ mediterraneam Heracleam, τὴν λεγομένην Ἀλέακον memorat. Hecateus ipsam urbem λαταρδὸν, montem vero Φθειρῶν δρός (ex Homer. Il. 2, 868). || — περὶ τὴν νῆσον] sc. τὴν Ἀράδνηαν. V. Strabo XIV, p. 456. Arrian. An. I, 23. || — καὶ ποταμὸς] Notatur in mappis ad Halicarnassum (*Budrun*) fluvios, qui num e Salmoni fonte (v. Strabo I. l.) profluat necne, et quodnam ejus nomen fuerit, nescio. Sainte-Croix pro ποταμὸς legi voluit κρήνην. Gaiulus ex eo, quod Halicarnassi nomini non sit adscriptum τὰ βασικεῖα τῶν τῆς Καρλαζ δυναστῶν, colligit auctorem nostrum Mausoli temporibus antiquiore esse. Imbecillum sane argumentum. • Regiae mentio, Clausenius monet, omissa etiam § 69 in Dorisco Thraciae (v. Herodot. VII, 50) ». || — Κάλυμνα] Sic insulam (etiam *Calymno*) vocant Strabo X, p. 489, Diodor. V, 81, Plinius IV, 23, Stephanus s. v., a quo simul altera laudatur nominis forma Καλύμνια, quan habes ap. Melam II, 7. Demetrius Scepsius ap. Strabonem pluraliter dicit αἱ Καλύμναι. In nummis reperitur ΚΑΛΥΜΝΙΩΝ (Sest. Class. gen. ed. 2. p. 91); porro δὲ δῆμος Καλύμνων in *Inscript.* ap. Becckh. C. I. II, n. 2671; Καλύμνης δὲ Καλύμνιος ap. Athenaeum XI, p. 474, C. Aliis eadem insula Καλύμνων vocalatur, ut Herodoto VII, 19: Κάων καὶ Νισυρίων τε καὶ Καλύμνων. Idem nomen in Homero occurrit Il. 2, 677, ubi τὰς Καλύμνας; alii, ut Demetrius, de una Calymna insula,

καὶ λιμὴν (οὗτοι Κάρες), νῆσος Κῶς καὶ πόλις καὶ λιμὴν κλειστός . Κατὰ ταῦτα Κεραμικὸς κόλπος τῆς Καρίας , καὶ νῆσος Νίσυρος καὶ λιμὴν . Ἐπάνειψι πάλιν ἐπὶ τὴν ἥπειρον . Ἀκρωτήριον ἱερὸν Τριόπιον , Κνῖδος πόλις Ἑλλήνις καὶ χώρα ἡ Ροδίων ἡ ἐν τῇ ἥπειρῳ , Καῦνος Καρικὴ πόλις καὶ λιμὴν κλειστός , Κρυσσός ἀκρωτήριον . Ρόδος κατὰ τοῦτο νῆσος καὶ πόλις· καὶ τρίπολις ἀρχαίνει ἀντῆ , πόλεις αἱδεῖ . Ἰαλυσος , Αἶνδος , Κάμειρος . Κατὰ δὲ τὴν Ρόδον αἱδεῖ νῆσοι εἰστιν οἰκούμεναι . Χάλκεια , Τῆλος , Κάσος , Κάρπαθος· αὕτη τρίπολις . Καὶ δὲ παράπλους Καρίας , ἀπὸ Μαιάνδρου ποταμοῦ ἐπὶ τὸν Κρυσσόν , δὲ στὶ Καρίας ἀκρωτήριον , δύο ἡμερῶν . Ἐπάνειψι πάλιν ἐπὶ τὴν ἥπειρον , δύεν ἔξετραπόμην .

Cares), insula Cos et ursos cum portu clauso . Vicinus his et Ceramiacus sinus Cariae et Nisyrus insula cum portu . Redeo ad continentem . Sequitur promontorium sacrum Triopium , Cnidus urbs Graeca , et Rhodiorum territorium in continentem situm , Caunus Carica urbs cum portu clauso , Cryassus promontorium . Ex adverso sita est Rhodus insula et urbs , et antiqua in ea tripolis est , urbes scilicet haec : Ialysus , Lindus , Camirus . Prope Rhodum insulæ habitatae sunt haec : Chalcia , Telus , Casus , Carpathus tribus instructa urbibus . Et prætervectio Cariæ , inde a Maeandro fluvio usque ad Gryassum Cariæ promontorium duorum est dictum . Sed rursum me ad continentem conseruo , unde digressus eram .

ali de Calymna et Lero, ali de Calymna vicinisque insulis intelligebant (V. Strabo l. I.). Utrumque nomen conglutinavit quodammodo auctor Etym. M. p. 486, 25 : Κάλυμνος ὁ ἐν Αἴγαυῳ σέτος ἀντὶ τοῦ Καλύμνιος δὲ γάρ Φιλάδελφος ἐκ Καλύμνῳ μετήνεγκε τὸ σπέρμα . Plinius denique , diversas fontes miscens , pereram duas insulas recensem Calymnam et Calydnam , IV, 23 : *Calydna in qua oppidum Coón ; Calymna a qua Carpathum... XXV mill. pass.* Idem vero V, 36 nonnisi unam Calydnem recensem : *Calydne cum tribus oppidis , Notio , Nisyro (?) , Mendetero .* At tres iste urbes nonnisi in Calymnam insulam cadunt , quum præter hanc nulla ibi sit major insula , de qua tale quid predicari probabilitate possit . Eodem facit quod apud Pliniū mel *Calydnes* , apud Strabonem Stephanumque mel *Calymnum* predicitur . Ut ad Scylacem revertar , Clausenius pro Καλύμνῳ scripsit Κάλυμνα ; idque repetivit Fabricius , probavit Forbigerus II, p. 238 . At Cylandyn insulæ nemo unquam meminit . Fluxit illud ex hariolatione Berkeli ad Stephanum s. v. Κάλυμνα . Etenim quum Cylandyn urbs Cariæ mediterranea in Strabonis codicibus perperam Κάλυμνα scripta sit , idque ex reliquo auctoribus corrigendum esse Berkelius monisset , idem Berkel . Κάλυμνα nomen apud Scylacem reponi jussit . Quo quid dici potuit oscitantur ! || — Καρύνανδα] Καρύνηνδα , deleta litera η et suprascripta lit. α , codex Parisinus ; Κρύνηνδα cod. Vatican. ; em. Voss . Ordo locorum turbatus . Esse debebat series : Caryanda , Calymna , Cos , Halicarnassus . || — Οὗτοι Κάρες] sc. Caryandenses . Cf. infra verba : Καρικὴ πόλις . || — καὶ νῆσος Νίσυρος] συνησσος δὴ εὑρός codex . Σύμη νῆσος καὶ Νίσυρος conj. Vossius , bene , si literas rimeris , male quoad geographiam . || — ἕρδην] ludis festisque quæ Apollini Triopio celebrabantur , ut constat . || — ἡ ἐν τῇ ἥπειρῳ πόλις] καὶ ἐν τῇ ἡ. codex . Hoc si genuinum est , scribit arguit stuporem , qui verba Ροδῶν χώρα ad insulam spectare putavit , quum de Rhodiorum περιστῆ dicta sint . || — Καρύνανδη πόλις] Cf. Herodot. I, 172 : Οἱ δὲ Κάύνιοι αὐτόχθονες , δοξεῦν ἐμοὶ , εἰσὶ . Αὗτοι μέντοι ἐν Κρήτῃς φασὶ εἶναι : προστεγωρῆκασι δὲ γλῶσσαν μὲν πρὸς τὸ Καρικὸν θόνος κτλ . Strabo XIV, p. 652 . || — Πόρδοις] Quae in editto , prefigitur inscriptione vel titulus : ΨΟΔΟΣ , a codice abest . || — νῆσος καὶ πόλις· καὶ

Totam hanc oram usque ad Murgim oppidum, qui finis est Bætica, originis Punicæ existimavit Agrippa ap. Plin. III, 3. *Libyphœnices* ibi cum Scymno memorat Avienus Or. mar. 421. Ac sane numi urbium, quæ hoc pertinent, Carteiz, Sici, Malace, Abderorum, literas habent scriptas Libyphœnicæ (v. Movers *Phœn. Alterth.* II, p. 632 sqq.). Apud alios auctores Punici coloni cum gente indigena conjuguntur. Sic Ptolemaeus II, 3: Βαστούλην τῶν καλουμένων Ποινῶν; Marcius p. 107: τὸ ἔθνος Βλαζεσούρῶν τῶν καλουμένων Ποινῶν; Appian. Hisp. c. 56: τὸν λεγούμενον Βλαζεσούρινας, οἵ τε ταντού ἀντιτάχου τὸν Καρχηδόνον ἐποιήσαντε (novas colonas misse) ταῦτα ἐν Δαΐσῃ. Eandem gentem Ibericam Hecataeus vocare videtur Ἐλεστῖον, quos cum Mastenon componit, sicuti Avienus l. 1. *Massienos* post Libyphœnices memorat. || — 198. ξῆτης δὲ λέγος codex; em. Scaliger. || — 199. Ταρτessianοι] Tartessios etiam ad orientalem Hispanie oram pertinuisse præter Scymnum unus tradit Avienus Or. mar. 416: *Igitur columnæ, ut dixeram Libystidi Europe in agro adversa surgit altera. Hic Chrysus (hodi. Guadiaro) annis intrat altum gurgitem. Ultra citraque quatuor gentes colunt. Nam sunt ferocius hoc Libyphœnices loco; sunt Massieni; regna Cilibena sunt feracis agri, et divites Tartessii, qui porrigitur in Calactinum sinum. Hos propter autem mox jugum Barbetium est, Malachæque flumen, urbe cum cognomine... Tartessianorum juris illuc insula antistat urbem, Noctilucæ ab incolis sacrata pridem. Deinde postquam sequentem oram (in eaque Massienam urbem multaque Phœnicum loca) recensuit usque ad Theodorum (Tader Plin. III, 4. *Terebis* Pt. h. *Segura*) fluvium, addit v. 462: Hic terminus quandam stetit Tartessianorum; hic Herna civitas fuit; Gymnetes istos gens locos insederat. Ceterum eo fere usque Tartessianorum sedes prolatas esse nonnisi a senioribus parumque accuratis scriptoribus, qui totam Bæticam et ulteriorem etiam regionem usque ad Baleares fere insulas Tartessianam laxiore vocabuli sensu vocarint, credi possit, ac statuere videtur Moversius. Licet tamen Scymni Avienique sententiam defendere et ad remotiorem atlantem referre. Etenim quoniam Poenis Tartessus diceretur *Tarsis*, ad Tartessios Movers re fert *Tarshīon* et Θερσίτης, quorum meminit Polybius III, 33, 9, ubi: θερσίη δὲ οἱ διαβάντες (sc. gentes Ibericæ ab Hannibale in Libyam transductæ) Θερσίτης, Μαρσίτης, πρός δὲ τούτοις Θερσία ήταν Ολοζάδες; et III, 24, ubi in vetusto seedere Carthaginensiū legitur: τοῦ Καλοῦ ἀκρωτηρίου, Μαρσίτης, Ταρσίτης,*

200 προσεχεῖς. Ἐπάνω τούτων δὲ κείνται τῶν τόπων
Βέρυκες. Ἐπειτα περιβαλλάτιοι κάτω
Λίγνες ἔχονται καὶ πόλεις Ἐλληνίδες,
δὲ Μασσαλιῶται Φωκαῖς ἀπώκισαν·
πρώτη μὲν Ἐμπόριον, Ῥόδη δὲ δευτέρα·
205 ταύτην δὲ πρὶν ναῦν χρητοῦντες ἔκτισαν
Ῥόδιον. Μεδ' οὖς ἐλθόντες εἰς Ἰθηρίαν
οἱ Μασσαλίων κτίσαντες ἔσχον Φωκαῖς
Ἀγάθην Ῥόδανουσίαν τε, Ῥόδανὸς δὲν μέγας
ποταμὸς παραρρεῖ, Μασσαλία δὲ ἐστ' ἐχομένη,
210 πόλις μεγίστη, Φωκαίων ἀποικία.
Ἐν τῇ Λιγυστικῇ δὲ ταύτην ἔκτισαν
πρὸ τῆς μάχης τῆς ἐν Σαλαμῖνι γενομένης
ἔτεσιν πρότερον, ὡς φασιν, ἔκατὸν είκοσι.
Τίμαιος οὖτας ἴστορεῖ δὲ τὴν κτίσιν.
215 Εἶτε μετὰ ταύτην Ταυρόδες καὶ πλησίον
πόλις Ὀλβία καντίπολις αὐτῷ ἐσχάτη.
Μετὸς τὴν Λιγυστικὴν Πελασγοὶ δὲ εἰσὶν οἱ
πρότερον κατοικήσαντες ἐν τῇ Ἐλλάδος,
κοινὴν δὲ Τυρρηνοῖσι χώρων νεμόμενοι.
220 Τυρρηνίαν δὲ Λυδὸς Ἄτυος ἔκτισεν
Τυρρηνὸς ἐπὶ τοὺς Ὀμβρικοὺς ἐλύτους ποτε.
Ἐν τῷ πόρῳ κείνται δὲ νῆσοι πελάγιοι,
Κύρνος τε καὶ Σαρδὼ, μεγίστη λεγομένη
μετὰ τὴν Σικελίαν νῆσον, αὗτη πρὶν ποτε

contigui. Intus his superjacent locis
Bebryces. Tum infra maritimi
Ligyes sequuntur et urbes Graecæ,
quas e Massilia Phocaenses colonis frequentarunt;
Prima est Emporium, Rhode autem altera.
Hanc olim navibus pollentes condiderant
Rhodii. Post quos prefecti in Iberiam
Massilia conditores tenuerunt Phocaenses
Agathen Rhodanusiamque, Rhodanus quam magnus
fluvius praeterlabitur; hinc prope abest Massilia,
urbs maxima, Phocaensem colonia.
In Liguria hanc condiderunt
ante pugnam ad Salaminem pugnatam
annis, uti perhibent, centum et viginti.
Timæus sic narrat de urbe condita.
Sequitur post hanc Taurois et in propinquuo
urbs Olbia et Antipolis, Ligurum ultima.
Post Liguriam Pelasgi sunt, qui
pridem hic immigrarunt e Graecia,
communem cum Tyrrhenis regionem colentes.
Tyrrheniam vir Lydus Atye natus condidit
Tyrrhenus ad Umbros olim veniens.
In freto autem per altum jacent insulae
Corsica et Sardinia, que maxima esse
post Siciliam insula dicitur, et prius olim

μὴ ληζεσθαι Ψωμαῖος ἐπέκεινα. De quibus addit Polybius : Πρόσκεπται δὲ τῷ Καλῷ ἀκρωτηρῷ Μαστία, Ταρσίον. In his Ταρσίον Moversius promontorium ab occidente, Mastiam ab occidente columnarum situm esse censet. Sed non ita statuisse Polybium luce clarius; nec omnino causa idonea subest, cur ultra columnas terminum Carthaginenses designarent. Apud Stephanum Mastia et Tarsem ex Polybio tanquam urbes recensent πρὸς ταῦς Ἰηρακλεῖς στήλας. Accuratio eruere licet ex Aveno, secundum quem Massiena urbs in cognomine sinu sita erat (qui inde a Carthagine nova usque ad Veneris sive Charidemi prom. pertinet); post eam urbein boream versus memoratur Τρατε jugum, et iuxta Strongyle insula. Jugum vero est illud in quo Carthago nova postea condita. Hic olim suerit Ταρσίον, fortasse non diversum a Θιαρίῳ loco, 25 mill. a Carthaginem disiit, cuius meminit Itin. p. 401. Pulcrum igitur promontorium (quod nonnulli cum cognomine pr. Libycæ oræ confundunt) non aliud esse potest nisi id, in quo postea Carthago exstructa, cuique a septentrione Tarsem, a meridiē Mastia adiacebat. Quodsi igitur concesseris nomen Ταρσίον ad Tarcessos spectare (quamquam incertissimam hanc conjecturam esse puto), consequitur revera priscis temporibus ad oram marii occidentalem eos pertinuisse. || — 199. Ἱηρεῖς] Hi inde ab hoc. Segura fluvio usque ad Emporium habitasse putandi sunt, adeo ut Iber fluvius in media eorum ora egrediatur. Alter Scylax § 1, ubi v. || — 200. Ιηρακλεῖον δὲ τούτων δὲ codex. || — Βέρυκες] Eodem modo de Bebrycum sedibus stauit Avienus 482 : Praestringit amnis Tyrius oppidum Tyrin. At qua recedit ab salo tellus procul, dumosa

late terga regio porrigit. Bebryces illie, etc. Alii aliter. Vid. not. ad Scylac. § 3. De Emporio v. ibid. || — 204. Ῥόδην] nunc Rosas; ή Ῥόδος ap. Strabon. III, p. 160. XIV, p. 654. Cf. Eustath. ad Dion. 504; Ptolem. II, 6; Stephan. s. v.; Livius XXXIV, 8; Mela II, 6; numi ap. Mionnet I, p. 48, Suppl. I, p. 90; Sestini p. 179; Inscript. ap. Gruter. p. 404; Raoul-Rochette Etabl. III, p. 404. || — 205. ναῦσιν codex; em. Letromn. || — 16ηραταν] Iberiam nunc vocat regionem, quam Ligures tenere antea ipse dixerat, ubi melius cum Scylace dixisset mixtos Liguribus Iberes. || — 207. Φωκαῖς et v. 210. Φωκαίων cod. || — 208. Ἀγάθον] Cf. Stephan. : Ἀγάθον, πόλις Αιγαίου η Κελτῶν. Σκύμνοις δὲ Φωκαῖων αὐτῆν ἐν τῇ Εὔρωπῃ. Strabo IV, 180. 182; Plin. III, 5; Mela II, 5; Timothen. ap. Steph. s. v.; Ptol. II, 10; Geogr. Rav. IV, 28. Nunc Agde. Rhodanusiam Strabo IV, p. 180 et Plinius III, 5 et numi ap. Mionnet I, p. 78, Suppl. I, p. 148 Ῥόδην vocant. Cf. Steph. v. Ῥόδανουσα, Hieronym. Op. tom. IV, p. 254. || — 211. Λιγυστικὴ cod. || — 215. Ταυρόδεις] Sic etiam Steph. s. v., Caesar B. G. II, 4 et Mela II, 5 (Ταυροί); Ταυρέντιον Strabo l. l. et Ptol. II, 8; Tarento in Itiner. p. 566; nunc Tarente. Doctorum Gallorum de hoc oppido scripta v. ap. Ukert III, 1, p. 427. De Olbia, nunc Eoubes, cf. Strabo, Mela, Ptol. I. l., Steph. s. v. De Antipoli v. not. ad Scylac. § 4, qui eandem urbem terminum Ligurie et Tyrrhenie facit. || — 218. ξατοτζεύτες cod.; em. Meineke. De re non est cur notissima viro rum doctorum scripta recenseantur. Cf. Dionysius Per. 347.

225 Σειρηνίδες Κίρκης τε νῆσοι λεγόμεναι.
Εἰσὶ δὲ ἐπάνω μὲν τῶν Πελαστῶν Ὄμβρικοι,...
οὐδὲ φύκις οὖν Κίρκης Ὀδυσσεῖ γενόμενος
Λατίνοι, Αὔσονέ τε μεσόγειον τόπον
ἔχοντες, Αὔσον οὐδὲ συνοικίσαι δοκεῖ,

230 Ὀδυσσέων παῖς καὶ Καλυψοῦς γενόμενος.
Ἐν τοῖς ἔθνεσι τούτοις δὲ Ῥώμην στίν πόλις
ἔχουσα ἐφάμιλλον τῇδε δυνάμει καὶ τούνομα,
ἀστρον τι κοινὸν τῆς Ἑλλής οἰκουμένης,
ἐν τῇ Δατίνῃ· Ῥωμύλον δὲ αὐτὴν κτίσαι
235 θέμενον ἀφ' αὐτοῦ φασι τοῦτο τούνομα.
Μετὰ δὲ Λατίνους ἔστιν ἐν Ὁπικοῖς πόλις
τῆς λεγομένης λίμνης Ἀόρου πλησίον
Κύμη, πρότερον ἦν Χαλκιδεῖς ἀπόκισαν,
εἰτ' Αἰολεῖς· [οὗ Κερβέριον τι δείχνυται]

225. Circes insulae ad Circeum prom.; Sirenides, tres parvae insulae post Misenum prom. sitae, alii Σιρηνῶσαι, *Sirenem scopuli vel petrae* (*hoc. Licos, Pietro, la Galetta*). V. Strabo I, p. 22. VI, p. 258; Aristot. Mir. 110; Ptol. III, 1; Virgil. *Aen.* v, 164; Mela II, 4. Cf. Dion. 36a ibique Eustath. || — 227. φύκισεν δικτυηνος codex; em. Letronne. Ceterum excidisse in antecc. Latinorum mentionem, quum ad hos, non ad Umbros, Latinus pertineat, ac omnino diserta Latii mentio desideretur, recte statuit Cluverius, monente Fabricio. De Latini parentibus cum Nostro faciunt Hesiod. Theog. 1013 et Stephan. v. Πρατνέστη. Similiter Telemachi et Circes filium dicit Hygin. fab. 127 et Clinias ap. Festum. p. 249 ed. M. Alii longe aliter. || — 229. Αἴσωνος συνοικίσαι cod. || — 231. ῥώμα' ἔστι cod. || — 234. αὐτὸν cod. || — 239—253. Horum series turbata est. Quia post verba εἰτ' Αἰολεῖς uncis inclusi, in codice leguntur v. 252. post verba οἱ Φωκαῖς; ea autem quæ ego post verba οἱ Φωκαῖς notavi, codex habet post v. εἰτ' Αἰολεῖς hunc in modum mutata et metrice corrupta: μᾶλιστά τ' εὐανδρούμενή κατὰ τὴν Ἀσίαν Κύμη κειμένη πόλις. Patet ordinem geographicum in codice susque deque mixtum esse, quum Cerberum ad Cumas pertineat, deinde proxime sequatur Neapolis, quam excipiunt Samnitum ora et dein OEnotria in eaque urbs Elea. Hanc igitur seriem transponendo restituimus. Alter rem instituit Letronnius, qui verba οὗ Κερβέριον ... Ὀδυσσέα post εἰτ' Αἰολεῖς inseruit; deinde post verba οἱ Φωκαῖς collocavit verba: μᾶλιστά τ' εὐανδρούμενή κατὰ τὴν Ἀσίαν Κύμη [οὐτὶ ex suppl. Hæschelii] κειμένη, adeo ut post Phocaenses Eleæ nescio quo pacto memorentur Cumani Asiatici, deinde vero contra ordinem introducatur Cumanorum Opicorum colonia Neapolis. De qua rerum adornatione Meinekius: « At transpositio istorum versuum, quum per errorem quo integri sæpe versus loco suo moti sunt, facta esse non possit, difficillimum habet explicatum, nec quo consilio instituta fuerit ullo pacto potest intelligi. Ferendam tamen putarem et casu factam dicere, si tamen ita dicendi legibus aliquo modo consultum esset. At vide mihi infantiam scriptoris in hunc modum balbutientis: *in finibus OEnotriorum sita est Posidonia Sybaritarum et Velia Pho-*

Sirenides Circesque dictæ insulæ.

Supra Pelasgos autem Umbri sunt, ...

Latinī, quos constitut Ulysse et Circe natus Latinus, Ausonesque mediterraneum locum tenentes, Auson quos constituisse videtur, Ulyssis filius e Calypso procreatus.

In his autem gentibus est Roma urbs, habens par potentia etiam nomen, astrum quoddam commune totius orbis, in Latio; Romulum illam condidisse imponentem de se ferunt hocce nomen.

Post Latinos vero est in Opicis urbs, Avernæ, quam vocant, paludi propinqua, Cuma, prius quam Chalcidenses considerunt, deinde Άeoles; [ubi Cerberum quoddam ostenditur,

cœnsum colonia, et frequentissima Asiaticarum civitatum est Cuma; ab illis autem quæ ad Ávernū sitæ sunt Cumis originem ducit Neapolis. Nisi igitur probabilior emendandi ratio reperta fuerit, præstabilit, opinor, suum auctori errorem relinquere. » Hæc vero incommoda nostræ rationes jam sustulerunt. Causa autem turbarum in eo quærenda esse videtur, quod sciolus quidam verba poetæ εἰτ' Αἰολεῖς accuratius definire voluit, ut sciret lector, quod sponte fere intelligitur, Άeolenses illos, qui Cumas venerint, Cumanos fuisse Asiaticos. Id vero efficere sibi visus est transferendo hic quæ postea de Phocaea parenthetice dicta sunt, nisi quod nomini Φωκαῖα substituit nomen Κύμη, parum considerans metrum sic pessum dari; quod quomodo Hæschelius restituendum putaverit supra indicavi. (Mirum de hoc supplemento neque Letronnium neque Meinekium monuisse, quasi Κύμη στὶ codicis esset lectio.) Jam vero satis patet ipsum poetam, si fusius explicare voluisset Άeoles illos esse Cumanos Asiaticos, id non tam ineptis facturum fuisse verbis, quæ nihil perspicuora fore censeo si cum Meinekio dicas: « Hæc de Cuma Άolica quo consilio addiderit scriptor, paullo melius intelligetur si scriperis: μᾶλιστά δὲ εὐανδρὸς μὲν κατὰ τὴν Ἀσίαν Κύμη στὶ κειμένη πόλις, sive cum Bernhardy (Anal. in geogr. min. p. 8) proposueris: εἰτ' Αἰολεῖς μᾶλιστά τ' εὐανδρούμενη η. τ. Ασ. Κύμη [ποτὲ] κειμένη πόλις. || — 239. Αἰολεῖς] Άeolenses Cumanois una cum Chalcidensibus recenset etiam Strabo V, p. 243, non eo tamen modo quo Noster fecit; nam ita habet: Κύμη, Χαλκιδέων καὶ Κυματων παλαιότατον κτίσμα· πασῶν γάρ ἐστι πρεσβυτάτη τῶν τε Σικελιῶν καὶ τῶν Ἱταλιωτῶν. Οἱ δὲ τὸν στόλον ἀγοντες, Ἰππολῆς δὲ Κυματος καὶ Μεγασθένης δὲ Χαλκιδέων, διωρολογήσαντο πρὸς σφᾶς αὐτοὺς, τῶν μὲν ἀποτίαν εἶναι, τῶν δὲ τὴν ἐπωνυμίαν θεῖν νῦν μὲν προσχροεταί Κύμη, κτίσαι δὲ αὐτὴν Χαλκιδεῖς δοκοῦσι. Alii nonnisi Chalcidenses memorant, nisi quod Eretrientes iis jungit Dionysius Hal. VII, 3. Vid. Vellejus I, 4, Livius VIII, 21. Scymni sententiam, sec. quam Άeolenses postea demum advenierint, calculo suo probarunt Salmasius ad Solin. p. 72, Cluverius Ital. t. II, p. 1104, Raoul-Rochette, *Etabl.* III, p. 110. Movit eos Eusebius, qui in Chronicō Cumam Italicam conditam dicit

240 ὑποχύδονιον μακτεῖον· ἔλθειν φασὶ δέ
δεῦρο πάρα Κίρχης ἐπανάγοντ· Ὁδοσσέα.
Ἐκ τῆς δὲ Κύμης τῆς πρὸς Λόρωνι κειμένης
κτίσιν κατὰ χρησμὸν ἔλαβεν ἡ Νεάπολις.]
Τούτοις δὲ Σκυνῆται περιοικοῦσ' ἔχομενοι
τῶν Αὐσόνων· μεθ' οὓς μεσόγειοι κείμενοι
οἰκοῦσι Λευκανοί τε Καμπανοί θέρμα. [
Προσεγγίεις δὲ τούτοις εἰσὶ πάλιν Οινώτριοι
μέγιρι τῆς Ποσειδωνιάδος ὕδωρασμένης,
ἢ φατὶ Συβαρίτας ἀποικίσαται προτοῦ,
250 καὶ Μασσαλιωτῶν Φωκαέων τ' Ἐλέα πόλις,
ἢ ἔκτισαν φυγόντες ὑπὸ τὰ Περσικά
οἱ Φωκαῖς· [μάλιστα δὲ εὐνανδρουμένην
κατὰ τὴν Ἀσταν Φωκαῖα κειμένην πόλις.]
Ἐν τῷ πόρῳ κείνται δὲ τῷ Τυρρηνικῷ
255 νησίδες ἐπτά τῆς Σικελίας οὐ πρόσω,
ἃς δὴ προσαγορεύουσται νήσους Αἴδους,
ῶν ἔστιν Ἱερά λεγομένη τις εὐλόγως·
καίσμενα φάνεται γάρ ἐξ αὐτῆς πυρά
ἀπὸ σταδίων εὐδῆλα πᾶσι πλείσνων,
260 καὶ διαπύρων εἰς ὄψος ἀναβολαὶ μύδρων,
ἔργα τε σιδήρεις τε ρχιστήρων κτύπος.

subterraneum oráculum. Venisse autem aīam
huc a Ciree redeuntem Ulyssem.
Ex Cumā autem ad Avernū sita
conditores secundum oráculum accepit Neapolis.]
Hos justa habitant Sammites, finitimi
Ausonum; post quos in mediterraneis
habitant Lucani atque Campani simul.
Finitimi vero his sunt rursus OEnotrii
usque ad Posidoniām quam vocant
et Sybaritas dicunt condidisse oīm,
atque Massiliensium Phocæniumque urbs Elea,
quam condiderunt fugientes sub tempora Persica
Phocænenses; [magnopere enim virorum copia
pollebat in Asia sita Phocæa urbs].
In freto autem sita sunt Tyrrhenico
parvæ insulae septem a Sicilia non procul,
quas appellant insulas Aeoli,
quarum est Hiera dicta quadam congrue;
ardentes enim ex illa surgunt ignes
per multa stadia omnibus conspicui,
et carentes in altum jacti globi ignei,
operaque ferreusque malleorum sonitus.

an. Abram. 966 (1049 a. C.); quo admissio, fieri
vix potuit, ut illo jam tempore ex Asiatica Cumā colo-
ni advenirent. Quamquam fidem testimonii Euse-
biani omnino nullam esse nescio an recte contendenter Niebuhrius H. R. I, p. 174. Nam ista Cumarum an-
tiquitas cum reliquis quae de Graecorum in Italia Sici-
liaque coloniis tradita sunt, quadrat minime. Dubi-
tationem vero in majus etiam auxerim ratione habita
numerorum chronologicorum. Etenim auctor Vita
Homericā c. 38 Cumam Asiaticam conditam esse dicit
annis 168 ἀπὸ τῆς εἰς Ἰλίου στρατείας (quam an. 1270
, assignat. Vid. Clinton. F. Hell. tom. I, p. 133. Fischer
Tab. Chron. p. 10). Jam vero si annos illos 168
addideris anno 1049 a. C., quo Cumam Italicam Eu-
sebius conditam dicit, eruitur annus 1217 a. C., qui
notissimus est annus expeditionis Trojanæ, adeo ut
eodem inde a Troicis anno utraque urbs esset condita. Nonne satis hinc intelligitur diversa Eusebiūm vel
auctōrem ejus confundisse vel perperam conglutinasse? || — Κερέριδν τι κτλ.] Fusē de his exponit Strabo
V, p. 243 sq. Paucā hæc adscribere licet : Ἐμ-
βεον δὲ οἱ πρὸ ήμαν ἐν τῷ Ἀδρίανῳ τὰ περὶ τὴν νεκυιαν
τὴν Ὀμηρικὴν καὶ δὴ καὶ νεκυομαρτεῖον Ιστοροῦσι ἐνταῦ-
θι γενέσθαι, καὶ Ὁδοσσέα εἰς τοῦτο ἀφίκεσθαι... καὶ
τοῦτο χωρὸν Πλουτῶνιόν τι θελάμβανον, καὶ τοὺς Κιμ-
μερίους ἐνταῦθι λέγεσθαι. Cimmerios istos Homericos
(Od. λ. 14) nonnulli Κερέριους dixerunt (v. Steph.
Thes. Κερέρτοι). Cf. Virg. Aen. 6,236 sqq., ibique
Exc. Heynii; Lycophr. 688 sqq., alii. Cerberum in
numis Cumanis v. ap. Millingen Sylloge p. 10. An Cer-
berum ibi in lucem protractum ab Hercule quidam
dixerint, ut Gaiilius et Letronnius suspicantur, nescio.
|| — 243. Πλαστὴ Νεάπολις ex Boissonadi conj. Letron-
nius dedit, metro, ut putabat, flagitante. De re cf. Stra-
bo V, 246. XIV, p. 654; Livius VIII, 22; Tzetzes ad

Lyc. 732; Plin. III, 9; Solin c. 8. De oráculo præter
Scymnum nemo quidquam monuit. De tempore de-
ductæ colonie non constat. || — 248. Ποτεδωνιάδος
cod. || — 250. τελεάπολις codex; em. Grotfend et
Letronnius; oīm Νεάπολις. Phocænenses post captam
ab Harpalō patriam (c. an. 542) primum in Corsican,
deinde Massiliā, sexaginta fere ἡπταντα τοῖς ante conditam,
abierunt; hinc vero & ποτεδωνιάδος τὴν Ἐλέαν con-
diderunt. Sic Antiochus apud Strabon. VI, p. 253.
Addubitatū tamen est Massilienses, quibus tum contra
barbaros vicinos multum negotii erat, repulisse
novos colonos civesque exiles. Ego nihil video cur
Antiochi fidem suspectam habeamus; nam illud ἀπο-
κρουσθέντες non ita intelligendum esse, quasi Massilienses
novos advenas omnino non admisissent, ex eo patet
quod Scymnus (qui hæc sicuti alii nonnulla ex ipso
Antiocho habere videtur) Eleam conditam dicit a
Massiliensis et Phocænibus. Igitur statuendum
videtur, receptos in Massiliā colonos mox ob subhor-
tas turbas intestinas urbe pulsos una cum parte Massiliensis
Eleam condidisse. Ceterum nonnulli, ut
Thucyd. I, 13, Pausan. VIII, 4, 1, Gellius N. A.
X, 16, Ammian. Marcell. XV, 9, nonnisi novos hos
Massiliæ colonos memorant, vel cum primis urbis
conditoribus eos confundunt. V. Clinton. tom. I, ad
an. 600, Fischer. Tab. Chron. ad an. 600 et qui de
professo Massilia historiam concinnarunt. Herodotus
Velias sive Hyelles (in OEnotria, I, 167) conditæ hi-
storiam verbo tetigisse satis habet II, 167. || — 252. μά-
λιστά τ' cod. || — 253. Κύμη pro Φωκαῖα codex. Vide
supra ad. v. 239. Prætereā pro κατὰ τὴν Ἀσταν metri
causa malim ἡ κατὰ Ἀσταν. || — 255. Ἑπτὰ] Στρογγύ-
λη, Εβάνωμος. Ἱερά, Αιτάρα, Διδυμη, Ἐρικώδης, Φαινι-
κώδης, ex recensione schol. Apoll. Rh. III, 41. Cf.
Strabo VI, p. 275. || — 259. πλειόνων] πεντήκοντα

Mία δ' ἔστιν αὐτῶν Δωρικὴν ἀποικίαν
ἔχουσα, Λιπάρα δ' ὄνομα, συγγενὶς Κύδου.
Ἐξης Σικελία νῆσος εὐτύχεστάτη,
265 ἢ τὸ πρότερον μὲν ἐτερόγλωσσα βάρβαρα
λέγουστ πλήθη κατανέμεσθ' Ἱερηικά,
διὰ τὴν ἐτερόπλευρον δὲ τῆς χώρας φύσιν
ὑπὸ τῶν Ἱερῶν Τρινακρίαν καλούμενην
χρόνον Σικελίαν προσχορευθῆναι πάλιν,
270 Σικελοῦ δυναστεύσαντος· εἴθ' Ἐλληνικάς
ἔσχεν πόλεις, ὡς φασιν, ἀπὸ τῶν Τρωϊκῶν
δεκάτη γενεῖ μετὰ ταῦτα Θεοκλέους στόλον
παρὰ Χαλκιδέων λαβόντος· ἢν δ' οὕτος γένει
ἐκ τῶν Ἀθηνῶν· καὶ συνῆλθον, ὡς λόγος,
275 Ἰωνες εἶτα Δωριεῖς οἰκήτορες.
Στάσεως δ' ἐν αὐτοῖς γενομένης, οἱ Χαλκιδεῖς
κτίζουσι Νάξον, οἱ Μεγαρεῖς δὲ τὴν Ὑδαναν,
τὸ δὲ ἐπὶ Ζεφύριον τῆς Ἰταλίας Δωριεῖς
κατέσχουν. Ἀρχίας δὲ τούτους προσλαβάνων
280 δο Κορίνθιος μετὰ Δωριέων καταχίσκειν
ἀπὸ τῆς δύμρου λίμνης λαβόντας τούνομα
τὰς νῦν Συρακούσας παρ' αὐτοῖς λεγομένας.
Μετὰ ταῦτα δὲ ἀπὸ Νάξου Λεοντίνοι πόλεις,
ἢ τὴν θέσιν τ' ἔχουσα Πρήγγιον πέραν,
285 ἐπὶ τοῦ δὲ πορθμοῦ κειμένη τῆς Σικελίας,

sec. Calliam Syracusan. ap. schol. Apoll. Rhod. l. l. || —
263. Κυδουν] V. Strabo. l. l., Antiochus Syrac. fr. 2
ap. Pausan. X, 11. || — 264. ξεῖς cod. || — 266. κατανέμεσθ'] « κατενεμῆσθ' » in Letronni conjectura editum est, quum codex habeat κατανέμεσθ', quod in apographo Palatino κατανέμεσθ' scriptum. Improbavit hoc Letronnius, Scymni usum post λέγουσι præteritum postulare dicens; hoc quidem falso, ut docent vs. 347, 259, 681. Illam perfecti formam autem per quam incertae fidei esse docuisse mihi videor ad Fragm. Com. gr. vol. III, p. 112, ubi etiam Hesychium commemorare debebam : ἐγνυνασματι, ἐγνυνητεύσα, quod ex ἐγνυνασματην corruptum esse addita interpretatio indicare videtur. — ΜΕΙΝΕΚΕ. || — 266. Ἱερικά] V. Thucydid. VI, 2; Philistus (fr. 3) apud Diodor. 6; Ephorus (fr. 51) apud Strabon. VI, p. 270; Dionysius Hal. I, 22. || — 269. προσχορευθῆναι cod.; em. Hoesch.; προσχορευθῆναι Scaliger. || — 270. Σικελοῦ] V. Philistus (fr. 2) ap. Dionys. l. l. || — 271 sqq. Cf. Thucyd. VI, 3; Ephorus (fr. 52) ap. Strab. VI, p. 267; Diodor. XIV, 14; Pausan. VI, 13, 4. Scymnus Ephorum exscriptis. Ita habet ap. Strabon. l. l. : Ταύτας (Naxum et Megara) Ἐπορος πρώτας κτισθῆναι πόλεις Ἐλληνίδας ἐ Σικελίᾳ [δε]κάτη (καὶ τῇ codd.; em. Scaliger.; plurimi scribi vol. πεντεκατεκάτῃ, quasi in hac re omnes scriptores computum Herodoteum sequantur) γνεῖ μετὰ τὰ Τρωϊκά... Θεοκλέος δ' Ἀθηναῖον... Χαλκιδέας τὸν εὖ Εὔδοιλον συγγνοὺς παραλαβόντα καὶ τῶν Ἰώνων τινάς, ἔτι δὲ Δωριέων, [διὸν] οἱ πλεῖστοι ήσαν Μεγαρεῖς, πλεῦστοι· τὸν μὲν οὖν Χαλκιδέας κτίσαν Νάξον, τοὺς δὲ Δωριέων Μέγαρα, τὴν Ὑδαναν πρότερον καλούμενην. De tempore vide chronologos ad Ol. II, 1. 736 a. C. || — 273. οὕτως cod. || — 277. κτίζουσιν ἔξον: μεγα-

Una autem ex illis Doricam coloniam
habet, cui Lipara nomen, cognata Cnidi.
Inde Sicilia, insula fortunatissima,
quam prius diversæ lingue barbaram
dicunt multitudinem coluisse Ibericam;
ob plurilateram vero terræ naturam
ab Iberibus Trinacriam vocatam,
postea Siciliam appellatam esse rursus,
imperante Siculo. Deinde Græcanicas
habuit urbes, ut aiunt, post Troica,
decima ab iis generatione, Theocle classem
a Chalcidensibus nacto. Erat autem hic
genere Atheniensis; unaque venerunt, ut fertur,
Iones, deinde Dorienses habitatores.
Seditione vero inter ipsos orta, Chalcidenses
condunt Naxum, Megarenses Hyblam;
ad Zephyrium autem in Italia Dorienses
concederunt, quos deinde Archias assumens
Corinthius cum Doriensibus condidit
nactas a finitima palude nomen
Syracusas quas illi nunc vocant. Post
hæc a Naxo Leontini urbs
et quæ situm habet contra Rhegium
ad fretum jacens in Sicilia

ρεῖς cod.; em. Morellus. Ceterum parum distincte
poeta dicit: οἱ Μεγαρεῖς Δωριεῖς. Quomodo intelligenda sint, ex Strabonis verbis modo laudatis et mox
laudandis liquet. Ceterum de Megaris Hyblæis eodem
tempore quo Naxus conditis cum Nostro consentit
Strabo p. 267, qui etiam de reliquis Siciliæ coloniis
eundem ducem, Ephorum puta, sequitur. Alter de
urbis originibus statuit Thucydides VI, 2. || — 278. τὸ
δὲ ἐπιζέρψον τῆς Ἰταλίας οἱ Δωριεῖς codex; em. Letronnius collato Strabone VI, p. 270: τὸν δὲ Ἀργίαν κατασχόντα πρὸς τὸ Ζεφύριον τῶν Δωριέων εἰρόντα τινὰς δεῦρο
ἀργυρέμένους ἐκ τῆς Σικελίας παρὰ τῶν τὸ Μέγαρα κτισάντων, ἀναλαβεῖν αὐτὸν, καὶ κοινῇ μετ' αὐτῶν κτίσαι τὰς Συρακούσας. || — 281. λίμνης] Steph. Byz. v. Συρακούσας. Καὶ λίμνη ήτις καλεῖται Συρακεῖ. || — λαβόντας
τούνομα cod.; em. Vindingius. || — 282. παρ' αὐτοῖς
καλούμενάς cod.; em. Boissonadius. || — 283. Δεοντὶς τε
νοι τούλις vel etiam Λεοντίνων πόλις scribi jussit Meinikius. Λεοντὶς δὲ τὴν θέσιν τ' ἔχουσα codex; Λεοντίνοι τε
καὶ dederat Cluverus in Sic. ant. p. 38, quod ob sequens
τε ferri nequit. Neque erat cur Cluverianæ conjecturæ
gratia Krebsius scribendum putaret: ή τὴν θέσιν μὲν
ἔχουσα. || — 285. ἐπὶ τοῦ δὲ Letronnius; ἐπὶ τοῦδε
codex. Meinikius: « Scribendum suspiceris ἐπιτάξεις
πορθμοῦ. Τῆς Σικελίας autem, cui τοῦ Σικελικοῦ substi-
tuit apographum Palatinum (i. e. Hæschelius), non
cum πορθμοῦ conjungendum, sed eodem modo dictum
est, ut e. c. apud Thucyd. I, 47: κεῖται τῆς Θεσπρωτίας
ἐν τῇ Ἐλαιάτῳ, vel apud Sophoc. Electr. 800: ἐγχά-
της ὅρη πυρᾶς νεωρῇ βρότερυχον τετμημένον. » — De
Leontinis et Catana, Naxiorum coloniis, v. Strabo VI,
p. 270; Thucyd. VI, 3. De Zancle utpote Naxiorum
colonia cum Nostro facit Strabo p. 268. Aliter Thucy-

Ζάγχλη, Κατάνη, Καλλίπολις ἔσχ' ἀποικίαν.
Πάλιν δὲ πότι τούτων δύο πόλεις, Εὔδοια καὶ
Μύλαι κατοικήθησαν ἐπικαλούμεναι,
εἴδ' Ἰμέρα καὶ Ταυρομένιον ἔχομένη.
290 εἰσὶν δὲ πάται Χαλκιδέων αὗται πόλεις.
Τὰς Δωρικὰς δὲ πάλιν ἀναγκαῖον φράσαι.
Μεγαρεῖς Σελινοῦνθ', οἱ Γελῶοι δὲ ἔκτισαν
Ἀχράγαντα, Μεσσῆνην δὲ Ἰωνες ἐκ Σάμου,
Συραχσίοις δὲ τὴν Καμάριναν λεγομένην.
295 αὗτοι δὲ ταῦτην ἡραν ἐκ βάθρων πάλιν,
πρὸς οὓς ἦτη καὶ τετταράκοντ' ὠχτημένην.
Αὗται μὲν οὖν εἰσ' αἱ πόλεις Ἐλληνίδες·
τὰ δὲ λοιπὰ βάθραρ' ἔστι τοῖν πολισμάτων,
Καρχηδονίων ἐντεχισάντων τοὺς τόπους.
300 Ἡ δὲ Ἰταλία προσεχής μέν ἐστ' Οἰνωτρίᾳ,
μιγάδας τὸ πρότερον ἥτις ἔσχε βαρβάρους,
ἀπὸ τοῦ δυνατεύσαντος Ἰταλοῦ τούνομα
λαζδούς, μεγάλη δὲ ὑπέρων πρὸς ἐσπέρων

Zanclæ, et Catane et Callipolis accepere colonos.
Rursus ab his urbes duæ, Eubœa et
Mylæ, quas vocant, sunt conditæ;
deinde Himeræ et Tauromenium finitimum;
Hæ omnes sunt urbes Chalcidensium.
Jam vero Doricas quoque necesse est dicere.
Megarenses Selinuntæ, Geloi condiderunt
Agrigentum, Messanam Iones ex Samo,
Syracusii Camarinam dictam;
ipsi autem hanc sustulerunt rursum funditus
ad sex annos et quadraginta habitatam.
Hæ igitur urbes sunt Graecanice;
reliqua barbara sunt oppidula,
munita a Carthaginensiis loca.
Italia autem finitima est OEnotriæ,
quæ prius diversarum gentium barbaros habuit,
ab imperante Italo nomen
nacta, postea autem Magna ad occidentem

dides VI, 4. Cf. Pausan. IV, 23, 3. Callipolin a Naxiis conditam item narrat Strabo p. 272, sua atate urbem desertam dicens; præterea memoratur ap. Herodot. VII, 154 et Stephan. Byz., apud alium neminem. Situs incertus. Fuisse putant hodiernam *Gallodoro* vel prope *Mascali vecchio*. || — 287. εὐδοικίᾳ cod.; em. Cluverius. *Eubœa* Leontinorum colonia sicut sec. Strabon. p. 272; coll. X, p. 449; ubi: Εὔδοια Χαλκιδέων τῶν ἔκει κτίσμα, ἦν Γέλων ἔξεντρης, καὶ ἐγένετο φρούριον Συραχσίων. Strabonis atate urbs deserta erat. Aliunde non nota. Fort. hodiernam *Eubali* vel ad *Licodium* fuisse opinantur. || — 288. *Myla*, Zanclæorum seu Messaniorum colonia in ipsa eorum ditione comprehensa. V. Strabo p. 272 et not. ad Scylac. § 14, p. 22. Condita Ol. 16, 1. 716, uti ex uno novissim Eusebio. Ceterum de temporibus reliquarum in Sicilia coloniarum nihil moneo, quum intricata sit quæstio, quæ paucis profligari nequeat. || — 289. *Himeram* οἱ Μύλαις ἔκτισαν Ζαγχλαῖον, uti Strabo ait. Ιμέρα ἀπὸ Ζάγχλης ὀντιθηθεὶ Thucyd. VI, 4; Olymp. 33, 1. 648 sec. Diodor. XIII, 62. || — Ταυρομένιον δὲ τῶν ἐν Υδῃ Ζαγχλίων (χτίσμα), Strabo p. 28. Hanc Hyblam Noster in antecc. memorare omisit; est Hybla prope Aetnam ad Symethum fluvium sita, qua ἡ μείζων ap. Thucyd. VI, 94 dicitur, dum altera quam Megarenses Dores occupaverant, ἡ μικρὴ vocatur. Sec. Diodorum Tauromenium Dionysii demum temporibus, an. 396 a. C., a *Siculis* urbs ædificata est. Quare Du Theil apud Strabonem legendum putabat τῶν ἐν Υδῃ Σικελῶν. Quo opus non esse dicit Groskurdius; nam Zanclæos haud dubie fuisse Siculos, qui Zanclæ profecti et Mylas et Hyblam tenuissent, adeo ut Diodori et Strabonis narrationes conciliari possent. Attamen haec nihil sunt. Nam quum Noster et Strabo de *Siculis* coloniis adeo inter se concinant, ut ex eodem hausisse fonte apparaent, Scymnus autem Tauromenium inter Chalcidenses colonias recenseat, consentaneum est Zanclæos Hyblæos ap. Strabonem non Siculos dici, sed Gracos colonos, qui Tauromenium vel occuparunt vel ædificarunt eodem fere tempore quo Himeræ condita est.

Prorsus igitur ab his diversa sunt que ducentis et quinquaginta fere annis post facta esse narrat Diodorus. Quodsi utrumque componere velis, statuendum foret Tauromenium priscis jam temporibus extitisse, deinde vero dirutum, Dionysii denique temporibus de-nuō esse ædificatum. Neque hoc adeo improbabile esse concederis, si aliorum fata Siculorum oppidorum iterum iterumque diritorum restauratorumque perpen-didis. Attamen dubitationem movet vox ἐχομένη apud Scymnum. Nam Tauromenium quod omnes novimus, ab Himeræ abest longissime. Quare λεγομένη scripsit Meinekius; quod imitari ausus non sum. Nam fieri potest ut aliud prorsus Tauromenium haud longe ab Himeræ dissitum (fort. quo loco Cephaloedium a posteriori ævi scriptoribus memoratur) indicetur, quod cum nota senioris ævi urbe Strabo confuderit. || — 292. De ipsis Gele origine monere auctor neglexit. De Agrigento, Messana et Camarina v. Thuc. VI, 5. || — 293. Μέσην cod.; em. Scalig. || — 294. Μαξαρίνα cod.; em. Scaliger. || — 296. Condita Camarina sec. Euseb. Arm. Ol. 45, 3. 598 (45, 2 sec. Hieronym.); prima ejus eversio incidit in Ol. 57, 552, sec. schol. Pindar. Ol. V, 16. Intermedium igitur spatium anno-rum quadraginta sex. V. Clinton. ad an. 599. || — 295. αὐτῷ μάρον αἱ πόλεις εἰσὶν Ἑλληνίδες cod.; em. Meinekius. Multum abest ut omnes Graecorum colonias Siculas auctor recensuerit. || — 300. Italia sec. Antiochum Syracusanum (fr. 4 sqq.) ap. Strabon. VI, p. 254, Dionysium Hal. I, 35 et Aristot. Pol. VII, 9, 3 primum erat en OEnotriæ pars que inde a Nape-tino et Scyllletico sinu meridiem versus excurrit; ipsius vero Antiochi atate Italiae nomen jam pertinebat usque ad Laum fluvium et Metapontium. Eodem modo etiam Thucydidem statuisse inde colligitur, quod Metapontium τῆς Ἰταλίας dicit (VII, 33, 5), Tarentum vero Iapygiæ accensore videtur (VI, 44, 2), ut expresse facit Antiochus ap. Strabonem p. 254, coll. p. 27. Scymnus autem (Ephorum sequens) ab Antiocho catenus dissentit, quod Tarentum urbem Italiae annumerat v. 330. cf. v. 361. || — 301. τε πρότερον codex;

Ἐλλὰς προσαγορευθεῖσα ταῖς ἀποικίαις.
 305 Ἐλληνικάς γοῦν παραθαλατίους ἔχει
 πόλεις· Τέρειναν πρῶτον, ἣν ἀπώκισαν
 Κροτωνιᾶται πρότερον, δές οἱ πλησίον
 Ἰππώνιον καὶ Μέδμαν ὥκισαν Λοκροί.
 Εἴτ' εἰσὶ Ρήγινοι πόλις τε Ρήγιον,
 310 δύνεν ἐστὸν ἔγγυτάτῳ πλέοντι διάβασις
 εἰς τὴν Σικελίαν· Χαλκιδεῖς δὲ Ρήγιον
 ἀποικίσαι δοκοῦσιν. Οἱ δὲ λεγόμενοι
 Ἐπιζεφύριοι πλησίον κείνται Λοκροί.
 Τούτοις δὲ πρώτους φασὶ χρήσασθαι νομίοις
 315 γραπτοῖσιν, οὐδὲ Ζάλευκος ὑποβέσθαι δοκεῖ·
 εἰσὶν δ' ἀποικοὶ τῶν Ὀπουντίων Λοκρῶν·
 ἔνιοι δὲ Λοκρῶν φασὶ τῶν ἐν Ὀζόλαις.
 Ἐξεῖται δὲ τούτων πρῶτα μὲν Καυλωνία,
 ἐκ τοῦ Κρότωνος ἡτὶς ἔχει ἀποικίαν·
 320 ἀπὸ τοῦ σύνεγγυς κειμένου δὲ τῇ πόλει
 αὐλόνων αὔτη τούνομα σχοῦσ' ὑστερον
 μετωνομάσθη τῷ χρόνῳ Καυλωνία.
 Ἐξῆς δὲ ταύτης ἡ πρὶν εὐτυχεστάτη
 εὐανδροτάτη πόλις τε γενομένη Κρότων,
 325 Μύσκελος Ἄχαιοὶς ἦν ἀποικίσαι δοκεῖ.
 Μετὰ δὲ Κρότωνα Πανδοσία καὶ Θούριοι·
 δύμορον δὲ τούτοις ἐστὶ τὸ Μεταπόντιον.
 Ταύτας Ἄχαιοὺς ἐκ Πελοποννήσου κτίσαι
 ἀφικομένους λέγουσι πάσας τὰς πόλεις.
 330 Εἶτεν μεγίστη τῶν ἐν Ἰταλίᾳ Τάρας,
 ἀπὸ τονος ἡρωὸς Τάραντος λεγομένη,
 Δακεδαιμονίων ἀποικος, εὐδάμιων πόλις.
 Οἱ Παρθενίατα ταύτην γάρ ἔκτισαν προτοῦ
 ευχαίριον, δύχυρδν, φυσικὸν εὐτύχημά τι·
 335 συναγομένη γάρ λιμέσιν ἐπὶ νῆσον δυσίν

em. Krebsius. || — 305. γάρ pro γοῦν mavult Meinekius. || — 306. Τέρειναν codex. Vid. not. ad Scyl. § 12. Crotonis coloniam urbem dicit etiam Plinius III, 10 : *Crotoniensium Terina*. || — 307. δές οἱ πλησίον cod.; em. Meineke. || — 308. Ἰππώνιον καὶ Μέδμαν cod.; em. Vindingius. Cf. Scylax. I. 1. || — 315. οὐδὲ Ζαλ.] V. Ephor. fr. 47; Diodor. XII, 21; Timaeus fr. 69. || — 316. Ὁπουντίων] Sic Ephorus fr. 46, quem reprehendit Strabo VI, p. 259, de Ozolis cogitandum esse dicens, ut fecit Aristoteles fr. 229 (tom. II, p. 173) et Timaeus fr. 70, nisi quod is fugitivorum colluviem urbis conditores fuisse, quod Aristoteles contenderat, negavit, ipse eo nomine a Polybio reprehensus. Aristotelis opinionem secutus est etiam Dionysius Periegetes 366, ubi vide Eustathium, ex quo liquet ea quae Aristoteles, Timaeus, Polybius, Dionysius tradunt, de Ozolis Locris intelligenda esse. Ceterum cf. Heyne Opusc. II, p. 46 sqq.; Mannert. IX, 2, p. 187; Müller. Dor. II, 227. || — 319. ἔτσιν cod. || — 320. Particulam δὲ inseruit Meineke; τε Salmasius. || — 321. De hac nominis etymologia cf. Hecataei fr. 52; Parthax ἐν Ἰταλικοῖς ap. Eustath. ad Hom. II. IX, 48, p. 734, 48 (Fr. H. tom. III, p. 641. coll. IV, p. 466); Strabo VI, p. 261; Pausan.

GÉOGR. I.

Græcia cognominata ob colonias.
 Græcanicas itaque maritimæ habet
 urbes : Terinam primum, quam condidere
 Crotoniatae prius, quasque vicini
 condiderunt Locri, Hipponium et Medmam.
 Deinde sunt Rheginū urbsque Rhegium,
 unde proximus est transitus naviganti
 in Siciliam; Chalcidenses Rhegium
 condidisse videntur. Juxta sītū sunt
 Epizephyrīi qui vocantur Locri.
 Hos primos aiunt usos fuisse legibus
 scriptis, quas Zaleucus proposuisse videtur;
 sunt autem coloni Opuntiorum Locrorum,
 nonnulli tamen Locrorum aiunt Ozolam.
 Finitima his primum quidem Caulonia,
 quæ deducta e Crotone colonia,
 ab eo qui prope urbem situs est
 aulonc sive valle, dicta Aulonia,
 postero tempore denominata est Caulonia.
 Post illam vero urbs olim beatissima
 virisque pollutissima Croton,
 quam Myscelus Achæus condidisse videtur.
 Post Crotonem Pandosia et Thurii;
 finitimum his est Metapontium.
 Has omnes urbes Achæos e Peloponneso
 advenas condidisse perhibent.
 Sequitur Italicarum maxima, Tarentum,
 a Tarante heroë quodam dicta,
 Lacedæmoniorum colonia, felix urbs.
 Partheniae enim hanc condiderunt olim
 opportunam, munitam, natura feliciter instructam;
 coarctata nempe portibus duobus in peninsula

VI, 5, 3. || — σχοῦσ' ὑστερ.] σχούστερον cod.;
 em. Letronnius. || — 324. « Malim εὐανδροτάτη τε γε-
 νομένη πόλις Κρότων. Quamquam enim Periegeseos
 auctor miris saepē modis particulas δέ et τέ trajicit,
 plerumque tamen versus causa id facit, cuius rei hic
 nulla necessitas. » MEINEKE. || — 325. De re v. Hippys Rhegin. (fr. 4) ap. Zenob. III, 42 (Fr. Hist. II, p. 14); Antiochus Syrac. fr. 11 ap. Strabon. VI, p. 259; coll. p. 269. VIII, p. 387; Diodor. VIII, 17 (ubi pro Μύσκελλος Ἄχαιος ὁν τὸ γένος ἐν Κρήτῃς leg. ἐκ Τυρῶν, monente Fischero in Tab. Chron. ad Olymp. 17, 3); Dionys. Hal. II, 59; Ovid. Metam. XV, 20. || — 326. Πανδοσία] V. not. ad Scylac. § 12. || — 333. De re v. Antiochi Syr. fr. 14 et Ephori fr. 53 ibique laudantis. || — 335. ἐπὶ νῆσον.] έπι λίσσον codex; em. Meinekius. Gaiilius conjecterat έπι λιθούν, versum pangens qui nullus est. « Si quis paullo accurios, Meinekius ait, locorum situm investiget, non in isthmo, sed in peninsula ultra isthmum projecta Tarentum situm fuisse intelliget. Docet hoc satis aperte Strabo VI, p. 278 : Ἐνταῦθα λιμὴν ἐστὶ μέγιστος καὶ καλλιστὸς γεφύρα κλειόμενος μεγάλη, σταδίων δέ τοις ἐκατὸν τὴν περίμετρον. Ξεπέμπει πρὸς τὸν μυχὸν μέρους οἰστεί πρὸς τὴν θάλασσαν, ὥστ' ἐπὶ χερρονήσῳ

14

πάσῃ σκεπεινὴν νηὶ καταγωγὴν ἔχει.

Ἔν καὶ πρότερον μέγιστον ἐξυμνημένη
πόλις μεγάλη, βαρεῖα, πλουσία, καλή,
ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Συβάριδος ὄνοματεμένη

340 Σύβαρις, Ἀγαῶν ἐπιφανῆς ἀποικία,
δέκα μυριάδας ἔχουσα τοῦν ἀστῶν σχεδὸν
περιουσία πλείστη τε κεχοργηγμένη·
οἱ δὲ παρεξερθέντες οὐκ ἀνθρωπίνοις
αὐτανδροῖς ἐξέρθειραν ἐπιφανῆς πόλιν,

345 τάγαθὰ τὰ λίαν μὴ μαζόντες εὖ φέρειν.
Λέγεται γάρ αὐτοὺς μήτε τοῖς νόμοις ἔτι
τοῖς τοῦ Ζαλεύκοι τάκολουσα συντελεῖν,
τρυφὴν δὲ καὶ ράβδυμον ἐλομένους βίον
γρόνῳ προελθεῖν εἰς θύριν τε καὶ κόρον,
350 σπεῦσαι δὲ καὶ τὸν τῶν Ὀλυμπίων ὅπως
ἀγῶνα καταλύσωσι, τάς τε τοῦ Διός
ἀνθλωσι τιμὰς τῆς τῇ παρευρέσει·
ἀδρόμισθον * Διὶ γυμνικὸν τούτον ἐπετέλουν
εἰπτὰ τὸν γρόνον τὸν αὐτὸν Ἡλείοις, ἦν
355 πᾶς τις πρέδης αὐτοὺς τοῖς ἐπάθλοις ἀγόμενος

omni tutum navi appulsum præbet.

Fuit olim etiam maxime celebrata
urbs magna, gravis, opulenta, pulcra,
a Sybaride fluvio nuncupata,
Sybaris Achæorum illustris colonia,
decem fere myriades habens civium,
copiaque rerum plurima instructa;
at elati isti humanum extra modum,
totam cum incolis perdiderunt claram urbem,
bona nimia nescientes recte ferre.
Aliut enim eos haud amplius legibus
Zaleuci consentanea peregisse,
luxum vero et ignavam eligentes vitam,
tempore prolapsos esse in injuriam et insolentiam,
et operam etiam dedisse, ut Olympicum
certamen dissolverent, Jovisque
tollerent honores commento hujusmodi:
largæ mercedis certamen gymnicum quoddam
Jovi instituerunt eodem tempore quo Elei,
ut quisque ad ipsos præmis certaminis ductus

κατέσθι τὴν πόλιν, καὶ τὰ πλοῖα ἡπερνεωλεῖσθαι ῥῦσις
ἐκτεράθεν, ταπεινὸν δυτὸς τοῦ αὐχένος. Ταπεινὸν δὲ καὶ
τὸ τῆς πόλεως ἔδαφος, μικρὸν δὲ δύμας ἐπῆπται πρὸς τὴν
ἀκρόπολιν. Ex his, quæ non sine fructu cum descrip-
tione Procopii B. G. III, 23 comparabuntur, aper-
tum esse arbitror, non satis recte in isthmum urbem
τυνάγεσθαι dici... Ac ne quis insulam dici miretur, ubi
peninsulam memorari exspectes, Græci quidquid ter-
rarum longo tractu in mare projectum esset νῆσον ap-
pellabant, cuius usus immemores fuerunt interpretes Stephanii Byz. v. Βουθρωτὸς, νῆσος περὶ Κέρκυραν, ubi
nunc χερρόνησος editur contra librorum fidem. Idem
s. v. Τέρινα· πόλις Ἰταλίας... τινὲς δὲ νῆσον αὐτὴν ἔφασαν.
Idem v. Φάστηλις· πόλις Παμφυλίας... Ἡρωδιανὸς δὲ
μόνος νῆσον φησι. Cf. Procop. B. Goth. I, 11. Itaque
Tarenti simillimus situs fuit ei quem Amastris, Pa-
phlagonium urbis, fuisse testatur Strabo XII, p. 544 :
ἴδοται δὲ ἐπὶ χερρόνησον λιμένας ἔχουσα τοῦ ισθμοῦ
ἐκτεράθεν. Hinc intelligitur rectissime Stephanum Byz. dixisse Ἀχαλλεῖτος δρόμος, νῆσος μετὰ τὴν Ταυρικὴν, in quo frustra laborabat Kœhlerus Comment. Acad. Petrop. vol. X, p. 621. Ipsam Chersonesum Tauricam νῆσον appellat Dionysius Per. 550; item Helicen, Achaiae urbem, schol. Hom. Γ, 404. Nec mirum videri potest Istriam longo tractu in mare projectam Ἰστρὸν νῆσον dici ab auctore Chronicus Pasch. p. 541, 18. Pariter Tænarum promontorium alicubi νῆσον dici memini. Præterea in Scymni loco nonnihil dubitatio-
nis afflertur quæ secundo versu legitur verba φυσικὸν εὐτύχημα τι, quæ quum parum apte dicta videantur, fortasse non male ita corrigi possunt, ut scribatur φυσικὸν δν τελειομάτι τι. » MEINEKIUS. Codex habet φυσικὸν εὐτυχῆματι. Legi possit εὐτυχῆματι φυσικῷ. » — 336. πάσῃ σκεπεινὴν (sic) καταγωγὴν ἔχων codex; νηὶ Hudsonus, ναὶ Letronnus supplerunt. » — 340. ἐπανίς cod.; em. edit. » — 341. δέκα μυρ.] Diodor. XII, 9, 2: Πολλοῖς δὲ μεταδιδόντες τῆς πολιτείας, εἰπ-

τοσῦτον προέβησαν... ὥστε τὴν πόλιν ἔχειν πολιτῶν τριάκοντα μυριάδας. Idem § 5 Sybarites contra Crotoniatas exercitum eduxisse trecentorum millium fabulatur. » — 343. ἦδη pro oī δηδ codex; em. Boissonadius Anecd. II, p. 157. Meinekius forsitan scribendum ait: περιουσία πλείστη δὲ κεχοργηγμένοι ἦδη παρεξερθέντες. » — 345. τὰ λίαν [Conserf Meinekius Menantri fragm. inc. 184: Ἄρχη μεγίστη τὸν ἐν ἀνθρώπωις κακῶν τάγαθὰ τὰ λίαν ἀγαθά. » — 350 sqq. Eandem rem narrat Heracles Ponticus ἐν τῷ Περὶ δικαιοσύνης ap. Athenaeum XII, p. 521, E: Διάπερ ἀνάστατοι ἐγένοντο καὶ διεφάρησαν ἀπαντες, καὶ τὸν τῶν Ὀλυμπίων τῶν πάνυ ἀγῶνα ἀμαρτῶσαι θεοί εσταντες· καθ' οὐδὲν γάρ ἔργεται καιρὸν ἐπιτηρησαντες, ἀλλοιον ὑπερβολῆι ἡς αὐτοὺς καλεῖν ἐπεχειρουν τοὺς ἀλητάς. Idem de Crotoniatis narraverat Timæus (fr. 82) ap. Athen. XII, p. 522 B: Οἱ Κροτωνιάται, φησιν δ Τίμαιος, ἐπεχειρουν τὴν Ὀλυμπιακὴν πανήγυριν καταλῦσαι, τῷν αὐτῷ χρόνῳ προθέντες ἀργυρικὸν σφόδρα πλούσιον ἄγονα. Οἱ δὲ Συβάριται τοῦτο ποιῆσαι λέγουσιν. Eandem rem spectat Dionysius Per. 372 Sybaritas dicens μηναμένους ὑπὲρ αἰσαν ἐπ' Ἀλφιοῦ γεράσεσιν. V. Heyne Opusc. II, p. 134. » — 353. ἀδρόμισθον δι λυμνικῶν codex; oī em. edit. ἀδρόμισθον ἀδηγυνικῶν. Casaubonus conj. ἀδρόμισθον Διὶ γ., que emendandi ratio omnium lenissima, fortasse etiam verissima, quanquam dubitationem movet forma adjectivi parum probata. Boissonadius conjectit ἀδρόμισθον οὖν, quod ferri posse hoc loco negat Meinekius, qui: « vix omitti potuit ἄγονα vel ἀλλοιον, quod ipsum vide ne post ἀδρόμισθον exiderit; Διὶ autem fortasse ex interpolatione natum est. Certe nihil desideraretur, si versum Scymnus ita scrupisset: ἀδρόμισθον ἀλλοιον γυμνικὸν τούτον ἐπετέλουν. » Quæ parum placent. Vox ἀγῶνα ex antecep-
sponte repetitur. Quodsi Casauboni conjecturam admittere nolis, licet pro ἀδρόμισθον, voce aliunde non nota, scribere μεγαλόμισθον vel (collato Timæo) ἀργυρόμισθον. Spondeus in sede pari a Scymno non alie-

σπεύδοι καταντάν, ἀπολιπόν τὴν Ἑλλάδα.
 Κροτωνιάται πλησίον δὲ κέμενοι
 κατὰ κράτος αὐτοὺς ἥραν ἐν βραχεῖ χρόνῳ
 τὰ πάντα διαμείναντας ἀπταίστως ἔτη
 360 ὡς ἔκκτον ἐνενήκοντα πρὸς τοὺς εἶκος.
 Μετὰ τὴν Ἰταλίαν εὐθὺς Ἰόνιος πόρος
 κεῖται καθήκοντες δὲ πρὸς τὴν εἰσθολήν
 οἰκοῦσ' Ἱάπυγες μεθ' οὓς Οἰνώτριοι
 Βρεντέσιον ἐπίνειό τε τῶν Μεσσαπίων.
 365 Πέραν δὲ τούτων ἔστ' ὅρη Κεραύνια.
 Μεσσαπίων δ' οἰκοῦσιν.
 Όμβρικοι,
 οὓς φασιν ἀδροδίαιτον αἱρεῖσθαι βίον
 Λυδοῖς βιοτεύοντας ἐμφερέστατα.
 Εἴτ' ἔστιν Ἀδριανὴ θάλαττα λεγομένη.
 370 Θεόπομπος ἀναγράφει δὲ ταύτης τὴν θέσιν,
 ὃς δὴ συνισθμίζουσα πρὸς τὴν Ποντικήν

studeret accurrere, deserens Graeciam.
 Crotoniatis autem, prope siti,
 vi et armis eos sustulerunt brevi tempore,
 postquam in summa permanerant sine offensione
 per annos circiter ducentos atque decem.
 Post Italiam statim Ionium fretum
 situm est; pertingentes autem ad ostium ejus
 habitant Iapyges. Post quos OEnotrii
 Brundusiumque navale Messapiorum.
 E regione autem his montes sunt Ceraunii.
 Messapiorum habitant (*vicini Dauni,*
deinde sunt Samnites; post hos) Umbri,
 quos aiunt delicatam elegisse vitam,
 Lydis viventes simillimi.
 Deinde est Adrianum marē dictum.
 Theopompus ejus describit situm,
 ut quod cum Pontico isthmum faciens,

nus. || — 355. σπεύδει et Ἑλλάδαν codex; em. editt. || — 359. ἔτη omis. codex, supplevit Scaliger. Fortasse ἀπταίστους leg. esse suspicatur Meinekius. || — 360. Hocce testimonium cum Diodori locis XI, 90. XII, 10, sec. quae deleta Sybaris est Olymp. 67, 2. 511 a. C., jungentes chronologi originem urbis referunt ad an. 721 sive Ol. 14, 4. Eusebius Sybarim eodem anno quo Crotonem conditam dicit, Ol. 18, 1. 708; sed Sybarim ante Crotonem deductam esse liquet ex Antiocho ap. Strab. VI, p. 262. V. Clinton. F. H. tom. I, p. 174. || — 361. Hæc si accurate dicta sunt, Italia non modo usque ad Tarentum pertinuit, sed reliquam etiam completebatur oram, quæ ab oriente sinum Tarentinum claudit. || — 362. καθήκοντος cod.; em. Scaliger. || — 363. Γάπυγες cod. || — Οἰνώτριοι] Mirum est usque ad orientalem maris oram OEnotrios extendi. Videatur Noster totum inferiorem Italie tractum inde ab Lao fluvio usque ad Garganum eo nomine generaliori designasse, ideoque etiam Iapygiam, quam Scylax dicit, eo comprehendisse, nisi quod singulas OEnotriæ gentes tamquam peculiares populos parum accurate distinguit, ut in antecc. distinxit Ausones ab Opidis. Nam Italos esse OEnotriæ gentem apud Antiochum aliquos scriptores, sicuti Morgenates erant et Chones, in confessu est. Eodem modo in versu sequenti Messapii memorari parum distincte putandi sunt. Nam post Iapyges parvum ora tractum ad OEnotros pertinuisse, deinde Messapios habitasse, minime probabilis foret sententia. || — 364. Μεσσαπίων] μεσσαγέων codex et similiter v. 366 μεσσαγίων. Utroque loco Messapiowl restituit Meinekius. Ac Messapiorum mentionem inesse vs. 364 recte jam conjecterat Gaiilius, quamquam in texto reliquit Hæschelii scripturam μεσσαγέων. De quo bene Meinekius: « Ut de insolentia formæ nullo exemplo comprobatae taceam, quid tandem hoc est, quod Brundisium mediterraneorum hominum portus dicitur? id quod prorsus absunnon est, omnisque rationis expers. » In sequenti verso Hæschelius ediderat μεσσατανον δ' οἰκοῦσιν Όμβρικοι λέων; pro λέων Salmasius voluit πέδουν; Letronnius et Boissonadi

conjectura scripsit τόπον; Fabricius e Grotfendi conj. πάλιν; Krebsius legendum proposuit: μεσσατανον δ' αὐτῶν (i. e. gentium Italarum quæ sunt ad Adriaticum Ioniumque) οἰκοῦσι Όμβρικοι. Quæ quidem conjecturæ, quibus medium ora Adriaticas oram Umbris ab auctore assignari volunt, veram sane sententiam, sed inirum in modum enuntiatam effingunt, ut pluribus monet Meinekius. Codicis scriptura tantum non integris literis offert nomen Messapiorum. Quo reposito Meinekius versum explet hunc in modum: Μεσσαπίων δ' οἰκοῦσι Όμβρικοι πέλας. Verum quis unquam dixit Umbros usque ad Messapios pertinuisse? Quod ne tum quidem probabile est, si fines Messapiorum usque ad Garganum extendi velis. Quare non duas syllabas, sed versum integrum excidisse puto, quo recensebantur Peucetii vel Daunii et probabiliter Samnitæ. || — 367. Quæ sequitur sinus Adriatici ejusque accolarum descriptio tota petita est e Theopompo, quem ipse auctor nominat v. 370, quemque fontem fuisse clarius etiam arguunt fragmenta libri XXI. Sic quæ nostro loco de Umbris leguntur, e Theopompo (fr. 142) assert Athenæus XII, p. 526, F: Τὸ τῶν Όμβρικῶν φῆσιν θύνος... ἐπειδὼς εἶναι ἀδροδίαιτον παραπληγίως τε βιοτεύσι τοὺς Λυδοῖς, γέρων τε ἔχειν ἀγαθήν, θύειν προσλέθειν εἰς εἰδαιμονῶν. || — 369. εἰτεν] Quad si accurate dictum, Adriaticum mare post Umbros demum incipit, ideoque nonnisi ad τὸν μυχὸν sinus Ionici prope Adriam urbem pertinet, quo sensu id nomen a priscis scriptoribus usurpatum esse monui ad Scylacem. Quocum bene concinit quod Theopompus (fr. 140) nomen illud ab Adria fluvio deducit. Ionium mare secundum eundem ab Ionio, viro Illyrico, qui in Issa ins. regnavit, nomen accepit. Unde satis patet non eo modo Ionium mare a Theopompo dictum esse, quo seriores scriptores dicere solent. || — 370. Θεόπεμπτος ἀναγράψῃ ταύτης codex; em. editt. || — 371. συνισθμίζουσα codex. Deinde πρὸς τὴν Ἰονικὴν scripserunt Vindignius, Hudson, Gaiilius, quod fauces Adriatici et Ionici maris communes sint. Quod quomodo Forbigerus tueri conatus sit, quæro. De ista Theopompi sententia, qua Adriaticum cum Pontico mari isthmum efficerit adeo

νήσους ἔχει ταῖς Κυκλαῖσιν ἐμφερεστάτας,
τούτων δὲ τὰς μὲν λεγομένας Ἀψυρτίδες
Ἡλεκτρίδας τε, τὰς δὲ καὶ Λιθυρνίδας.
375 Τὸν κόπον ίστοροῦσι τὸν Ἀδριατικὸν
τῶν βαρβάρων πλῆθος τι περιοικεῖν κύκλῳ
ἔκατὸν σχεδὸν μυριάσι πεντήκοντά τε
χώρων ἀρίστην νεμομένων καὶ καρπίγνων
διδύμητοκεῖν γάρ φασι καὶ τὸ θέρματα.
380 ἄλιρο διστάτων δὲ παρὰ τὸν Ποντικὸν
ἔστιν ὑπὲρ αὐτοὺς, καίπερ δύνταις πλησίον·
οὐ γάρ νητεώδης οὐδ' ἄγαν ἐψυγμένος,
ὑγρὸς δὲ παντάπασι διὰ τέλους μένει·
δέξις δὲ ταρχώδης τε πρὸς τὰς μεταβολάς,
385 μάλιστα τοῦ θέρους δὲ, πρηστήρων τε καὶ
βολλᾶς κεραυνῶν τούς τε λεγομένους ἔχει·
τυφῶνας. Ἐνετῶν δὲ εἰσὶ πεντήκοντά που·
πόλεις ἐν αὐτῷ κείμεναι πρὸς τῷ μυχῷ,
οὓς δὴ μετελθείν φασιν ἐκ τῆς Παφλαγόνων
390 γύρωρες κατοικήσατε περὶ τὸν Ἀδρίαν.
Ἐνετῶν ἔχονται Θρᾷκες Ἰστροὶ λεγομένοι.
Δύο δὲ κατ' αὐτοὺς εἰσὶ νῆσοι κείμεναι,
κατσίτερον αἱ δοκοῦσι κάλλιστον φέρειν.

angustum, ut ex monte quodam utrumque mare posset conspiciri, verbo monuit Strabol. I. (Theop. fr. 140). Disertius de his exponit Aristoteles Mir. 111: Λέγεται δὲ μεταβολὴ τῆς Μεντορικῆς καὶ τῆς Ἰστριανῆς ὅρος τι εἶναι τὸ καλούμενον Διδριόν, ἔχον λόρον ὑγρὸνταν. ἐπὶ τοῦτον τὸν λόρον δταν ἀναβαζίνωσιν οἱ Μέντορες οἱ ἐπὶ τοῦ Ἀδρίου οἰκοῦντες ἀποθεωροῦσιν, ὡς ἔποικε, τὰς τὸν Πόντον εἰσπλέοντα πλοῖα. Εἶναι δὲ καὶ τινὰ τόπον ἐν τοῖς ἀνὰ μέσον διαστήμασιν, εἰς δὲ ἀγορᾶς κοινῆς γνωμένης πωλεῖσθαι παρὰ μὲν τῶν ἐν τοῦ Πόντου ἐμπόρων ἀναβαίνοντων τὰ Λέσβια καὶ Χία καὶ Θάσια, παρὰ δὲ τῶν ἐκ τοῦ Ἀδρίου τοὺς Κερκυραῖοὺς ἀγορεῖται. Postremis his similia sed multo magis mirabilia sunt Theopompi. Is enim I. 1. συντετριθσι τὰ πελάγη contendere ἀπὸ τοῦ ἐύρσκεσθαι κέραμον Θάσιον τε καὶ Χίον ἐν τῷ Νάρωνι. Vel Philippus Persei pater, Macedonia rex, fidem adhuc præbuit isti de marium proximitate opinioni, siquidem Livius XL, 21 narrat: *Cupido cum cuperat in verticem Hemi montis ascendendi, quia vulgatae opinioni crediderat, Ponticum simul et Hadriaticum mare et Histriū amnem et Alpes conspici posse.* Livius hæc summis e Polybio, uti ex Strabone VI, p. 313 colligo. Cf. etiam Florus II, 12. Satis ex his colligitur Theopompum superiorē maris partem justo majorē longeque versus ortum porrectam sinxisse. Idem testantur quæ sequuntur de quinquaginta Henetorum oppidis ad ipsum μυχὸν sitis, deque Hyllicæ peninsula magnitudine. Quibus adde quod a Strabone I. traditur, Theopompum a Liburnia ad Ceraunios montes duo millia stadiorum et paulo amplius computasse (quod a vero non multum abest), verum τὸν πάντα ἀπὸ τοῦ μυχοῦ πλοῦν ἡμερῶν ἔξι τερχένται, πεζῇ δὲ τὸ μῆκος τῆς Ἰλλαρίδος καὶ τριάκοντα. In quibus sex dierum navigatione ita intelligenda est, ut noctes quoque eo numero comprehendantur, nisi fortasse τὸν πλοῦν directum

insulas habeat Cycladibus simillimas, harum autem alias dictas Apsyrtides Electridesque, alias etiam Liburnicas. Sinum Adriaticum ferunt barbarorum multitudinem circumhabitare centum fere et quinquaginta myriadibus, regionem optimam coelentium et fructuosam; gemellos enim parere etiam pecora aiunt. Aer autem a Pontico diversus apud eos est, quamvis vicini Ponto sint Non nivosus enī neque nimis frigidus, sed humidus omnino usque manet; subitus vero turbulentusque ad mutationes, præsertim aestate, presterumque et jactus fulminum dictosque habet typhones. Enotorum vero quinquaginta fere sunt urbes ad illius sita intimum recessum; quos advenisse aiunt ex Paphlagonum regione, habitasseque circa Adriam. Eneti finitimi sunt Thraeces Istri dicti; quibus due objectæ sunt insulae, quæ stannum putantur ferre optimum.

quo vid. Peripl. § 5), quod miremur, quum ulteriora mercatores scrutentur. || — 1. ἀμυναῖ] « ἄμμεναι codex, cuius manus secunda fecit spiritum et tenorem. Interpres, ut potuit, arenosæ. Sed expungenda vox. » BERNARDY. Orta videri possit ex dittographia vocis Ἀλαλάου; dubito tamen; nam reapse insulae istae sunt arenosæ humilesque. || — 3. ὑπὸ] ἀπὸ cod.

§ 5, l. 4 : κόλπος βαθύτατος], hod. *Hanakil Baie*. Plinius l. l. sinum incognitum vocat, quippe quem mercatores viā rectâ hinc Arabia emporia petentes præternavigabant. Verum quæ Peripli auctor de eo sinu novit, eadem novit etiam Plinius, qui de opsiano lapide ita habet lib. XXXVI, 37 : *In genere vitri et opsiana* (sic cod. Bamberg.; *obsidianæ* vgo) numerantur ad similitudinem lapidis quem in *Æthiopia* invenit *Obsius* (sic cod. Bamb.; *Obsidius* vgo), nigrimi coloris, aliquando et translucidi, crassiore visu, atque in speculis parietum pro imagine umbras reddentem, etc. Cf. Orph. Lith. 282 et Anonymus Λιθοῦν scriptor ap. Salmas. ad Solin. p. 64. Obsium inveni nullum præter M. *Obsium prætura functum*, Germanici amicūn, cuius meminit Tacitus Ann. IV, 68, 71 (ad an. 28 p. Chr.). Is fortasse *Ægypti* aliquamdiu præfector fuerat, vel *Æthiopie* oram legerat eodem tempore quo Germanicus totam *Ægyptum* usque ad *Æthiopie* confinia lustravit (19 p. Chr. Vid. Tacit. Ann. II. 60 sq.). Lapidem opsianum ad eum sinum in locis que sunt ab *Arena* vico versus sinum Aduliticum, denouo reperit Saltius (*Voy. p. 192*). In geogr. Ravenn. II, 7 post *Oleum* (Adulin) sequitur *Parana* locus. Is num hod. *Arena* vicus? || — 9. τῆς ἀλλῆς B.] Cf. not. ad § 1. Nostra antiquissima sunt eorum quae de Auxumitarum regno tradita accepimus. || — 10. τοῦ πλειόνος] τῶν πλειόνος (πλειόνος m. sec.) codex; em. Bernhardy.; τῶν πλειόνων scr. Stuckius, vertens perperam : *spectatae probataque ritæ homo, ceteris omnibus antecellens*. Latina Stuckii, ut solet, interpretatur Vincentus.

§ 6, l. 15. ἀσθλαὶ νόθοι γρ.] ἀσθλοι: v. χρωμάτιο: codex, sed infra (Cf. § 28) ἀσθλαὶ.. ἀπλοι. Vulgatam tueri tentavit Salmasius ad Flav. Vopisc.

emporis in alto a dextris sunt aliae complures insulæ parvæ, Alakei dictæ, testudinem habentes, quam in emporium Ichthyophagi deportant.

5. Porro post octingenta fere stadia aliis est sinus profundissimus, ejus ad introitum a dextris magna vis arenæ fusa jacet, ubi in profundo reperitur opsianus lapis, hic tantum loci unice proveniens. Imperat his locis inde a Moschophagis usque ad alteram Barbariam Zoscales, avarus ille quidem et rei augendæ nimis intentus, cetera probus vir gnarusque literarum Grecarum.

6. Importantur in hæc loca vestes barbaræ a sulloibus non subactæ, quæ in *Ægypto* conficiuntur, Arsinoeticae stolæ et abolla adulterini colorei et lincea et dicrossia seu mantilia utrinque fimbriata, suppelctilis et vitro plura genera nec non murrhinae ejus quam

p. 398: « ἀσθλοι γρ., inquit, sunt colorei singillones. Vir doctus qui ἀσθλας vertit, ignorabat quid essent ἀσθλοι. Aliis quidem locis ejusdem opusculi *abollam* meminit Arrianus, sed ἀσθλας nominat, ut paulo post. Ἀσθλοι autem aliud sunt. Graci enim ἀσθλους χιτῶνας vocant quæ alio nomine ἀπλοῖς dicuntur, ut δισθλοις iidem dicunt quæ aliter διπλοῖς. » Noli credere. Neque vides quomodo ἀσθλοι opponi possint δισθλοις, neque ea est codicis corruptissimi auctoritas, ut ex nostro loco novum vestimenti nomen excudatur. Distinguit auctor inter abollas adulterinas, quæ in plebis usum conficiebantur, atque abollas simplices sive sinceras, lana pura textas tinturaque præstantes, sicuti alibi distinguit *ἱματισμὸς νόθος* et *ἱμ. ἀπλοῦς*. Ceterum ἀσθλα (pro ἀσθλλα, i. e. ἀσφιελὴ, ut putant) erat chlana lanea eaque spissior, cuius mentio apud Romanos scriptores passim obvia (Virgil. *Æn.* V, 421 ibiq. Servius; Martial. IV, 43; Juvenal. III, 15; Sueton. *Calig.* c. 35), nescio an apud alium auctorem græcum occurrat. Arsinoe, abollarum fabrica, fortasse urbs ad sinum Heroopoliticum, fortasse urbs nomi cognominis. || — λέντια], latina vox *lintea*. In græcis scriptoribus avi superioris de cingulis potissimum *linteis* usurpatur. V. Steph. Thes. s. v. || — 16. δικρόστιοι], mantilia utrinque fimbriata. Substantivi vel adjectivi δικρόστιοι aliud exemplum desidero. Attamen v. simplex *χροστὸν* præbet Herodian. Epim. p. 72 : *χροστὸς*, τὸ *χροστὸν*. θεον *χροστῶν* *ἱμάτιον*. Notum est adjectivum δικρόστος ex Polluc. VII, 72 : δικρόστον περιθέλλασιν, schol. Arist. Plut. 729 : δικρόστον φανιδίον, σουδάριον, Hesych. : τὸ *ἡμιτύμενον*, λινοῦν ἔνδυμα ἢ σινδόνιον δικρόστον. Cf. Steph. Thes. v. *χροστός*. || — 16. λοιξ] λοιξ λιθον *Διγυπτῶν* dicit Scylax p. 94. || — 17. ἀλλῆς μορφίνης] sic codex, non ἡ μορφίνης, ut ante Stuckium legebatur. Salmasius ad Solin. p. 144. 769 pro ἀλλῆς voluit ὑάλης (ὑάλου), præter necessitatem; ἀλλῆς est ἀλλῆς λιθίας μορφίνης. Cf. § 49 : *δυνγιῆ* λιθία καὶ μορφήν (sic) et Pausanias VIII, 18, 5. At recte Salmasius : « Meminit Arrianus τῆς μορφίνης quæ in Diospoli fiebat. Cave putas intelligi de illa

καὶ, ὃ γρῶνται πρὸς κόσμον καὶ εἰς συγχοπὴν ἀντὶ νομίσματος, καὶ μελιέρθα γαλῆα εἰς τε ἔψησιν καὶ εἰς συγχοπὴν φελίων καὶ περισκελίδων τισὶ τῶν γυναικῶν, καὶ σίδηρος δὲ σπανώμενος εἰς τε λόγχας πρὸς τοὺς ἐλέφαντας καὶ τὰ ἄλλα θηρία καὶ τοὺς πολέμους. Ὁμοίως δὲ καὶ πελύκια προχωρεῖ καὶ σκέπαρνα καὶ μάχαιρια καὶ ποτήρια γαλῆα στρογγύλα μεγάλα καὶ δηνάριον ὀλίγον πρὸς τοὺς ἐπιδημοῦντας καὶ σίνος Λα-
10 δικηρὸς καὶ Ἰταλικὸς οὐ πολὺς καὶ Έλαιον οὐ πολὺ· τῷ δὲ βασιλεὶ ἀργυρώματα καὶ γρυπώματα τοπικῷ δυναμῷ κατεσκευασμένα καὶ ἴματιν ἀδόλλαι καὶ καυνάκαι ἀπλοῖ, οὐ πολλοῦ δὲ ταῦτα. Ὁμοίως δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ἔσω τόπων τῆς Ἀραβίκης σίδηρος Ἰνδικὸς καὶ στόμωμα καὶ δύσιον Ἰνδικὸν τὸ πλατύτερον, ἥλε-

Diospoli fabricantur, porro orichalcus, quo ad mundum utuntur et disecto pro numismate, meliephtha χενα tum ad usum coquinum tum ad concidendum, ut armilla ex iis et feminalia mulieribus quibusdam faciant; item ferrum quod impendunt in lanceas contra elephantos reliquaque feras et in bellica. Præterea etiam bipennes importantur et secures et gladii et χενα pocula rotunda magna quaque, denarii pauci in usum peregrinorum, vinum Laodicenum et Italicum non multum, olei copia exigua; regi autem afferuntur vasa argentea et aurea ad loci morem et consuetudinem laborata, et de vestibus abolla et caunace sincere quidem non magni tamen pretii. Similiter ex interioribus Ariacæ locis importatur ferrum Indicum et acies,

pretiosa murrha quæ ex Carmania et India advehebatur, sed vitrum murrhinum accipendum, quod in Diospoli Ægyptia ad imitationem murrinorum siebat. Meminit Plinius (XXXVI, 67) hujus murrini vitri, ut et obsidiani, quod etiam imitabatur lapidem obsidianum id Æthiopia inventum. Ad imitationes istas referenda etiam sunt verba Propertii IV, 5, 26 : *pocula Parthis foci cocta*, et Athenæ XI, p. 464 B. Quidnam potissimum veteres murrham dixerint, sexcenti certatim enucleare studentes in diversissimas abierunt sententias. Nunc inter viros doctos satis constat murrhina ex eo facta esse lapide quem germanice vocamus *Flussspath (spato-fluore)*. Ex veteribus maxime v. Plinius XXXVII, 7 sqq. XXXIII. proœm.; Sueton. Oct. c. 71; Seneca Ep. 123; Martial. IV, 86. XIV, 43; Digest. XXXIII, 10, 3. XXXIV, 2, 19; inter recentiores : Rozière *Mémoire sur les vases murrhins qu'on apportait jadis en Égypte et sur ceux qui s'y fabriquaient*, in *Descr. de l'Ég.* tom. VI, p. 227 sqq.; doctus Anglus in *Classical Journal* 1810, ubi p. 472 : « If you compare this description (Plini sc.) with the vases of fluor-spath from Derbyshire, you will soon be convinced of what the murrhine cups were composed. » Corsi, *Delle pietre antiche* p. 106; Thiersch *Ueber die Vasa murrhina der Alten* in *Abhandl. d. Münchn. Akad.* 1835, I. p. 443-509. Witzschel in *Pauly's Realencycl.* V, p. 253. || — 1. De aurichalco v. disput. Beckmanni ad Aristot. Mir. p. 132 sqq., cuius summa capita excerpta habes in Steph. Thes. s. v. ἀργυρᾶς. || — 2. μελίερθα χαλκᾶ] Cf. § 8 μελιέρθα ὀλίγα. Aliunde de his non constat. Vincentus I. l. p. 740 cuprum cum melle coctum esse suspicatur, vel ut malleabile fieret vel certum quendam traheret colorem. Comparat γαλέαρχον, quod Hesychius affert de cupro bile bovina tincto, ut aureus fieret color. Haec persuadere mihi non potui. Patet sermone esse de cupro ductili, purgatis diligenter igni vittis excoctisque (ut Plinius ait), adeo ut olla, armilla, alia id genus suppellex inde possent excudi. Itaque in mentem venire possit leg. esse : περίερθα vel πυρίερθα. At si tale quid voluisset, dixisset auctor περίερθον γαλάκων. In vulgata vox μελιέρθα substantivi locum obtinet. Quare nescio an ita statuere licet. Quemadmodum διαλέχος διατάσσει.

sive *cuprum caldarium* vocabatur τρόχιος, quod massæ ejus forma sua rotunda τρόχουs referabant, sic laminae cupri ductilis (*plaques de cuivre*) μελιέρθα dici poterant, quod formam haberent tenuium placentarum melle coctarum, περιμάτων μελιέρθων. || — 3. φελίων] sic codex; φελλων vulgo. || — 3. περισχελιδων] Etiamnunc Abyssinie mulieres feminilibus gaudere ex Bruceo (*Voy. III*, p. 54) monet Vincentus. In universum de hoc ornamento v. Horat. Ep. I, 17 ibique Porphyri; Petron. Satir. 67; Tertullian. De cult. sem. II, 13; Cyprian. Hab. orig. c. 16; Clemens Alex. Pædag. II, 12; Pollux Onom. II, 194. V, 100; Plutarch. Mor. p. 142, C; Boissonade ad Nicet. Eug. t. II, p. 51, ad Aristan. p. 507. || — 4. εἰς τε λαγχας] Velim : εἰς λαγχας πρός τε ἐλ. || — 8. Λαδικηνδες] sic cod.; Λαδικηνδες vulgo. Illud ex vulgi consuetudine natum probaveris; nam *Ladicia* tritum est senioribus sacerulis. — BERNHARDY. Cf. Steph. Thes. v. Λαδικηται. Strabo XVI, p. 751 : Λαδικηται γάρον ἔχουσα πολύσιον πρός τῇ ἀληγ εὐχαριτῃ. Τοῖς μὲν ὑπεράνδρεσιν αἵτη παρέχει τὸ πλεῖστον τοῦ οἴνου, τὸ υπερεκμένον τῆς πόλεως ὅρος πᾶν κατάπελον ἔχουσα μέχρι σχέδιον τι τῶν κορυφῶν. || — 12. καυνάκαι] γανάκαι h. l. codex, sed infra καυνάκαι. Utramque scriptura occurrit; γανάκαι πολυτιμούσι habes ap. Clem. Al. Pædag. II, 4; γανάκαι ἀμπεχόμενον ap. Suidam et Zonaram s. v.; *gaunace* ap. Varro. De l. l. IV, p. 46 ed. Bip. Reliquis est καυνάκης, λεπτὸς genus barbaricum. Vid. Aristophan. *Vesp.* 1132, Suidas v. καυνάκης; Pollux VII, 59. 60; Atheneus XIV, p. 622. Aliis vocatur etiam vestis stragula ab altera parte villosa. V. Hesych. s. v. et Arrian. Exp. Alex. VI, 29, 8. || — 13. πολλοῦ] οὐ πολλὰ malint Stuckius et Schwanbeck. || — 13. ἀπὸ τῶν] sic recte cod.; ἐπὶ τῶν edit. — σίδηρος Ἰνδικες] De acie Indica v. Ctesias p. 80, 4. Arabes quoque poetas celebrant enses ex chalybe Indico (*Mohannadan*). Cf. Plinius XXXIV, 41 : *Ex omnibus autem generibus palma Serico ferro est.* Plura vid. in Edrisio I, p. 65 ed. Jaubert. Inter tractatus gr. chymicos existat qui agit περὶ βαρῆς Ἰνδικοῦ σιδῆρου, monente Salmasio ad Solin. p. 763. Denique ferrum Indicum inter merces recensetur in Pandectis. De locis Indiae qua ferri fodinas nunc habeunt, passim docet Ritter tom. III, V. VI. — 14. διόνυσον Ἰνδι-

γομένη μοναχὴ, καὶ σαγματογῆναι καὶ περιόδυματα καὶ καυνάκαι καὶ μολόχινα καὶ σινδόνες δίλγαι καὶ λάκκος χρωμάτινος. Φέρεται δὲ ἀπὸ τῶν τόπων ἐλέφας καὶ χελώνη καὶ ῥινόκερως. Τὰ δὲ πλεῖστα ἐκ τῆς 5 Αἰγύπτου φέρεται εἰς τὸ ἐμπόριον τοῦτο ἀπὸ μηρὸς Ἰανουαρίου μέχρι τοῦ Σεπτεμβρίου, ὃ ἔστιν ἀπὸ Τυβί 10 ἦν τοῦ Θώβου ἐνκάριων δὲ ἀπὸ Αἰγύπτου ἀνάγονται περὶ τὸν Σεπτεμβρίου μῆνα.

7. Ἡδὲ [δὲ] ἐπ’ ἀνατολὴν ὁ Ἀραβικὸς κόλπος διατεί-
10 νει καὶ κατὰ τὸν Αὐαλίτην μάλιστα στενοῦται. Μετὰ δὲ σταδίους ὅσει τετρακισχιλίους, κατὰ τὴν αὐτὴν ἡ πει-
ρον εἰς ἀνατολὴν πλεόντων, ἔστιν ἀλλα ἐμπόρια Βαρ-
θαρικὰ, τὰ πέρχαν λεγόμενα, κείμενα μὲν κατὰ τὸ ἔξης
15 ἀγκυροθολίοις δὲ καὶ σάλοις ἔχοντα τοὺς ὄρμους κατὰ
καιρὸς ἐπιτηδείους. Πρῶτος μὲν δὲ λεγόμενος Αὐα-
λίτης, καθ’ ὃν καὶ στενώτατος ἔστιν ἀπὸ τῆς Ἀραβικῆς

οθονιον Indicum, tum latius quod monache appellatur, tum sagmatogene, porro cingula, caunace, molochina, sindones pauca, laccus colorcus. Exportatur autem ex his locis ebur et rhinozeros. Pleraque ex Aegypto in emporium illud deferuntur inde a Januario mense usque ad Septembrem, id est a Týbi usque ad Thoth; opportunuo autem tempore ex Aegypto devehunt circa mensem Septembrem.

7. Inde jam versus ortum sinus Arabicus tendit, et ad Aualitem maxime in angustum contrahitur. Post quater mille circiter stadia juxta eandem continentem navigantibus alia occurunt emporia Barbarica, transfretana dicta, quae ex ordine unum post alterum sita stationes habent ad ancoras jaciendas sistendasque in salo naves certis temporibus idoneas. Primus est Aualites tractus, ubi brevissimus est ex Arabia in oram

κὸν] Εο nomine quum Graci mercatores linea xyлина sive e gossypio arboreo texta designarent, hinc derivare vocem *ot-hon* (i. e. *mousselines*), quæ apud nos abierit in *cotton*, censem Ritter X, p. 1061. || — I. ἡ λεγομ. μοναχὴ καὶ σαγματογῆνη. Unde h. l. reponendum mihi videtur: δόδινον ἴνδικὸν, τὸ [τε] πλατύτερον, ἡ λεγ. μοναχὴ, καὶ [ἥ] σαγματογῆνη. Priore nomine ipsum illud δόδινον τὸ πλατύτερον vocabatur, alterum Vincentus II, p. 749 referit ad gossypium inferioris notæ, quo utebantur ad farciendas culcitis et clittelis, laudato Strabone XV, p. 693: ἐκ τούτου (e gossypio) δὲ Νέαρχος φησι τὰς εὐηπτερίους ὑφασμάτων σινδόνας· τοὺς δὲ Μαξεδόνας ἀντὶ κνωφάλων ἀντοῖς χρῆσθαι, καὶ τοῖς σάγμασι σάγης. Etiam nunc in Sumatra et Ceylon pro tomento gossypium usurpari. Et haec quidem probabilitia sunt, quamquam ipsius vocabuli ratio nondum satis appareat. Quod Vincentus proponit leg. esse σαγματογένη (sic), « the Sort of cotton used for stuffing », nihil est. Idem vocem μοναχὴ vertendum opinatur *particularly fine*. Salmasius, I. I. p. 824 hanc habet farraginem: « Per μοναχὴν δόδην intelligo singularem ex lino vestem vel tunicam. Jurisconsultus singulares tunicas vocat, quæ in synthesis compositæ non essent... An igitur hoc loco μοναχὴ δόδην opponitur τῇ σαγματογῆνῃ? Quam vocem corruptam ajo pro σαγματογῆνῃ. Nam πῆνος est θρασταμα græce. An ita vocat lintea, ex quibus saginata et stragula fierent, sive culcitatæ? Sic ex Cadurcensi lino culcita siebant, teste Plinio. Σαγματογῆνη hic etiam capi potest pro stragula veste, a qua μοναχὴν distinguit, quæ ad singulos homines velandos facta esset. An vero σαγματογῆνη non in vestes singulares ac varias confectione, sed in sarcina corpus ipsum lintæ sic relictum, quod pluribus vestibus conficiendis sufficeret? Pecciam telæ lintæ vulgo appellant... Sed σαγματογῆναι et σαγματογῆνι ubique legitur. Omnino scribendum σαγματογῆνη (!). Ita vocat δόδινον ἐξ οὗ τὰ σάγματα γίνονται, ex qua stramenta fiunt. Mentio στρωματοδέσμου λίγου ap. Xenophontem. Auctor Peripli τὸ γυθαῖον δόδινον, ut alibi (§ 48. 49), vocavit, cui opponit μοναχὴν δόδην, singulare et eximium linteam ex quo tunica et linea

fiebant. » Mirum etiam quod Meursius scrib. conjectit: σαγματογῆνη, interpretans: *pellicea vestis*. || — 2. μολόχια] Eadem memorantur § 48. 49; sunt tela e gossypio facta, quæ a malvarum colore vel etiam floribus sic appellabantur. || — σινδόνες] Haec primitivo vocabulo sensu sunt *Indiennes*, quas nunc vocamus. || — 3. λάζαρος χρ.] Non ipsam laccam (λάζαρον. v. Ducange et Steph. Thes. s. v.), sed vestes coloreas lacca tinctas intelligi vult Salmasius I. I. p. 816. 810. De purpura qua exprimitur ex insecto *cocco lacca* (apud Sinesos appellatur *Krang*), v. Ritter IV, p. 328. 931. 1111. VI, p. 513. X, p. 458. Lassen *Ind. Alterth.* I, p. 316. || — 4. χελώνη] De testudinibus sinus Arabicī v. Rüppell *Reise in Abyss.* p. 187. Ritter. XII, p. 174. 177. 669. 1024. || — 6. ἀπὸ Ιανουαρίου κατὰ.] Per illud tempus bores sinum Arabicum perflat.

§ 7. I. 10. Αὐαλίτην] Αὐαλίτην cod., et mox Αὐαλεῖτης. || — II. τετρακισχιλίους] Haec 4000 stadia pertinent ab Aduli usque ad oræ Barbaricæ emporia, quorum primum est Aualites in situ cognomine. Perperam Mannert. X, I, p. 64 et Vincentus II, p. 124 longitudinem oræ Barbaricæ indicari censuerunt. || — 13. τὰ πέραν] τάπαρα cod. errore manifesto; em. editt. || — κείμενα μὲν κατὰ.] In his turbatum aliquid suspicor. Scriptum fuerit in hinc sententiam: κείμενα κατὰ τὸ ἔξης, διλέμενα μὲν, ἀγκυροθολίοις δὲ κατὰ. || — 15. πρῶτος... δ λεγ. Αὐαλίτης] αὐαλεῖτης cod. et mox iterum. Supplendum ex seqq. τόπος, quum emporium Aualites in seqq. demum memoretur. Eundem tractum inde a faucibus sinus Arabicī usque ad Elephantem montem et quæ sequuntur deinceps usque ad Noti Ceras ex Artemidoro describit Strabo p. 773, qui nulla ibi novit emporia et ex nominibus locorum, quæ ap. Nostrum leguntur, unum habet Δαρχνοῦντα λιμένα. Contra vero alia multa praebet, quæ quum ad mercaturam nihil facerent, in Periplo nostro non memorantur, ac luculentor probant regionem istam ob elephantorum maxime venationem Ptolemais expeditam multo accuratius cognitam fuisse quam nobis erat ante paucos abhinc annos. Ptolemaeus IV, 7 p. 300 eandem fere quam Noster nomi-

εἰς τὸ πέραν διάπλοις. Καὶ τοῦτον τὸν τόπον μικρὸν ἐμπόριον ἔστιν δὲ Αὐδαλίτης, σχεδίαις καὶ σκάφαις εἰς τὸ αὐτὸν προσεγγισμένουν. Προχωρεῖ δὲ εἰς αὐτὴν ὑψηλὴ λιθία σύμμικτος καὶ [γυλὸς] Διοσπολίτικῆς διμεράκος καὶ ιμάτια βρεβάρικά σύμμικτα γεγναμένα καὶ στίτος καὶ οἶνος καὶ κασσίτερος δλίγος. Φέρεται δὲ ἐξ αὐτῆς, ποτὲ καὶ τῶν βρεβάρων ἐπὶ σχεδίαις διαφερόντων εἰς τὴν ἀντικρὺς Ὁχηλὸν καὶ Μούζα, ἀρώματα καὶ ἐλέφας δλίγος καὶ γελώνη καὶ σμύρνα ἐλαττονή, διαφέρουσα δὲ τῆς ἀλλής. Ἀτακτότεροι δὲ οἱ κατοικοῦντες τὸν τόπον βάρβαροι.

8. Μετὰ δὲ τὴν Αὐδαλίτην ἔτερον ἐμπόριον ἔστι τούτου διαφέροντος ἡ λεγομένη Μαλαὼ, πλοῦν ἀπέχουσα σταδίων ὡς δκταχοσίων δὲ δέ δρυμος ἐπίσαλος, σκεπό-
15 μενος ἀκρωτηρίῳ τῷ ἐξ ἀνατολῆς ἀνατείνοντι οἱ δὲ κατοικοῦντες εἰρηνικώτεροι. Προχωρεῖ δὲ εἰς τοῦτον τὸν τόπον τὸν προερημέναν καὶ πλειόνες χιτῶνες, σάγοι Ἀρσινοτικοὶ γεγναμένοι καὶ βεβαμένοι καὶ ποτήρια καὶ μελίσθια δλίγα καὶ στόρος καὶ δηνάριον οὐ πολὺ 20 χρυσοῦν τε καὶ ἀργυροῦν. Ἐκφέρεται δὲ ἀπὸ τῶν τόπων τούτων καὶ σμύρνα καὶ λίθανος δὲ περιτικὸς δλίγος καὶ κασσία σκληροτέρα καὶ δούκα καὶ κάρκα-

oppositam trajectus. In eo igitur loco Aualites est parvum emporium; ratibus et scaphis ad id accedunt. Importantur vitrea res variae, succus acerbae uva Diopolitae, vestes barbarae promiseutae a fullone præparatae, frumentum, vinum, stanni copia exigua. Exportantur inde (nonnunquam ipsis etiam Barbaris ratibus in oppositam Ocelin et Muzam trajicientibus) aromata, eboris paululum, testudo, myrrha paucissima quidem sed præstantissima. Ceterum rudiiores moribus sunt incoletes locum barbari.

8. Post Aualiten aliud est emporium illo præstans, Malao dictum, navigatione distans stadiorum fere octingentorum. Navium statio fluctuosa, quamquam tuante promontorio quod ab ortu porrigitur. Incole mebris sunt civiliores. Importantur in hunc locum præter ea que modo memoravimus, tunice sat multa, saga Arsinotica a fullonibus preparata tintaque, pocula, meliephtha pauca, ferrum, paulum numismatis aureique et argentei. Exportatur ex iisdem locis myrrha, paulum libani transfretani, cassia durior,

num seriem præbet, sed distantiarum rationes non easdem minusque accuratas exhibet. Ita habet:

Δειρὴ πώλις ἐν ἄκρῃ	74° 30' long.	11° lat.
Εἴτα τῷ ἐν Αὐδαλίτῃ κόλπῳ.		
Αὐδαλίτης ἐμπόριον	74°	—
Μαλαὼ ἐμπ.	78°	—
Μόνδον ἐμπ.	78°	—
Μόνδον ὕδησος	77°	—
Μόστολον ἄκρη. καὶ ἐμπ.	79°	—
Κοδὴ ἐμπ.	80°	—
Ἐλέφας ὅρος	81°	—
Ἀκάνναι ἐμπ.	82°	—
Ἀράματας ἄκρον κ. ἐμπ.	83°	—
		6°

Aualites emporium superest in hodierno Zeyla, ut Danvilius aliquie plurimi statuerunt rectissime. In Geogr. Orient. Arabis Ebn Haukal p. 22 scribitur Zoulich, apud Edrisium I, p. 35. 39. 40. 46 Zalegh. || — 2. σχεδίαις καὶ σκάφαις] Vide plura apud Edrisium I, p. 39. || — 3. εἰς αὐτὴν] quasi τὴν τοῦ Αὐδαλ. γύρων. Expectabas εἰς αὐτὸν (τὸ ἐμπόριον) vel εἰς αὐτὸν (τὸν Αὐδαλίτην); nihil tamen mutandum, quum eodem modo sacerius Noster orationem adornet. || — 4. Διοσπολίτικης] Διοσπολίτικῆς cod.; supplevi γύρος. Succus uve acerbae uno verbo vocatur ὑπεράκιον ap. Dioscorid. V, 7 (Ὀρφάνιον ἔστι μὲν γύρος ὑπεράκιος Θασίας, σταφιλῆς μήπω περικαζούστης ἢ Λαμινατας;) vel etiam οἶνος ὑπεράκιος ap. eund. V, 12. Cf. Plinius XII, 27 et alibi. Tali musto cocto vel desiruto etiamnum in Ἰηγύπτῳ, Libya, Arabia aliisque in regionibus utuntur. Plura de eo legere est ap. Vincentum II, p. 751, qui a Mauris Zibid vel Zibib, arabice Pacmas dici ait. Apud Hippocrat. p. 878 πρὸς διμεράκος γύρος legendum διμεράκος. || — 7. διαφερόντων] διαισχυτων legi jubet Salmasius. At nihil habet vulgata in quo ju-

re possis offendere. Vide Stephan. Thes. v. διαφέρω p. 1373, D sq. || — 8. ἀντικρὺς κῆλαι codex; em. Stuck, qui deinceps etiam Μούζαν scripsit, quem nomen hoc saceripti recurrens ubique sit indeclinabile. || — 9. σμύρνα] Ilinc totus hic tractus inde a Dire usque ad Pytholai promontorium apud Artemidorum l. 1. vocatur ἡ σμύρνη φέρουσα γῆ. || — 10. ἐλαζ [στρη] Velles ἐλαζητη μὲν, διαφ. δὲ. Sed illud a nostro non alienum.

§ 8, l. 13. Μαλαὼ] Addita locorum descriptio in unum quadrat rod. *Berbera*, nunc hujus litoris emporium clarissimum. Ac sic recte jam statuit Danvilius. In alia omnia abiurant Gosselinus (I, p. 174) et Vincentus (II, p. 129) nec non Reichardus, quorum rationes discutere et refellere non eadit in has annotationis angustias. Ceterum distantia stadiorum 800 justo minor est; fortasse pro ὥ' leni manu scribendum, α, quamquam vel sic non ora sinus præterlegenda, sed via brevissima navigandum est. || — 14. ἐπίσαλος, σκεπόμενος] Aliiquid excidisse suspicor. || — 16. προγρεῖ κατλ.] Cf. de hod. *Berbera* commercii Wellsted. *Travels in Arabia* II, p. 369 sqq., ubi nunc importari ex Arabiæ emporiis ait « iron, lead, cotton cloth, rice and dhuurrah, so that all commercial transactions between the two parties are confined to barter; money during these bargains being never required or thought of. Among the Sumalis, with the exception of some of their chiefs, few appear to possess a single dollar. » || — 20. γρυπούστε] καὶ γρ. τε. cod. || — 21. λέσανος] V. Capt. G. B. Kempthorn, Ind. Nav., *Description of the frankincense tree as found in Guardafui in Harris. The highlands of Abyssinia* (Lond. 1844), vol. I, p. 427 sq. et *Proceedings of the Bombay geogr. soc.* 1838, p. 55. Ritteri de thure excursus in Erdb. tom. XII, p. 356—372. || — 22. καττίς σκληροτέρα]

μον καὶ μάκειρ, τὰ εἰς Ἀραβίαν προχωροῦντα, καὶ σώματα σπανίως.

9. Ἀπὸ δὲ Μαλαῶ δύο δρόμοις ἔστεν ἐμπόριον ὦ Μούνδου, ἐνῷ καὶ ἀσφαλέστερον δρομεῖ τὰ πλοῖα εἰς τὴν προκειμένην ἔγγιστα τῆς γῆς νῆσον. Προχωρεῖ δὲ εἰς αὐτὴν τὰ προειρημένα καὶ ἑκεῖνον δομοῖς ἔχρεται τὰ προειρημένα φορτία [καὶ] θυμάτα τὸ λεγόμενον μοχρότου. Οἱ δὲ κατοικοῦντες ἐμποροὶ σκληρότεροι.

10. Ἀπὸ δὲ τῆς Μούνδου, πλεόντων εἰς τὴν ἄνωτον λήγη, δομοῖς μετὰ δύο δρόμους ἡ τρεῖς, πλησίον κεῖται τὸ Μόσυλλον ἐν αἰγιαλῷ δυσόρμῳ. Προχωρεῖ δὲ εἰς αὐτὴν τὰ προειρημένα γένη καὶ σκεύη ἀργυρᾶ, σιδηρᾶ δὲ ἔλασσονα, καὶ λιθία. Ἐξάγεται δὲ ἀπὸ τῶν τόπων κασσίτης χρῆμα πλεῖστον (διὸ καὶ μειζόνων πλοίων χρήζει τὸ ἐμπόριον) καὶ ἀλληλεύων πλοῖα καὶ ἀρώματα καὶ χελουνάρια δλίγα καὶ μοχρότου, ἥτοι τοῦ Μούνδητοῦ, καὶ λίθανος δ περατικός, ἐλέφας δὲ καὶ σμύρνα σπανίως.

11. Ἀπὸ δὲ τοῦ Μοσύλλου μετὰ δύο δρόμους, παραπλεύσαντι τὸ λεγόμενον Νειλοπτολεμαῖον καὶ ταπα-

duaca, cancamum, macir, que in Arabiam importantur, denique mācīpia, rarius tamen.

9. A Malao bidui cursu distat emporium Mundi, ubi etiam tutior est navium statio ad projectam proxime terræ insulam. Importantur eo res in antecedentibus recensitæ, itemque hinc exportantur quæ jam diximus, et sufficiunt genus quod vocant mōcrotu. Indigenas loci mercatores asperiores sunt.

10. A Mundi emporio, si orientem versus navigaveris, post bidui item vel tridui cursum proxime sequitur Mosylum in litore importuoso. Importantur eo jam dicta mercis genera ac vasa argentea et pauciora ferrea et merces vitreæ. Exportatur his ex locis cassiae plurima (quapropter etiam majoribus naviis emporium indiget) et alia odorifera et aromata, porro mōcrotu deterius Munditico, thus transfretanum, ebur vero et myrrha rarius.

11. Post Mosylum post bidui cursum pratervecto Niloptolemæum, quod vocant, et Tapatege (?) et laureum minus, occurrit Elephas promontorium, quod

An hæc est ψευδοκαστος quam dicit Artemidorus ap. Strabonem p. 773? Salmasius Exerc. Plin. p. 922 ita : « Postiores Dioscoride scriptores casiam omnem divisorunt in duo genera, in καστανα σύριγγα et ξυλοκάστιν, hoc est, casiam fistulam et casiam ligneam. Hoc nomen fecerunt crassiori casiae, quam στιλητοτέραν vocavit auctor Peripli. » || — δούακα] Hoc aliunde non notum. Stuckius : « Quid si species sit cassia vilioris, quam Dioscorides (I, 12) κατὰ καὶ δάκαρ (latine vertunt citta et darca) ait appellari? Sunt enim duaca atque dacar sive darca voces sibi invicem admodum affines. » Mihi in mentem venit scrib. esse λάκκα quam perperam non distingui a κακχάμῳ ait Salmasius Exer. pl. p. 810. et Hyl. iatric. p. 138. || — κατάκαμον sec. Dioscor. I, 23 est lacryma ligni, myrrho similis, qua ad suffitum utuntur. Cf. Plin. XII, 44 : Ex confino casiae cinnamique et cancamum ac tarun invehitur. Plura vide in Salmas. Homon. hyl. iatric. c. 93 p. 138 sq. || — μάκειρ] μάκειρ dicit Dioscor. I, 111, sec. quem est cortex subflavus, crassus, linguam gustu modice adstringens accendensque mixta quadam acrimonia aromatica. Plinio XII, 16 vocatur Macir (vel Macis). Plura vide ap. Salmasium, I. l. c. 92.

§ 9, I. 3. ὦ Μούνδου] Μόνδου ἐμπόριον et Μόνδου νῆσον dicit Ptolemaeus. Insula est hod. *Mait* sive *ile brûlée*, unde de situ emporii constat, quem male definitivit Ptolemaeus. Distantia in Periplo notata non falsa quidem est, sed accuratius indicaretur, si pro δύο δρόμοις legeretur δύο ἡ τρισι δρόμοις, ut in § 10. || — 4. εἰς] διὰ voluit Stuckius, absque causa idonea. || — 7. καὶ] om. cod. || — τὸ λεγόμενον μοχρότου] nonnisi e Periplo nostro notum, quantum sciām; non a loco quodam habuerit.

§ 10, I. 10. πλησίον] Hæc vox sic parum apta; fortassis ἀκρα πλησίον. Exspectabas ἐμπόριον. || — Μόσυλλον] Ptolemaeus IV, 7 p. 300: Μόσυλον ἀκρον καὶ ἐμπόριον, et p. 304: Μόσυλον δὲ ὑπὲρ τὸ δυώνυμον

ἀκρον καὶ ἐμπόριον. Cf. Marciān. p. 19 ed. Mill. et Steph. B. s. v., ubi item Μόσυλοι et Μόσυλον. Plinius VI, 34: Ultra sinus Abalites, insula Diodori et alia desertæ; per continentem quoque deserta, oppidum Gaza, promontorium et portus Mossylites, quo cinnamomum devehitur. Hucusque Sesotris exercitum duxit. Aliqui unum Αἴθιοπε oppidum ultra ponunt in litore Baricaza. A Mossylito promontorio Atlanticum mare incipere vult Juba. His addēt Diosecoridem I, 13, qui τὴν Μοσύλην καλουμένην καστανη memorat. Situm fuisse emporium D'Anvilius III, p. 61 et Gosselinus I, p. 175 putant ad promontorium Mete, ubi Soal (Salim ap. Vincent. II, p. 133 not.) fluvius, Mosyli nominis, ut videatur, vestigium servans, egrediat. Contra Richardus locum collocat prope Cap Gori, quod vix sexcentis ab Elephante monte stadiis distat. Neutrum horum cum Peripli mensuris conciliari potest. Mosylum eo fere loco situm fuisse debet, ubi in novissime hujus oræ descriptione Guesele notatur. Juba Mossyliticum prom. confundit cum Aromaticum promontorio; nam ab hoc demum Atlantici oceani, qualem ille sibi fingebat, initium sumi poterat. Ceterum ista Jubæ aliorumque opinio in causa fuit, cur Ptolemaeus Mossyliticum prom. omnium proeminentissimum multoque magis quam reliquam hujus ora partem boream versus porrectum esse statueret, quamquam insignius promontorium in hoc litore est nullum. || — 11. εἰς αὐτὴν] dictum ut εἰς αὐτὴν § 7, l. 6 et ἐμπόριον Ακάνναι, ἐν ᾧ § 11. || — 14. καὶ ρῆμα] καστανη χῦμα cod.; recte emend. Stuckius, quamquam aliter videtur Salmasio in Exerc. Plin. p. 383, B. || — 14. διὸ] cod. || — ἀλληλεύων] ἀλλα εὐδότια codex et edit.

§ 11, l. 25. παραπλεύσαντι καὶ τλ.] Codex ita : ἀπὸ δὲ τοῦ Μοσύλλου παραπλεύσαντα μετὰ δύο δρόμους τὸ λεγόμενον Νειλοπτολεμαῖον καὶ ταπατηγη (sic) καὶ δαχνῶνα μικρὸν καὶ ἀκρωτήριον ἐλέφας, ἀπὸ Ὄπωνης εἰς νότον

τηγη^{*} καὶ διχρῶνα μικρὸν, ἀκρωτήριον Ἐλέφας; ποταμὸν δὲ ἔχει τὸν λεγόμενον Ἐλέφαντα καὶ διχρῶνα μέγαν λεγόμενον Ἀκάνναι, ἐν δὲ μονογενῆς λίθουν διπερατίκος πλεῖστος καὶ διάφορος γίνεται.

- 5 12. Καὶ μετὰ ταῦτην, τῆς γῆς ὑποχωρούσης εἰς τὸν νότον ἡδη, τὸ τῶν Ἀρωμάτων ἐμπόριον καὶ ἀκρωτήριον τελευταῖον τῆς Βαρβαρικῆς ἡπέρου πρὸς ἀνατολὴν ἀπόκοπον. δὲ δὲ δρμος ἐπίσαλος [καὶ] κατὰ καιροὺς ἐπικινδύνος διὰ τὸ προστεχῆ τὸν τόπον εἶναι τῷ βορέᾳ.
10 Σημεῖον δὲ τοῦ μελλοντος χειμῶνος τοπικὸν τὸ τὸν βιθὸν θολερώτερον γίνεσθαι καὶ τὴν χρόνιν ἀλλάσσειν. Τούτῳ δὲ γενομένου πάντες ἀπορεύουσιν εἰς τὸ μέγα ἀκρωτήριον, τόπον καὶ σκέπην, τὸ λεγόμενον

προχωρεῖ· εἰτα εἰς λίθαν ἥχρα ποταμοὺς ἔχει κτλ. Transposui et mutavi v. παραπλεύσαντα, pro qua scribere etiam cum Stuckio licet παραπλεύσαντι ἀντά. Deinde vel Νειλοποταμίον vel Νεῖλον Πτολεμαίου scrib. monuit Letronnus Poem. geogr. p. 314, qui etiam καὶ ante ἀκρωτήρ. delevit. Ego quāram an pro Νειλοποταμίον forte fuerit Νειλοποτάμιον; nam Νεῖλος ποταμός memoratur ab Artemidoro ap. Strabon. I. l. Quamquam si seriem narrationis Strabonianæ reputes, et accuratam esse censeas, ista Nilopotamia vix potest pertinere ad ea loca de quibus Noster jam exponit. Indicare Petripli auctor videtur regionem fluvii *Gori* sive *S. Pedra*. Cf. Edrisius I, p. 45: « A deux journées de Markah, dans le désert, est une rivière qui est sujette à des crues comme le Nil, et sur les bords de laquelle on sème du dhorra. » Verbum παπατηγη, quod ipse codicis scriba missō accentu tanquam corruptum vel suspectum notavit, intactum reliqui. Letronnus scrib. suspicatur: τὰ παπατηγη, *les brisants*, sive locum ubi strepentes undae in saxosum litus illiduntur, collato Stadiasmō mar. magn. § 47: Ἀπὸ Ναζαρέδος παραπλεύσας τὰ παπατηγαῖς εἰς Ζαρίνην στᾶς. p', in quibus τὰ παπατηγαῖς eo sensu dici parum recte statuit Mannertus. Ptolemaeus inter Mossylum et Elephantem nonnisi unum locum memorat, Κόδην ἐμπόριον (hod. *Habo?*) Eundem etiam in Periplo nostro indicari suspicor, quamquam emporium ibi nondum novisse auctor videtur. Ac nescio an fort. scriptum fuerit: Τάπα (leg. Γάζα?), πηγὴν καὶ διχρῶνα μ., adeo ut διχρῶν iste ad eundem locum pertineat, sicuti mox habes διχρῶν μέγαν λεγόμενον Ἀκάνναι (ubi de suo penu Fabricius scripsit διχρῶν μ. [καὶ ἐμπόριον] λεγόμενον Ἀκάνναι), de Αeanni loco in laureto magno. Quod pro Τάπα legendum puto Γάζα (sine declinatione ut passim), movet Plinius *Gazam* urbem memorans, et qui etiam hodie ab oriente promontorii *Gori* est *Gazim* sinus. Denique pertinhet quae ex Artemidoro assert Strabo p. 774: Συνεγῶς εἰσὶ (sc. post regionem quae Pseudo-cassian fert) ποτάμαι πλεονες, ἔχουσαι λίθουν παραπευκότα, καὶ ποταμὸς μέγιρ τῆς κινναμωμοσθρου· δέ δὲ διχρῶν ταῦτην ποταμὸς φέρει καὶ φλοῦν πάραπολυν εἰς' ἄλλους ποταμὸς καὶ Δαρνοῦς λιμήν καὶ ποταμός Ἀπόλλωνος καλούμενη... εἰτ' δὲ Ἐλέφας τὸ δρός. || — Ἐλέφας] *Elephas* in linguis *Aethiopicis* vocatur *Fil*; promontorium istud etiam nunc vocant *Ras el Fil*, unde

fluvium habet Elephantem quem vocant, et lauretum majus cui nomen Acanne; eo unico in loco peraticum sive transfretanum thus et plurimum et præstantissimum provenit.

12. Post hunc locum, terra iam in austrum declinante, Aromatum est emporium ultimumque Barbaricæ continentis versus ortum promontorium præruptum. Navium statio fluctuosa et certis temporibus periculosa, quum horæ locus sit expositus. Signum vero futurae tempestatis ejus loci proprium est, si profundum maris turbidius sit mutatque colorem. Quo eveniente, omnes confugiunt in magnum promontorium, tutum præbens recessum, cui Tabas nomen. In hoc item

nonnulli fecerunt *Ras Fellis*; hinc denique natus quorundam mons *Felix* (V. Bruce Travels VI, p. 261. Ritter Erdk. I, p. 164). Que post v. Ἐλέφας sequuntur ἀπὸ Ὁπωνός εἰς νότον προχωρεῖ εἰτα εἰς λίθαν ἥχρα πατηγηνατα sunt ex nota marginali, que pertinet ad § 15, ubi: ἀπὸ Ὁπωνός τῆς ἀκτῆς εἰς τὸν νότον ὑποχωρούσης ἐπὶ πλεον, πρώτα μὲν ἔστι τὰ... Ἀπόκοπα... παρ' αὐτὸν ἡδη τὸν λίθον. Quae res sit recte interviderunt Vincens et Mannertus. Letronnus proposuit: Ἐλέφας [δέ] ἀπὸ Ὁπωνός κτλ.; id vero, modo rem, non verba, species, admitti nequit. Nihili sunt quæ Schwanbeckius l. l. p. 485 in medium protulit. || — I. ποταμὸν δέ] ποταμὸν cod. || — Ἀκάνναι] Locum memorat etiam Ptolemaeus l. l., ubi pro Ἀκάνναι varia lectio Ἀκάνναι et Ἀκάννα. Artemidorus l. l. ita: εἰτ' δὲ Ἐλέφας τὸ δρός ἐκκείμενον εἰς θάλασσαν καὶ διώρυξ (*Elephas filius?*) καὶ ἐρεής Ψυγμοῦ λιμήν, quo græco vocabulo idem notatur portus quem vernaculo nomine Ἀκάνναι dicit Noster. Cum Ἀκάνναι vel Ἀκάνναι emporio *Somaulis* gentis nescio an recte conferri velim objacens in Arabiæ ora Κάνη emporium, ad hod. *Hisn Ghorab*, ubi Arabes narrant olim habuisse tribum *Wadi Misnat*, conviciandi causa cognominatam *Abid el Ibad*, i. e. servos *Somaulensis*, quoniam cum *Somauli* gente Barbariæ se miscuisse. Repetenda hæc cognatio ex commerciis quæ Arabibus cum Barbariæ gente intercedebant (V. Ritter. XII, p. 317), fierique potuit, ut *Acannæ* Arabum istorum esset colonia.

§ 12. εἰς τὸν νότον] Orae inclinatio ista revera est peregrina, sed satis magnam exhibent tabulae Ptolemaei. || — Ἀρωμάτων] hod. prom. arabic Jard Afoun (Carroua ap. Edrisium I, p. 45), unde factum Cap. *Gardafou*. Cf. Ptolemaeus l. l.: Ἀρωμάτα ἔχον καὶ ἐμπόριον. Steph. Byz.: Ἀρωμα, πόλις Λιθόπων, ὡς Μαρκινός. Antiquioribus geographis hocce promontorium fuisse videtur Νότου κέρας, ut Artemidoro ap. Strabon. I. l., qui post Ψυγμοῦ λιμένα memorat θύρωμα τῶν Κυνοκεφάλων καλούμενον (*Sesostridis monumenta*), καὶ τελευταῖον ἀκρωτήριον τῆς παραλίας ταῦτης τὸ Νότου κέρας. Vid. Mannert. X, 1, p. 74. || — 8. ἀπόκοπον] Noli conjectare ἀπόκοπον, quod in mentem facile venerit; reapse admodum præruptum est prom. || — 8. καὶ τὰ καὶ suppl. Fabricius et Schwanbeck. || — 11. ἀλλάσσειν cod. et editt. Pro γενομένου malim γινομένου. || — 13. Fort. τόπον ἔχον καὶ σκέπην vel τ. έγον ἐπὶ σκέπης

Τάξις. Προχωρεῖ δὲ εἰς τὸ ἐμπόριον δροῖος τὰ προερημένα· γίνεται δὲ τὰ ἐν αὐτῷ κασσία καὶ γίζειρ καὶ ἀσύφη καὶ ἄρωμα καὶ μάγλα καὶ μοτῶ καὶ λίθανος.

13. Ἀπὸ δὲ Τάξι κατὰ στάδιους τετρακοσίους παντὸς ραπτεύσαντι χερσόνησον, καθ' ὃν τόπον καὶ δρῦς ἔλκει, ἔτερον ἐστιν ἐμπόριον Ὄπωνη, εἰς ἣν καὶ αὐτὴν προχωρεῖ μὲν τὰ προειρημένα, τὸ δὲ πλεῖστον ἐν αὐτῇ γεννᾶται κασσία καὶ ἄρωμα καὶ μοτῶ καὶ δουλικὰ κρείσσονα, ἀ εἰς Αἴγυπτον προχωρεῖ μᾶλλον, καὶ γε-
10 λόγην πλείστη καὶ διαφορώτερά τῆς ἀλλής.

14. Πλεῖσται δὲ εἰς πάντα τὰ τοῦ πέραν ἐμπόρια ἀπὸ μὲν Αἴγυπτου περὶ τὸν Ἰούλιον μῆνα, ὃ ἐστιν Ἐπιφί. Ἐξαρτίζεται δὲ συνήθως καὶ ἀπὸ τῶν ἕστω τόπων, τῆς Ἀριανῆς καὶ Βαρυγάζων, εἰς τὰ αὐτὰ τὰ τοῦ πέραν ἐμπόρια γένη προχωροῦντα ἀπὸ τῶν τόπων, σίτος καὶ ὅρκα καὶ βοστύρον καὶ Ἰλαιον σησάμινον καὶ ὅθινον, ἢ τε μοναχὴ καὶ ἡ σαγματογήνη, καὶ περιζώματα καὶ μέλι τὸ καλάμινον τὸ λεγόμενον σάχχαρι. Καὶ οἱ μὲν προγούμενών εἰς ταῦτα τὰ ἐμπόρια πλέουσιν,
20 οἱ δὲ [κατὰ] τὸν παράπλουν ἀντιφορτίζονται τὰ ἐμπεσόντα. Οὐδὲ βασιλεύεται δὲ δότος, δὲλλὰ τυράννοις ἰδοῖς καθ' ἔκαστον ἐμπόριον διοικεῖται.

15. Ἀπὸ δὲ Ὄπωνης τῆς ἀκτῆς εἰς τὸν νότον ὑποχωρούσης ἐπὶ πλεῖον, πρώτα μὲν ἔστι τὰ λεγόμενα

s. ἐπισκεπτῆ. Voce τόπος, modo de regionibus, modo de vicis et emporiis usurpata, apprime Noster gaudet. || — 1. Τάξι] Vincentus aliqui promontorium *Orfoui* intelligent, perperam. Sermo est de promontorio quod Arabes vocant *Banna*. Huc confugere, imminente tempestate, ab Aromatum promontorio in promptu erat; non item in *Cap d'Orfoui*, longius illud dissitum. Nomen Τάξι num sit incorruptum, queritur. Suspicere fuisse Τάξιναι. E peregrino nomine *Banna* Graeci quidam more græcanico finixerunt Πανὸς vel Πανῶν vel Πανὸν vel Πανῶνα κάμην. Sic ap. Ptolemaeū I, 17 et IV, 7 post Aromata sequitur Πανῶν κάμη (vel Πανῶ κάμη, quod recipere edit. debebant), quam a nostro loco non diversam esse recte jam Mannertus monuit. Cf. Stephan. Byz.: Πανὸς, κάμη περὶ τὴν Ἐρυθρὰν οἰλασσον, ἥτις καὶ Πανῶν λέγεται. Carere igitur jam possumus quae de nomine Πανῶν κάμη, a simiis pergradibus, quas ibi visas Græci Panes dixerint, repetendo conjectit Letronnii in *Journal des savants* 1830, et hinc apud Wilberg. ad Ptolem. p. 59. — Distantia nota in Periplo videtur excidisse. || — 2. τὰ ejecit Fabricius || — γίζειρ] γίζειρ (γίζερ mgo), ἀσυρη, ἄρωμα, μάγλα codex. Notantur variae cassiae species. Primum nomen eodem modo scribit Neophytus, qui: γίζειρ, κασσία, monente Salmatio Exerc. Pl. p. 920, A. Apud Galenū De andit. I, 13, vol. VIII, p. 885 et 887 est γίζειρ; ap. Synesium De febr. p. 46 γίζειρ; apud Dioscor. I, 12 γίζειρ. V. Steph. Thes. v. γίζειρ. || — 3. ἀσύφη] Ejus meminimt Dioscorides, ex quo hac assert Salmasius p. 919: Τρίτη δέ ἔστι (sc. cassiae species) ἡ καλουμένη βλαστὸς Μοσυλῆτης: αἱ δὲ λοιπαὶ εὐτελεῖς, ὡς ἡ καλουμένη ἀσύφη, μέλινα καὶ λεπτοφλοιός ἡ καὶ φλοιορραγῆς. || — ἄρωμα] Id nomen inter vicina bar-

emporium supra memorata importantur, ipsum vero habet cassiam, gizir, asypham, aroma, magla, moto, thus.

13. A Tabis chersonesum prætervectis, quem in locum etiam maris fluxus trahit, post stadia quadringenta aliud occurrit emporium, Opone, in quod ipsum quoque prædicta importantur, præcipue autem in eo provenit cassia et aroma et moto et mancipia præstantiaria, quæ in Ægyptum potissimum devehuntur, et testudo plurima ceteramque antecellens.

14. Navigari in omnia haec ulterioris regionis emporia ex Ægypto circa Julium sive Epiphi mensem. Solent vero etiam ex interioribus locis, ex Ariaca et Barygazis, in transfretana hæc emporia devehi res ilinc provenientes, frumentum, oryza, butyrum, oleum sesaminum, othonium, tum monache tum sagmatogene, cingula, mel arundineum quod vocatur sacchari. Et alii quidem data opera in hæc emporia navigant, alii autem in præternavigatione rebus obviis permutatione facta naves onerant. Rex in hoc tractu nullus est, sed suis singula emporia tyrannis gubernantur.

15. Post Oponen, litora versus austrum magis tendente, primum se offerunt parva et magna Azaniae

bara offendit. Nescio an fuerit ἀργηδόν, quod cassiae genus e Galeno citat Salmasius l. l. || — 3. μάγλα] Hoc aliunde, quoad sciam, non notum. Nihili est quod annotat Stuckius: « Quid si μάγλα legendum, quod Galenus et Plinius unguenti faciem vocant? » || — μοτὸν] μοτῶ e Galeno habet Salmasius. Idem p. 921: « Notandum illud, quod varia illa nomina casiarum Galeni auctor Peripli separata casia sic proprie vocata. Casia ibi de syringide sive fistulari (*cannelle*) proprie accipiendum, quæ mero constabat cortice, nullo ligno. »

§ 13, l. 5. χερσόνησον] peninsulam promontorii (*Ras*) *Hafoun* (ap. nostrates vulgo *cap d'Orfoui*), cuius ad partem meridionalem sita erat Opone, ejusdem nominis emporium. Ptolemaeus in tabulis Panum vicum notat 82° long., 5° lat., Oponen 81° long., 4° 55' lat. Quod a Peripli testimonio proxime abest. Contra aperto vitio in Ptolem. I, 17 legitur Oponen a Panum vico distare ὅδὸν ἡμέρῶν ፻. Hoc ortum est ex ὅδῳ ἡμέρας, quod abiit in ἡμέρ. ᷄. || — 9. &] καὶ cod.; em. Fabricius.

§ 14. τοῦ πέραν] τούπεραν et mox τούπερα cod. || — 12. Ιούλιον] Cf. Plinius VI, 26: *Navigare* (a Berenice sc.) *incipiunt aestate media ante Canis ortum aut ab exortu protinus, veniuntque circiter XXX die Ocelim Arabie aut Canen thuriferæ regionis.* || — 14. Ἀριανῆς] Cf. infra § 41, ubi pro Ἀριανῆς codex corrupte Ἀραβινῆς. || — 18. σάκχαρι] *sarkari* in ling. sanscrit. Memorabilem haec locum obtinent in historia sacchari, de qua vide Alex. Humboldt. De distributione geographica plantarum (Paris. 1817) p. 210 sqq., Ritter. Erdk. IX, p. 230—291. || — 20. κατὰ] om. cod.; suppl. editt. Mox pro κατὸν ἔκαστον velin τὰ κατ.

μικρὰ Ἀπόκοπα καὶ μεγάλα τῆς Ἀζανίας * δὲ ἀγχυ-
ροβόλινον ποταμὸι * ἐπὶ δρόμους ἐς παρ' αὐτὸν ἥδη τὸν
λίθον εἶτα Αλγιαλὸς καὶ μικρὸς καὶ μέγας εἶπ' ἄλλους

S 15. διὰ ἀγχυρού οδοῦ ιών ποταμοῖ] Sic codex;
in edit. ποταμὸς pro ποταμοῖ. Locus mutitus quan-
nam fere in sententiam excludens sit, aliorum loco-
rum comparatio subindicare videtur, ut § 24, ubi: τὸ
δὲ ἐμπόριον ἡ Μούζα ἀλιμενὸν μὲν, εὔσταλον δὲ καὶ εὔστο-
μον διὰ τὸ περὶ αὐτὴν ἀμφότερα ἀγχυροβόλια. Fortasse
igitur legebat: ... Ἀπόκοπα τῆς Ἀζανίας, ἀλιμενὸν μὲν,
εὔσταλον δὲ διὰ τὸ ἔχειν ἀγχυροβόλων τόπους, vel εὔσταλον
δὲ διὰ ἀγχυροβόλια, ἡίσιν ἀπότομον, vel tale quid. Flu-
vius in toto hoc tractu nullus est. Præterea verba εἰς
αὐτὸν ἥδη τὸν λίθον λέγειν αἰγαλὸς καὶ λ. At bene habet vulgata,
modo locorum rationem species accusativus. Quia in
discriminanda iunior F. N. Oweni Angli mappæ ora
hujus maritimæ, et ejusdem opere quod inscribitur:
*Narrative of voyages to explore the shores of Africa,
Arabia and Madagascar, performed in H. M. ships
Leven and Barracouta etc.* (London. 1833.). Owenius
igitur l. l. tom. I, p. 354 ita habet: « After pass-
ing Hafoun [ubi Opone Peripili] we in one day ran
down about eighty miles of coast, as far as Ras el
Khyle. The whole shore was rocky and varying from
200 to 400 feet in height. This is known by the Arabs
as Hazine or rough ground. Southward of Ras el Khyle
is Sef Tweel, the bald or declining shore, and after
that Herab or mountainous country. » In mappa autem
ora ita est delineata, ut inde ab Ras Hafoun recta
curat meridiem versus per 600 fere stadia usque ad Ras
Maber seu Malaber, hinc autem paululum deflectat
versus occasum et prærupta esse incipiat. Itaque verba
τῆς ἀκτῆς εἰς τὸν νότον ὑποχωροῦσις ἐπὶ πλεον̄ intelligi-
sunt de eo tractu, qui ab Opone pertinet usque
ad Ras Maber et ad initium τὸν Ἀποκόπων; ipsa autem
Ἀπόκοπα dicuntur sita esse παρ' αὐτὸν ἥδη τὸν λίθον.
Longitude Hazine sive prærupti litoris, usque ad prom.
el Khyle porrecti, stadiorum est fere 1400 inde a prom.
Maber; ab Opone autem ad Ras el Khyle stadia sunt
circiter 2000 sive quattuor dierum navigatio. At Pe-
riplus noster in parvorum magnorumque Ἀποκόπων
præternavigationem dies computat sex, ideoque litora
prærupta multo longius producunt; nam incorruptas
esse distantiarum notas ex reliqua parapli nostri ra-
tione patet luculenter. Igitur Ἀποκόπων μικρὸν καὶ
μεγάλων nomine Noster præter Hazine litus, quod
solum vere præruptum est, tractum quoque Sef Tweel
et el Herub comprehendit. Quia in re minus se accu-
ratum præbet; neque id mirandum, quum facile intel-
ligatur ipsum Peripili auctorem oram Azaniae suis oculis
non usurpassere. Ac sana fuerunt vel inter veteres
geographos qui istam μικρῶν καὶ μεγάλων Ἀποκόπων
distinctionem reprobarunt; nam Ptolemaeus I., 17, ubi
contra Marinum (qui duo Apocopa cum Nostro di-
stinxisse debet) disputat, nonnisi unum Apocoporum
litus agnoscit. Locum Ptolemai, qui ad hujus oræ de-

scriptionem pertinet, exscribere totum licet; unicuius
enim est quem conferre licet præter pauca illa quæ
Marcianus p. 21 ed. Miller, præbet. Ita habet I., 17: Μετὰ δὲ τοῦτο τὸ ἐμπόριον (Oponen) συνάπτειν ἄλλον
κόλπον, ἀρχήν τῆς Ἀζανίας, οὗ κατὰ τὴν ἀρχὴν ἔκκε-
σθαι Ζίγγην ἄκρον καὶ Φαλαγγῖθα δρός τριῶν φεραλῶν·
κατέλουσθαι δὲ τοῦτον μόνον τὸν κόλπον Ἀπόκοπα, καὶ
διάπλουν ἔχειν δύο νυχθεμέρων παρήκειν δὲ ἀπ' αὐτοῦ τὸν
μικρὸν Αλγιαλὸν ἐν διάπλῳ τριῶν διατημάτων, εἴτα τὸν
μέγαν Αλγιαλὸν ἐν διάπλῳ πέντε διατημάτων, ἀμφοτέ-
ρους δὲ ἐπὶ τὸ αὐτὸν τεσσάρων ἔχειν διάπλουν νυχθεμέρων·
συνῆρχει δὲ τούτοις ἄλλον κόλπον, ἐν δῷ ἐμπόριον τὸ κα-
λούμενον Ἐστινά μετὰ δύο νυχθεμέρων πλοῦν, εἴτα Σα-
ραπίας δρόμον μετὰ ματὶς ἡμέρας πλοῦν. ἐντεῦθεν ἄρχε-
σθαι τὸν ἐπὶ τὸ Παπτὸν φέροντα κόλπον νυχθεμέρων
ἔχοντα διάπλουν οὗ κατὰ μὲν τὰς ἀρχὰς ἐμπόριον ἐνταί
τὸ καλούμενον Τονίχη, παρὲ δὲ τὸ Παπτὸν ἄκρον ποταμὸν
τὸν καλούμενον Παπτὸν καὶ μητρόπολιν ὁμόνυμον αὐτῷ
μικρὸν ἀπέχουσαν τῆς θαλάσσης τὸν δὲ ἀπὸ τῶν Παπτῶν
μέγρι τοῦ Πράσου ἀκρωτηρίου κόλπον μέγιστον ὄντες καὶ
μη βαθὺν περιουσεῖν βαρβάρους ἀνθρωποφάγους. Ptolemaeus
igitur ab Opone usque ad finem Ägialorum 12 dies,
sicuti Peripilus noster, computat; sed rectius eos ita
distribuit ut Apocorum præternavigatio usque ad
Noti ceras (Ras el Khyle) pertinens nonnisi quattuor
dierum sit. Distinctio μικρῶν et μεγάλων Ἀποκόπων ad
partes Hazine litoris pertinere potuit; quamquam ne-
scio an non Ἀποκόπων μικρῶν nomen præruptissimo
litori, quod est circa promontorium El Fil, veteres
decederint, a nostro autem auctore utraque hæc Ἀπόκοπα
in eundem tractum sint translata. — I. τῆς Ἀζα-
νίας] Ad initium Azaniae Ptolemaeus memorat Zingin
promontorium Phalangis montis tricipitis, quod se-
cundum tabulas Ptol. esse deberet Ras Maber, quum
montis tricipitis mentio pertineat potius ad Ras Ha-
foun, adeo ut, si Opone recte Pt. collocavit, duo pro-
montoria misceantur. Pertinet ora Azaniae in Periplo
usque ad Rhapta. Eodem modo Ptolemaeus VII., 4, ubi
διάλοπος τῆς Βραχείας θαλάσσης dicitur συνάπτειν τὴν
γῆν τῷ τε Παπτῷ ἀκρωτηρίῳ καὶ [τοῖς] νοτοῖς μέρεσι
τῆς Ἀζανίας. Cf. Marcian. p. 21. Discrepant quæ ha-
bet IV., 7: Ἐντεῦθεν (ab Elephante monte, quoisque
cum Artemidoro Ichthyophagos pertineat statuit)
μέγρι τοῦ Παπτοῦ ἀκρωτηρίου ἡ παράλιος πασσος Βαρ-
βαρία, Ἀζανία δὲ ἡ ἐνδοτέρω. Meliora legimus
in fragm. Diodori Samii ap. Ptolem. I., 17, ubi: τὸν
διατημένων... ἐμπόρων ἐπὶ τὸ Αζρώματα καὶ τὴν Ἀζα-
νίαν καὶ τὰ Παπτά, ταῦτα δὲ πάντα Βαρβαρίαν ιδεῖς κα-
λούντων, adeo ut utrumque nomen ad oram pertineat,
alterum a populo dictum, alterum ab oræ ratione, ab
Hazine sc. Arabum, ab eaque litoris parte ad sequen-
tem etiam oram translatum. Azanum mare habes ap.
Plinius VI., 28 et alibi. Subjicio verba Owenii l. l. I.,
p. 354: « It is strange that the descriptive term Hazine
should have produced the names Aján, Azon and Az-
anea, in many maps and charts, as the country never
had any other appellation than Barra Somaüli or the

δρόμους ἔξ καὶ μετ' αὐτὸν κατὰ τὸ ἔχοντος τῆς Ἀζανίας δρόμοι, πρώτον μὲν διεγύμενος Σαραπίωνος, εἴδοντος διάδοσιν, μεθ' ὃν ποταμὸν πλείστον τοῖς καὶ ἀλλοῖς συνεχεῖς δρόμοι, δημιουργένοι κατὰ σταθμοὺς καὶ δρόμους ἡμερησίους (πλείστον), τοὺς πάντας ἐπτά, μέγρι Πυραλάων νήσων καὶ τῆς λεγομένης διώρυχος, ἀφ' ἧς μικρὸν ἐπάνω τοῦ λιθὸς μετὰ δύο δρόμους νυχθημέρους παρ'

sex, flectente ora versus ipsum jam Africum. Sequitur Litus parvum et magnum in alios cursus sex, et post illud ex ordine Azanias Dromi sive Cursus, quorum primus dicitur Sarapionis, sequens Niconis, post quem fluvii complures aliæque navium stationes, diremte inter se singulorum dierum mansionibus, ac cursibus, quorum in summa sunt septem usque ad Pyralaos insulas atque fossam quam dicunt; ab ea paullum supra Africum post duarum dierum noctiumque cursum

land of Somauli, a people who have never yet been collected under one government, and whose limits of subjection are only within bow-shoot of individual chiefs. » Idem p. 356 : « Te coast of Africa from the Red sea to the river Juba is inhabited by the tribe called Somauli. They are a mild people of pastoral habits, and confined intirely to the coast; the whole of the interior being occupied by an untameable tribe of savages called Galla. » || — 1. οἵ τῆς Ἀζανίας δρόμοι] Eadem hujus tractus denominatio occurrit apud Marciannum p. 21. : τὸ Βαρθαρίκην καλούμενον πέλαγος, ἐν διάδοσι τε πλείστον εἰσὶ καὶ οἱ δρόμοι τῆς καλούμενῆς Ἀζανίας. Noli igitur putare pro δρόμοι ap. Nostrum scrib. esse δρόμοι. Δρόμοι voce auctor breviter indicat quos paullo post distinctius dicit δρόμος κατὰ στάθμους καὶ δρόμους ἡμερησίους δημιουργένους. Primus eorum Σαραπίωνος (sic codex; Σαραπίωνος editt.) memoratur etiam ap. Ptolemaeum IV, 7, ubi : Σαραπίωνος δρόμος καὶ ἄκρον. Ad situm loci constituentem progrediamur a Pyralais insulis, quae hodie sunt Manda et Lamou insulae. Quodsi hinc retro metiaris septies quingenta stadia, pervenimus ad promontorium, quod unum in hoc tractu notabile (1° 40' lat. bor.) occurrit, non longe a locis Marka, Tillip et Horealy. Hoc igitur promontorium fuerit Sarapionis. Quodsi ab Opone meridiem versus duodecim δρόμων longitude nemetiaris usque ad terminum τῶν Ἀγιαλῶν, in eundem locum incides. Hinc boream versus nunc nulla est urbs, nullus vicus, preter Megadasha sive Mukdeesha (Owen) sive Magadaxo urbem (20° 1' 8'' lat.), quae octavo denum post Chr. saeculo ab Arabibus condita est (Owen. p. 356). Eandem solitudinem τῶν Ἀποκλίων et τῶν Ἀγιαλῶν priscis quoque temporibus fuisse e Periplo nostro colligimus. Ceterum Ptolemaeus inter Ägialum magnum et Serapionis portum interponit sinum quendam, in quo Esina emporium, a fine Ägiali navigatione dierum quattuor, a Sarapionis portu unius diei cursu dissitum. Totus hic tractus nescio qua confusione male intrusus est. Errorisque indicium præbet Agathemerus p. 371 ed. Hoffsm., ubi : Τῆς δὲ Βραχελέας θαλάσσης.. ἀπὸ Εσινοῦ ἐμποροῦ τῆς Βαρθαρίας η τῶν Ραπτῶν τῆς μητροπόλεως κτλ., adeo ut Esina fuerit ad initium maris Brevis situm, emporium Rhaptorum metropolis mediterraneæ. Hac admitti possunt, non item quae præbet Ptolemaeus. Ponendum igitur iste quinque dierum sinus ita erat, ut in Rhaptum promontorium desineret. Quo facto Ptolemaeus a Sarapione ad Rhaptum nactus esset undecim dierum navigationem, quae ad tredecim dies in Periplo computatos prope accederent. Qui nunc sunt apud Ptolemaeum dies sex a Sarapione ad Rhaptum, tum responderent

δρόμοις septem Azaniae, de quibus nos jam agimus. || — 2. εὖθος διάδοσις] Hæc statio Ptolemae IV, 7 vocatur Τούλη (Τούλη var. lect.) ἐμπόριον, quod ne contra mentem Ptolemæi mutes in τῷ Νίκη ἐμπ., impedit alius ejusdem locus I, 17, ubi : ἐμπόριον τῷ καλούμενον Τούλη. In Periplo pro Νίκωνος Grashofius (in Ptolem. Wilbergi p. 60) scribendum suspicatur Νίκωνος, « ut nomen suum locus ille accepit a Nechone rege, cuius classis ea quoque loca attigisse credenda est. » Quod nemo crediderit; neque foret eo confugiendum, si quis Ägyptiorum ibi opus querendum opinaretur; nam ut Sarapionis nomen in Ägypto frequens, sic etiam Nicones suos habent Ptolemaeorum tempora, ut illum qui sub Ptolemaeo Epiphane vixit, ap. Polyb. XV, 33, 7 et Diodor. Exc. Escr. in Fr. Hist. II, p. 30. At multo probabilius est ista emporiorum nomina ex indigenis in græca esse detorta, sicuti v. c. Dioscoridis insulam et Zenobii insulas ex nominibus arabicis Græci sibi excuderant. Nam Ptolemaeorum ætate in Azania emporia condita esse nihil est quod suadere possit; Peripli autem temporibus et postea omne hujus regionis commercium erat penes Muzenses Arabes, quibus emporia ista a Sabaeorum rege eloabantur. Quæ de iis tradit auctor noster, ex Arabicis mercatoribus accepit. Itaque Τούλη vel Τούλη nomen, uti magis est barbarum, sic a genuino absit proprius. A Sarapione Tonice sec. Ptol. tabulas distat 45', adeo ut componendum fere sit cum hod. *Torre* in mappa Owenii. || — 5. πλείστον] vox, qua melius carcas, e male repetito πλείστον orta videtur. || — Πυραλάδεων ν. καὶ τῆς λ. διώρυγος] Pro καὶ τῆς codex κατηγορι; em. Fabricius et Schwanbeck. Pyralae insulae, nonnisi e Periplo nostro nota, hodie sunt insulae Manda et Lamou, quæ inter magnorum fluviorum ostia sitæ, angusto meatu, quem διάρρυγα Noster dicit, a continente et a se invicem separantur. Vincentus II, p. 167 proprie dicendae fuisse opinatur Πυραλαῖς, islands of the fiery ocean, quum sub æquatore fere site sint. Quæ de canali peripli Vincentius habet, sicuti alia multa ejusdem viri diligentissimi sed ἀπριτωτέρου de industria omitto. || — 6. μικρὸν ἐπάνω τ. λ. 6 δές] In antecedentibus ora maritima extendebatur, ut Noster quidem dicit, παρ' αὐτὸν τὸν λίθον. Inde autem a Pyralais insulis usque ad angulum sinus, cui Zanguebar (Menuthias) ins. objacet, oræ directio deflectit versus meridiem. Hanc igitur mutationem auctor indicat verbis μικρὸν ἐπάνω τοῦ λιθοῦ, i. e. ora a libe paullum versus notum deflectente. Ceterum verba Peripli insolens quiddam habent, ut nisi aliunde adjuto sensus non pateat. Nec refragarer si truncatum auctoris orationem putares. Disertius dixisset μικρὸν ἐπὶ νότον ἀπὸ

αὐτὴν τὴν δύσιν εἰτενηδιωμ * Μενουθίας ἀπαντᾷ νῆσος ἀπὸ σταδίων τῆς γῆς ὡςεὶ τριακοσίων, ταπεινῇ καὶ κατάδενδρος, ἐν ᾧ καὶ ποταμοὶ καὶ ὄρνεων γένη πλειστα καὶ γηλώνη δρεινή. Θηρίων δὲ οὐδὲν δλως ἔχει πλὴν τὸ χροκεδεῖμων· οὐδένα δὲ ἀνθρώπων ἀδικοῦν. Ἔστι δὲ ἐν αὐτῇ πλοιάρια ῥηπτὰ καὶ μονόζυλα, οἵς γρῦνται πρὸς ἀλιάν καὶ ἄγρων γηλώνης. Ἐν δὲ ταύτῃ τῇ νῆσῳ καὶ γηργάθοις αὐτάς λίσινεισιν, ἀντὶ δικτύων καθίεντες αὐτοὺς περὶ τὰ στόματα τῶν προρράχων.

10. 18. Ἀφ' ἧς μετὰ δύο δρόμων τῆς ἡπείρου τὸ τελευταῖτον τῆς Ἀζανίας ἐμπόριον κεῖται, τὰ Παπτὰ

versus occasum solis porrecta (δύσιν ἔκτενουσα ἡλίου ἦ;) Menuthias occurrit insula stadiis a terra distans circiter trecentis, humilis et arboribus virens, in qua etiam fluvii sunt aviumque genera plurima et testudo montana. Feras omnino nullas habet prater crocodilos, sed neminem istos ledentes. Sunt in ea naviculae consuta et unilinguae, quibus utuntur ad piscatum capturamque testudinis. Venantur eas in hac insula etiam modo peculiari, sportis scilicet vimineis, quas retium loco ad ostia proximarum litorum rupium cavernosarum demittunt.

16. Hinc post bidui cursum continentis Azaniae ultimum jacet emporium, quod Rhapta vocant, demo-

nemo nescit Ptolemaeum insulas terrae proximas ut plurimum in altum ejicere. Nec ignorasse hoc videtur Marcianus, Ptolemai pedissequens qui (p. 21 ed. Miller) Menuthiadem dicit νῆσον οὐ πάρρη τοῦ Πράστου ἀκρωτηρίου τυγχάνουσα. Itaque dicere licet insulam apud Ptolemaeum cum Praso, apud Nostrum cum Rhapto promontorio componi; hoc Nostro, illud Ptolemaeum in Africæ ora orientali est ultimum, Rhapto, si tabulis credas, septem graduum intervallo dissitum. Quid igitur? An aliam Ptolemaeum insulam Menuthiadis nomine indicat? Minime credas. An aliud in locum eam transposuit? Ne hoc quidem sic dicendum esse puto. Potius Rhaptum promontorium non suo posuit loco, et post id sinum collocat, cujus rationes commentitiae sunt ex diversorum periplorum, ut videtur, narrationibus nautarumque fabulis male mixtis confitare. Quæ fusius exponere longum est et ab hoc loco alienum. || — 3. ὁ ρέων γένη πλεῖστα]. Omnes hujus tractus insulæ avibus abundant; sic Monsia insulam (quam nonnulli Menuthiadem esse ob nominis similitudinem aliquam putarunt) fere integrum ab avibus occupata, carumque stercore cooperatam esse recentiores viatores monent. || — 5. προκόδειλων] De hoc licet dubitare. Fortasse lacertas prægrandes intelligendas esse Vincentus suspicatur. || — 6. πλοιάρια ἡπτὰ καὶ μονόζυλα] Navicularum fundus uno constat trunco, cui tabula lignea superstruuntur non clavis compacta, sed funibus et fibris palmarum textis constrictæ. Portugalli, quum in has regiones penetrarunt, mirantes istud navigiorum genus primum offendebunt ad Mozambique, maxime vero ad Quiloa (V. Vincent II, p. 169 sq.). Arabes quoque sinilibus navigiis etiam inveniuntur (V. Ritter XII, p. 178). || — 8. γηργάθοις κτλ.] Eandem piscandi rationem viderunt Portugalli, et inter recentiores peregrinatores Saltius ad Mozambique observavit. || — 9. προπράχων] προράχων codex; malim προρράχων.

§ 16. Ἐπιδρόν τὰ Παπτὰ] Ptolemae IV, 7 et urbem et fluvium et promontorium ejus nominis memorat:

‘Ραπτοῦ ποταμοῦ ἐκεῖστι 72° 30' long. 7° lat.

‘Ραπτὰ μητρόπολις τῆς Βρέβα-

ράς μηρὸν ἀπὸ θαλάσσης, 71° * — 7° —

‘Ραπτὸν ἄκρον, 73° 50' — 8° 25'.

Nonnulli cum Rhaptorum urbe mediterranea composuisse videntur Esina emporium maritimum (v. supra not. ad § 15). Rhaptum promontorium ex Peripli ra-

τοῦ λιβός τῆς χάρκης ὑποχωρούσης, ut solet alibi. || — εἰτενηδιωμένου θεούς] Sic codex. In postremis latere constat Menuthias, quod in Menoutheias abiit, ut Θεσταί in Θεσπειαν corruptum est ap. Scylacem p. 47 et Dionysium p. 241. Quid pro εἰτενηδιωμένου περιενοῦν sit, minus liquet. Quam verba πρὸς αὐτὴν τὴν δύσιν nonnisi ad situm insulae pertinere possint (nisi forte plura excidisse statueris), Burneyus ap. Vincent. II, p. 560 conjectit: πρὸς α. τ. δύσιν διατελεύουσα ἡ M. Hasæus in Bibl. Bremensi VI, 1, p. 189, suffragante Fabricio, voluit ἔκτενομένη ἡ M., quod alienum foret ab usu scriptoris, qui ubique activam ejus verbi formam adhibet; debebat Hasæus, ἔκτενουσα vel καιμένη vel etiam ἐκκειμένη. Sed longius hæc a traditis literis recedunt. Fortasse refingendum: πρὸς αὐτὴν τὴν δύσιν ἔκτενουσα ἡ λίθος. Salmasius in Exerc. Plin. p. 878 assert nescio cuiusnam conjecturam: πρὸς αὐτὴν τὴν δύσιν εἴτε νότον Μεν.; ipse proponit: πρὸς αὐτὸν τὸ Πράστον ἄκρον εἰς ἔω Μεν.; H. Jacobius: πρὸς αὐτὴν τινά νότον Μεν.; Vincentus: πρὸς αὐτὴν ἡδη νησίων Μεν. Quæ omnia vel inepta sunt vel sensu prorsus parent. Ceterum quum Menuthias nonnisi ad hod. vel Pemba vel Zanguebar referri possit, quarum neutra ab ortu occasum versus extenditur, parum accurate situm insulae auctor indicavit. Idem ei accidit de Taprobane insula, de qua § 61: ἔκτεναι πρὸς αὐτὴν τὴν δύσιν νῆσος λεγομένη Παλαιστινὸν κτλ. Neque hanc neque illam Noster adiit; neque quidquam in remotissimarum regionum descriptione pre mendum est. — Menuthias a Pyralais distare dicitur δύο δρόμους νυχθέμερους, qui essicerent ex vulgari computo cursum stadiorum 2000. Pemba insula a Pyralais abest stadiis 1800, Zanguebar circa stadi. 2300. Itaque quattuorū navigatio ad utramque referri possit, prout unius diei cursus longitudinem vel auxeris paululum vel minueris. Humilis est insula utraque; Zanguebar stadii sere 200, Pemba 300 stadi. a continente distat, adeo ut Pemba potius indicari putas; at hæc insula non habet fluvios, quos in altera longe majore deprehendimus. Quare Menuthiadēm in hod. Zanguebar querendam esse censeo, dubitan tamen an non duarum istarum insularum memoriam male Noster conflaverit. Certe nautæ, qui Zanguebar neverunt, nequibat ignorare Pembam. Memorant Menuthiadēm præter Stephanum Byz. Ptolemae IV, 8 et VII, 2, qui insulam ponit 85° long., 13° 30' lat. austr., Prasum vero promontorium 80° long., 13° 30' lat.; in quibus nullius momenti est quod insula longissime a continente removetur; nam

λεγόμενα, ταύτην ἔχον τὴν προσωνυμίαν ἀπὸ τῶν προειρημένων βασιπτῶν πλοιαρίων, ἐν δὲ καὶ πλεῖστος ἔστιν ἐλέφας καὶ χελώνη. Μέγιστοι δὲ (ἐν) σώμασι περὶ ταύτην τὴν χώραν ἄνθρωποι δρατοὶ κατοικοῦσι καὶ κατὰ τόπον ἔκαστος δύοις τιθέμενοι τυράννοις. Νέμεται δὲ ἀδήνη, κατὰ τι δίκαιον ἀρχαῖον ὑποπίπτουσαν τῇ βασιλείᾳ τῆς πρώτης γινομένης Ἀρχείας, δὲ Μοφαρέτης τύραννος. Παρὰ δὲ τοῦ βασιλέως ὑπόφορον αὐτὴν ἔχουσιν οἱ ἀπὸ Μούζα, καὶ πέμπουσιν εἰς αὐτὴν ἔφολκια τὰ πλείστα κυθερήτας καὶ χρειακοῖς Ἀραψὶ χρώμενοι τοῖς καὶ συνήθειαν καὶ ἐπιγαμβρίαν ἔχουσιν ἐμπειρίους τε οὖσι τῶν τόπων καὶ τῆς φωνῆς αὐτῶν.

17. Εἰσφέρεται δὲ εἰς τὰ ἔμπορια ταῦτα προηγουμένως ἡ τοπικῶς ἐν Μούζα κατασκευαζομένη λόγγη καὶ πελύκια καὶ μαχαίρια καὶ δοτήτια καὶ λιθίας ὑαλῆς πλείστα γένη, εἰς δέ τινας τόπους ὅνος τε καὶ σίτου οὐδὲ δλίγος, οὐδὲ πρὸς ἐργασίαν ἀλλὰ δαπάνης χάριν εἰς φιλανθρωπίαν τῶν βαρβάρων. Ἐξφέρεται δὲ ἀπὸ

imitationem hanc noctum a *rhapsis* sive consutis naticulis, quas paullo ante memoravimus. Ebur in eo plurimum ac testudo est. Maximæ corporum statuæ circa hanc regionem homines *sparsim* (?) habitant, suo singuli loco tyrannorum more agentes. Administrat eam, antiquo quodam jure subjectam regno primæ quæ dicitur (λεγομένης) Arabiæ, Mopharitidis regionis tyrannus. A rege autem tributariam eam tenent Muzae incolæ, mittuntque hi in eam naves onerarias plerunque gubernatoribus et ministris Arabibus utentes, quibus et consuetudo et affinitas intercedit, atque peri sunt locorum et linguae indigenarum.

17. Importatur in hæc emporia data opera quæ peculiariter in Muza loco conficiuntur lanceæ et secures et cultri et subulæ et lapidis vitrei genera plura, porro in nonnulla loca vinum et frumentum haud paucum, at non mercandi sed muneris causa ad cenciandam barbarorum benevolentiam. Exportatur

tionibus illud esse debet, quod sinum, in quo Zanguebar sive Zenzibar ins. sita est, a meridie claudit, hod. *Moinano-Kolou* vel *Pointe Poune*. Ulteriora quum incognita essent, pone istud promontorium oceanum versus occasum flectere et meridionale Africæ latus incipere ex placito veteris geographie statuebant. Rhabta urbs ex Ptolemai indicio ponere licet ad flumen, qui a borea promontorii in mare excidit. Quamquam sic nimis est duorum dierum navigatio, quam inde a Menuthiade ad Rhapta esse auctor dicit. Vincentius Rhapta esse putat hod. *Quiloo*, quæ urbs longe ultra promont. sita est. || — 2. ἐν δὲ καὶ πλεῖστοι] καὶ om. edit. || — 3. ἐν σώμασι] ἐν om. edit. Non improbandum esse censem Bernhardyus, laudato suo de syntaxi gr. opere p. 212; insolens tamen est et ab usu Nostri alienum. Deinde Bernhardyus pro περὶ τῶν την legi vult οἱ περὶ τ. || — 4. δρατοῖ] Vocem h. I. ineptam ex dittographia praecedentium literarum ὥρωποι natam censem Schwanbeck. p. 485. In mentem venit legendum esse: σποράδην κατοικοῦσι, ut supra § 2, nisi forte fuit ἀνθρωποι πειραταὶ. || — 5. κατὰ τόπουν] κατὰ τὸν τόπον codex. || — ἔκαστος δύοις τ. τυράννοις] ἔκαστον ὅμοιως τιθ. τυράννους vulgo. «In quibus hæsit mendum ridiculum, quod et dura vocis ἔκαστον structura coarguit et perversa sententia, «singula loca certos suos tyrannos habent», cui repugnat continua narratio de unico tyranno Mopharite. Codex Palatinus ἔκαστος et manu prima τυράννοις, quorum utrumque sensus requirit: *homines vastissimis corporibus et quorum singuli ritu modoque tyrannorum res suas agant.* » BERNHARDY. || — 7. τῆς πρώτης γινομένης Ἀραβίας] Dodwellus pro γινομένης legi jubet λεγομένης, idque perprobabile est, quāmquā certum esse non dixeris, quām explicatio verborum τῆς πρώτης λεγομένης Ἀρ. meris conjecturis relinquatur. De Arabia prima tanquam provincia Romana cogitari voluit Dodwellus, perperam sane. Quodsi enim Festus Rufus dicit regnante Trajano *Syriam et Arabiam pro-*

vincias esse factas, pertinet id ad Arabiæ Petrae partem, Syria proximam, quam Cornelius Palma (105 p. C.) provinciam fecit (Dio Cass. LXVIII, 15). Ipse Trajanus contra Atrenos Arabum tribum, qui Atras (*Al-Hadhr*) urbem in Mesopotamia tenebant, pugnavit; Arabiam vero non adiit, nec ullus Romanorum exercitus inde a Galli expeditione in interiores regiones penetravit. Sed hoc ut mittamus, ipse Periplus Dodwelli sententiam refellit; nam quæ de Chokebo Mapharitidis tyranno et Charibae rege legitimo narrat, in provinciam Romanam minime quadrant. Vincentus II, p. 170, τὴν πρότην Ἀραβίαν interpretatur *the first and principal state of Arabia felix*; quo sensu dicendum erat τῆς πρωτευόσης, τῆς προηγουμένης. Si genuina est lectio vulgata nec *Homeritis* Arabia memorata erat, mercatores Ægyptios Arabiæ partem occidentalem quæ ipsis proxima erat, *primam* dixisse putaveris. Ceterum Azania Arabibus subjecta erat usque ad ea tempora quibus Portugallia ea potiti sunt, atque post eversam horum dominationem denuo sub pristinum imperium redacta est. || — 8. Μοφαρέτης] infra *Mapharéta*, quod videtur præstare. *Mapharéta* adjectivum designat Mapharitidis regionis tyrannum, cui Chokebi nomen. Cf. §. 31. || — 11. ἐπιχαρέριαν] Sic nunc quoque. || — καὶ συνήθοι.] κατὰ σ. cod.; em. Fabr. || — 12. τῶν τέ πων] τούτων τ. τόπων Fabricius et h. I. et aliis locis multis, de dicendi genere, quo Noster utitur, parum sollicitus. || — ναῦς πλιός] Hoc quid sibi velit, ego nescio. Certum testudinis genus indicari, ut Vincentius suspicatur, non est verisimile. *Nauplium*, animal sepiæ simile, Plinius memorat IX, 49; quod item a nostro loco alienum videtur. Guillain in *Annales maritimes* 1843, p. 818 species, quæ ex *Zanguebar* regione exportantur, recenset has: «ivoire, résine copal, sésame noir et sésame blanc, millet, cornes de rhinocéros, cire, girofle, huile de coco, olibanum, gomme arabique, goinme-myrrhe, aloès, écaille.»

τῶν τόπων ἐλέφας πλεῖστος [ἥστων δὲ τοῦ Ἀδουλιτίκου] καὶ δινόχεριος καὶ γελώνη διάφορος μετὰ τὴν Ἰνδίκην καὶ ναύπλιος ὄλγος.

18. Καὶ σχεδὸν τελευταίοτατά ἔστι ταῦτα τὰ ἐμπόρια τῆς Ἀζανίας τῆς ἐν δεξιοῖς ἀπὸ Βερνίκης ἡπέιρου· δὲ γάρ μετὰ τούτους τοὺς τόπους ὠκεανὸς ἀνερεύνητος ὃν εἰς τὴν δύσιν ἀνακάμπτει καὶ τοῖς ἀπεστραμμένοις μέρεσι τῆς Αἴθιοπίας καὶ Λιβύης καὶ Ἀφρικῆς κατὰ τὸν νότον παρεκτείνων εἰς τὴν ἐσπέριον συμμιγεῖ θάλασσαν.

19. Ἐκ δὲ τῶν εὐωνύμων Βερνίκης ἀπὸ Μυδὸς ὅρμου δυστὸν δρόμοις ἡ τρισὶν εἰς τὴν ἀνατολὴν διαπλεύσαντι τὸν παραχείμενον κόλπον ὅρμος ἔστιν ἔπερος καὶ φρούριον, δὲ λέγεται Λευκὴ κάμη, δέ τοις [δόδος] ἔστιν εἰς Πέτραν πρὸς Μαλίχαν, βασιλέα Ναβαταίων. Ἐγει-

ex locis ebur plurimum, sed Adulitico inferius, et rhinozeros et testudo post Indicam insignis et nauplii paululum.

18. Et hæc sere ultima sunt emporia Azanikæ continentis, que a Berenice proficiunt ad dextram est Nam post hæc loca oceanus, inexploratus adhuc, versus occasum inflectitur et juxta aversas Aethiopiam et Libyam et Africæ partes meridionales extensus occidental mari commiscetur.

19. A sinistris vero Berenices, postquam a Myosormo bidui vel tridui cursu orientem versus pernavigaveris sinum adjacente, aliis est portus et castellum, quod vocatur Leucecome sive Albus vicus, unde via est in Petram urbem ad Malicham, regem Nabataeorum. Idem vero locus etiam emporii vi-

§. 19. τῶν εὐωνύμων Βερνίκης] Hucusque τὰ δεξιὰ ἀπὸ Βερνίκης descripterat; Arabicum latus nunc descripturus appellat τὰ εὐωνύμα Βερνίκης, i. e. τὰ εὐωνύμα ἀπὸ Βερνίκης, quæ a Berenice proficiunt ad dextram sunt, nisi hoc ipsum reponens legi velis: ἐκ δὲ τῶν εὐωνύμων ἀπὸ Βερνίκης ἡ Μυσθέρμον. Alterum locum interpretatur Ritterus XII, p. 122, cui recte obloquitur Schwanbeckius l. l. p. 322. || — 14. Λευκὴ κάμη μη] Meminit ejus Strabo p. 780, ubi Aelius Gallus Cleopatri solvens post quindecim dierum navigationem ob maris pericula exitiosam ad Leucen Comenem appulisse narratur: Πολλὰ δὲ παθὼν καὶ ταλαιπωρθεὶς, πεντεκαθαταῖς ἤκηεν εἰς Λευκὴν κάμην τῆς Ναβαταίων γῆς, ἐμπορεῖν μέρα.. Τοῦτο δὲ ἀπειράστατο ἡ τοῦ Συλλαίου κακὰ τοῦ πεζῆ γῆταντος ἀνδεύειται εἶναι στρατοπέδοις εἰς τὴν Λευκὴν κάμην, εἰς ἥν καὶ ἔξ οἱ καμηλέμποροι τοσούτη πλήθει ἀνδρῶν καὶ καμηλῶν δεένουσιν διστραλῶν καὶ εὐπόρως εἰς Πέτραν καὶ ἐκ Πέτρας, ὧστε μὴ διαχέρεται μηδὲν στρατοπέδου. Ε cetera Strabonis narratione patet situm suissæ emporium in extremaditione Nabataeorum. Idem colligitur e Cosma Indopl. II, p. 143, ubi Auxumitarum rex dicit: Καὶ πέραν δὲ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης ολκοῦντας Ἀραβίτας καὶ Κιναδιοχολιπίτας στράτευμα χαυτικὸν καὶ πεζικὸν διαπεμψάμενος καὶ ιποτάξας αὐτῶν τὸν βασιλέας, φόρους τῆς γῆς τελεῖν ἔκθετος, καὶ δένεύειται μετ' εἰρήνης καὶ πλέοντοι. Ἀπὸ δὲ Λευκῆς κάμης τῆς Σεξένγιωρας ἐπολέμησαν. Præterea Leucen Comen habes ap. Geogr. Ravenn. II, 6, ubi series nominum hæc est: Negra (Νέγλα Steph. Byz., Ἐγρά Strabonis?), Tafram, Egram (Ἐγρά, 26° Ptol.), Sacatum (Σάκα 26° 15' Ptol.?), Cornan, Leucocoche, Corone, Salatim, Gera (hod. Serg?), Taboca (h. Tebuk). Ptolemaeus et Stephanus Byz. Λευκὴν κάμην non memorant, nisi forte putes pro græco nomine ab iisdem laudari arabicum Auara, δὲ τοι κατὰ Ἀραβας καὶ Σάρους λευκή. (Steph. B. v. Λέσχα. Cf. Bochart G. S. II, 1, c. 22; Gesenius Thes. s. v. γῆ). Resert Stephanus Auara urbem ab Areta Obodæ filio conditam esse, fabulamque de origine urbis addit, ex qua colligitur ad Auara fuisse albi coloris scopulūm; num vero maritima fuerit, nec ne, urbs, et quamam in regione sit collocanda, non tradidit. Fortasse igitur haec Auara ad nos omnino non pertinet. Certum est a Periplo alienam esse Auara lo-

cum, qui apud Ptolemaeum V, 17 inter mediterranea Arabiæ Petras oppida, non ita longe a Petra urbe distans (66° 10' long. 29° 40' lat.), recensetur (De quo cf. Tab. Peutig. XI, D; Notit. dignit. ed. Panciroli. 1602. fol. 91, Nilus Doxopatrin in Assemanni Biblioth. Orient. t. III, p. II, fol. 594), a Rittero autem (XII, p. 121. 127) perperam cum nostra componitur Leuce Come, quam Bochartus, D'Anvillius (*Descr. du golfe Arab. in Mém. sur l'Égypte anc.* Paris. 1766, p. 243) et Quatremère (*Mémoire sur les Nabatœns in Journal Asiatique* 1835 tom. XV, p. 16) et Noël des Vergers (*Arabie* p. 58) et Ritterus (XII, p. 123 sqq.) in hodierna Haurara portu recte mihi videntur agnoscere. Mannertus (VI, 1, p. 51) de hod. Janbo cogitavit, Gosselinus (ad vers. gall. Strabon. t. V, p. 292) et Jomard (*Études géogr. sur l'Arabie*, p. 143) de Moilah, Vincentus (I. II, p. 258) et Wellsted. (*Trav. in Arab.*, II, p. 137) de Ainune, Reichbarthus de Isabel Antar, Rüppell (*Reise in Abyss.* I, p. 248) de hod. Wedjh. Quas sententias cur post Ritterum denuo in examen vocemus, causa non est. De hodierno Haurara vide Edrisi I, p. 332, ubi recensetur: et Aouid portus e regione Noman insule, deinde meridiem versus Tena portus, tum Atauf, tum Haura, « bourg habité par des chérifs qui possèdent dans leur voisinage une mine où ils fabriquent des vases en terre, qui sont un objet considérable d'exportation. Non loin et au midi de ce bourg est la montagne de Radhoua. » E regione Haura loci (qui vocatur etiam Dar-el-eschrin. V. Wellsted *Trav.* II, p. 158) insula jacet Hassani, albo suo colore conspicua (*Seetzen in Monat. Correspond.* 1813, t. XXVII, p. 75), ad extremitatem meridiionalem sinus scopulis periculosisimi (V. Agatharchid. p. 182), cuius traiiciendi necessitatem adventantes ex Arabia nautæ effugiebant Leuces Comes situ peropportuno. Ruinas ad Haura extare audivit Wellstedius. || — 14. δέδει] Vocem supplerunt Fabricius et Schwanbeck. p. 341. De re cf. Strabon. I. 1. et not. ad Agatharchidem I. I. || — 15. Μαλίχαν] Regem hujus nominis, qui in Nestri tempora cadat, aliunde non novimus. (De alius Malichis sive Malchis, Nabataeorum regibus, vide laterculum ap. Vincent. II, p. 273. Cf. Quatremère I. I.)

δὲ ἐμπόριον τινὶ καὶ αὐτὴ ταξίν τοῖς ἀπὸ τῆς Ἀραβίκης ἔξαρτιζομένοις εἰς αὐτὴν πλοίοις οὐ μεγάλοις. Διὸ καὶ εἰς αὐτὴν καὶ παραλήπτης τῆς τετάρτης τῶν εἰσφερομένων φορτίων, καὶ παραρυλαχῆς χάριν ἔκανταρός καὶ μετὰ στρατεύματος ἀποστέλλεται.

20. Μετὰ δὲ ταῦτην εὐθέως ἐστὶ συναρφῆς Ἀραβικῆ γύρω, κατὰ μῆκος ἐπὶ πολὺ παρατείνουσα τῇ Ἐρυθρῷ θαλάσσῃ. Διάφορα δὲ ἐν αὐτῇ ἔνθη κατοικεῖται, τινὰ μὲν ἐπὶ ποσὸν, τινὰ δὲ καὶ τελείως τῇ γύρωσι διαλέσουσαν ταῦτα. Τούτων τὰ παρὰ θάλασσαν δμοίσις Ἰχνοφάγων μάνδραις διείληπται, τὰ δὲ ἐπάνω κατὰ κώμας καὶ νομαδίας οἰκεῖται πονηροὶς ἀνθρώποις διφύνοντες, οἵ παραπίποντες ἀπὸ τοῦ μέσου πλούτου οἱ μὲν διαρπάζονται, οἱ δὲ καὶ ἀπὸ ναυαγίων σωθέντες ἀνδραποδίζονται. Διὸ καὶ συνεχῶς ἀπὸ τῶν τυράννων καὶ βασιλέων τῆς Ἀραβίας αἰχμαλωτίζονται. λέγονται δὲ Κανράται. Καθόλου μὲν οὖν οὗτος δ τῆς Ἀραβικῆς ἡ πετροπαράπλους ἐστὶν ἐπισφαλῆς, καὶ ἀλίκενος ἡ γύρω καὶ ὑδορμος καὶ ὀκάθαρτος ἡ ρήχαις καὶ σπίλοις 20 ἀπρόσιτος καὶ κατὰ πάντα φοβερά. Διὸ καὶ εἰσπλέοντες τὸν μέσον πλοῦν κατέχομεν καὶ εἰς τὴν Ἀραβικὴν γύρων μᾶλλον παροξύνομεν ὅχρι τῆς Κατακεκαμένης νήσου, μεθ' ἣν εὐθέως ἡμέρων ἀνθρώπων καὶ νομαδίασιν θρεψαμένων καὶ καμψίλων συνεχεῖς [χώραι].

25. 21. Καὶ μετὰ ταύτας ἐν κόλπῳ τῷ τελευταιοτάτῳ τῶν εὐνόμων τούτου τοῦ πελάγους ἐμπόριον ἐστὶ νομιμον παραθαλάσσιον Μούζα, σταδίους ἀπέχον τοὺς πάντας ἀπὸ Βεργίκης, παρ' αὐτὸν τὸν νότον πλεόντων,

cem quodammodo præstat iis qui ex Arabia merces in eum navigiis non magnis devehunt. Quare etiam perceptor quartæ mercium quæ importantur partis, et custodiæ causa centurio cum militum manu eo mititur.

20. Post hunc locum statim sequitur contigua Arabiæ regio, quæ per longum tractum juxta Erythræum mare porrigitur. Diversæ eam gentes incolunt, aliae aliquatenus, aliae prorsus inter se lingua differentes. Ibi quoque ora maritima Ichthyophagorum tuguriis passim occupatur, superiorum autem regionem secundum vicos et pascua improbi tenent homines bilinguales, in quos si qui ex media navigatione excidunt, spoliantur, vel si ex naufragio illuc evaserunt, servituti addicuntur. Quam ob causam assidue a tyrannis et regibus Arabiae in captivitatem abiguntur; vocantur autem Canraite. Ac omnino haec Arabiæ continentis præternavigatio plena est periculi; regio importuosa, commodis navium stationibus destituta, immunda cautibus et scopulis inaccessa et per omnia horrenda. Quapropter hue innavigantes per medium mare cursum tenemus, et versus Arabicam regionem ecclius contendimus usque ad Combustam insulam, post quam continuo sequuntur regiones hominum mansuetorum et pastorici pecoris et camelorum.

21. Post has in ultimo sinistrae hujus oræ sinu litora adjacet Muza, emporium legitimum, quod a Berenice austrum versus navigantibus in summa distat ad duodecim millia stadiorum. Totum Arabibus nauclericis

Omnino paucissima tantum de postremis temporibus regni Nabatæorum, quod an. 105 p. Chr. Palma Trajanæ dux sustulit (Dio Cass. LXVIII, 14. Eutrop. VIII, 2, 9. Amm. Marc. XIV, 8), comperta habemus. || — 1. καὶ αὐτὴν] καὶ αὐτὸν codex; em. Fabricius. || — 1. τοῖς ἀπὸ τῆς Ἀραβίας] Nabatæorum terra ab Arabia distinguitur. || — 2. Codex ita: Διὸ καὶ παραρυλαχῆς χάριν καὶ εἰς αὐτὴν παραλήπτης τῆς τετάρτης τῶν εἰσφερομένων φορτίων καὶ ἔκανταρόγης μετὰ στρ. ἀποστ., quæ transposuit Fabricius. || — 5. ἀποστέλλεται] sc. a Nabatæorum rege, ut sponte intelligitur; a Romanis, si audias Vincentum, nescio an ἔκανταρόγης vocabulo seductum.

§ 20, l. 9. τῇ γλώσσῃ διαλέσσοντα] De variis Arabiæ linguis, quibus penitus indagandis eximiam Fresnelius operam collocat, vide quæ laudat Ritter XII, p. 44 sqq. || — 10. Ἰχνοφάγων] hodiernæ *Hutemi* tribus. Vide not. ad Agatharch. § 89. || — 12. νομαδίας] Vox alibi, quantum sciām, non obvia. An κατὰ κώμας καὶ νομάς διοικεῖται? || — 16. Κανράται] Καραράται codex; fort. corrupta vox. Κασσαντῖται dicuntur Ptolemaeo, Κασσανδρῖται et Γασσανδρῖται apud Agatharchidem (§ 96) Photii et Diodori, ubi vide. || — 17. Ἀραβικῆς ἡ πελέρου] Ἀρ. γύρως ἡ πελέρου codex ex conflata scripturæ varietate. || — 19. ἀκάθαρτος] Eodem sensu sinus orie Africane Ἀκάθαρτος vocatur. || — 20. εἰσπλέοντες τε τῷ μ. Ιεπτελέοντων μ. codex; εἰς πλέον τὸν conj. Schwanbeck. p. 322. || — 21. εἰς τὴν Ἀραβικὴν γύρων] Hoc mira dictum, quum antecedens tractus

item vocetur Ἀραβικὴ γύρω. An igitur: εἰς τὴν εἰρηνικὴν γ. sive εἰρηνικωτέραν μᾶλλον? an εἰς τὴν Καραθέτην γύρων? nam ferocios illos Casandrenses ap. Agatharchidem excipiunt Κάρθαι, post quos sequuntur Sabæi. || — 22. Κατακεκαμένης νήσου] hod. *Djebel Tar*, uti statuunt D'Anvillius l. I. p. 252, Vincentus p. 252, Ritter. XII, p. 671. Insula ad nostra usque tempora Vulcaniis ignibus servebat. V. Botta *Relation d'un voyage dans le Yémen en 1837.* (Paris 1841) p. 137. Ptolemaeus VI, 7 τὴν νῆσον κατακεκαμένην collocat 70° 30' long.; 15° 20' lat., inter Cardaminen (16°, h. Cameran) et Aret (15°, h. Aroe). || — 24. συνεχεῖς γύραι] γύραι suppl. Stuckius, quamquam aliud quid scripsisse auctorem persuasum est. An οἰκήσεις?

§ 21, l. 27. Μούζα] Muzam emporium plurimi eo fere loco fuisse censem, ubi nunc est *Mokha* (13° 19' lat.), prope quam etiamnum fundus maris arenosus ancoris jaciendis per est idoneus. Ceterum quum *Mokha* urbs recens admodum sit, in mediterraneis autem 220 fere stadia ab hod. portu distans occurrat *Muza* vicus, in hoc ipso loco stetisse vetus *Muze* emporium, terraque tractum, qui inter vicum et maris litus nunc intercedit, paullatim aggestum esse Niebuhrus et post eum alii censuerunt. Id vero probabile esse jure negare videtur Ritterus XII, p. 771, qui nomen ab emporio deleto ad propinquum locum translatum suspicatur, quum complura ejus rei praesto sint exempla. Sed ne hoc quidem crediderim. Ptolemaeus (VI, 7, p. 403) enim *Muza* emporium ponit 14° lat., unde colligas

ζεῖς μυρίους δισχιλίους. Τὸ μὲν δόλον Ἀράβων ναυτικῶν ἀνθρώπων καὶ ναυτικῶν πλεονάζει καὶ τοῖς ἀπ' ἐμπορίας πράγμασι κινεῖται· συγχρονται γὰρ τὴν πέραν ἔργασίας καὶ Βαρυγάζων ιδίοις ἔξχρισμοις.

6. Υπέρειχεται δὲ αὐτῆς ἀπὸ τριῶν ἡμερῶν πόλες Σαύη, τῆς περὶ αὐτὴν Μαχαρίτιδος λεγομένης χώρας· ἔστι δὲ τύραννος καὶ κατοικῶν αὐτὴν Χολαίδης.

23. Καὶ μετ' Ἄλλας ἐννέα ἡμέρας Σαφάρο μητρόπολις, ἐν ἡ Χαριβάλῃ, ἐνθεσμος βασιλεὺς ἑνῶν δύο, τοῦ 10 τε Ουμηρίτου καὶ τοῦ παρακειμένου λεγομένου Σεβαΐτου, συνεχέστι πρεσβείαις καὶ δώροις φέλος τῶν αὐτοχρετόρων.

24. Τὸ δὲ ἐμπόριον ἡ Μούζα ἀλίμενον μὲν εὔσταλον δὲ καὶ εὔσφρον διὰ τὰ περὶ αὐτὴν ἀμμόγεια ἀγχυροβόλια.

15 Φορτίχ ἐεὶς αὐτὴν προσγωρεῖ πορφύρα, διάφορος καὶ

hominibus et nauticis refertum, ac mercatura rebus occupatur; nam commercia cum ulteriore Libyæ reione et Barygazis exercent, proprias illuc naves expedientes.

22. Supra eam, trium dierum itinere distans, urbs jacet Saue in regione Mapharitide dicta. Tyrannus ibi Sauen urbem incolit Cholæbus.

23. Post alios dies novem sequitur Saphar metropolis, in qua Charibael, legitimus rex gentium duarum, Homerite et huic contiguae Sabaitæ, quæ vocatur, crebris ille legationibus muneribusque amicus Imperatorum.

24. Muza emporium portu quidem caret, communum vero est sistendis in salo navibus, quum fundum arenosum præbeat jaciendis ancoris. Merces illuc

magis quam hod. *Mokha* boream versus esse collocandum, ut fecit Mannertus cum Muza componens hodiernum *Mauschid* vicum. Hunc quidem in mappa Moresbyana non video notatum, sed ejus loco ipsum *Musa* nomen deprehenditur. Distant *Musa* illa a *Mokha* ad 230 stadia. || — 1. μυρίους δισχιλίους] Inde a Berenice usque ad Muzam linea recta ne octies quidem mille stadia sunt. Sin oram legeris a Muza ad *Haura*, et hinc Berenicen trajicias, major sane stadiorum numerus (circa 10,000), vel sic tamen eo quem Periplus exhibet multo minor colligitur. In errorem duxisse videtur tempus ingens quod navigationi insunere solebant. Certe Plinius VI, 26 § 104: *Navigare incipiunt* (sc. a Berenice) *œstate media ante canis ortum aut ab exortu protinus, veniuntque circiter trigesimo die Ocelim Arabiæ aut Canen thurisera regionis. Est etiam portus qui vocatur Muza, quem indica navigatio non petit, nec nisi thuris odorumque Arabicorum mercatores. Intus oppidum, regia ejus, appellatur Sapphar, aliudque Save. Haec et quæ sequuntur apud Plinium, e Periplo aliquo hausta sunt, qui nostro erat simillimus. || — 2. πλεονάζει ταῦτα... πράγματα codex; em. Fabricius. Schwabeck. conj.: τὸ μὲν δόλον Ἀράβων ν. α. κ. ναυτικῶν πλέον, πλεονάζει δὲ ταῦτα ἐπιπ. [τὰ πράγματα κεῖται. || — 3. τῇ τοῦ πέραν ἐργ.] De Barbariæ et Azaniae emporiis cogita. || — 6. Σαβή] *Save* Plinius I. l. Ptolemaeus VI, 7, p. 411: Σαβή βασιλεῖον, 76° long. 13° lat., adeo ut 500 fere stadii meridiem et orientem versus a Muza distet. Intervallum et via directio quadrant si a *Musa* (non item si a *Mokha*) proficeris ad *Taæs* urbem (13° 34' sec. Niebuhr.), prope *Sabber* montem. De ea urbe, sec. XII-XIV regia sedes dynastie *Beni Besul*, vide Niebuhr. *Arabien* p. 240 sqq., Ritter. XII, p. 781 sqq. || — 6. Μαχαρίτιδος] *Machaeritidōs* codex; em. Salmasius. Supra § 16 legitur δο Μαχαρίτης τύραννος et § 31 τῷ Μαχαρίτῃ τυράννῳ. Ptolemaeus quoque VI, 7 *Machaeritas* (sic) juxta Σαφάριτας recenset. Nomen regionis superstes esse videtur in hodierno *Mharras* monte, quem a *Taæs* urbe orientem et boream versus notat Berghausius. || — 7. τύραννος] Cf. not. ad § 1. Regum praefectos sive *sheiks* in Arabia sepe numero rebelles sua sibi imperia constituisse*

constat. Idem fecisse Cholæbum (*Chaleb* arabice) cur credamus, nihil video, quum mercatores Muzae adeunte non modo Cholæbo sed etiam Charibaeli regi dona destinarent. || — 8. Σαφάρο μητρόπολις] ἀράρ. cod.; em. edit. Plinius I. l. *Sapphar*, item Ptolemaeo VI, 7 : Σαπτάρο μητρόπολις (78° long. 13° lat.). Eandem Tāpharōn dicit Philostorgius H. Eccl. III, 4 p. 478, ubi de Theophilo a Constantio ad Sahēos sive Homeritas misso: Τῶν δὲ ἐκκλησῶν μάλισταν ἡ αὐτὴ τῇ μητρόπολει τοῦ παντὸς ἔθνους Τάφαρον δνομαζομένην καθιδρύσατο (alias extruxit in Adane emporio). Cf. Stephanus: Τάφαρρα, οὐδετέρως, πόλις τῆς εὐδαιμονος Ἀράβης, ὡς Ούρανος ἐν Ἀράβην γ'. Hodie *Dhasar* (sic *Beschrreibung Arabiens* p. 236. 290. *Reise* I, p. 400) sive *Dsosfar* sive *Zafar* (Seetzen in *Monatl. Correspondenz*. tom. XXVIII, p. 228); *Sifar* vel *Difar* in *geographia seu Dschihannuma Turcæ geographi* Iadschi Chalifa; *Dhasar* ap. Edrisium I, p. 148 : « *Dhasar* est la capitale du district de Jahssch. C'était autrefois une des villes les plus considérables et les plus célèbres. Les rois de l'Iémen y faisaient leur résidence et on y voyait les palais de Zeidan. Ces édifices sont maintenant en ruines et la population a beaucoup diminué. Toutefois, les habitants ont conservé quelques débris de leurs anciennes richesses, etc. » Abulfeda Arab. *descript.* p. 30 duo ejusdem nominis urbes confundit. V. Ritter. XII, p. 259. Veteris urbis et palatiū ruinæ in hiisque inscriptiones himjariticæ existant non longe ab hod. *Jerim* (14° 30' sec. Niebuhr.). || — 8. ταῦτα μετ' ἀλλαγῇ εννέα ἡμέρας] Secundum Peripli verba a *Sauē* ad *Sapphar* novem dierum iter erat; Niebuhrius eandem viam per montana ducentem sex diebus confecit. Suspiceris itaque novem Peripli dies potius a *Muza* ad *Sapphar* numerandos esse. || — 9. Χαριβάλη] Nomen hoc non occurrit inter reges Himjaritarum quos aliunde novimus. Apud Ptolemaeum hæc regio dicitur Ελισάρων (a rege ejus nominis). || — 10. Inter Homeritam et Sabaitam regionem ita distinguere auctor videtur, ut illa *Sapphar* habeat regiam, Sabaita autem ab oriente sit contermina cum *Saba* (*March*) metropoli. *Sabæos* juxta Homeritas recenset etiam *Uranius* ap. Steph. Byz. v. Χατταμωτῖς; Pro *Sabæatos* codex *Sabæatos*.

χυδαία, καὶ ίματισμὸς Ἀραβικὸς χειριστῶτος, δὲ τε ἀπλοῦς καὶ ὁ κοινὸς, καὶ σκοτουλάτος καὶ διάγρυσος, καὶ κρόκος καὶ κύπερος καὶ θόδνιον καὶ ἀσθλλαῖ καὶ λόδικες οὐ πολλαὶ, ἀπλοῦ τε καὶ ἐντόπιοι, ζῶνται σκιωταῖς καὶ μύρον μέτριον καὶ χρῆμα ικανὸν οἶνός τε καὶ σῖτος οὐ πολὺς. Φέρει γὰρ καὶ ἡ χώρα πυρὸν μετρίως καὶ οἶνον πλείονα. Τῷ δὲ βασιλέᾳ καὶ τῷ τυράννῳ δίδονται ἵπποι τε καὶ ἥμιονοι νωτηγοὶ καὶ χρυσώματα καὶ τορνευτὰ ἀργυρώματα καὶ ίματισμὸς πολυτελῆς 10 καὶ χαλκουργήματα. Ἐξάγεται δὲ ἐξ αὐτῆς ἐντόπια μὲν, σμύρνα ἑκλεκτὴ καὶ στακτὴ * ἀσειριμναία, λύγδος καὶ τὰ ἀπὸ τῆς πέραν Ἄδουλὶ προειρημένα φορτία πάντα. Πλεῖται δὲ εἰς αὐτὴν εὐκαίρως περὶ τὸν Σεπτέμβριον μῆνα, ὃς ἐστι Θώθ· οὐδὲν δὲ κωλύει κανόνα τάχιον.

25. Μετὰ δὲ ταύτην ὥσει τριακοσίους παραπλεύσαντες σταδίους, ηδη συνερχομένης τε τῆς Ἀραβικῆς ἥπεριους καὶ τῆς πέραν κατά τὸν Αὐαλίτην Βαρθαρίκης χώρας, ἀδύνι ἐστιν οὐ μαρρός, δ συνάγουν καὶ εἰς 20 στενὸν ἀποκλείουν τὸ πέλαγος, οὗ τὸν μεταξὺ πόρον ἔχοντα σταδίους μεσολαβεῖ νῆσος ἡ Διοδώρου· διὸ καὶ ῥώδης, καταπνεόμενος ἀπὸ τῶν παρακειμένων ὅρῶν, ἐστὶν δ κατ' αὐτὴν διάπλους. Κατὰ τούτον τὸν ἴσθμὸν παραθαλάσσιος ἐστιν Ἀράβων κώμη τῆς αὐτῆς τυραν-

importanter purpura tum pretiosior tum vilius, vestes Arabica manicatae, et simplices et communes et scutellatae et auro pertextae, porro crocus, cyperus, othonium, abolke, lodies haud multæ, tum simplices tum ad morem illius loci factæ, zone umbratiles, unguenti copia mediocris, pecunia satis magna, vini et frumenti haud multum; ipsa enim regio mediocrem tritici et majorem vini fert copiam. Regi autem et tyranno dantur equi, muli clitellarii, vasa aurea et argentea cælata, vestes pretiosæ, supellex ænea. Exportantur inde quæ ibi nascuntur myrrha eximia et stillata, et Gabiræa et Minæa, porro lygds et quæ ex Aduli in transfretana feruntur merces supra memoratae omnes. Navigatur in Muzam opportuniissimo tempore circa mensem Septembrem sive Thoth; nihil tamen obstat quin citius etiam.

25. Hinc si per trecenta fere stadia oram præteravigaveris, coeunte jam Arabica continente cum objecta ad Aualiten sinum regione Barbarica, fretum est haud ita longum pelagusque in arctum coercens, cuius intermedium transitum, sexaginta illum stadiorum, Diodori insula intercepit. Unde fit ut fluxuosus sit, perlatus scilicet ex adjacenti montium jugo, juxta eam trajectus. Ad has igitur angustias maritimus est Arابum vicus ejusdem tyrannidis, Ocelis, non tam empo-

§ 24, l. 2. σκοτουσλάτος] Est scutulata vestis Latinorum. Cf. Joan. Lyd. De magistr. I, 10 p. 24: σκοτλάτα τὰ ἱσχύα τε καὶ στεγνὰ καὶ κοῦφα τῶν ἐσθημάτων καλοῦσιν οἱ Ῥωμαῖοι. Οὐκοῦ σκοτλωτικαὶ Ducangio ex Herone citatur. || — 3. κύπερος], quod non est in κύπερος mutandum, quem κύπερος apud seriores Graecos usu tritum sit. Est juncus odoratus, de quo multa Salmasius in Plin. Exerc. p. 703 sq. et in Homonym. hylesiatrica p. 703. V. Plin. XXI, 18. || — 3. λύγδοις] Ea vocis forma an aliunde nota sit, quæro. Vocem λυδίου eodem sensu Ducangius citat ex Epiphanio Contr. Meletianos, ubi : ἰμάτιον ἐκπετάσει, τοιτέστι λυδίουν εἴτε οὖν πάλλιον. || — 4. σκιωταῖ] zonæ variis coloribus adumbratae. Aliunde non nota vox. Σκιωτοὶ ea significatione legitur in Zosimo Panopl. ms., citante Ducangio v. σκιωτριαι. Idem fort. n. l. reponendum. || — 8. ἡ ποιούτε καὶ ἥμιονοι] Carebat iis Arabia meridionalis, ut ex Eratostheni tradit Strabo XVI, p. 768. || — 11. στακτὴ] De myrra stillata sive de liquore oleaceo, qui ex incisa myrra arbore destillat, v. Theophrast. De odor. c. 29, Hist. Pl. IX, 4; Dioscor. I, 74; Polybius XIII, 9, 5; Athen. V, p. 194, B; Solinus c. 33; Ovid. Met. IX, 499, et a Theophrasto ceterisque dissentientiis Plinius XII, 15. Salmasius Exerc. Pl. p. 367. || — ἀσειριμναία] Heac vox non juggeda cum στακτὴ, sed aliud myrra genus indicat, ut colligas et Dioscoride I, 17: καὶ λέγεται αὐτῆς (sc. τῆς σμύρνης) ἡ μέν τις τε πεδιάσμος λιπαρὰ, ἡς πιεζομένης ἡ στακτὴ λαρβάνεται, ἡ δὲ τις Γαβιραῖα λιπαρωτάτη. Patet eandem indicari n. l. voce ἀσειρ, quod videtur corrigendum in γαβειρ (wadi Gabir occurrit in Oman regione. V. Ritter XII, p. 560), cuius nominis locus

in Minnæorum regione fuerit, si recte habet vox ἀσειριμναία. Dubitate enim licet, an non duo potius genera Γαβιραῖα et Μιναῖα male in unum sint conflata; nam σμύρνα Μιναῖα distinguitur ap. Dioscoridem (ubi vulgo Ἀμινέα perperam), memoratur vero etiam ap. Hippocrat. p. 631, 66 (ubi ἀσηρος σμύρνα ab loco Arabiæ Μιναῖα vocari dicitur) et Galen. κατὰ τοπ. p. 232, 26 ed. Bas. Salmasii conjecturam pro ἀσειριμναίᾳ leg. esse σμύρνα, respuumus. || — 11. λύγδοις] De voce cf. Suidas v. λύγδον, Hesych. s. v. et Diodor. II, 52 ubi : διόπερ οὔτε ἡ Παρία λύγδος οὔτε ἀλλὰ θαυμαζομένη πέτρα τοῖς Ἀράβοις λίθοις ἔξισωθῆναι δύναται. Ni fallor, legendum est.... ἡ Παρία λύγδοις (uti est in duabus codd.). . . τοῖς Ἀράβοις λύγδοις. De Arabicō hoc marmoris (vel alabastri) genere Plinius XXXVI, c. 8 : Lygdinos in Tauro repertos amplitudine quæ lances craterasque non excedant, antea ex Arabia tantum-advehî solitos, candoris eximii. Cf. Salmasius Exerc. Plin. p. 394. || — 14. θέστι] Supra legimus θέστι; utrumque licet.

§ 25, l. 16. ὥσει τριακοσίους] Haec pertinent a Musa usque ad Mokha et paullo ultra, sive usque ad terminum sinus in quo Musa jacet, et post quem, coarctato jam mari, litus Arabicum recta ad sauces usque extenditur. || — παραπλεύσαντες] Pro nominativo absoluto malim ex usu scriptoris παραπλεύσαντα vel παραπλεύσαντι. || — 21. ἔξηκοντα στακτὴν] Diodori insula (h. Perim), quam Plinius quoque, Ptolemaeus, Agathemerus et Geogr. Ravenni, memorant, ab Arabica ora 40 fere stadiis distat, ab opposito in Libya Ras Bir stadiis 100 (sec. mapp. Moresh.). Sexaginta stadia cum Nostro produnt Strabo

νίδος Ὀκηλίς, οὐγκ οὔτως ἐμπόριον ὡς ὅρμος καὶ ὑδρευμα καὶ πρώτη καταγωγὴ τοῖς ἔσω διάτροφαις.

28. Μετὰ δὲ Ὀκηλίν, ἀνοιγομένης πάλιν τῆς θαλάσσης εἰς ἀνατολὴν καὶ κατὰ μικρὸν εἰς πέλαγος ἀποφρανομένης, ἀπὸ σταύρων ὡς γιλιῶν διακοσίων ἔστιν Εὐδάκιμων Ἀραβία, κώμη παραθαλάσσιος, βασιλεῖας τῆς αὐτῆς Χαριταθή, τοὺς ὅρμους μὲν ἐπιτη-

rium quam statio et aquatio primumque intus trai-
cientibus diversorum.

26. Post Ocelin, aperiente se rursus mari versus orientem, paullatimque in pelagus abeunte, milleducen-
torum fere stadiorum intervallo est Eudæmon sive Felix Arabia, pagus maritimus, ad regnum ejusdem Charibaelis pertinens, qui navium stationes commodas et

p. 769, Agathem. I, 3 et Plinius VI, 33 (7500 pass.). Cf. not. ad Agatharch. § 79 p. 165. || — 1. Ὀκηλίς] Strabo p. 769 ex Artemidoro novit *Acilam* promontorium: τὸ ἀντικείμενον ἐκ τῆς Ἀραβίας ἀχρωτῆριον τῇ Δεῖρῃ καλεῖσθαι Ἀλδαν. *Emporium Acila* habet Plinius VI, s. 32 § 151: *Flumen Museros, portus Laupas (Wadi Abass?)*, *Scenite Sabaei, insulae multae, emporium eorum Acila, ex quo in Indianum navigatur*. Idem VI, 26 § 104: *Indos potentibus utilissimum est ab Oceli egredi*. Ptolemaeus post Muzam (14° lat.) memorat Σωστίπον λιμένα 13° (ad hoc. *Mokha?*), Ψευδόκηλην 12° 30' (ad *Zee hill* in mapp. *Moresb.?*), Ὀκηλίν ἐμπόριον 12° et Πλανύδρομον ἄκραν 11° 40'. Denique *Bulikas* portus, a quo Homeritas in Adulin solvere dicit Procop. B. Pers. I, 19, ab Oceli non videtur esse diversus. D'Anvillius vetus nomen superesse monet in recentiori *Ghela* portu, quod nomen non deprehenderunt Angli, qui primi accuratius hunc tractum lustrarunt (V. J. Bird in *Journal of the Roy. geogr. soc. of London*, 1834, tom. IV, p. 200. Haines ib. 1839, tom. IX, p. 126.). Ceterum dubium non est, quin Ocelis sita fuerit prope alterum ex duobus maris recessibus parum profundis, in quos etiam nunc nautæ objecta ex Africa transjacentes solent appellare. Adjacet iis *Djebel Manhali* (12° 41' 10'' lat.; 43° 32' lat. Greenw.); pone cum *Djebel Heikah* et *Dj. Turbah*, quorum hic aliquas habet ruinas, fortasse ad Ocelin pertinentes.

§ 26, l. 6. Εὐδάκιμων Ἀραβία] hoc. *Aden* (12° 46' 15'' lat., 45° 10' 20'' long. gr.), quæ ex alto venientibus insula esse videtur. Sita enim in celsis abruptisque saxis, quæ perhumili et tenuissima tenia junguntur continenti. Locum inexpugnabilem fere Haines (*Journal. I. I. IX*, p. 135) alterum vocat *Gibraltar*. Ipsa natura hunc designavit itineris terminum magnis Indorum navibus, quibus per fauces sinus Arabici penetrare et longum et periculose erat. Supersunt veteris empiriorum vestigia, inter eaque aquæductus ruinæ. Vide præter Heinium R. Forster *Topographical and general description of the cap of Aden in Proceedings of the Bombay geogr. soc.* 1839 p. 15 sqq.; Malcolmsen. *Account of Aden*, in *Journ. of the roy. Asiat. soc. of Gr. Brit. and Ireland*. 1845. I, p. 279-392; Ritter. XII, p. 677. Nulla empiriorum mentio apud Plinius, nisi forte cum Reichardo (*Kl. geogr. Schrift.* p. 472) locum *Athenas* dici putes in hisce (VI, 32): *Muran-nimal* juxta flumen per quod *Euphratem* emergere putant, gentes *Agræi* et *Ammonii*, oppidum *Athenæ*, vel cum Mannerto statusas *Attanas* vocari VI, 32, ubi ita: *Homnae et Attane* (vgo *Athanæ*), que nunc oppida maxime celebrari a Persico mari negotiatorum dicunt. Neutro loco quum de nostro tractu sermo sit,

vis sententiarum illarum in fallaci sonorum aucupatione residet. Aliam Mannerti opinionem, ex qua *Aden* esset *Eden* apud Ezechiel prophetam jure respuit Ritterus XII, p. 245. Denique Ἀδανα Arabiae urbs mediterranea, quam ex Uranio Stephanus laudat, ad *Aden* urbem, inter *Zebid* et *Sanaa* sitam (Edrisi I, p. 50), non vero ad nostrum emporium, referenda est. Apud Ptolemaeum μετὰ τὰ στενὰ μεμοντά Ποσεῖδειον ἄρχον 75° long., Σανίνα πόλις 75° 30', Κακουθάρχη δρός 76° 15', Μαδόνη πόλις 77°, Μαρδάκη, πόλις 78°, Λέες κώμη 78° 50', Ἀμμωνίου ἀχρωτῆριον 79° 20', Ἀραβία ἐμπόριον 80°, Ἀγμαντηρή κώμη 80° 40', Μέλαν δρός 81° 30. Ex his Madocen respondere Eudæmoni Arabiae Peripli censem Mannertus et Reichardus, quia utriusque loci eadem sit ab ostio sinus Arabici distantia. Quod argumentum justo pondere caret. Dicendum erat Eudæmonem Arabiam a Ptolemaeo simpliciter dici Ἀραβίαν ἐμπόριον; distantiam vero qua Arabia ab Oceli separatur, tribus fere gradibus esse justo Peripli numero majorem; recte autem cum Periplo exputari distantiam, quæ est ab Arabia ad Canen emporium (bis mille stadiorum et ultra sec. Peripl.; 4 graduum sec. Ptol.). Nam dissensum Ptolemai in priore distantia quærendum esse, prater nomen Ἀραβία ἐμπόριον probat etiam quod non multo post Arabiam ponitur Μέλαν δρός; id enim aperte est *Black point* in mappis recentioribus dimidio fere gradu ab *Aden* chersoneso dissitum. — *Emporium Nostrum* tempore ad viei exilitatem redactum vel Ptolemei ætate, ut videtur, reflorescere coparet. Constantini temporibus pristinam celebritatem aliquatenus recuperaverat, ut colligis et Philostorg. Hist. Ecc. III, 5 p. 478: Ετέραν δὲ (sc. Ἑξαληστραν Θεόφιλος καθιδρύσατο), ἐν ᾧ τὸ Ρωμαϊκὸν ἐμπόριον ἐτύγχανεν, ἔξω πρὸς τὸν ὄκεανὸν τετραμένον· καλοῦσα δὲ τὸ χωρὸν Ἀδάνην· ἔνω καὶ τοὺς ἐκ Ρωμαλων ἀριστονομένους θύος ἢν καθορμίζεσθαι. Inter Arabes geographos v. Isztachri p. 13 vers. Mordtmannianæ, qui de *Aden* emporio: Majores quidem, inquit, *Yemen* urbes habet, celebriorem vero nullam. Edrisi I, p. 51: « La ville d'Aden est petite, mais renommée à cause de son port de mer, d'où partent des navires destinés pour le Sind, l'Inde et la Chine »; Abulfeda Descri. Arab. p. 27 sqq. ed. Rommel; Ebn-Batuta p. 55. Cf. Ritter. XII, p. 242 sqq. Graeci mercatores in fortuissimum Felicis Arabiceemporium nomen Εὐδακίμου Ἀραβία lusu quadam transtulisse videntur; ansam rei præbuerit *Aden* nomen Arabicum, quod sensim abiit in Εὐδακίμων. Ac notandum est § 27 codicem præbère Eudæmonos Ἀραβικῆς. Ceterum cf. Meli III, 8: *Canæ et Arabia*; Jul. Honor. p. 699: *Arabia oppidum. Aethicus p. 707: Eudæmona.* || — 7. Χαριταθή, τοὺς] Χαριταθήτος. cod.; em. Huds.

δείνος καὶ οὐδεμάτα γλυκύτερο [καὶ] κρέσσονα τῆς Ὀχλεως ἔχουσα, ηδη δὲ ἐν ἀρχῇ κόπου κειμένη τῷ τὴν χώρων ὑποφεύγειν. Εὔδαιμον δ' ἐπελήθη, πρότερον οὖσα πόλις, ὅτε, μήπω ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς εἰς τὴν Αἴγυπτον ἐρχομένων μηδὲ ἀπὸ [τῆς] Αἰγύπτου τολμαύτων εἰς τὸν ἔσω τόπους διαίρειν, ἀλλ' ἄχρι ταύτης παραγινομένων, τὸν παρ' ἀμφοτέρων φόρτους ἀπεδέχετο, διπερ Αἰλέξανδρεια καὶ τὸν ἔξωθεν καὶ τὸν ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου φερομένων ἀποδέχεται. Νῦν δὲ οὐ πρὸ 10 πολλοῦ τὸν ἡμετέρων χρόνων Καῖσαρ αὐτὴν κατεστρέψατο.

27. Ἀπὸ δὲ τῆς Εὔδαιμονος Ἀραβικῆς ἐκδέχεται συν-
αρψης αἰγαλὸς ἐπιμήκης καὶ κόλπος ἐπὶ δισγιλίους ἢ
15 πλείονας παρήκμων σταδίους, Νομάδων τε καὶ Ἰχθυο-
φάγων κώμαις παροικούμενος, οὗ μετὰ τὴν πρέ-
χουσαν ἄκραν ἐμπόριον ἐστιν ἔτερον παραθαλάσσιον,
Κανὴ, βασιλείας Ἐλεάζου, κύρως λιθανωτορόου,

1. ὑδρεύματα] Rivi in hac peninsula nulli, sed putoeaxis incisi sunt aquæ egregiæ copiam suppeditantes. Præterea aquæductus rudera supersunt. || — 1. καὶ supplevit Hudsons || — 3. ὑπορεύγειν] audacius dictum pro ὑποχωρεῖν, quo uti Noster solet, et quod hoc quoque loco reponi voluit Schwanbeck. || — 5. τῆς] inserui. || — 10. Καῖσαρ] Hoc de Trajano, qui Arabiam fecerit provinciam, intelligi voluit Dodwellus. Quod admitti nequit (v. supra not. § 19). Mannertus V, I, p. 161 de Ἀελι Galli expeditione sub Augusto imp. cogitavit. Vincentus denique ad Claudii tempora rem refert, nitens Plinio, qui tradit haec VI, 24: *Nobis diligentior notitia (Taprobane ins.) Claudii principatu contigit, legatis etiam ex ea insula advectis. Id accidit hoc modo. Anni Plocami, qui maris Rubri vectigal a fisco redemerat, libertus circa Arabiam navigans aquilonibus raptus præter Carmaniam, decimo quinto die Hippuros portum ejus inventus, etc.* Ex his igitur colligit Claudii temporibus potestatem Romanorum etiam in Oceani portus prolatam esse, et ducem aliquem imperatoris Adanan diruisse, ut, sublatu hoc emporio Arabico, commodis commerciorum Romanorum consuleret. Eundem Vincentium Leucæ comæ Romanum præsidium et vectigalum perceptorem imponere supra (§ 19) jam monuimus, quamquam neque historia neque verba Peripli ejusmodi quid suppeditent. Jam quod Plinii locum attinet, nihil ad rem facit Plocami libertum quandam in Oceano navigasse, quum de consilio ejus navigationis nihil constet; vectigalia autem quæ Plocamus redemerat, nonnisi portuum Ἀgyptiorum ad sinum Arabicum esse poterant, siquidem putare licet rerum Romanarum scriptores, si aliter res haberet, tantum potentia Romanæ incrementum non fuisse alto pressu silentio. Multo etiam confidentius contendis unam istam Peripli vocem non ejus esse momenti ut hinc proficisciens refingere historiam ac negligentiæ historicos accusare prudentior aliquis audeat. Nam si recte illud Καῖσαρ habet, nihil aliud inde colligere licet, nisi ducem aliquem Romanum ex Ἀgypto profectum diruisse emporium vel ut injurias

aquationes dulciores et præstantiores quam Ocelis habet. Situs jam est in initio sinus, quam ora refugiat. Felicis vero cognomen nactus est, quum prius urbs fuisse, quando, nautis nondum ex India in Ἀgyptum proficiscentibus, neque ex Ἀgypto in interioris maris loca trajicere conantibus, sed nonnisi ad hanc usque urbem venientibus, ab utrisque merces recipiebat, quemadmodum Alexandria et externa merces et quæ ex Ἀgypto afferuntur, recipit. Nunc vero non ita multo ante nostra tempora Cæsar (Elisar?) cam urbem destruxit.

27. Eudæmonem Arabicam continuo excipit litus longe porrectum et sinus ad his mille vel plura etiam patens stadia, qui Nomades et Ichthyophagos in vicis habet accolae. Ejus post proeminens promontorium est aliud emporium maritimum, Cane, ad regnum pertinens Eleazi in regione thurifera. Ex ad-

mercatoribus Romanis illatas ulcisceretur, vel quod sic Indos nautas in Ἀgypti emporia se allектurum putaret. Tale quid sub quovis imperatore inde ab Augusto usque ad Nostri fere tempora accidere poterat. Sed hoc quoque est cur addubitem. Qui enim fit ut Peripli auctor, qui de imperatoribus Romanis modo utebatur ἀντορχατόρων voce, nunc καῖσαρ vocabulum usurpet? Cur tam vagum in modum tali verbo rem significarit? Nonne inendam hic quoque libri corruptissimi locus traxerit? Tanto facilius crediderim, quo senior offertur emendatio. Pro ΚΑΙΣΑΡ fuisse suspicor ΕΛΙΣΑΡ. Elisar et Ilisar ejusdem nominis sunt varietates ap. Strabonem et Ptolemaeū obviæ. Strabo XVI, p. 782 narrat Ἀελium Gallum occupasse Athralla et Marsyabas (v. Noel des Vergers *Arabie* p. 59), urbes Rhambanitarum (sic codd. Str. optimi; Παρθινιῶν sec. Ptol. VI, 7), οἱ ίσσαι ὑπὸ Ἰλαζάρῳ (*Dhoul-Azhar* seu *Dhil-Azhar*, *Afrīkī* regis successor, sec. Noel Desvergers *Arabie* p. 58). Ptolemaeus *Elisaros*, a regis nomine sic dictos, in ea regione memorat, quæ in Periplum Charibæci subjecta est. Noster denique auctor sua ætate regem terræ thuriferae dicit *Eleazum*, quod nomen nonnisi alia forma nominis *Elisar* sive *Ilisar* esse videtur. In Elisaris regno sita erat *Cane*, maximum in hac Arabiae ora emporium, quod ad examinam istam felicitatem, ex conjectura nostra, Eleasar eo adduxisse videtur, quod vicini regni emporium, Eudæmonem Arabiam, destruxit. Præterea magnam fortasse ejus regni partem sibi per tempus aliquod subiecit, siquidem Ptolemaeus *Elisaros* meminat in regione, quæ Peripli ætate Charibæci parebat. Hoc si est, statuendum foret fontem ex quo Ptolemaeus Arabiae ore descriptionem sumsit, nostro periplo antiquiore esse.

§ 27. Εὐδαίμονος Ἀραβίας. Quæ quidem fluctuatio ex ipsa denominationis hujus origine explicari possit, nisi sphalma librarii subesse mavelis. || — 14. Ἰχθυοφάγων παροικούμενος παροικούμενος codex. Possit etiam ιλ. [εν] κώμαις παροικούμενων. || — 17. Κανὴ] Cf. Plinius VI, 23: *Cune thurifera regionis*, et Ptolemaeus l. 1 qui Ἀραβία ἐμπό-

καὶ κατ' αὐτὴν ἔρημοι νῆσοι δύο, μία μὲν ἡ τῶν Ὀρέων, ἡ δὲ ἐπέρχεται τῆς Κανῆς. Ὑπέρερχεται δὲ αὐτῆς μεσόγειος ἡ μητρόπολις Σαβάθα, ἐν ᾧ καὶ διάβασις εἰς αὐτὴν ὑσπερ ἐδοχεῖσον εἰσάγεται καυμῆδοις τε καὶ σγεδίαις ἐντοπίαις δερματίναις ἐξ ἀσκῶν καὶ πλοίοις.

ραβόνων (an Γερδωσῶν;) κόλπος pertinuisse videtur a *Cap Guadel* ad *Cap Monze*. Emporium Oraea hodie esse
Urmara locum sunt qui potent. At nullus ibi fluvius;
hic fortassis erat Toberus quem Plinius in Pasirum re-
gione, Arrianus autem Τόμαρον vocans in Oritarum
ditione collocat; cogitari etiam possit de hodierno
Agbor fluvio, ad quem nunc *Hurcana* locus exstat, et
Leonnatus olim τὴν Ορεων πόλιν jussu Alexandri regis

συνοικίσαι videtur (v. not. ad. Arrian. Ind. c. 22). ||
— 8. Ὁραία] ὥρατα codex, quod si tueri velis, con-
ferre licet Curtius IX, 10, ubi plerique codices *Horas*
præbent. || — καὶ κατὰ νάντον] καὶ κατὰ αὐτὸν
codex. Cf. infra § 38 καὶ κατὰ νάντον μεσόγειος ἡ μη-
τρόπολις, et § 2 : οἵ ἐπίκειται κατὰ νάντον μεσόγειος
κτλ. || — 9. ἀπέχουσα] ἔχουσα codex; em. edit. Post
v. λεγομένη nomen excidit urbis, quam fuisse Πρα-
εκταλαν, principem Oritarum locum in regione fertili
situm (Arrian. Anab. VI, 21), probabiliter censem Manci-
nertus V, 2, p. 19. || — 12. ἥπειρον pro ἀτιαλὸν di-
ctum, ut passim.

§ 38. ἐξ τ. ἀνατολῆς ὑπερχερώσης] Schwan-
beckius p. 490 vocem ὑπερχερῶν aliunde non notam esse
opinatus legi voluit ὑποχωρόσης; que suspicio sanc-
tior poterat ex seqq. παρ' αὐτὸν κείμενα τὸν βορέαν;
ita enim codex; at tum rem falsissimam traderet auctor. Contra bene omnia habent, modo pro κείμενα
legas κειμένης, adeo ut non ora versus boream fleeti
dicatur, sed Indoscythia ab ora boream versus exteudi.
Litus in tractu Indo vicino ex oriente procurrere
sinumque flexu suo efficer recte Noster significat.
Exquisitor vox ὑπερχερῶν non magis offendit quam
supra locutio ὑποχερώσης τὴν χώραν. || — 15. Συντάξη]
Ἰνδοσυντάξη dicit Ptolemaeus de Scythis Getis sive
Sacis (*gaka* ind.), qui, everso regno græco-bactrico,
rerum in his regionibus potiti sunt circa an. 120, ut
videtur (Vid. Benfey in *Ersch u. Gruber's Encl. v. Indiae* p. 77 sqq.). Νότιοι Συντάξαι appellantur ap. Dionys. Per. 1018. || — 16. ἐν] verbum ξεῖται excide-
rit. Hudsonus ἐξῆς scripsit, quasi Indus fluvius ab ora
Indoscythica posset sejungi. || — 17. Συντάξη] Plinius
VI, 23 : *Indus incolis Sindis* (*Sindus* var. lect.);
ling. sanser. *Sindhu*. Nativum fluvii nomen apud Ptolemaeum
habes in secundo ejus ostio, quod vocatur Συν-
τάξη στόμα. || — 19. συμβάλῃ τῇ χώρᾳ] Malim
συμβάλῃ τις τῇ γ. || — ἄχρι πολλοῦ.. ἀπαντάντινα
καὶ θέων] « Das ausgeworfene Wasser süßt das Meer »

τὸ πελαγὸς ἀπαντᾶν ἀπ' αὐτοῦ λευκὸν θόωρο. Σημεῖον δὲ ἔδι τῆς περὶ αὐτὴν [τὴν] κύριαν ἐπιβολῆς τοῖς ἐκ πελάγους ἐρχομένοις οἱ προσανταῦντες ὄφεις ἐκ τοῦ βάθους· τῶν γὰρ ἐπάνω καὶ περὶ τὴν Περσίδα τόπων σημεῖον ἔστιν αἱ λεγόμεναι γράσαι. Ἐπτὰ δὲ οὗτος διποταμὸς ἔχει στόματα, λεπτὰ δὲ ταῦτα καὶ τεναγώδη, καὶ τὰ μὲν ἄλλα διάπλουν οὐκ ἔχει, μόνον δὲ τὸ μέστον, ἐφ' οὗ καὶ παραθαλάσσιον ἐμπόριον ἔστιν Βαρβαρικόν. Πρόσκειται δὲ αὐτοῦ νησίσιον μικρὸν, καὶ κατὰ νάτου μεσόγειος ἡ μητρόπολις αὐτῆς τῆς Σκυθίας Μινναγάρος αποικιεύεται δὲ ὑπὸ Πάρθων, συνεχῶς ἀλλήλους ἐνδιωκόντων.

39. Τὰ μὲν οὖν πλοῖα κατὰ τὴν Βαρβαρικὴν διορίζεται, τὰ δὲ φορτία πάντα εἰς τὴν μητρόπολιν ἀναφέρεται, διὰ τοῦ ποταμοῦ τῷ βασιλεῖ. Προχωρεῖ δὲ εἰς τὸ ἐμπόριον ἱματισμὸς ἀπλοῦς ἵκανος καὶ νάθος οὐ πολὺς, πολύμιτα καὶ χρυσόλιθον καὶ κοράλλιον καὶ στύραξ καὶ λίθινος καὶ διάλακτος σκεῦλη καὶ ἀργυρώματα καὶ χρῆμα, οῖνος δὲ οὐ πολύς. Ἀντιφορτίζεται δὲ κόστος, βέσσαλα,

attingas, alba ex eo aqua in alto mari occurrat. Signum vero, quo ad hanc se regionem jam accedere ex alto venientibus proditur, serpentes præbent ex profundo obvii, sicuti in superioribus et circa Persidem locis ejusdem rei signum sunt serpentes, qui graæ appellantur. Septem Sinthus fluvius habet ostia, exilia tamen et palustria, ita ut navigari nequeant, uno excepto medio, ad quod etiam maritimum est emporium Barbaricum. Objacet ei insula parva; a tergo autem in mediterraneis sita est Minnagar, Scythiae metropolis; imperio subiecta Parthorum principum, qui perpetuo divisi dissidio mutuo se expellunt.

39. Naves igitur ad Barbaricen in ancoris sistuntur, merces vero omnes in metropolis per fluvium ad regem afferuntur. Importantur in emporium vestitus simplicis sat multum, adulterini nonni paullulum, polymita sive plurimis liciis texta, chrysolithus, coralium, styrax, thus, vasa vitrea, argentea, numi, vinum non multum. Contra exportantur costus, bdel-

auf ein Paar Stunden weit » RITTER. VII, p. 169 secundum J. Burnes *Narrative of a visit to the court of Sind.*, Edinburg 1831. || — 3. ὅφει... γράσαι] Cf. § 40 extr. et § 50. Plinius VI, 26 : Circa has (insulas sinus Persici) hydry marini vicenū cubitorum terruere classem (Nearchi). Graha lingua sanscrita significare serpentem ex Boppio monet Ritter VI, p. 1082, addens eosdem serpentes et Indis et recentioribus nautis bene notos esse; laudat Khoza Adul Kureem *Memoirs ed. Fr. Gladwin*. Calcutta 1788, p. 141; Niebuhr Reise t. I, p. 452; Cluer *Description of the coast of India*, Lond. 1789 p. 10; Bohlen *Indien* II, p. 134. Ade quos Gosselinus III, p. 200 laudat, Thevenot, *Voyage*, t. V, p. 692; de Grand-pré, *Voyage dans l'Inde et au Bengale* I, p. 27. 28. || — ἐπτὰ] Sic Ptolemaeus quoque. Accuratissime de Indi ostiis egit Bourne's I. I., quem excerpit Ritter VII, p. 168 sq. || — 7. διάπλουν οὐκ ἔχει.] Aut falsa Noster refert aut nihil dicere voluit nisi medium alveum vel solum vel præ ceteris frequentari, ut qui facillimam prebeat navigationem. || — Βαρβαρικὴν παύλῳ post τὴν Βαρβαρικὴν codex. Ptolemaeus VII, 1: ἐν νήσοις ταῖς ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ γινομέναις πόλεις αἴδεις Πάταλα (112° 50'; 21°) Βαρβαρεῖ (113° 25'; 22° 30'). Ad Rechel seu Ritschel ostium collocandum emporium putat Ritter V, 575. Quae Gosselinus III, p. 200 de Barbarici situ habet, quum a Ptolemaeo et Periplo aliena sint, silentio licet præterire. Vincentus de Soheri cogitari vult. Nomen ab Indis inditum de Scythis barbaris, quos Warwaras vocabant. V. Benfey in Ersch's u. Grubers Enc. v. Indien p. 91. || — 10. Μινναγάροι] infra codex Μινναγάρα. Ptolemaeo est Βινάγαρα (118°, 25° 20'). Illud rectius, siquidem Scythas Indice *Min*, et *nagara* urbs vocantur. Ritter intelligit clarum olim emporium, ad Delta sitiū, quod nunc *Tatta*, Alexandri Magni et sequentibus temporibus *Pattala* dicebatur; id enim postea *Minnagara* denominatum esse inde colligit, quod etiam nunc *Tatta* urbs ab *Ihareja-Rayputis*, qui in *Cutsch* regione habitantes genus e *Tatta* urbe repe-

tunt, vocatur *Sa-Minagur*. Sed *Minnagar* complures urbes dictas esse nominis significatio suadet, ipseque Periplus alteram Minnagaram urbem habet. Quare Ritteri sententia tanto incertior est, quo longius recedit testimonio Ptolemaei. Cui innitens Mannertus V, 1, 140 Minnagara componit cum hodierna *Bukkur*; D'Anvillius (*Antiq. de l'Inde*, p. 34) cum hod. *Mansura*; Vincentus confert *Menhabery* apud Edrisium I, p. 164, qui ab ostiis Indi ad *Dabil* locum iter tridui, hinc ad *Menhabery* viam bidui esse tradit. || — 11. ὅπων] Scythian vocat regionem, quamquam Parthis tum subjectam. Sacas scimus anno 56 ante Chr. a *Vicramādītja* expulso. Is annus est initium æra apud Indos celeberrimæ, que vocatur *Sākābda* (annus *Sacorum*). Haud diu tamen recuperatos priscae fines patriæ norunt tueri. Mox enim (inter ann. 30-20 a. C.) denuo Scythicum in India regnum condidit *Yenkaotschin* (V. Benfey l. l. p. 83). Scythis autem successisse reges Parthicos Peripli testimonio docemur, cuius fidem corroborant numi Parthici qui in his regionibus passim reperti sunt (V. B. Grotewell *Die Münzen der griech. Könige von Baktrien und den Lendern am Indus* p. 37 sq.). Quodsi e locis ubi numi isti obviā facti, conjicere licet, regnum hoc Parthicum totam fere regionem, quam Indoscythia Ptolemaeus tribuit, complectebatur. Nomina regum seu principum in numis leguntur: *Vonones*, *Spalirius*, *Spalirisus*, *Yndopheres*, *Gondophares*, *Heronaspheres*, *Abagases*. Ex his *Vononen* esse regem Parthicum *Vononem* I (14 p. Chr.) vel *Vononem* II (51 p. C.) fuerunt qui putarent. Probabilius est quod Benfeyus l. l. p. 85 statuit, eos reges Parthicos, quos ex historia novimus, omnino distinguendos esse ab hisce principibus, qui e regia fortasse familia oriundi proprium sibi in Indoscythia regnum condiderint, conditum alter alteri eripuerint.

§ 39, l. 17. πολύμιτα] πολύμιτα cod.; em. Stuck. || — 19. De costo, indice *Kushi*, v. Theophrast. H. Pl. IX, 7; Dioscor. I, 15; Galen. t. XIII, p. 195; Plin.

λύκιον, νάρδος καὶ καλλεανὸς λίθος, καὶ σάπφειρος καὶ Σηρικὰ δέρματα καὶ θόρυβον καὶ νῆμα Σηρικὸν καὶ Ἰνδικὸν μέλαν. Ἀνάγονται δὲ καὶ αὐτοὶ οἱ πλέοντες μετὰ τῶν Ἰνδικῶν * περὶ τὸν Ἰνδιον μῆνα, δι' ἐστιν Ἑπιφίζη δυσεπιβόλος μὲν, ἐπιφορώτερος δὲ ἔκεινων καὶ συντομώτερος δὲ πλοῦς.

40. Μετὰ δὲ τὸν Σίνθον ποταμὸν ἔτερός ἐστι κόλπος ἀθεωρήτος παρὰ τὸν βορέαν· δονομάζεται δὲ Ἐιρίνον, ἐπιλέγεται δὲ δὲ μὲν μικρὸν δὲ μέγα· πελάγη δέ τον ἔστιν ἀμφότερα τεναγόνδη καὶ δίνας ἐλαφρᾶς ἔχοντα καὶ συνεγεῖς καὶ μακρὰς ἀπὸ τῆς γῆς, ὡς πολλάκις, τῆς ἡπέρου μηδὲ βλεπομένης, ἐποχέλλειν τὰ πλοῖα, ἐνδοτέρω δὲ προληφθέντα καὶ ἀπόλλυσθαι. Τούτου δὲ ὑπερέχει τοῦ κόλπου ἀκρωτήριον, ἐπικαμπές ἀπὸ τοῦ 15 Ειρίνου μετὰ τὴν ἀνατολὴν καὶ τὸν νότον ὃς εἰς τὴν

nium XII, c. 12; Diodor. II, 49; Salmasius de hom. hyles iatr. c. 88 p. 128 sqq. qui etiam de bdelia sive bdellio exponit p. 179 sqq. et de lycio p. 59. || — 1. καλλιάνος] sic codex; editores, jubent Salmasio, scr. καλλεινός. Plinius XXXVII, 56 : *Callais sapphirum imitatur, candidior et litoroso mari similis.. Callainas vocant e turbido callaino.* Id. ib. : *Angitis non multis alia videtur esse quam que calais.* Putant καλλίνον vel καλλεινὸν γρῷωμ, cuius σεπτιον μετιον fit, de gemma hac, aut gemmam de colore dici. Multa de his Salmasius Exerc. Pl. p. 167, qua cum aliis habes etiam in Steph. Thes. v. καλλιάνης. Causam mutandæ codicis scripturæ idoneam non adesse censem Schwanbeckius p. 499. Nomen indicum in ling. sanscr. suisce vult *kaljana*; id vocabulum plerumque quidem *pecuniam* significare, sed sensu generaliori quidquid sit pulchritum, ideoque etiam de gemma potuisse usurpari. *Kaljana* autem græce καλλιανὸς vel καλλεινὸς potius quam καλλεινός dicendum suisce. Similiter *Kaljáni* Indorum Nostro non Καλλάνια dici, sed, uti debebat, Καλλάνεα (§ 52). || — 2. Σηρικὰ δέρματα] Ήσε species alibi non occurrit. Vocem fortasse corruptam esse suspicatur Vincentius p. 390. An Σηρικὰ δέρματα? || — 3. Ἰνδικὸν μέλαν, *Indigo*. || — ἀνάγονται δὲ καὶ κτλ.] Stuckius vertit : « The author observes, that in order to reach this port in the proper season, the ships should leave the harbour of Berenice in Epiphī or July; adding, that the passage down the Red sea is difficult at so early a period, but that a favorable wind (that is the monsoon) is more easily obtained after you have passed the straits, and the voyage more expeditious. » Quodsi hoc voluisse, perobscure auctor locutus foret. Ego ita statuo. In antecc. juxta oram ad Indum deducti sumus; sed navigari eo etiam per altum poterat hippalo vento; que navigatio periculosior quidem, sed concitior breviorque. Hanc itineris rationem alteri opponit, verbis ἀνάγονται δὲ καὶ εἰκενών. Verba αὐτοὶ οἱ πλέοντες plebeiae sunt gratitatis, neque tangenda. At nihil esse puto istud μετὰ τῶν Ἰνδικῶν. Merces Indis

lium, lycium, nardus, callaina gemma, sapphirus, Sericeæ pelles, othonium, filum Sericum, Indicum nigrum. Ceterum navigant eo etiam per altum Indicis etesiis (sive Hippalo vento) circa Julium sive Epiphī mensem; quorum periculosior quidem sed promptior breviorque est navigatio.

40. Post Sinthum fluvium alias est sinus versus boream, visu difficilis; appellatur Irinum; pars ejus magni, pars parvi nomine distinguitur. Utraque autem pars palustre pelagus est, vortices habens celeres, continuos, a terra longe pertinentes, ita ut sapenumero naves, terra nondum apparente, in brevia impingant, et interius proreptæ etiam percant. Huic imminent sinu promontorium, quod ab Irino ad orientem, tum

destinatas Ἰνδικὰ dici posse non credo nisi exempli probanti. Num legendum μετὰ τὰ Ἰνδικὰ, sicut Homerus canit πλεῖν μετὰ γαλάξην? At hoc poeta, non nostri nundinatoris foret. Itaque suisce conjicio μετὰ τῶν ἴππαλων, vel, si hoc audacius, μετὰ τῶν Ἰνδικῶν [ἐπηράσων]. collato § 57 ubi *moussons* venti vocantur ἔτησαι ἐν τῷ Ἰνδικῷ πελάγει. || — 5. ἐπιφορώτερος] ἐπιφορώτας cod.; em. Stuck. Ceterum hac navigatione Noster quoque usus esse videtur. Nam inde a Cane emporio nunc deinde ad accuratiorem locorum descriptionem reddit. || — δὲ ἐκείνων] fort. δὲ δι' ἐκείνων sc. τῶν Ἰνδικῶν ἐπηράσων.

§ 40, l. 8. Εἰρινὸν] Nunc *Rin* sive *Run* vocatur ingens tractus, qui pro anni tempestatibus modo desertum est et solum durissimum saleque prægnans, modo lacus lutosus salsusque, variis insulis distinctus. Olim tamen istud *Rin* magis *depressum*, totumque mari cooptum suisce debet (V. Burnes *Memoir of the eastern branch of the Indus and the Run of Cutsch in Travels*, London, 1834. t. III, p. 309 sqq. Ritter VI, p. 948). Exit *Run* in sinum, quem vocamus *golfe de Cutsch*, cuius sinus partem interiorem Noster, parum distincte rem exponens, Εἰρινὸν nomine comprehendit, siquidem qui mox sequitur Barakes sinus nonnisi de exteriore parte sinus de *Cutsch* intelligi potest. || — 10. δίνας ἐλαφρᾶς] Num recte vertant *vortices celestes, rapidos, dubito.* Infra § 55 habes διάπλους ἐλαφρούς, quod ibi dicitur de fluvio ob scopulos breviaque onustis navibus non pernavigando. Cum his comparandus Alianus N. A. IX, 49 : Τῶν κτηῶν τῶν μεγίστων αἰγαλοῖς καὶ ἥσοις καὶ τοῖς ἐλαφροῖς καλουμένοις καὶ βροχέσι γυροῖς προσπελάζει οὐδὲν, οἰκεῖ δὲ τὰ πελάγη, ubi ἐλαφρὰ loca sunt que tenuem vim aqua habent, sive profunditate carent. Eodem sensu etiam nostro loco vox usurpari mihi videtur; quare scribendum puto δίνας ἐλαφρᾶς, quod intelligendum de submarinis, sed superficie aquarum tantum non attingentibus arenarum tæniis. || — 12. ἐποχέλλειν] sic recte codex; ἀποκ. vulgo. || — 13. ἀπόλλυσθαι] ἀπόλλυμενα et mox ὑπερέχει pro ὑπερέχει codex; em. edit. || — διὸ τοῦ Εἰρινοῦ ἀπὸ τοῦ ὅρμου codex, in quo explicando frustra desudarunt interpretes; neque enim ὅρμος ille cum Vincento in Barbarico Indi em-

ένσιν, ἐμπειριλαμβάνον αὐτὸν τὸν κόλπον λεγόμενον Βαράκην, νήσους ἑπτὰ ἐμπειρειλημμένον, οὗ περὶ μὲν τὰς ἀρχὰς οἱ περιπεσόντες δίλιγον δόπισαν καὶ εἰς τὸ πέλαγος ἀναδραμόντες ἔκφευγουσιν, οἱ δὲ εἰς αὐτὴν καὶ ταχεισθέντες τὴν τοῦ Βαράκου κοιλίαν ἀπόλλυνται· τὸ μὲν γὰρ κῦμα μέγα καὶ βαρὺ λίαν, ἥ δὲ θάλασσα ταραχώδης καὶ θολερὰ καὶ δίνας ἔχουσα καὶ ρωδεῖς εἰλίγους. Ὁ δὲ βυθὸς ἐν τοις μὲν ἀπόκοπος ἐν τοις δὲ πετρώδης καὶ ἀπόξυρος, ὃστε τέμνεσθαι τὰς παρακείμενας ἀγκύρας διὰ ταχέων ἀποκοπομένας, ἢ δὲ καὶ συντριβομένας ἐν τῷ βυθῷ. Σημεῖον δὲ αὐτῶν τοῖς ἀπὸ πελάγους ἐρχομένοις οἱ προαπαντῶντες ὅρεις ὑπερμεγέθεις καὶ μέλανες· ἦν γὰρ τοῖς μετὰ ταῦτα τόποις καὶ τοῖς περὶ Βαρύγαζα μικρότεροι καὶ τῷ χρώματι 15 γλωροί καὶ χρυσίζοντες ὑπαντῶσιν.

41. Μετὰ δὲ τὸν Βαράκην εὐθύς ἐστιν δὲ Βαρυγάζων κόλπος καὶ ἡ ἡπειρος τῆς Ἀριακῆς χώρας, τῆς Μαμβάρου βασιλείας ἀρχῆς καὶ τῆς δῆλης Ἰνδικῆς οὖσα. Ταῦτης τὰ μὲν μεσόγεια τῇ Σκυθίᾳ συνορίζοντα Ἀθηρία

porio quare potest, neque cum Mannerto cogitare licet de loco proprie Astacapra sito, cuius mentio fit infra demum § 42. Corruptam vocem esse vel inde colligas, quod ex vulgata lectione inter Irinum et Baracen non distingueretur. || — 2. Βαράκην] Sinum de Cutsch Ptolemaeus vocat Κάνθι οὐλπον; Baracen sinum non novit, sed insulam quae nomen ei dedisse videtur, Βαράκην (11° long. 18° lat.). Insula Peripli inde a Noa-Nazur occasum versus usque ad extremum sinum oras adjacent. Ceterum nescio an Βαράκου κοιλία referenda potissimum sit ad paludosum maris recessum, qui extremitatem hodiernæ Guzerate tantum non insulam efficit. || — 5. τὸ τε γὰρ codex; emend. Fabricius. || — 7. εἴλιγγος] forsitan εἴλιγγας; certe εἴλιγγος de aquarum vortice usurpatum legere me non memini. || — 10. διὰ ταχέων ἀποκοποτομένας] ἀντέχειν ἀποκοποτομένας codex; licet etiam : ταχέι. Vocem ἀποκοπ. em. Schwanbeck., qui pro ἀντέχειν conjectat δὲ μὲν ob sequens δὲ δὲ; quod necessarium non est et a traditis longe recedit. || — 11. δ' αὐτῶν sc. τῶν διγῶν καὶ εἴλιγγων. || — 14. Βαρύγαζαν codex.

§ 41. I. 17. ἡ ἡπειρος τῆς Ἀριακῆς χώρας] ἡ πρὸς Ἀραβικῆς χώρας cod., in quibus ἡ πρὸς em. Schwanb. Pro Ἀραβικῆς alii Ἀριακῆς, alii Λαρικῆς legi voluerunt. Illud in Periplo flagitari recte viderunt Stuckius, Hudsonius, Benfey (I. l. p. 91), alii. Primum hoc facit quod § 14 narratur in Oponen naves merce onustas expediri ἀπὸ τῆς Ἀριακῆς καὶ Βαρυγάζων; deinde § 54 Muziris florente dicunt τοῖς ἀπὸ τῆς Ἀριακῆς εἰς αὐτὴν ἐρχομένοις πλοιοῖς. Hinc sequitur istam Ariacen ex periegeseos ordine alicubi suo loco memorandum fuisse, adeoque nostro loco debere reponi. Qui Λαρικῆν l. scribi volunt (ut Vincentus et Mannertus), non ex Periplo argumentum adstruunt, sed in medium proferunt Ptolemaeum, qui (VII, 1) regionem, de qua iam agitur, Guzerate sc. peninsulam et Barygaza et adjacentia, τῆς Λαρικῆς χώρας esse dicit, post quam ponit meridiem versus τὴν Ἀριακήν. Notandum hic auctorum dissensus,

ad meridiem, denique occasum versus flectens sinum Baracen dictum, septemque insulas comprehendentem amplectitur. Ejus sinus in principium si qui incidunt, modo paullulum retro in altum recessant, salvi evadunt; sin in ipsum Baracen ventrem sive recessum includuntur, pereundum est; fluctus enim grandis ibi et vehementissimus, mare autem concitatum, turbidum, gyris rapidisque vorticibus infestum. Profundum mari aliis in locis præruptum, aliis saxosum et acutum, adeo ut demissæ ancoræ vel illico abscindantur vel paullatim in profundo conterantur. Signum horum locorum ex alto adnavigantibus occurrentes sunt serpentes grandes et colore nigri; in iis enim quæ deinceps et circa Barygaza sunt locis minores et colore viridi aureoque fiunt obvii.

41. Post Baracen statim sequitur Barygazenus sinus litusque Ariacæ regionis, quæ Mambara regni et totius India est initium. Pars ejus mediterranea Scythiæque contermina vocatur Aberia (sive Abiria),

at non præpostere tollendus. Ceterum quum in lingua sanscr. vetus Guzerate regionis vel certo parti maritimæ nomen sit Lat'ca, in quo t cerebrale literam r sonare dicunt (V. Benfey I. l. p. 90): bene habere τὴν Λαρικῆν Ptolemai intelligitur. Ἀριακὴ nominis ratio latet; nam quod Schwanbeckius conjectit Ἀριακὴν sanscrit. esse arsa, i. e. terram, idque dictum pro terra Indorum, quo distinguatur a Scythia, id ne ipse quidem crediderit. Fortasse Peripli temporibus utrumque regnum in unum conflatum erat.; certe Πεθανα urbs, Ariaces regia ap. Ptolemaeum, in Periplo nonni tanquam emporium memoratur. Sin minus, Noster aut duas regiones in unam contraxit, aut Ariaceen perperam dixit quæ Larice vocanda erat. || — 17. Μαμβάρον] Id nomen ex Nostri mente esse regis Indici, non vero Indoscynthi (ut Benfey I. l. et Lassen Zeitschr. f. Kunde des Morgenlands IV, p. 198 putarunt) luce clarius est. Latere nomen indicum Mahabharata (rex magnus) suspicari Kuelbium (Länder u. Volkerkunde in Biogr. I, p. 236) monet Fabricius. Schwanbeckius p. 508 dubitat an genuina sit nominis scriptura. Et enim § 52 post Barygaza memorantur τοπικὰ ἐμπόρια κατὰ τὸ ἔπης Ἀκαδάρου Σούππαρα (Ἀκαδάρους Οὔππαρα cod.), Καλλίενα, Μανδαγόρα, Παλαιπάταμι. Eadem præter Callianam, alio tamen ordine, Ptolemaeus quoque habet, at non habet Ἀκαδάρου nomen. Fortasse igitur, Schwanbeckius putat, id non locised regis esse, ejusdem sc. qui modo dicebatur Μάμβαρος: adeo ut vel alterum corruptum, vel ex utroque verum sit eliciendum. Nimis hac vaga sunt. Ceterum Ptolemaeum nostro Periplo usum esse Schwanbeckius censem, nihil tamen attulit quod vim habeat persuadendi, omisit vero quod contrarium coarguant. || — 19. τῆς Συνοίλας συνορίζοντα Ἰερόπα καλεῖται, τὰ παραθαλάσσια δὲ Συναστρηνή codex; em. Mannert. V, 1, p. 171, nisi quod retinuit Ἰερόπα, pro quo Ptolemaeus VII, 1 recte habet Ἀβίρα; Indis est Ἀβίρα (V. Lassen De pentapotamia Indica p. 26. Benfey I. l. p. 91), regio fluvii ostii vicina. Apud

χαλεῖται, τὰ δὲ παραθελάσσια Συραστρηνή. Πόλις φόρος δὲ ἡ χώρα σίου καὶ ὁρύζης καὶ ἐλαῖου σησαμίου καὶ βουτύρου καὶ καρπάσου καὶ τοῖν ἐξ αὐτῆς Ἰνδικῶν διονίων τῶν χυδάλων βουκολία δὲ ἐν αὐτῇ πλείστα δ καὶ ὄνδρες ὑπερμεγέθεις τῷ σώματι καὶ μέλανες τῇ χροΐᾳ. Μητρόπολις δὲ τῆς χώρας Μιννάγαρχ, ἀρ' ἡς καὶ τελείστον θόνον εἰς Βαρύγαζα κατάγεται. Σύζεται δὲ ἔτι καὶ νῦν τῆς Ἀλεξάνδρου στρατιᾶς σημεῖα περὶ τοὺς τόπους, ἵερά τε ἀρχαῖα καὶ θεμέλιοι πρεμποῦσιν καὶ ψρέατα μέγιστα. Οἱ δὲ παράπλους ταύτης τῆς χώρας ἀπὸ τοῦ Βαρβαρικοῦ μέχρι τοῦ κατὰ Ἀστάκαπρα πέραν Βαρυγάζων ἀκρωτηρίου, τῆς λεγομένης Παπικῆς, ἐστὶ στοῖχοιν τριεγγίλιον.

42. Μεθ' ἡς ἔπερσός ἐστι κόλπος, ἕσω κυμάτων, εἰς 13 αὐτὸν ἐνδύνων τὸν βορέαν, οὗ κατὰ μὲν τὸ στόχα νῆσος ἐστιν ἡ λεγομένη Βαώνης, ἐν δὲ τοῖς ἐσωτάτοις τόποις μέγιστος ποταμὸς δι λεγόμενος Μαῖς. Τοῦτον

maritima autem Syrastrene. Ferax regio frumentorum, orizae, olei sesamini, butyri, carpasi, multaque ibi gossypio indicu teke consciuntur notae inferioris, armentis regio abundat; viros nutrit statura corporia maximos, colore nigros. Caput regionis Minnagara urbs, ex qua teke e gossypio facte quam plurime Barygaza devechuntur. Supersunt etiam nunc Alexandri expeditionis in his locis monumenta, sacella antiqua et castrorum fundamenta et putei maximi. Præternavigatio ejus tractus inde a Barbarico usque ad Papicen promontorium prope Astacpra in opposito Barygazis litore situm, stadiorum est ter mille.

42. Post Papicen aliis sinus intra fluctuum impetum, versus boream tendens, cuius ad ostium insula est Baones dieta, in intumo autem recessu fluvius permagnus, qui Mais appellatur. Hunc sinum, trecenti-

Ptolemaeum Abiria non Indiae sed Indoscythiae pars est. Nomen superstes esse videtur in tribu quæ nunc vocatur *Ahir*. Eam stirpem ex priscis Ariis Indicis repetendam et, quum circa emporia hujus tractus consedisset, celebratissimo in commerciorum historia *Ophir* nomini ansam prabuisse censem Lassenius, cuius rationes subducit Ritter XIV, p. 390 sqq. || — 1. Συνραστρηνή h. l. codex, sed § 44 Συραστρηνή, ut Ptolemaeus VII, 1: ἡ δὲ περὶ τὰ στόχα τοῦ Ἰνδοῦ καὶ ἡ περὶ τὸν Κάνθι κόλπον Συραστρηνή. Idem Συράστραν κάμην ad Canthi sinum notat. Sanscr. regio surāstra, i. e. regnum pulerum. || — 6. Μιννάγαρχα] Eadem urbem ad orientale latus Nammadi fluvii collocat Ptolemaeus. Ratione caret quod Schwanbeckius nec non Benfey l. l. (dubitans tamen) banc Minnagaram non diversam esse putant a Minnagara Indoscythia ad Indum fluvium; Ptolemai enim consensum non magni faciendum, quippe qui sua e Nostro desumpserit. Argumentum sententiae non attulerunt, neque præsto suis existimes. Sane quidem quum Minnagara significet Sacrum urbem, offendere urbs possit in regione quam vere Indianum auctor dicit. Enimvero quum olim regnum Scytharum late patuerit, non est cur Minnagaram in hoc. *Guzerate* miremur; nam tertiam etiam ejus nominis urbem ad Gangeticum sinum Ptolemaeus assert. Everso Scytharum imperio, nomina tamen urbium Scythicarum manebant; sic in antecc. regionem quam Parthi Scythis eripuerant, Scythiam tamen, et regiam Minnagaram appellari vidimus. In *Guzerate* prisca regia *Ugein*, οὔσῃν Græcorum, a Scythis eversa fuerit, adeo ut Indorum reges, recuperata patria, primum Minnagaræ degerent, usque dum Ozene restituta esset; restituta autem in pristinam dignitatem jam erat Ptolemai etate, qui Ozenen Hastanū regiam dicit. Minnagara quum ap. Ptolemaeum a meridie sit Ozenes, collocanda videtur ad hoc. *Indore*, in via quæ ab *Ugein* ducit ad Nammadum (*Nerdubba*) fluvium, quo merces in Barygaza emporium devechabantur. || — 9. περὶ [τούτους] τοὺς τόπους scr. Fabricius; fort. recte; quamquam id quod codex præbet, særissime

simili modo recurrat, adeo ut omnibus istis locis cum Fabricio τούτους supplendum esse non sit vero simile. || — 10. Putei isti et castrorum reliquæ quum ad Delta Indi fl. pertineant, verba περὶ τοὺς τόπους eodem sensu dicta sunt quo deinceps verba ταῦτης τῆς χώρας. || — 11. κατὰ Ἀστάκαπρα πέραν B.] κατὰ ἀστα καὶ τρέπερν B. hoc loco codex, sed infra § 43 τὸ πέρι Ἀστάκαπρων ἀκρωτηρίου ἡ Παπικῆ λεγομένην. Collato Ptolemaeo VII, 1, § 60, ubi Ἀστάκαπρα memoratur, Nostra correxerunt editores. Pro πέραν, quod codex habet, nescio cur ἀπένναντι voluerit Salmasius ejusque sectatores. De situ loci dissentit Ptolemaeus, cui Astacpra in mediterraneis a Syrastra vico boream versus. || — 13. Η απικῆς] Promontorium hoc iterum memoratur infra § 43. Ceterum Παπικῆ nomine non solum promontorium appellatum esse videtur, sed etiam projecta ei scopulorum tenuia, quæ inde a *Gogeh* meridiem versus ora pretenditur. Fabricius *Guzerate* regionis nomen Indicum ad promontorium transferens scripsit Λαρικῆς. Quod non memorasse, nisi nomen Ritteri (XIV, p. 393) conamini suo temere prætenderet. || — 13. τρισχιλῶν]. Ter mille stadia inde ab Indi ostio *Rechel* et Barbarico emp. usque ad promontorium pertinent quod supra *Dhawlia* locum procurrit. Promontorio adjacet scopulorum tenuia, Παπικῆ peripli nostri. Hinc ad boream ora flectit, sinusque coartatur eandemque fere latitudinem usque ad intimum recessum retinet. Hanc interiorem sinus partem auctor appellat ξεπον κόλπον (τόπον codex; em. Mammert V, 1, p. 165); aptius dixisset ἐνδότερον κόλπον; sed illud potuit, quum Barygazenum sinum statim post Baracen incipere statuerit (Cf. Ptolemai tabulas), adeoque quidquid sequitur inde ab occidentali *Guzerate* peninsula extremitate, eo nomine comprehendat.

§ 42, l. 14. ἔσω κυμάτων] nescio an fuerit ἔσω τῶν κυμάτων. || — 16. Βατάνης] vulgo insulam *Diu* nunc dictam intelligent, quæ in narrationem peripli minime quadrat. Indicat auctor insulam exiguum, quæ, e regione *Nerdubba* fluvii, *Guzerate* peninsulæ adjacet. || — 17. Μάϊς] hodie *Mahi* ou *Mhye*.

τὸν κόλπον, τὸ πλάτος ὡς σταδίων τριακοσίων, οἱ πλέοντες εἰς Βαρύγαζα διαπερῶνται, ἐξ εὐνόμων ἀκροφανῆ καταλιπόντες τὴν νήσον, (καὶ) εἰς αὐτὴν [τὴν] ἀνατολὴν ἐπ' αὐτῷ τὸ στόμα τοῦ ποταμοῦ Βαρυγάζων λέγεται δὲ αὐτὸς ὁ ποταμὸς Ναμνάδος.

43. Οὐ δὲ κόλπος αὐτὸς δικαῖα Βαρύγαζα στενὸς ὅν τοις ἐκ πελάγους ἐρχομένοις ἔστι δυσεπίθολος· ἡ γὰρ εἰς τὰ δέξια ἡ εἰς τὰ εὐνόμωμα παραπίπουσιν, ἥ γε ἐπιβολὴ κρείστων ἔστι τῆς ἑτέρας. Ἀλλ' ἐκ μὲν τῶν 10 δεξιῶν κατ' αὐτὸν τὸ στόμα τοῦ κόλπου παράκειται τανιά τραχεῖα καὶ διάσπιλος, Ἡρώνη λεγομένη, κατὰ Καμμωνὶ κώμην· ἐκ δὲ τῶν εὐνόμωμων ἀπέναντι ταύτης τὸ πρὸ Αστακάπων ἀκρωτήριον, ἡ Παπικὴ λεγομένη, δύσορμος οὖσα διὰ τε τὸν ῥοῦν τὸν περὶ αὐτοῦ τὴν καὶ διὰ τὸ ἀποκόπτειν τὰς ἀγκύρας τραχὺν δύνται καὶ πετρώδη τὸν βυθόν. Κανὸν κατ' αὐτὸν δέ τις ἐπιβάλλῃ τὸν κόλπον, αὐτὸν τὸ στόμα τοῦ κατὰ Βαρύγαζα ποταμοῦ δυσεύρετόν ἔστι διὰ τὸ τὴν χώραν ταπεινὴν εἶναι καὶ μηδὲν ἐγγύτερον ἐνεγκύρως θεωρεῖσθαι· κανὸν 20 εὑρεθῆ, δυσείσθολός ἔστι διὰ τὰ περὶ αὐτὸν τενάγη τοῦ ποταμοῦ.

44. Τούτου χάριν περὶ αὐτὸν τὸν εἰσπλουν βασιλικοὶ ἀλιεῖς ἐντόπιοι πληρώμασι μαρκῶν πλοίοις, δὲ λέγεται τράπαπαγα καὶ κότυμβα, πρὸς ἀπάντησιν ἐξέργονται μέχρι τῆς Συραστρηνῆς, ἀφ' ὧν δόδηγεται τὰ πλοῖα μέχρι Βαρυγάζων. Κλίνουσι γὰρ εὐθὺς ἀπὸ τοῦ στόματος τοῦ κόλπου διὰ τενάγη τοῖς πληρώμασι καὶ δύμουλκοσιν αὐτὰ σταθμοῖς ἥδη τεταγμένοις, ἀρχομένης μὲν τῆς πλήματος αὔροντες, ισταμένης δὲ διορθωμένης κατά τινας ὅρμους καὶ κυθρίνους. Οἱ δὲ κύθρινοι τόποι εἰσὶ τοῦ ποταμοῦ βαθύτεροι μέχρι Βαρυγάζων ἀπέχει γάρ ἀπὸ τοῦ στόματος ἄνω παρὰ τὸν ποταμὸν κειμένη ὡς σταδίων τριακοσίων.

45. Πᾶσα μὲν ἡ Ἰνδικὴ χώρα ποταμοὺς ἔχει πλεί-

1. τὸ πλάτος] τὸ πέλαγος codex et editt., quod sensum non fundit. || — 5. Ναμνάδιος] Λαμγανός codex. Ptolemaeo fluvius vocatur Ναμάδης; lingua sanscrita est *Narmada* (amonus). Νάμαδος vel Νάμμαδος conj. Schwanbeck p. 499; Νάμναδος ser. Fabricius. Fluvium apud Indos percelebrem multis describit Ritter VI, p. 568 sqq. 621 sqq.

§ 43, l. 6. δὲ κολπ.] δὲ τε κ. cod.; em. Fabric. || — 8. ἡ γε] ἡ τε codex. || — 11. διάσπιλος] vox alibi non obvia, quantum sciām. || — 12. Καμμωνὶ] sic codex; Καμάνην dicit Ptolemaeus VII, 1, qui locum a Namade fl. boream versus male collocat. || — 13. Αστακάμπων codex. Vid. supra. || — 19. μηδὲν ἐγγύτερον] leg. est aut καὶ μηδὲν μη ἐγγύτερον δην aut καὶ μηδὲν ἐγγύτερον δην.

§ 44, l. 29. ισταμ.] έσταμ. cod.; em. Fabricius. || — 30. κυθρίνους] De voce v. Steph. Thes. v. γύτρος et Salmusius Exerce. Plin. p. 83. || — 33. ὡς σταδίων τριακοσ.] Ibi nunc urbs vocatur *Baroach*. Lingua sanscrita nomen sonare videtur *Brigu kakha* (regio litoralis Brigu), sed dubia res est. V. Lassen Ind. Alt. I, p. 107. Apud Hiuan Thsang p. 392 vocatur

torum fere stadiorum latitudine, Barygaza petentes, relicta a sinistris insula, adeo ut vix apparuerit, trai- ciunt versus ortum ipsumque os fluvii Barygazi, qui vocatur *Namnadius*.

43. Ipse autem sinus ad Barygaza quum sit angustus, difficultem ex alto venientibus accessum præbet; aut enim in dextra excidunt aut in sinistra; quamquam hinc accessus altero melior est. Videlicet a dextris ad ipsum sinus ostium tænia aspera scopulis que distincta, quæ Herone vocatur, c regione Cammoni vici extenditur; a sinistris autem contra hanc existat projectum Astacapris Papice promontorium, quod navibus appellidis per est incommodum, quum fluxus marinus circa id feratur ancoræque fundo petris asperis horrente dissecentur. Verum etiamsi in sinum feliciter aliquis ingressus sit, ostium fluvii Barygazi haud facile inventur, quoniam continens perhumilis est neque quidquam, nisi proximum sit, tuto conspicitur. Quodsi vero etiam inveneris, brevia quæ ad ostium fluminis sunt, aditum præbent difficultem.

44. Quare indigenæ regis pescatores ad ipsum introitum cum longis quibusdam navibus, quas Trapaga et Cotumba lingua vernacula appellant, adventibus in occursum egrediuntur ad Syraстrenen usque, et Barygaza naves deducunt. Hi enim navigis suis statim ab ostio sinus per brevia flectunt, et advenas naves remulco trahunt ordinatis stationibus; accedente æstu solvunt, recedente in certas quasdam stationes et cythrinos se recipiunt. Sunt vero cythrinī loca fluvii profundiora usque ad Barygaza, quæ urbs ab ostio fluminis, cui adjacet, trecentis fere distat stadiis.

45. Universa quidem India fluvios habet plurimos,

Palou-kotschen-pho, quod indice est: *Várikak' habhú*, i. e. regio palustris (v. Ritter. XIV, p. 393). Nicolaus Damascen. ap. Strabon. XVI, p. 720 Βαργάσην dicit. Mirum est quod ap. Stephan. Byz. legitur: Βαργάζα, ἡμέτοπον Γεδρωστας τῶν σφρόνες ἐπιστήμων οὐλοῦντες καὶ δικόλπος Βαργάζην. Cf. Ptol. VII, 1. Lambens meridionalem urbis partem *Nerbudda* fluvius profunditate adeo caret, ut nonnisi juvante maris fluxu et Africo vento ad urbem adscendere possint naves leviores; quibus vero aqua sulcatur profundius, ne tum quidem arenarum tæniam superare licet, quæ ostia fluvii in litore perhunili arboribusque prorsus destituto obstruit. Vel sic tamen opportunitatis commoda huic loco vindicaveris, siquidem interior sinus pars multo impeditiore ob arenarum cumulos navigationem habet, ac parvis tantummodo navigi (crofts vocant), que a levissimis *Gullivats* dictis remulco trahuntur, accessa sit. Denique que de ingenti fluxus et refluxus vi circa *Nerbudda* ostia recentiores tradunt, optime Peripli narrationem confirmant (Vide Forbes Oriental Memoirs t. II, p. 8 sqq. 104. 112. Ritter. VI, p. 627 sq.).

στους, ἀμπώτεις τε καὶ πλήμας μεγίστας, συναυξομένας ὑπὸ τὴν ἀνάτολὴν καὶ τὴν πανσέληνον ἔχρι τριῶν ἡμερῶν, καὶ τοῖς μεταξὺ καταστήμασι τῆς σελήνης ἔλαστουμένας, πολὺ δὲ μελλον ἡ κατὰ Βαρυγάζων, εἰστε αἰρθίδιον τὸν τε βυθὸν ὁρᾶσθαι, καὶ ** τινὰ μέρη τῆς ἡπείρου, ποτὲ δὲ ἔντερα τὰ πρὸ μικροῦ πλωτίζουμενα, τούς τε ποταμούς ὑπὸ τὴν εἰσβολὴν τῆς πλήμυς, τοῦ πελάγους διου συνωθουμένου, σφοδρότερον ἄνω φέρεσθαι τοῦ κατὰ φύσιν ρέματος ἐπὶ πλείστους σταδίους.

10. 46. Διὸ καὶ κινδυνώδεις εἰσὶν αἱ τῶν πλοίων προσαγωγαὶ καὶ ἔξαγωγαὶ τοῖς ἀπερίσιοις καὶ πρώτων εἰσάγουσιν εἰς τὸ ἐμπόριον. Γινομένης γάρ ὅρμης ἥδη περὶ τὴν πλήμην οὐδὲν παρειμένης οὐκ ἀντέχουσιν [αἱ] ἄγκυρας· διὸ καὶ τὰ προληπθέντα πλοῖα τῇ ίντιᾳ, 15 πλαγιασθέντα ὑπὸ τῆς ὁξύτητος τοῦ ὕδατος, ἐποκλείει τοῖς τενάγεσι καὶ ἀνακλέται, τὰ δὲ μικρότερα καὶ περιτριπταὶ, τινὰ δὲ καὶ περὶ τὰς ὀνόρων ἀποκεκλίκτα διὰ τὸ περὶ τὴν ἄμμωτον, ὅταν μὴ διερείσῃς, τῆς πλήμυς αἰρθίδιον ἐπελθούσης, ὑπὸ τῆς πρώτης κεραυῆς 20 τοῦ ὕδατος ἐμπίμπλαται. Τοσαῦται γάρ περὶ τὴν εἰσβολὴν τῆς θαλάσσης γίνονται βίαια κατὰ τὰς νεομηνίας ὑπὸ τὴν νυκτερινὴν μάλιστα πλήμην, ὧστε ἀρχομένης ἥδη τῆς εἰσαγωγῆς, ὅταν ἡρεμῇ τὸ πέλαγος, ὑπὸ αὐτοῦ φέρεσθαι τοῖς ἐπὶ τοῦ στόματος παραπλήσιον βοῆ 25 στρατοπέδου μαχρόθεν ἀκουομένη, καὶ μετ' ὅλιγον αὐτὴν ἐπιτρέψειν τοῖς τενάγεσι βοῖσιν τὴν θαλάσσαν.

47. Ἐπίκειται δὲ τοῖς Βαρυγάζοις κατὰ τὰ μεσόγεια πλείστη ἔνη, τό τε τῶν Ἀρατίων καὶ Ἀραχωσίων καὶ Γανδαραίων καὶ τῆς Προκλαΐδος, ἐν ᾧ ἡ Βουκέφα-

§ 45. I. I. συναυξομένας] συναπτομένας codex; em. Stuck. || — 5. καὶ τινα μέρη] Nonnulla exciderunt. Supplendum in hanc sententiam: καὶ ποτὲ μὲν πέλαγος εἴναι τινὰ μέρη τῆς ἡπείρου, ποτὲ δὲ κτλ.

§ 46. I. 13. οὐδὲ ἀντέχουσι: αἱ ἄγκ.] αἱ κατέχουσιν ἄγκ. || — 14. cod. τῇ ίντιᾳ] τῇ ήδητῃ cod.; τῇ βίᾳ Vincent, quod a traditis abest longius. Nulla sere mutatio est, si eodem sensu scripseris τῇ ίντιᾳ. Vocabulum hoc ex uno laudatur Hesychio, qui ίντιᾳ interpretatur δύναμιν. Nostro loco dictum foret de impetu maris accedentis (ut τις ποταμοῦ ap. Homer.). || — 18. διερεύσῃ cod.; quodsi genuinum est, vertendum foret nisi sedulo caveas; sed corrupta potius vox erit. Dodwellus conjectat διερέσῃ, nisi perremigentur. Legendum potius διερέσῃ. Vincentus II, p. 399 verba græca plerumque parum curans ita interpretatur: « Many also that have taken refuge in the creeks, unless they have fortunately changed their place in due time (which it is very difficult to do, on account of the instantaneous fall of the water), upon the return of the tide are filled with the very first head of the flood, and sunk. » || — 19. ἐπελθούσης] ἀπελθούσης cod. || — 21. νεομηνίας] συμπηγνυτας cod. Interlunia ad aestus vim augendam nihil conferunt. Rectiora ipse auctor in anteec. docuit. || — 24. τοῖς ἐπὶ] τοῖς ἀπὸ cod. Sermo de ostio Nannadi fluvii. || — παραπλήσιον] excidit βρόμον vel θρύσιον vel τι vel tale quid. || — βοῆς ... ἀκουομένης cod.

§ 47. I. 27. τοῖς B. κατὰ τὰ] κατὰ τὴν Βαρυγάζα

ac maris fluxus et refluxus maximos, qui sub lunam novam et plenam ad triduum crescunt, mediis luna intervallis minuantur; multo magis vero quam ceteris in locis istae maris vicissitudines circa Barygaza obtinent, adeo ut dereum profundum maris appareat, et modo pelagus sint quadam continentis partes, modo sicca que paullo ante navigabuntur, atque fluvii sub aestus accessum, toto in unum compulso pelago, vehementius sursum contra naturalem sui cursum ferantur per stadia plurima.

46. Quam ob causam reum ignari primūque ademporium illud appellantēs magno in inducendis eductis disque navibus conflictantur pericolo. Nam quum impetus undarum sub aestu sit nulla re frangendus, ancoræ haud resistunt; unde fit ut correptæ eo impetu naues et fluxus vehementia in transversum raptæ brevibus impingant et rumpantur, minores etiam evantur, nonnullæ denique, quæ refluent mari per fossas subsidentes in latus inclinarint, nisi suffulcas eas, accedente subito aestu, implete primo fluxus incursu submergantur. Tanta autem in noviluniis, nocturno maxime aestu, maris accedentis vis est, ut instante jam intromissione, quando tranquillum est pelagus, hinc ad eos qui prope ostium degunt, primum strepitus perferatur cum clamore exercitus quem e longinquo audias, comparandus, mox vero ipsum mare stridente fragore in palustria irrumpat.

47. Imminent Barygazē regione a mediterraneis gentes complures, Aratriorum scilicet et Arachosiorum et Gandareorum, et Proclais (sive Peucelais)

cod.; transposuit Fabricius. || — 28. Ἀράτρων] Olim putabant Arios indicari; esse qui sanscrit. Ardstrás, praecriit. Aratta dicuntur, adeo ut peripli Ἀράτριον quasi medium locum intersanscritam et praecritam nominis formam teneant, post alios monuit Schwanbeckius p. 339, lectorem relegans ad Wilsonum in *Asiat. Res.* XV, p. 106 et Lassenum De pentapot. p. 23 et in *Zeitschrift f. d. Kunde des Morgenlandes* III, p. 205. 212. Cf. Benfey. I. l. p. 92. Isti Ardstrás sedes habuerint in Pentapotamia ad Indum usque. Sin populum desideres Græcis Romanisque notum juxta notissima nomina Arachosiorum, Gandareorum, Peucelitarum, pro ΑΡΑΤΡΙΩΝ conjicias ΔΡΑΓΤΩΝ. || — Ἀράχωσις] Ράχοσιων codex; em. Stuck. || — 29. Γανδαραῖον] Τανδράγων cod.; quemnam populum dicere auctor voluerit, jam vidit Salmasius p. 698, legi jubens Γανδαριῶν. Variae nominis forme occurunt haec: Γανδάραι (Hecataeus, Ptol.), Γανδάραι (Herodot.), Γάνδροι (si vera lectio, Steph. B.), Γανδάρεῖον et Γανδαρῖται (Diodor., Plutarch. Alex., Dionys. Per.); sanscrit. ling. gens dicitur Gandara. || — Προκλαΐδος] Προκλαΐδος b. l. codex, sed infra Προκλαΐδος. Consentit de nomine Ptolemeus VII, 1, 44, ubi Gandararum urbs Προκλαΐς (Προκλαΐς v. l.) memoratur. Ni fallor Προκλαΐδος librariorū errore ortum est ex Πω.; quo admissō, propius abest altera nominis forma, apud eos obvia qui ex Alexandri rerum scriptoribus pendent. Legitur de gente: Πευκαλεῖς (ap. Dion. Per. 1143),

λος Ἀλεξάνδρεια. Καὶ τούτων ἐπάνω μαχιμώτατον ἔθνος Βακτριανῶν, ὑπὸ βασιλέα δυντων ἰδίοτοπον. Καὶ Ἀλεξανδρὸς δρμηθῆσες ἀπὸ τῶν μερῶν τούτων ἔχοι τοῦ Γάγγους διῆλθε, καταλιπὼν τὴν τε Λιμυρικὴν 5 καὶ τὰ νότια τῆς Ἰνδικῆς ἀφ' οὗ μέχρι νῦν ἐν Βαρυγάζοις παλαιοὶ προγωροῦσι δραχμαῖ, γράμμασιν Ἐλληνικοῖς ἐγκεχραγμένα ἐπίστημα τῶν μετ' Ἀλέξανδρον τοῖς βεβασιλεύσασι Απολλοδότου καὶ Μενάδρου.

48. Ἡνὶ δὲ αὐτῇ καὶ ἔξι ἀνατολῆς πόλις λεγομένη 10 Ὁζήνη, ἐν ᾧ καὶ τὰ βασιλεία πρότερον ἦν· ἀφ' ἧς πάντα τὰ πρὸς εὐθνήταν τῆς χώρας εἰς Βαρυγάζα καταρέρεται καὶ τὰ πρὸς ἐμπορίαν τὴν ἡμετέραν, ὄνυχινη λίθια καὶ μουρρίνη καὶ σινδόνες Ἰνδικαὶ καὶ μολόχιναι καὶ ἵκανὸν χυδαῖον θόνον. Κατάγεται δὲ διὸ αὐτῆς 15 καὶ ἀπὸ τῶν ἄνω τόπων ἡ διὰ Προκλαΐδος καταφερομένη νάρδος ἡ Καττυθουρίνη καὶ ἡ Πατροπατίγη καὶ ἡ Κεβαλίτη καὶ ἡ διὰ τῆς παρακειμένης Σκυθίας, δὲ τέ κόστος καὶ ἡ βδέλλα.

49. Προχωρεῖ δὲ εἰς τὸ ἐμπόριον οὗνος προηγουμένως 20 Ἰταλικὸς καὶ Λαοδικινὸς καὶ Ἀραβικὸς καὶ γαλακὸς καὶ καστίτερος καὶ μολυβδός, κοράλλιον καὶ χρυσόλιθον, ιουατισμὸς ἀπλοῦς καὶ νόθος παντοῖος, πολύμιτοι ζῶνται πηγαῖαι, στύραξ, μελίωντον, θυλαὶ ἀργῆ, σανδαράκη, στίμμι, δηγάριον χρυσοῦν καὶ ἀργυροῦν, ἔχον ἀλλαγὴν 25 καὶ ἐπικέρδειάν τινα πρὸς τὸ ἐντόπιον νόμιμον, μύρον οὐδὲ βαρύτιμον οὐδὲ πολύ· τῷ δὲ βασιλεῖ κατ' ἔκεινους τοὺς καιροὺς εἰσφερόμενα βαρύτιμα ἀργυρώματα καὶ μουσικὰ καὶ παρθένους εὐεῖδεῖς πρὸς παλλακίαν καὶ διάφορος οἶνος καὶ ἱματισμὸς ἀπλοῦς πολυτελῆς καὶ μύρον ἔχον. Φέρεται δὲ ἀπὸ τούτων τῶν τόπων νάρδος, κόστος, βδέλλα, ἔλέφας, δυνυχίνη λίθια καὶ μουρρίνη καὶ λύκιον καὶ θόνουν παντοῖον καὶ Σηρικὸν καὶ μολόχινον καὶ νῆμα καὶ πέπει μακρὸν καὶ τὰ ἀπὸ τῶν ἐμπορίων φερόμενα. Ἀποπλέουστι δὲ κατὰ καὶ 30 ρὸν οἱ ἀπὸ τῆς Αἴγυπτου εἰς τὸ ἐμπόριον ἀναγόμενοι περὶ τὸν Ἰούλιον μῆνα, διὸ ἐστιν Ἐπιφί.

de urbe : Πευκέλα (ap. Arrian. Ind. 1), de regione : Πευκελαῖτις (Arr. Ind. 4, 11), Πευκελαῖτις (Arr. Anab. IV, 22, 28), Πευκελαῖτις (codd. Strabon. p. 698; Plinius VI, 21). Formæ sanscritæ sunt *puscala*, *puscalavati* (Lassen *Zeitschft I. I. III.*, p. 197 Benfey p. 45); hodie *Pekheli* prope *Peshaver*. Cf. Ritter, III., p. 1088. Mox pro ἐν ᾧ ἔτι editt. scripserunt ἐν οἵτε. Sane quidem Alexandria ista Hydaspi adjacens ad Peuce-laitidem perperam refertur; at omnino in situ mediterraneorum indicando Noster negligenter. Quo pertinet etiam quod regiones modo memoratas tanquam Barygazis ἐπικειμένας recenset. Causa rei in eo quærenda, quod merces inde in magnum Barygazenum emporium deportabantur. || — 2. δύντων ἴδιοτοπον] οὕτων ἴδιον τόπον codex; ἔχον ἴδιον τόπον Fabricius; possis οἷον ἴδιον τ. Intra quoque legitur ὅποι βασιλέα εἶναι; alias hoc loco mallem: ὅποι βασιλέσσαι δύντοτες || — 4. Γάγγους] Fabulae de Alexandro ad Gangem usque progresso vel nostri auctoris temporibus apud vulgus notiores fuerint quam historicorum cominen-

regio, in qua Alexandria Bucephalos. Supra has est bellissimissima natio Bactrorum, qui proprium sibi regem habent. Ab his partibus profectus Alexander ad Gangem usque penetravit, omissa Limyrica et Indiae regione australi. Inde ad hunc usque diem Barygazis antiquæ in usu sunt drachmæ, literis græcis insculpta habentes signa Apollodoti et Menandri.

48. Inest huic regioni a parte orientali etiam Ozene urbs, in qua prius fuit regia. Ex ea quæcumque ad commoditatem regionis pertinent Barygaza devehun-tur, nec non ea quæ ad nostram mercaturam faciunt, onyches lapides et murrhini, sindones Indicæ et molochinæ nec parva copia othonii vulgaris. Per can-dem regionem ex superioribus locis nardus deportatur quæ per Proclaidem affertur Cattyburina et Patropapiga et Cabalita atque ea quæ per adjacentem transit Scythiam, nec non costus et bdellium.

49. Importatur in emporium de proposito vinum Italicum et Laodicenum et Arabicum, æs, stannum, plumbum, corallium, chrysolithus, vestitus simplex et adulterinus omnis generis, multis liciis textæ zone cubitales, styrax, melilotum, vitrum rude, sandarace, stimmi, numi aurei et argentei, quorum cum moneta domestica quæstuosa est commutatio, denique unguentum non magni tamē pretii nec multum; regi autem istis temporibus tributi nomine mittebantur argentea vasa pretiosa, instrumenta musica, virgines formosæ ad pellicatum, vinum eximium, vestitus simplex sumtuosus, unguentum præstantissimum. Exportant vero ex his locis nardus, costus, bdellium, ebur, onyches lapides et murrhini, lycium, othonium varium, sericum, molochinum, filum, piper longum et qua alia ex emporiis eo conferuntur. Op-portuno hac navigatur tempore ex Agypto circa mensem Julium sive Epiphī.

tarii. || — 6. παλαιαὶ δραχμαὶ] Etiamnunc in his locis passim inveniuntur. V. Grotfend *Mänzen*, etc. p. 108 sq. || — 8. Ἀπολλ. καὶ Μεν.] Inter græcos Bactrorum reges hosce duo fuisse postremos, atque Apollodotum ante Menandrum regnasse, quamquam Noster Apollodotum primo loco memoravit, ex inde numerorum (discretioribus testimonii denegatis) con-jecit Grotfendus I. l.

§ 48, l. 9. αὐτῇ] αὐτῇ codex. || — 10. Ὁζήνη] indice *Uggagini*, vulgo *Ougein*, quæ fortasse priscis jam temporibus regia erat; certum est sedem ibi ha-buisse Vicramaditjam, qui an. 56 a. Chr. Sacas expu-lit (V. Lassen De pentapotamia p. 57. Bohlen *Ind. I.*, p. 94; Ritter V, p. 486). Cf. supra not. ad § 38. || — 11. Βαρύγαζαν cod. || 16. ἡ Καττυθουρίνη.. Πατροπατίγη.. Καβαλίτη] De prioribus duobus nominibus disere non habeo; tertium esse videtur *Czabol* regionis, cuius incolas Ptolemaeus VII, 18, 3 Κα-βολίτας vocat.

§ 49, l. 24. στήμα: codex. || — 31. De onychum fodi-

50. Μετὰ δὲ τὰ Βαρύγαζα εὐθέως ἡ συναρχής πειρος ἐκ τοῦ βορέου εἰς τὸν νότον παρεκτείνει· διὸ καὶ Δαχιναβάδης καλεῖται ἡ χώρα· δάχανος γάρ καλεῖται δὲ νότος τῆς αὐτῶν γλώσσης. Ταύτης ἡ μὲν ὑπερκειμένη πρὸς ἀνατολάς μετογειος ἐμπεριέχει χώρας τε πολλὰς καὶ ἔρημους καὶ δρη μεγάλα καὶ θηρίων γένη παντοίων, παρδάλεις τε καὶ τίγρεις καὶ ἐλέφαντας καὶ δράκοντας ὑπερμεγέθεις καὶ κροκόπτεις καὶ κυνοκεφάλων πλεῖστα γένη, ἔοντα τε πλεῖστα καὶ πολυάνθρωπα μέχρι τοῦ

10 Γάγγους.

51. Τῶν δὲ ἐν αὐτῇ τῇ Δαχιναβάδῃ δύο ἔστι τὰ διασημότατα ἐμπόρια, Παιθανα μὲν ἀπὸ Βαρυγάζων ἀπέκροντα δύον ἡμερῶν εἴκοσι πρὸς νότον, ἀπὸ δὲ ταύτης ὡς ἡμερῶν δέκα πρὸς ἀνατολὴν ἑτέρα πόλις μεγίστη Τάγαρα. Καταγέται δὲ ἐξ αὐτῶν πορείας ἀμαξῶν καὶ ἀνοδίαις μεγίσται; εἰς τὰ Βαρύγαζα ἀπὸ μὲν Παιθάνων ὄνυχιν λιθία πλείστη, ἀπὸ δὲ Ταγάρων δύον πολὺ χυδαῖον καὶ σινδόνων παντοῖα καὶ μολόχινα καὶ τινα ἄλλα τοπικῶν ἔκει προχωροῦντα 20 φορτία τῶν παραβαθαλασσίων μερῶν. Οὐ δέ δύο παράπλους μέχρι τῆς Λιμυρικῆς ἔστι σταδίων ἐπταχισγίλιον, πλεῖστοι δὲ εἰς Αἴγιαλόν.

52. Τοπικὰ δὲ ἐμπόρια κατὰ τὸ ἔπης κείμενα Ἀκα-

nis in *Guererate v.* Ritter. VI, p. 603, et de pipere idem V, p. 439.

§ 50, l. 3. Δαχιναβάδης] ling. sanscrit. *dakshināpathas* (i. e. versus meridiem iter); praeerit. *dakkhinābadha*; δάχανος reddit vocem praeerit. *dakkhina*. V. Lassen Institut. ling. praeerit. App. p. 15; Benfey l. l. p. 92; Schwanbeck. l. l. p. 361. Hodie regio *Dekan*. || 9. μέχρι τοῦ Γάγγους] πολυάνθρωπα τὰ μέχρι τοῦ σύνεγγυς cod.; em. Stuck.

§ 51, l. 12. Παιθανα μὲν] ἐπιτρινόμενα cod.; em. Schwanbeck. Mox pro ἀπὸ Παιθάνων codex ἀπὸ Πλιθάνων, confusis literis Λ et Α. Est enim *Caliwahana* regionis urbs celebris, quae vocatur ling. praeerit. *Paithana*, ling. sanscrit. *Prathisthana*; Ptolemaeo VII, 1, 82 est Βαθανα, βασιλεὺος Σιροπολεμάτου (?), in quibus Σιρο est prefixus nomini proprio titulus (*cri* sanscrit., i. e. sanctus); quod vero sequitur regis nomen haud dubie mendam traxit (v. Benfey l. l. p. 97). Hodie urbs *Python* (*Pultanah* ap. *Wilfordium*) ad *Godaveri* fluv. prope *Ahmednagara*. V. Wilford. *As. Res.* I, p. 369-375. IX, p. 199. Wilson *Mackenzie collection* I, p. cxxiii; Vincent l. l. II, p. 412; Lassen *Ind. Alterth..* I, p. 177; Schwanbeck p. 362; Benfey p. 92. Ritter V, p. 513. || — 13. ἀπέλοντα] ἔχοντα cod.; em. Bernhardy. || — 15. Τάγαρα μεγίστη] codex; transposuit Fabr. Ptolemaeus ita: Τάγαρα 118° long. 19° 20' lat.; Βαθανα 117° long., 18° 30 lat. Hac distantia a Nostris longe abest. Schwanbeckius Ptolemaeum sua ē Nostro summisce opinatur propterea, quod ille Tagara justa Pæthana nominat, sicuti Noster. Quatenus hodie sit Tagara urbs inter tot interioris *Dekan* loca dictu difficile. Wilford ex equo Vincentus II, p. 413, Mannertus V, I, p. 83, Ritterus V, p. 513, alii, esse

50. Quod post Barygaza continuo sequitur litus a borea versus notum extenditur; quare etiam Dachinabades vocatur regio; nam Dachanus indigenarum lingua notum significat. Mediterranea quæ littori superjacent multas et desertas continent regiones, montes altos, ferarum genera varia, ut pardales, tigres, elephantes, serpentes mira magnitudinis, crocotta, cynocephalorum species plurimas, plurimas item populosissimasque gentes usque ad Gangeum flumen.

51. In ipsa autem Dachinabade duo sunt præ certe insignia emporia, Pæthana, a Barygazis viginti dierum itinere versus meridiem dissita, et hinc decem fere dierum via distans alia urbs maxima quæ vocatur Tagara. Ex his emporiis Barygaza per loca maxime invia plastris merces devehuntur, Pæthaniis onyches lapides plurimi, Tagaris magna vis othonii vulgaris, sindonum genera varia et molochina et aliae quedam merces, quæ pro locorum ratione ex regionibus maritimis eo importantur. Universa autem præternavigatio usque ad Limyricam est septies mille stadiorum, alia vero plurima sunt ad Aegialum.

52. Minorata autem quorundam locorum emporia

putant *Deoghir*, quæ principis sedes erat usque an. 1293, nunc in ruinis jacet prope hod. *Doulatabad* (*Dowlatabad* Berghaus), nec longe ab *Elore* vico templorum ruinis inclyto (V. Ritt. VI, p. 679). At si Pæthana sunt *Pythan*, Tagara esse nequeunt *Deaghir*, aut falsa notantur intervalla. Cum Schwanbeckio nihil posse definiri censeo. || — 16. Βαρύγαζαν et Πλιθάνων cod. || — 21. σταδ. ἐπταχισγίλι.] Primum Limyrices emporium infra dicitur *Naura*, nunc *Houawer* (14° 16' lat.), quod a *Baroatsch* (21° 48') linea recta distat fere 4500 stadia; sin oræ flexus separatis, circiter 5300 stadia. Itaque Peripli numerus a vero satis longe recedit. 7000 stadia pertinerent fere usque ad *Calicut*, sive usque ad finem Limyrices et initium regni Pandionis. Jam mirum est Ptolemaeum, quamvis systematico suo geographicō seductus falsissimam Indiae delineationem dederit, recte tamen usque ad finem Limyrices 7000 fere stadia computare. Quare nescio an idem jam Noster statuerit, et pro μέχρι τῆς Λιμυρικῆς fuerit μέχρι τοῦ τελούς s. τοῦ ἐσχάτου τῆς Λιμυρικῆς, adeoque longitudinem posuerit totius Indiæ tractus, quem ipse adierat; nam ultra Limyricæ emporia non progressum esse mercatorem nostrum ex diversa narrationis indole colligitur. Ulterioris tractus intervalla nusquam definitis numeris indicat, sed hoc ipso loco vagum in modum significare videtur verbis πλεῖστοι δὲ εἰς Αἴγιαλόν, i. e. alia vero plurima stadia sunt usque ad Aegialum de quo postea sermo est. Certe quod vulgo vertunt « phura vero si litera legentur » nihil est.

§ 52, l. 23. Ἀκαθάρου Σούππαρα] Ακαθάρους οὔππαρα cod., in quibus litera s ad alterum nomen trahendam esse vv. dd. monuerunt, quum eandem urbem Ptolemaeus dicat Σούππαρα, nos vero hodie *Surate*. Quod

Ερόου, Σούππαρα, Καλλίενα πόλις, ἐπὶ τῶν Σαραγάνου τοῦ πρεσβυτέρου χρόνων ἐμπόριον ἔνθεσμον γενόμενον· μετὰ γὰρ τὸ κατασχεῖν αὐτὴν Σανδάνην ἐκωλύθη ἐπὶ πολὺ, καὶ γὰρ τὰ ἐκ τύχης εἰς τούτους τοὺς τόπους εἰσβαλλοντα πλοῖα Ἐλληνικὰ μετὰ φυλακῆς εἰς Βαρύγαζα εἰσάγεται.

53. Μετὰ δὲ Καλλίεναν ἄλλα ἐμπόρια τοπικὰ Σήμουλλα καὶ Μανδαγόρα καὶ Παλαιπάτμαι καὶ Μελιζει-

relinquitur Ἀκαδέρου aliunde explicari nequit. Ptolemaeus ita habet VII, 1, 5:

Νημάδου ποτ.	ἐκβολαὶ	112°	»	— 17° 45'
Νουστρίτα		112° 30'	—	16° 30'
Πουλιούλλα		112° 30'	—	16°

*Αριακῆς Σαδινῶν.

Σουπέρα		112° 30'	—	15° 30'
Γούριος ποταμοῦ	ἐκβολαὶ	112° 15'	—	15° 10'

Scythici. Noster Chrysen habet insulan prope Gan-
gem in alto sitam. Ptolemai aeo dilatata terrarum
transgangeticarum cognitione, Chryse est nota omni-
bus peninsula. Cf. Marcian. p. 14 Huds.

§ 64, I. 22. Θῖνας] Eadem forma in sqq. bis re-
currit, quam temere in Σινῶν mutari voluit Salmasius.
|| — 24. Θῖνα codex. Θῖναι urbs vocatur Eratosthe-
ni ap. Strabon. I, p. 64 et 68, sita ad extremum Emo-
dum montem sub eodem quo Rhodus parallelo. Hæc
cum nostris concinunt. Ptolemaeus VII, 3, 6 urbem ad
sui orbis extremitatem transferens in Sinarum terra
ponit 3° latit. australis : ἡ μητρόπολις (τῶν Σινῶν)
Σῖναι η Θῖναι· οὔτε μέντοι χαλκᾶ τελχη φασὶν αὐτὴν ἔχειν
οὔτε ἀλλο τι ἀξιολογον. Cf. Marcian. p. 14 Huds. Ce-
terum quatenus vera urbis memoria subest, situm
qualem antiquiores geographi exhibent, ad probabilit-
atem multo proprius accedere recte viri docti monue-
runt. Heerenius *Ideen* I, 2, p. 668 de urbe *Peking*
cogitavit, Mannert V, 1 p. 204 de *Schunnin* in *Guinan*
provincia, aliis de *Nanking*, vel ob nominis similitudinem
de urbe *Tsin* in provincia *Sthensi*, ubi *Sin* seu
China regnum octavo ante Christum seculo conditum
esse Chinesi narrant (V. Ritter. II, p. 199). || —
25. Βαργύγαζαν cod.

ποταμοῦ. Εἰς δὲ τὴν Θίνην ταύτην οὐκ ἔστιν εὐγερῶς ἀπέλθειν· σπανίως γὰρ ἀπ' αὐτῆς τινὲς οὐ πολλοὶ ἔργονται. Κεῖται δὲ ὁ τόπος ὑπ' αὐτὴν τὴν μικρὸν ἄρχοντο, λέγεται δὲ συνορίζειν τοῖς ἀπεστραχμένοις μέρεσι τοῦ Πόντου καὶ τῆς Κασπίας θαλάσσης, καθ' ἣν δὲ παραχειμένη λίμνη Μαύτις εἰς τὸν ὥχεανον συναναστομοῦσα.

55. Κατ' ἑτοῖς δὲ παραχίνεται ἐπὶ τὴν συνορίαν τῆς Θίνης ἔθνος τι, τῷ μὲν σώματι κολοβοὶ καὶ σρόδρα πι πλατυπόρσωποι, ἐννούται δὲ λῆστοι· αὐτοὺς [δὲ] λέγεσθαι [φασι] Σησάτας, παρομοίους ἀνημέροις· παραχίνονται σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, βαστάζοντες φορτία μεγάλα [καὶ] ταρπόνας ὡμαρπελίνοις παραπλησίας, εἴτ' ἐνεπιμένουσιν ἐπὶ τινὰ τόπον τῆς συνορίας αὐτῶν καὶ τῶν ἐπὶ τῆς Θίνης, καὶ ἐρπτάζονται ἐπὶ τινας ἡμέρας, ὑποτρώσαντες ἑαυτοῖς τὰς ταρπόνας, καὶ ἀπαλρουσιν εἰς τὰ ἴδια εἰς τοὺς ἐσωτέρους τόπους. Οἱ δὲ ταῦτα δοκεύοντες τότε παραχίνονται ἐπὶ τοὺς τόπους καὶ συλλέγουσι τὰ ἔκεινας ὑποτρώματα, καὶ ἔξινιάσαντες καλάμους τοὺς λεγομένους πέτρους ἐπὶ λεπτὸν ἐπιδιπλώσαντες τὰ φύλλα καὶ σραιροειδῆ ποιοῦντες διειρουσι ταῖς ἀπὸ τῶν καλάμων λύχις. Γίνεται δὲ γένη τρία· ἐκ μὲν τοῦ μείζονος φύλλου τὸ ἀδρόσφαιρον μαλάζαθρον λεγόμενον, ἐκ δὲ τοῦ ὑποδε-

portantur. Ceterum in Thinem regionem pervenire haud est facile; raro inde pauci quidam adveniunt. Jacet locus sub Ursam minorem, ferturque contermenus esse aversis partibus Ponti et mari Caspii, juxta quod est sita Maeotis palus, quæ in Oceanum effunditur.

65. Quotannis autem ad confinia Thinis gens quemadmodum commeare solet hominum corpore pusillo, facie admodum lata, mente tamen mitissima, quos Sesatas (*Besadas*) vocant, seris assimiles. Adveniunt cum uxoribus et liberis, magnas portantes sarcinas et sirpeas viridis vitis foliis comparandas. Deinde in confiniis suæ ipsorum et Thinis regionis alicubi commorantes per dies aliquot festa agunt substratis sibi sirpeis, et deinde in loca interiora ad suos revertuntur. Tum vero Thinis incole, observato illorum discessu, accurentes strata ista colligunt, et ex calamis, quos petros appellant, nervis fibrisque extractis, et foliis in globulos convolutis et complicatis, calamorum fibris folia trajiciunt. Tria autem sunt genera; quod ex maiore fit folio, hadrosphærum malabathrum dicitur; quod ex mediocri, mesosphærum; quod ex minore, micro-

3. ἵπ[ο]τε[ρο]ς] ἐπί codex. || — 6. Μαύτις εἰς τὸν ὥχεανον συναναστομοῦσα] Cf. Plinius II, 97 de Maeotide palude: *Sive ea oceani sinus est, ut multos adverto credidisse, sive angusto discreti situ restagnotum.* Id. VI, 13; Plutarch. Alex. c. 44; Curtius VI, 4; Orphic. Arg. 1045 sqq.; Lucan. Phars. III, 277; Seneca Herc. sur. 1328; Maximus Tyr. XXVI et XXXII. || — 9. σρόδροι cod.; em. Salmasius p. 754. || — 10. πλατυπόρσωποι, ἐννοεῖται δὲ λῆστοι] πλατυπόρσωποι εἰς τέλος τε αὐτῶν λέγεσθαι Σ. codex. Salmasius I. I., dederat: πλατυπόρσωποι, σιμοὶ εἰς τέλος, αὐτοὺς δὲ λεγ. Σ., « parum prospere; nam et siquid junctura caret et obscurum est εἰς τέλος, nec infinitivus habet unde pendeat. Sententia sere poscit: δύνματι δέ φασιν αὐτοὺς λέγεσθαι vel similia. » *BERNHARDYUS.* Vossius ad Melam III, 7 conj.: πλατυπόρσωποι, ἐννεοὶ, εἰς τέλος τε αὐτοὺς λεγ. Βησάδας. Quod ego dedi ad traditam proxime accedere videbatur. Cf. Plinius VI, 21: *Seres mites quidem sed et ipsi seris permisiles cætum reliquorum mortaliū fugiunt, commercia exspectant.* Melam III, 7: *Seres genus plenum justitia, ex commerciis, quod rebus in solitudine relicitis absens peragit, notissimum.* Σταταξ] Leg. vid. Βησάδας vel Βησάδης. Cf. Ptolemaeus VII, 1, 15: *Μελοὶ οὖς ὑπὲρ τὸν Μελανόρον Τιλάδαι, καλοῦσι δὲ οὖς τοὺς Βησαδέας.* εἰσὶ γὰρ κολοβοὶ καὶ πλατεῖς καὶ πλατυπόρσωποι, λευκοὶ μέντοι τὰς χρόας. Id. § 17: *Υπέρειται πληταζόσα τοῖς Βησαγγέταις (sic) ἡ Χρυσή γέρα.* Palladius De Brachiman. in Pseudocalisth. III, 8, p. 103 sq.: *τῶν καλουμένων Βησάδων τῶν τὸ πέπερι συναγγόντων κτλ., ubi vide.* || — 11. παρ. ἀντ. μ.] παρομοιοῦσιν ἡμέραις cod.; em. Salmasius. || — 12. φορτία μεγάλα τέρπονας ὡμαρπελίνοις παραπλησίαι codex; ο. μ. ἐν ταρπήσαις ὡμαρπελίνοις παραπλησίαι Salmasius,

quod sive structuram verborum sive sensum species, admitti nequit. Vossius ad Melam I. I. conj.: φ. μ. πετρῶνται τὰ ὡμαρπελίνοις παραπλησίαι. « Dicuntur vero, ait, πετρῶνται καλαμίς malabathrinis, quos petros vocari scribit. || — 15. τῶν ἐπὶ] τῶν ὑπὸ cod. || — 15. ἐφ τάξουσιν] ἀρπάζουσιν cod.; probabiliter em. Vossius. || — 18. ταῦτα δοκεύοντες] τ. δοκοῦντες codex; οἱ δὲ καρπάδοκοῦντες conj. Salmasius. Ceterum fabulum narrat auctor. Venerint Besadae ad vicinæ regionis limites, ut malabathrum venderent. Excedebant in confiniis merces; tum recedebant, ut emptores pretium apponenter, muta ista commercii ratione, quam et Melam I. I. subindicat, et alios apud populos vigeisse bene notum est. || — 20. ἔξινιάσαντες κτλ.] Salmasius p. 754: « Dioscorides, ubi de malabathro loquitur: ὅπερι συλλέγοντες διειρουσι λινῷ... Isidorus de eodem malabathro: *Folium dictum, quod sine ulla radice innatans in India litoribus colligitur, lino perforatum siccant Indi atque reponunt.* Auctor Peripli non lino perforari ac trajici pillulas illas, quæ ex malabathri foliis concinnabantur, sed ipsis nervis sive fibris calamorum sive virgarum malabathri; καλάμους enim vocat virginas ipsas ac surculos quibus hæcabant folia. Atqui ex ipsis foliis fibras illas sive nervos desciant. Hoc ille vocat ἔξινιάσειν, hoc est λινῷ extrahere. » Ceterum de malabathro (*tamalapatra*), quod olim betel esse putabant, quum sit folium *lauri cassiae*, vide quae nota Lassenius Ind. Alt. I, p. 283 sq. || — 24. ἀρπάζαρον.] Salmas. p. 754: « Malabathri folia olim in pilulas convoluta venum ibant, et hac forma in Europam adserebantur. Inde apud Didymum: φύλλον μαλαζάρου σφιχτὰ πέντε, et alibi σφιρόν ἐν. Plinius XII, 26, qui folium nardi putavit esse, quum sit malabathri-

εστέρου τὸ μεσόσφαιρον, ἐκ δὲ τοῦ μικροτέρου τὸ μικρό-
σφαιρον. Ἐνθεν τὰ τρία μέρη τοῦ μαλαθάρου γί-
νεται καὶ τότε φέρεται εἰς τὴν Ἰνδικὴν ὑπὸ τῶν κατ-
εργαζομένων αὐτά.

5. 66. Τὰ δὲ μετὰ [τούτους] τοὺς τόπους, διά τε ὑπερ-
βολὰς χειμώνων καὶ πάγους μεγίστους δύσβατα δύτα,
εἴτε καὶ θεῖα τινὶ δυνάμει θεῶν, ἀνερεύνητά ἔστιν.

sere annonam; ab amplitudine hadrosphærum vocatur
majoribus foliis; quod minoribus est mesospherum
appellatur.. Laudatissimum microsphærum e minimis
folium.

§ 66, l. 5. τούτους addidit Fabricius. || — δύσβατα

phærum. Hinc igitur tria existunt malabathri ge-
nera, quæ deinde ab iis qui consecerunt, in Indiam
feruntur.

66. Quæ post hæc sequuntur regiones vel quod
propter nimias tempestates et summa frigora difficil-
limi sint accessus, vel etiam divina quadam numinum
potestate, explorari nequeunt.

δύτα] δυσβάτων τε τόπων cod.; fortassis auctor ser-
monem parum curans scriperat: δυσβάτων δυτῶν
τόπων. Possit etiam servare vulgatam transponendo:
διά τε ὑπερβολὰς χειμώνων δυσβάτων τε τόπων καὶ πά-
γους μεγίστους.

APPIANOY
IN ΔΙΚΗ.

ARRIANI
HISTORIA INDICA.

1. De accolis Indi occidentem versus, Assacenis, Astacenis et Nyseis. — 2. Fines Indiae. Eam Indiam quae ad occidentem vergit, Alexander et multi cum eo viderunt; de India orientem versus pauci scripserunt. — 3. Variorum de India magnitudine sententiae. — 4. Fluviorum copia et magnitudo. — 5. Nomina fluviorum. Indus et Ganges cum Nilo et Istro comparantur. — 6. Sila fluvius; pluvia in India; ceti fluviorum; color Indorum. — 7. Quot sint Indiae gentes. Historia Indorum. Primos Indos nomades ac feros ad cultiorem vitam adduxit Bacchus. — 8. Reges Indorum post Bacchum. De Hercule narratio. De margaritis Indicis. — 9. Vita brevis hominum; prematurie nuptias in Pandæa, Hercule auctore. Numerus regum et annorum a Baccho ad Sandracottam. Præter Bacchum, Herculem et Alexandrum nemine in Indianum expeditionem fecisse, neque Indos ipsos in alias gentes. — 10. Quomodo Indi mortuos honorant. De urbium multitudine et ratione eas construendi; de Palimbothris. Nemo in India servus. — 11. Septem Indorum ordines: sophistæ; agricultæ; pastores et venatores. Interponunt quadam de magni Indi Arboribus. — 12. Artifices, mercatores, nautæ naviumque architecti; milites; inspectores; principes. Addunt pauca has tribus in universum spectantia. — 13. Venatio elephantorum. — 14. De natura elephantorum. — 15. De tigride, formicis aurum effodientibus, psittacis, simiis, serpentibus. Medici Indorum. — 16. Vestitus et arma; frena equorum. — 17. Corpora Indorum; quibus animalibus Indi veli soleant. Elephas pretium concubitus. De nuptiis. Quo cibo vescantur Indi. Transitus ad expeditionem navalem. — 18. Trierarchi et præfecti classis; sacra et certamina, antequam solveret Alexander. — 19. Numerus militum et navium. Navigatio in Indo. — 20. Alexandri desiderium navigationis per mare Indianum in Persiam usque; ejusdem æstus de præfecto, quem levit Nearchus. Cura classis a Nearcho suscepta, unde communis latitia. — 21. Tempus quo Nearchus solverit. Initium navigationis. Stura. Caumara. Coreatis. Crocalia. ARABIES: Irus. Portus Alexandri. Bibacta. Sangala. Mora. Nearchi per dies XXIV. — 22. Vento adverso remittente ultra classem prograditur. Domæ insula. Saranga. Sacala. Morontbara et Mulierum portus. Ostium Arabis amnis. — 23. OBI-

I. Τὰ ἔξω Ἰνδοῦ ποταμοῦ τὰ πρὸς ἐσπέρην ἔστε ἐπὶ ποταμοῦ Κωφῆνα Ἀσταχηνὸι καὶ Ἀσταχηνοί, Εὐνεαὶ Ἰνδικὰ, ἐποικέουσιν. (2) Ἀλλ' οὔτε μεγάλοι τὰ σύ-

Codicum sigla: A, cod. Parisinus 1753; B, 456; C, 1407; D, 1438; L, codex Laurentianus, a Gronovio collatus. Codicem A contulit Dübnerus noster; idem formas verborum ionicas, quas usurpasse Arrianum certis exemplis probatur, ubicunque a scribis neglectæ essent, restituit. Qua de re lectorem amandamus ad Annotationem criticam (p. XXVI sqq.), quam Arrianii operibus Dübnerus præfixit.

I. 1. ἔστε om. BCD. || — 2. ἐπὶ τὸν ποταμὸν LD. || — 2. Κωφῆνα] Eadem nominis forma in Anab. IV, 22. V, 1; ap. Philostrat. Vit. Apoll. II, 6. 8. 9; Joseph. Ant. Jud. I, 64; Suidam s. v. et Zonaram p. 1275. Κώφης vocatur ap. Strabon. p. 697 sq.; Dio-

τε : Pagala. Cabana. Coca; ibi castra ponit Nearchus. Leonnati prolium cum Oritis. Remissio nautarum segniorum. — 24. Tomeris fluvius; descriptio accolarum et pugna cum iis. — 25. Malana. Longitudo navigationis præter regionem Arabitarum et Oritarum. Memorabilia de umbra et astris in his regionibus. — 26. Gadrosii. Ισπηνοφαγοί : Bagisara. Pasira. Colta. Calyba. Carmine ins. Cissa. Carbis. Mosarna. — 27. Hydraces, classis gubernator assumtus. Balonus. Barna. Dendrobosa. Cophas. Cyza; urbe anonyma, quam Nearchus capiendam censem. — 28. Capta urbe et direpto frumento, Nearchus discedit. Bagia promontorium. — 29. Talmena. Canasida. Misera exercitus. Canate. Taci. Dagasira. — 30. Balæna classem torrent. Earum ossibus domus exstruuntur. — 31. De Nosalis, insula fabulosa. — 32. CARMANIA. Badis. Maceta, promontorium Arabiacæ, et ostium sinus Persici. Disceptatio Nearchi cum Onesicrito. — 33. Neoptana. Anamis fluvius; Harmozia; classiarum quidam incident in Graecum, qui Nearcho non procul esse castra Alexandri refert. Subductis in terram navibus, castra munintur. — 34. Regionis præfectus clam Nearcho classis adventum Alexandro nuntiat. Nearchus Alexandrum convenit. — 35. Alexandri cum Nearcho colloquium. — 36. Continuata Nearcho cura classis. Reditus periculosus ad classem. — 37. Denuo cepta navigatio. Organa et Oaracta insulae; sepulcrum Erythræ regis; insula Neptuno sacra; alia insula; Pylora insula; Sisidone oppidum; Tarsia promontorium; insula Cataea. — 38. Fines Carmanie et Persidis; longitude navigationis præter Carmaniam. PERSISS: Ilas; Cecandrus; alia insula; Ochus mons; Apostana; Gogana; Arecon fluvius; Sitacus fl.; castra Nearchi. — 39. Ille-ratis urbs et fossa Ille-ratensis; fluvius Padagrus et regio Mesambria; Taoke et fluvius Granis; balæna mortua deducta; Rhagonis et Brizana torrentes; fluvius Arosis. — 40. Longitude navigationis præter Persidem; triplex divisio Persidis; Oxii, Mardi et Cossæ, montium incolæ, ab Alexander victi. — 41. SUSIANA : Cataderbis, Margastana; brevia periculosia; ostium Euphratis; Diridotis. — 42. Iter a Diridotis per lacum ad Pasisitigrin. Aginis pagus. Longitude navigationis præter Susianam. Deinde navigatur per Pasisitigrin, adverso flumine, usque ad pontem quem Alexander cum exercitu transierat; ubi finis est navigationis. — 43. De quibusdam servidibus et inculcis regionibus extra Indianum, præcipue Arabi et Africa.

I. Quæ extra Indum annem Occidentem versus sunt regiones ad Cophienem fluvium usque Astaceni atque Assaceni, Indicæ gentes, incolunt. (2) Sunt

nys. 1140; Plin. VI, 21. 23. De utraque forma v. Eustath. ad Dionys. Hodie Kaboul, de quo v. Ritter. VII, p. 197 sqq. III, 420. V, 449; Lassen Ind. Alt. I, p. 29 not. || — Ἀσταχηνὸι καὶ Ἀσταχηνοί] καὶ Ασ. om. D. De Assacenis Arrianus dixit in Exp. Al. IV, 25. 30, V, 20, item de Aspasiis et Gurais ejusdem tractus Indis; Astacenorum vero mentio, qua in Anabasi desideratur neque corrigendo inferenda esse videtur, occurrit apud Strabon. p. 698 : Τὰ δὲ μεταβότα τῶν διενὶ ποταμῶν ἔχουσιν Ἀσταχηνὸι τοιούτοις Μαστανοὶ καὶ Νυσσοὶ καὶ Ὑπάστοι (vel potius Ἰππάστοι; Πάστοι, Ὑπάστοι, ήτοι Λαζῶν codd.) εἰτ' ἡ Ασσακνοῖς (quod p. 691 corruptum est in Μουσακνοῦ),

ματα, κατάπερ οι ἐντὸς τοῦ Ἰνδου ὡκισμένοι, οὔτε ἀγάθοι ὥσταύτως τὸν θυμὸν, οὐδὲ μέλανες ὥσταύτως τοῖσι πολλοῖσιν Ἰνδοῖσιν. (3) Οὗτοι πάλι μὲν Ἀσσυρίοισιν ὑπῆκοι ήσαν ἐπὶ δὲ Μήδοισι Ηερέσων ἤκουον, καὶ φόρους ἀπέφερον Κύρῳ τῷ Καμβύσεω ἐκ τῆς γῆς σφῶν, οὓς ἔταξε Κύρος. (4) Νυσαῖοι δὲ οὐκ Ἰνδικὸν γένος ἔστιν, ἀλλὰ τῶν ἀμα Διονύσου ἐλθόντων ἐς τὴν γῆν τὴν Ἰνδῶν τυχὸν μὲν καὶ Ἑλλήνων, δοῖο ἀπόμαχοι αὐτῶν ἐγένοντο ἐν τοῖσι πολέμοισιν οὐστινας πρὸς 10 Ἰνδὸν Διονύσους ἀπόλεμητε· (5) τυχὸν δὲ καὶ τῶν ἀπιχωρίων τοὺς ἐθέλοντας τοῖσιν Ἐλληστ συνώκισε τὴν τε χώρην Νυσαίην ὡνόμασεν ἀπὸ τοῦ ὄρεος τῆς Νύστης Διονύσου, καὶ τὴν πόλιν αὐτὴν Νύσαν. (6) Καὶ τὸ ὅρος τὸ πρὸς τῇ πόλι, ὃντος ἐν τῆσιν ὑπωρεύησιν ὕκισται 15 ἡ Νύσα, Μηρὸς κλητίζεται ἐπὶ τῇ συμφορῇ ἢ τινι ἐχρήσατο εὐθὺς γενόμενος. (7) Ταῦτα μὲν οἱ ποιηταὶ ἐπὶ Διονύσῳ ἀπόικους καὶ ἔξηγεσθων αὐτὰ δέσι λόγιοι Ἑλλήνων ἢ βαρβάρων. (8) Ἐν Λασσακηνοῖσι δὲ Μάσακα, πόλις μεγάλη, ἵναπτε καὶ τὸ κράτος τῆς γῆς ἐστι τῆς Ασσακής· καὶ ἀλλη πόλις Πευκελαζῆτις, με-

vero hi Indis intra Indum annem habitantibus et corporum magnitudine et animorum praestantia inferiores, neque tam nigri quam plerique Indi. (3) Hi olim Assyrii parebant; deinde Medis subjecti in Persarum potestatem venerunt et tributa Cyro, Cambysis filio, ex suis regionibus peperunt, quae Cyrus imperavit. (4) Nysæi vero Indorum gens non sunt, sed ex iis originem ducunt, qui olim cum Libero patre in Indianam venerant, e Græcis fortasse, qui in bellis, quae Liber cum Indis gessit, inutiles bello facti fuerant; (5) fortassis autem etiam indigenas voluntarios in eandem cum Græcis coloniam deduxit, regionemque Nysæam a monte Nysa vocavit Liber, urbemque ipsam Nysam. (6) Mons vero urbi vicinus, ad cuius radices sita est Nysa, Merus (i. e. *femur*) vocatus est propter casum illum, quo usus fuit Bacchus simul ac natus erat. Atque haec quidem poetæ de Libero fixerunt: eaque quotquot vel apud Græcos vel apud barbaros fabulosarum historiarum scriptores sunt, explicit. (8) Apud Assacenos est Massaca, magna urbs, ubi et summa potestas est regionis Assaciæ; et alia urbs Peucelaetis,

δπου Μασόγα πόλις, τὸ βασιλεῖον τῆς χώρας. Ἡδη δὲ πρὸς τῷ Ἰνδῷ πάλιν ἀλλη πόλις Πευκελαζῆτις. Droysenius *Gesch. Alexandr.* p. 374 ex eo quod *Astes* Peucelaitidis regionis praefectus apud Arrian. Exp. Al. IV, 22, 8 memoratur, Astacenem dici Peucelaitidem censem, idque probat Lassenius *Ind. Alterth.* I, p. 423, quum pleraque Indorum regum principumque nomina in Alexandri rerum scriptoribus obvia, non personarum sint nomina propria, sed a regionibus urbibusque indita. Obstare quidem videntur verba Strabonis modo laudata; at non magnam ejus dixeris auctoritatem, quum Strabonis loco etiam aliis error subesse censeatur; nam quos ille dicit Μασιανὸς probabiliter putant non differre ab incolis Masoga s. Massaga urbis, adeo ut Μασιανὸς dicantur pro Μασαχγῷ (Lassen. I. l.). Plinius VI, 23 § 79 juxta Nysesos memorat *Aspaganos*, quod nomen Silligii ex Salmasii conjectura (Excrec. p. 706 b. F.) mutavit in *Astacanos*, ambigua emendatione, quamquam vel Assacenos nostros vel Astacenos indicari dubium non sit. Benfeyo in *Ersch. u. Grubers Encycl. v. Indien* p. 46 nomina Ἀσταχηνοὶ, Ἀσταχνοὶ, Ἀσταστοὶ, *Aspagani*, ejusdem nominis formæ sunt, quod in aliis civitatis aliter enuntiabatur vel enuntiari Græcis videbatur. Subesse monet vocem sanscritam *acvaga*, zendiām *aspaga*, i. e. *eques* (unde Ἰππάσιοι Strabonis). Elphinstonius *Cabul* p. 396 et Wilken in *Abh. d. Berlin. Akad. 1818-19.* p. 261 et Ritterus VIII, p. 206 Assacenos vix recte censem esse majores hodiernorum Afghans, quippe quorum priscas sedes fuisse in *Gur* sive *Guristan* Paropanisi regione historiis eorum tradatur; propius ad recens nomen accedere *Aspaganos* Plinii, neque alienos ab iisdem videri qui in inscript. literarum cuneiformium vocantur *Uscangha* (Ritt. VIII, p. 97). || — 1. καθάπτει h. l. et saepius codices; refinxit Dübner, ut alia ejus generis plurima, quæ singulis locis recensere supersedeo. || — 2. οὕτε ἀγαθὸι ὥσταύτως τὸν θυμὸν] e Confirmatur hoc bello

contra Alexandrum. Quamvis enim supra 3000 peditum, 2000 equitum et 30 elephantes haberent, prolio tamen cum Alexandro decertare noluere; Massagaque non ab ipsis, sed ab aliis Indis mercede conductis fortiter defensa, post horum discessum facile capta est. (Arr. Exp. IV, 26 sq.) » SCHMIEDER. || — 2. τοτὲ πολλοῖς... Ἀσσυρίοις codd.; em. Dübni., qui item reliqua loca, quibus dativorum formæ ionicae a scribis neglectæ sunt, corredit; quod semel monuisse satis est. || — 4. ἐπὶ] sic A; ἐπεὶ cett. || — 5. Καμβύσου codd.; ionica h. l. et alibi restituit Dübner. || 6. Νυσαῖοι] De tritissima fabula v. Arrian. Exp. V, 1; Curtius X, 8, 7; Strabo p. 698; Diodor. I, 19; Plutarch. Alex. c. 58; Philostrat. Vit. Apoll. II, 9; Mela, III, 7, 4; Plinius VI, 23 § 79 ed. Sillig. Nysam istam Dionysopolis nomine indicat Ptolemaeus VII, 1, § 43 ed. Nobbe, ubi post Γωράων ponitur: Νάγαρα ἢ καὶ Διονυσόπολις, quod hodierno loco Nagar respondere apud Forbigerum lego, II, p. 510. Nomen Νάγαρα indice nihil nisi urbem significat. Fabulosam esse Nyssam urbem censem cum aliis multis Lassenius l. l. Ceterum de fabulæ ratione præter alios plurimos v. Ritter. V, 450 ibique laudatos. De *Caboul* regionis fertilitate beatissima bene constat. || — 8. τὴν Ἰνδῶν] sic scripsi e B; τὴν Ἰνδικὴν C; τῶν Ἰνδῶν cett. || — 12. χώραν Νησαῖην D. || — 13. αὐτῶν Νύσαν B; αὐτῶν τὴν Νύσαν C. || — 14. πόλεις codd.; em. Dübni. || — 16. γινόμενος B. || — 18. Μάσσακα] βασακαὶ (sic) D; Μάσσαχη Exp. IV, 25, Μασόγα Strabo p. 698; *Massaga* Curtius VIII, 10, 7; Gurao (hod. *Pendjora*) fluvio vicina erat. || — 20. Πευκελαζῆτις] Πευκελα codex Florentinus et hinc Schmiederus; Πευκέλλα et Πευκέλα ἔτι cett.; quæ corruptio satis probat, in codice Florentino voculam ἔτι, υπότε nihili, a docto librario ejectam esse, monente Dübnero. ἐν Πευκελαζῆτιδι (γάρ φ. sc.) infra c. 4, 11 codex Florent., Πευκελαζῆτιδι cett., ut videtur; Πευκελαζῆτιν γάρ Ex. IV, 22, 9.

γῆν καὶ αὐτῇ, οὐ μακρὸν τοῦ Ἰνδοῦ. Ταῦτα μὲν
ἔσσοι τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ φίκεται πρὸς ἐσπέρην ἔστε ἐπὶ¹
τὸν Κωρῆνα.

II. Τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ Ἰνδοῦ πρὸς ἕω, τούτο μοι ἔστω
ἢ Ἱνδῶν γῆ, καὶ Ἰνδὸς οὗτοι ἔστισταν. Ὅροι δὲ τῆς
Ἰνδῶν γῆς πρὸς μὲν βορέεων ἀνέμου ὁ Τάυρος τὸ ὄρος.
(2) Καλέεται δὲ οὐ Τάυρος ἔτι ἐν τῇ γῇ ταύτῃ ἀλλ' ἀρχεται μὲν ἀπὸ Θαλάσσης ὁ Τάυρος τῆς κατὰ Παμφύλους τε καὶ Λυκίην καὶ Κιλικίας, παρατείνει τε ἔστε
ιον τὴν πρὸς ἕω θάλασσαν, τέμνων τὴν Ἀσίην πᾶσαν.
(3) ἀλλὴ δὲ ἀλλο καλέεται τὸ ὄρος, τῇ μὲν Παραπα-
μίσος, τῇ δὲ Ἡμωδός ἀλλὴ δὲ Ἰμαον κλήζεται, καὶ
τυγχὼν ἀλλα καὶ ἀλλα ἔχει οὐνόματα. (4) Μακεδόνες δὲ,
οἱ ξὺν Ἀλεξανδρῷ στρατεύσαντες Καύκασον αὐτὸς ἐκά-
λεον ἀλλον τοῦτον Καύκασον, οὐ τὸν Σκυθικὸν ὃς καὶ
τὰ ἐπέκεινα τοῦ Καύκασου λόγον κατέχειν ὅτι ἥλοεν
Ἀλεξανδρός. (5) Τὰ πρὸς ἐσπέρην δὲ τῆς Ἰνδῶν γῆς
δι ποταμὸς δὲ Ἰνδὸς ἀπείροις ἔστε ἐπὶ τὴν μεγάλην θά-
λασσαν, ἵναπερ αὐτὸς κατὰ δύο στόματα ἐκδιδοῖ, οὐ
20 συνεχέας ἀλλήλοις τὰ στόματα, κατάπερ τὰ πέντε τοῦ
Ἴστρου ἔστι συνεχέα. (6) ἀλλ' ὡς τὰ τοῦ Νείλου, ὑπὸ²
τῶν τὸ Δέλτα ποιεῖται τὸ Αἴγυπτιον, ὁδέ τι καὶ τῆς
Ἰνδῶν γῆς Δέλτα ποιεῖται δὲ Ἰνδὸς ποταμὸς, οὐ μείον
τοῦ Αἴγυπτου· καὶ τοῦτο Πάταλα τῇ Ἰνδῶν γλώσσῃ
25 καλέεται. (7) Τὸ δὲ πρὸς νότον τε ἀνέμου καὶ μεσημ-
ερίης αὐτῇ ἡ μεγάλη θάλασσα ἀπείροις τὴν Ἰνδῶν

magna etiam hæc, non procul ab Indo. Hæc extra In-
dum amnem habitantur occidentem versus usque ad
Cophenem fluvium.

II. Quæ vero regio ab Indo orientem versus est, eam
ego Indianum appello, quique eas partes incolunt, Indos.
Terminatur autem India a septentrione Tauro monte,
(2) qui quidem non amplius in ea regione nomen hoc
retinet. Incipit sane Taurus a mari circa Pamphyliam
et Lyciam ac Ciliciam, tenditque perpetuo dorso ad
orientalem oceanum, totam Asiam intersecans; (3) ali-
bi vero aliam appellationem accipit hic mons. Qui-
busdam enim in locis Parapamisus, aliis Emodus, aliis
Imaus dicitur, atque fieri potest, ut alias etiam alias
appellationes habeat. (4) Macedones vero, qui cum
Alexandro militarunt, Caucasum eum vocarunt, diver-
sum ab eo qui in Scythia est: ut fama obtineret, Ale-
xandrum etiam Caucasum transcendisse. (5) Occi-
dentem versus Indiae terminus est Indus amnis ad ma-
gnum oceanum usque, ubi ipse per duo ostia exit
haud illa inter se propinqua, quemadmodum quin-
que Istri ostia; (6) sed sicut ista Nili, a quibus Delta
Ægyptium efficit, eodem modo etiam Indus amnis
partem Indiae Delta facit, neque id minus Ægyptio,
quod quidem Indorum lingua Patala vocatur. (7) Qua
vero ad austrum et meridiem vergit India, ipso ma-
gno mari clauditur; orientales autem ejus partes oce-
anum

In Strabone p. 698 de urbe : Πευκολαίτις,.. εῖτις,..
ἥτις codd. Plinius VI, 23 § 78 : Peucolaita, Arsagali-
tae, Geretae (Γουρατοί Arriani), Assoi (Ασσαννοί).
Id. VI, 21, § 62 : oppidum Indorum Peucolaitum,
unde ad flumen Indum et oppidum Taxilla LX mill.
Cf. not. ad Anonymi peripl. mari Erythræi § 47
p. 292 sq. || — 3. τὸν om. Α.

II, 4. πρὸς ἓντας Λ. || — 5. ἡ Ἰνδῶν γῆ ABCD, ἡ
τῶν Ἰνδῶν γῆ vgo. || — 6. Βορέον codd.; part. μὲν
om. C. || 7. οὐ] δ codd.; em. Schmiederus. || — 8. δ
Ταῦρος ἀπὸ θαλάσσης vulgo. || 11. ἀλλο δὲ ἀλλη BCD.
|| — 12. Ἡμωδός D, sicut Hemodus apud Melam III, 7;
quam quidem formam proprius quam alteram, Ἡμω-
δός, ab indico nomine abesse dicit Lassen Ind. Alterth.
I, p. 17 not. Etenim Ἡμωδός ortum ex voce sancritā
haimarata, prarita haimota, i. e. ad Himálajam
(nivis locum) pertinens. Ιμαον Lassenius derivandum
censem a sancrito nomine *Himarat* (nivium dives).
|| — 12. Ιμαον ABC; τῇ δὲ Ἡμωδόν ἀλλη δὲ κλήζεται, D,
in quibus duplex scriptura ἀλλη et τῇ δὲ male conflata
videtur, nisi forte in seqq. fuit : καὶ τωγὸν ἀλλη καὶ
ἄλλα. Blanchardus pro Ιμαδὸν scripsit Ιμαδός, absque
causa. Infra habes (c. 6, 4) τὸ Ιμακίνον ὄρος. Ceterum
plurima Tauri nomina recensem Plinius V, 27. || —
13. ἔχει om. A, fortassis recte, quum sic exquisitor fiat
phrasis, monente Dühnero. || — 16. τὰ] τὸν ABCD.
|| — Καυκάσου] Cf. Arrian. Exped. V, 3 et 5, Strabo
p. 505. 506. 511. 689. 724. Quodsi adulatio hunc Cau-
casum Indicum creavit, fortassis juvit eam Paropanisi
nomen indicum gravakasas (i. e. splendentes rupium
montes), quod servasse videtur etiam Plinius VI, 19,

ubi : *Scytha... Caucasum montem Graucasim, hoc
est nive candidum, (appellavere).* Sic certe censem
Ritterus V, p. 449. Lassenius Ind. Alt. I, p. 22 ad
Caucasi nomen præter antrum, quod Prometheus vi-
dicabant, fortasse contulisse censem nomen Κασιών
montium, quos in Serica memorat Ptolemaeus VI,
15. || — 16. έτι ἥλοεν] fuerit ἔτι ἐπῆλθεν. || — 18.
δ Ἰνδὸς κατὰ δύο στόματα καθάπτει πέντε τοῦ Ἴστρου
ἔστι συνεχέα cod. C hoc loco mancus. || — 19. δύο στό-
ματα] Eodem modo Arrian. in Exped. V, 4. VI, 18;
Strabo p. 690. 700. 701; Eustath. ad Dionys. 1088.
Cf. not. ad An. peripl. mar. Erythr. § 38. — 20. ἀλ-
λήλοισι. συνεχέα om. Α. || — 20. καθάπτει BCD. || —
21. τὸν om. C. || — 22. τὸ] habent ABD; om. cett. || —
22. ποιεῖται BCD || — 23. οὐ μεῖον τοῦ Αἴγυπτου]
Cf. Exped. VI, 17, 2 : μεῖον ἔτι τοῦ Δέλτα τοῦ Αἴ-
γυπτου. Haud recte tamen; nam quum Delta Ægyptii
basis sit 1300 fere stadiorum, ut satis recte Strabo tra-
dit, Indici Delta (a Pitti ostio ad Cori ost.) basis ne-
mille quidem stadiorum est. Vero proximus Aristobulus
duo Indici Delta ostia distare censuit stadia mille,
Nearchus stad. 1800, Onesicritus 2000 stadia, referente
Strabone p. 701. || — 24. Πάταλα] sic codd. ABCD;
vulgo Πάταλα. Præstare formam Πάταλα ex exemplis
in Steph. Thes. s. v. congestis colligitur. « Patala ist
wol die Brahmanenbenennung der ganzen Landschaft
im Westen gegen Sonnenuntergang, im Gegensatz
der Prasier (Ost-reich) im Gangeslande; denn Patala
ist die mythologische Sanskritbenennung für die
Unterwelt, also das Abendland. » RITTER V, p. 475.
Cf. Vincent *The commerce and navig. in the Indian*

γῆν, καὶ τὰ πρὸς ἓν αὐτὴν θάλασσα ἀπειργεῖ. (8) Τὰ μὲν πρὸς μεσημβρίης κατὰ Πάταλά τε καὶ τοῦ Ἰνδῶν τὰς ἔκβολάς ὡφθῇ πρὸς τε Ἀλέξανδρον καὶ Μακεδόνων καὶ πολῶν Ἐλλήνων, τὰ δὲ πρὸς ἕων, Ἀλέξανδρος μὲν σύν ἐπῆλθε τάδε πρόσω ποταμοῦ Ὑγράσιος· διέγρατος δὲ ἀνέγραψαν τὰ μέχρι ποταμοῦ Γάγγεων καὶ ἵνα τοῦ Γάγγεων οἱ ἔκβολαι καὶ πόλις Παλίμβοθρα μεγίστη Ἰνδῶν πρὸς τῷ Γάγγην.

III. Ἐμοὶ δὲ Ἐρατοσθένης δικυρηναῖς πιστότερος 10 ἀλλους ἔστο, διτὶ τῆς περιόδου πέρι ἐμελεῖ Ἐρατοσθένεα. (2) Οὗτος ἀπὸ τοῦ ὅρεος τοῦ Ταύρου, ἵνα τοῦ Ἰνδῶν αἱ πηγαὶ, παρ' αὐτὸν Ἰνδῶν ποταμὸν ἴστητε ἐπὶ τὴν μεγάλην θάλασσαν καὶ τοῦ Ἰνδῶν τὰς ἔκβολάς μυρίους σταδίους καὶ τρισχιλίους τὴν πλευρὴν λέγει ἐπέχειν τῆς 15 γῆς τῆς Ἰνδῶν. (3) Ταυτησὶ δὲ ἀντίτορον πλευρὴν ποιεῖτε τὴν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ὅρεος παρὰ τὴν ἔρην θάλασσαν, οὐκέτι ταύτῃ τῇ πλευρῇ ἵσην, ἀλλὰ ἄκρην γάρ ἀνέχειν ἐπὶ μέγιστον εἰσὼν εἰς τὸ πέλαγος, ἐξ τρισχιλίους σταδίους μάλιστα ἀνατείνουσαν τὴν ἄκρην εἴτε ἦν ὡς 20 ἀντῆν ἡ πλευρὴ τῆς Ἰνδῶν γῆς πρὸς ἕων μυρίους καὶ ἔξακισχιλίους σταδίους ἐπέχουσα· τοῦτο μὲν αὐτῆν πλάτος τῆς Ἰνδῶν γῆς συμβάνει. (4) Μῆκος δὲ τὸ ἀπ' ἐσπέρης ἐπὶ ἕων ἔστε μὲν ἐπὶ πόλιν Παλίμβοθρα, μεμετρημένον σχοίνοισι λέγει ἀναγράψειν· καὶ εἶναι γάρ 25 δόδῳ βασιλήνην τοῦτο ἐπέχειν ἐξ μυρίους σταδίους· τὰ δὲ ἐπέκεινα οὐκέτι ὑσαύτους ἀτρεκέα· (5) φῆμας δὲ δοῖ αἱ ἀνέγραψαν, ξὺν τῇ ἄκρῃ τῇ ἀνεχούσῃ ἐξ τὸ πέλαγος ἐξ μυρίους σταδίους μάλιστα ἐπέχειν λέγουσιν· εἶναι ὡς τὸ μῆκος τῆς Ἰνδῶν γῆς σταδίων μάλιστα δισμυρίων. (6) Κτησίας δὲ ὁ Κνίδιος τὴν Ἰνδῶν γῆν ἴσην τῇ ἀλλῃ Λασίῃ λέγει, οὐδὲν λέγων, οὐδὲν Ὄνησίκριτος, τρίτην μοίραν τῆς πάστης γῆς Νέαρχος δὲ μηνῶν τεσσάρων δόδων τὴν δὲ αὐτοῦ τοῦ πεδίου τῆς Ἰνδῶν γῆς. (7) Μεγαρένει δὲ τὸ ἀπὸ ἀνατολέων ἐξ ἐσπέρην πλάτος 30 ἐστὶ τῆς Ἰνδῶν γῆς, διὰ τοῦ περ οἱ ἀλλοι μῆκος ποιέουσι· καὶ λέγει Μεγασθένης, μυρίους καὶ ἔξακισχιλίων σταδίων εἶναι, ἵναπερ τὸ βραχύτατον αὐτοῦ. (8) Τὸ

nus *orientalis* terminat. (8) Atque in meridionali quidem tractu quae sunt circa Patala Indique fluminis ostia, ab Alexandro et Macedonibus ac multis Graecis perlustrata sunt, partes autem versus orientem sitas non adiit Alexander ultra eas, quae sunt ad Hyphasim amnum; pauci vero scripserunt de iis quae usque ad Gangem sunt, aut ubi Gangis ostia maximaque ad Gangem Indorum urbs Palimbothra.

III. Mihi autem Eratosthenes Cyrenaeus majore quam ceteri fide dignus esto, quoniam ille de ambitu Indiae diligenter scrutatus est. (2) Is a monte Tauro, ubi Indi fontes sunt, secus Indum amnum usque ad magnum oceanum et Indi ostia Indiae latus stadia $xiii$ m continere ait. (3) Latus vero huic oppositum statuit ab eodem monte præter mare orientale, non amplius esse huic lateri aequale, sed longo tractu promontorium circiter ad iii m stadiorum in mare protendi, adeo ut ei aestimetur hoc Indiae latus orientale obtinere xvi m stadiorum. Atque haec quidem est illi India latitudo. (4) Longitudinem vero ab occidente in orientem usque ad urbem Palimbothra, dicit schoenii dimensam se scribere; esse enim viam regiam, eamque hucusque computari ad decies mille stadia; ulteriora non amplius aequa certa esse; (5) quotquot vero fama tradita consignarunt, cum promontorio in mare porrecto ulteriora haec circiter x m stadiorum continere dicunt, adeo ut totius Indiae longitudi sit stadiorum circiter xx m. (6) Ctesias Cnidius Indianam reliquæ Asiae aqualem esse magnitudine affirmat, sed errat, sicut etiam Onesicritus, qui eam tertiam partem orbis terrarum esse prohibet. Nearchus quattuor mensium iter per ipsum campum Indiae esse dicit. (7) Megasthenes vero ab oriente in occidentem latitudinem Indiae esse vult, quam alii longitudinem faciunt, eamque Megasthenes auctor est, ubi brevissimum ejus spatium sit, xvi m stadiorum continere. (8) Quod vero a septentrione

oceano (Lond. 1807), t. I, p. 163 not. || — 25. τε] γε A, quod recipit Dübner. || — 1. αὐτὴν ή θάλασσα] fuerit αὐτὴν ή ἑναν θάλασσα, sicut c. 4, 3. || — 2. μεσημβρίαν C. Dein καὶ τὰ Πάταλα codd. pro κατὰ II., quod dedit Schmieder.

III. 10. τῆς] γῆς conj. Schmiederus, rec. Dübner. Nihil video cur codicum lectionem respuamus. Quae sequuntur de Indiae magnitudine sec. Eratosthenis mensuras, Nostro accuratius tradit Strabo p. 689. Vide fragmenta Eratosthenis. || — ἔμελλεν C. || — 12. ἴόντων (πρὸ ἴόντων) ἐπὶ τὴν D. || — τὴν αὐτὴν ἔρην θάλ. D. || — 17. ἀκρηγην] sc. τὴν Κωλιακήν. || — 22. ἀπ' D; ἀπ' cett. || — 23. ἐπὶ τὴν πόλιν A. || — 24. σχοίνοισι] Cf. not. ad Megasthen. fr. 3 in Fr. Histor. II, p. 408. || — 28. λέγουσιν] Ita Arrianus loquitur, ut haec ad Eratosthenem nihil amplius pertinere videri possint; quum tamen e Strabone liqueat ipso hoc computo incertiore usum esse Eratosthenem. Quae antecedunt ἐξ μυρίους σταδίους minus accurate di-

cta sunt. Strabo I. l. refert a Palimbothris usque ad Gangis ostia esse 6000 stadia; hinc deinde ad ἄκρας istius extremitatem alia putari stadia 3000, unde 9000, non 10000 stadiorum summa conficitur. || — 28. εἰναι] ὃν τὸ εὖρος τῷ Γάγγῃ κτλ. || — 29. τῆς Ἰνδῶν γῆς] τῆς γῆς τῆς Ἰνδῶν C. || — 30. Cf. Ctesia fr. 59. || — 31. V. Onesicriti fr. 6. || — 32. πάσης γῆς] πάσης Ασίας codd.; em. Schmieder e Strabone p. 689 et Plinio VI, 21, qui eandem Onesicriti sententiam memorant. || — 32. τεσσάρων A; τεττ. cett. || — 34. ἀνατολῶν codd. Verba Μεγαρένει δὲ... τῆς Ἰνδῶν γῆς exc. in D. || — 36. Quod 1600 stadiorum Indie latitudinem, qua parte sit angustissima, Megasthenes dixit, nihil recedit ab Eratosthenis sententia; siquidem angustissima latitudo non nisi usque ad ostia Gangis pertinet, demto 3000 stadiorum promontorio. Isque computus per totam

δὲ ἀπὸ ἀρχτου πρὸς μεσημέριν, τοῦτο δὲ αὐτῷ μῆκος γίγνεται, καὶ ἀπέχει τριχοσίους καὶ διστιχίους καὶ δισυμφίους, ἵναπερ τὸ στενότατον αὐτοῦ. (9) Ποταμὸς δὲ τοσίδε εἰσὶν ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ, οὓς οὐδὲ ἐν τῇ εἰπάσῃ ἀσίῃ μέγιστοι μὲν ὁ Γάγγης τε καὶ ὁ Ἰνδός, οἳς καὶ ἡ γῆ ἐπώνυμος ἀμφοὶ τοῦ τε Νεῖλου τοῦ Αἴγυπτου καὶ τοῦ Ἰστρου τοῦ Σκυθικοῦ, καὶ εἰ ἐπ ταύτῳ συνέθειοι αὐτοῖς τὸ ὄδωρο, μέζονες· (10) δοκεῖν δὲ ἐμοιγε, καὶ ὁ Ἀκεσίνης μέζων ἐστι τοῦ τε Ἰστρου καὶ τοῦ Νεῖλου, ἵναπερ παραλαβόν δύμα τὸν τε Ὅδασπεα καὶ τὸν Ὅδραπτεα καὶ τὸν Ὑφασιν ἐμβάλλει ἐς τὸν Ἰνδόν, ὡς καὶ τρίχοντα αὐτῷ στάδια τὸ πλάτος ταύτη εἶναι· καὶ τυχόν καὶ ἄλλοι πολλοὶ μέζονες ποταμοὶ ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ δέουσιν.

15 IV. Ἄλλὰ οὐ μοι ἀτρεκὲς ἥπερ τῶν ἐπέκεινα Ὑφάσιος ποταμοῦ ἴσχυρίσασθαι, θι τοῦ πρόσω τοῦ Ὑφάσιος ἥλθεν Ἀλέξανδρος. (2) Αὐτοῖς δὲ τοῖν μεγίστοιν ποταμοῖν τοῦ τε Γάγγεω καὶ τοῦ Ἰνδοῦ τὸν Γάγγεα μεγέθει πολὺ τι ὑπερέρειν Μεγασθένης ἀνέγραψε, καὶ 20 οὓς οὖλοι μνήμην τοῦ Γάγγεω ἔχουσιν· (3) αὐτὸν τε γὰρ μέγαν ἀνίσχειν ἐκ τῶν πηγέων, δέκεσθαι τε ἐς αὐτὸν τὸν τε Καϊνῶν ποταμὸν καὶ τὸν Ἐρανοβόζαν καὶ τὸν Κοσσόδανον, πάντας πλωτούς· ἔτι δὲ Σῶνόν τε πο-

versus meridiem pertinet, illi longitudo est, et exten-
ditur ad xxiiii m et ccc stadia, ubi angustissimum est.
(9) Fluviorum autem in India tanta est copia, quanta
ne in universa quidem Asia cetera; maximi sunt Gan-
ges et Indus, a quo etiam regio nomen accepit; uter-
que et Nilo Ἀgyptio et Istro Scythico, etiamsi in unum
alveum confluerent, major est; (10) ac mea quidem
sententia vel Acesines Nilum et Istrum magnitudine
superat, ubi Hydaspe, Hydraote et Hyphasi in suum
alveum receptis in Indum fertur tantus, ut ejus lati-
tudo ibi triginta stadia efficiat; fortassis etiam alia multa
majora flumina in India labuntur.

IV. Sed ultra Hyphasim amnum nihil explorati ha-
beo, quod affirmare possim; quia ultra Hyphasim pro-
gressus non est Alexander. (2) Ex his vero duobus
maximis fluiis Gange atque Indo, Megasthenes Gan-
gem Indo longe majorem esse scribit, et alii omnes qui
Gangis mentionem faciunt. (3) Nam et grandem jam
inde ab ipsis fontibus oriri, atque in se recipere Cainam,
Erannoobam, Coccoanum, omnes navigabiles, deinde

fere antiquitatem obtinuit. De longitudine cf. Megasthenis fr. 6, p. 409 ibique notata. || — 1. δὲ ante ἀπὸ ομ. B. || — 2. γνεται D. || — 3. στενότατον Α; στενότα-
τον cett., em. Düb. || — 8. δοκέει Α. || — μεζονες..
μέζων BC. || 9. τοῦ τε τοῦ Ἰστρου D. || — 12. τράχοντα
vgo; em. Dbn.

IV. 19. μεγέθει] habent AD; om. LBC. || —
21. ἐκ τῶν πηγῶν] Conf. Plinius VI, 22, § 65 :
Hunc alii incertis fontibus, ut Nilum,... alii in Scy-
thicis montibus nasci dixerunt.. Alii cum magno fra-
gore ipsius statim fontis erumpere, dejectumque
per scopulosa et abrupta, ubi primum mollis planities
contingat, in quadam lacu hospitari, inde lenem fluere.
Cf. Curtius VIII, 9, 5. Megasthenes ex Indis qui ad
locum sacrum Gangotri dictum peregrinari solebant,
de antro Gomau (Kuhmaul), ex quo per rupes Gan-
ges erumpere cerebatur, accepisse quædam videtur.
De veris fluvii fontibus, quos an. 1808 Angli indaga-
runt, v. Ritterus III, p. 493 sqq. || — 21. δέκεσθαι
codd.; em. Dübner. || — 22. Καϊνῶν] Καϊνῶν cod. A,
Καϊνῶν D. Cainas p. Plinium l. l. audit. Mannertus,
Lassenus, alii signari putant hodiernum Cane seu Can
fluvium, quamquam is ex minoribus fluvii sit, qui in
Djummam, non vero in ipsum Gangem influunt. Can
sanscrita est Ćēna, quod grāce reddendum erat Καϊνόν,
non Καϊνῶν, monente Schwanbeckio ad Megasthen.
(Fr. Hist. II, p. 414). Mirum est in hoc affluentium
recensu non memorari hodiernum Djummam, fluvium
pergrandem, qui sanscrita vocatur Januna, ap. Pto-
lemaeum VII, 1, § 29 Διαμούνας, ap. Plinium VI, 21,
§ 63 Jomanes, apud ipsum denique Arrianum c. 8, 5
Ἰωάρτης. Quo addito Arrianus memorat fluvios 18;
Plinius VI, 22 § 65 novemdecim amnes in Gangem
influere tradit. || — 22. Ἐρανοβόζαν] Ἐρανοβόζαν Α,

Ἐρανοβόζαν D. Cf. Plinius l. l: Influeret in eum XIX
amnis, ex iis navigabilis preter jam dictos Condochate-
tem (sic Harduin; Crenaccam, Canucham codd.), Erannoobam (sic Harduin; Runubova, Rhamnum
bovam, Erranooban codd. Cf. cod. Arrian. D.), Co-
soagum (Casuagum, Casuagam var. l.), Sonum.
Nomen sanscritum est hiran javāhu, auræ brachia
habens (vel etiam hiran-javāha. i. e. aurifer), quod
secundum lexicographum Amara Sinhas est nomen
poeticum Soni fluvii, adeo ut duo ejusdem fluvii no-
mina pro duobus fluiis Megasthenes attulerit. Idque
ex ipso etiam Arriano ad majorem probabilitatem ad-
duci potest. In sequentibus enim (c. 10, 5) Palimbo-
thra (Pataliputra) urbs sita esse narratur ἵνα αἱ συμ-
βολαὶ εἰσι τοῦ τε Ἐρανοβόζα ποταμοῦ καὶ τοῦ Γάγγεω.
Jam vero in comedia quadam Indica Pataliputra ita
describitur, ut Ganges præter ipsum palatum regium
labatur, non longe vero absit Sonus fluvius, cuius in
oppositam ripam rex sedem translatus nuntium
mittit ad scribam, qui ibi habitat: adeo ut vel pars
urbis vel suburbium Pataliputram in ulteriore Soni ripa
fuisse colligatur. Haud igitur a Sono diversus Erannoobas.
Primus hæc attulit Schlegelius (Ind. Bibl.
II, p. 395 sqq.); ego notavi ex Rittero V, p. 505. Man-
nertus, ne diversa Megasthenes confusisse dicendus
sit, alium quandam minorem fluvium Erannoobam
vocari censem. Idque eo defendi potest quod Gunduk
fluvius (Gandaki sanscr.) a Buddhistis etiam Hiranj-
javati (aureus) vocari tradit Lassen. l. l. I, p. 137;
at minime in Gunduk quadrant quod de Erannoobam
dicit Arrianus c. 10, 5: τρίτος μὲν ἐν τῷ Ἰνδῷ ποταμῷ,
μέζων δὲ τῶν ἀλλή καὶ οὗτος, ἀλλὰ Ἑγγυράπτη
αὐτὸς τῷ Γάγγῃ. Cf. etiam Lassen. Ind. Alterth. I,
p. 82. || — 23. Κοσσόδανον] Καστλανού Α; Kaszlawon D.;

ταμὸν καὶ Σιττόκατιν καὶ Σολόματιν, καὶ τούτους πλωτούς: (4) ἐπὶ δὲ Κονδοχάτην τε καὶ Σάμβον καὶ Μάγωνα καὶ Ἀγόρανιν καὶ Ὄμαλιν ἐμβάλλουσι δὲ ἐς αὐτὸν Κομμενάσης τε μέγας ποταμὸς καὶ Κάκουθις καὶ Ἀνδώματις ἐξ ἔθνος Ἰνδικοῦ τοῦ Μαδιανῶν δέων: (5) καὶ ἐπὶ τούτοις Ἀμυστις παρὰ πόλιν Καταδόπην, καὶ Ὁξύμαχις ἐπὶ Παζάλαις καλεομένοις, καὶ Ἐρρένυσις ἐν Μάθαισιν, ἔθνει Ἰνδικῇ, ξυμβάλλει

Sonum, Sittocatim et Solomatim, item navigabiles, et (4) post hos Condochaten, Sambum, Magonem, Agoranum et Omalim. Feruntur etiam in eum Communes grandis fluvius et Cacuthis atque Andomatis ex Mediandinis Indica gente fluens; (5) ad hanc, Amystis juxta urbem Catadupam, et Oxymagis (*Oxymatis?*) apud Pazalas, quos vocant, et Errhenysis apud Mathas, Indiæ gentem, in Gangem fluunt. (6) Horum

Cosoagum Plinius; sanscrite *Caucisim*, ut censem *Willefordius* (*As. Res.* V, p. 272) et *Schlegelius* (*Ind. Bibl.* II, p. 402). Ad quæ *Schwanbeckius*: « Non modo propius, sed etiam accuratissime nomini *Cosoagus* responderet sanscritum *cōś' avdhā*, i. e. θραυρόφρος, quod nomen idem significaret atque *hiran' javāha*, Cōnaeque cognomen non minus aptum foret. Quam conjecturam nominis collocatio confirmat, quum vocem *Cosoagus* et *Arrianus* et *Plinius* inter voces Σῶνος et Εραγνούρων collocaverint. » *Mannertus* *Cosoanum* esse censem hod. *Cosi* vel *Kōci*, eodemque modo etiam *Lassen* statuit (*Ind. Alt.* I, p. 59), nomen sanscritum afferens Kāučiki. || — 23. Σῶνος] *hod.* *Sone*; sanscrite *Cona*. « Cōna bedeutet karmoisinroth; es ist contrahirt aus *suvarna*, golden (*suvarna-sôna*). » *Lassen* l. l. || — 1. Σιττόκατιν] Σιττόκεσιν cod. L, ut *Gronovius* refert. In D. verba καὶ Σιττοῖς omissa. Qui nam sit, nescitur; fortasse hodiernus *Sind*, qui in *Djumma* influit, ut conjicit *Mannertus*. || — 1. Σολόματις] item ignotus; *hod.* *Sadi* in *Djumma* item influens, ut putat *Mannertus*, parum probabiliter. *Benfeyus* l. l. p. 4 fortasse intelligendum censem celebrem in Indorum fabulis *Sarasvati* (literarum r et l permutationem apte posse explicari), hodie *Sarsooti* dictum, qui reapse quidem in arenis apud *Bhatties* gentem evanescit, ex Indorum autem sententia sub terra cursum continuat usque ad confluentes *Gangis* et *Jamuna* prope *Allahabad* urbem. || — 2. Κονδόχατην] sanscrite *Gandacavati* (i. e. ἐγκονερέτες) vel *Gandaca*. *V. Schlegel* l. l. II, p. 403; *Lassen* l. l. I, p. 58; *hod.* *Gunduk*. || — 2. Σάμβον] Σάμβρον A; probabiliter Σάραζος *Ptolemai*, hodie *Sambul* vel *Tschumbul* in *Djummam* influens, ut videtur *Mannerto*. || — 2. Μάγωνα] *hod.* *Ramgonga*, opinante *Mannerto*. || — 3. Ἀγόρανην] Ἀγόρανη BC; sec. *Rennellum* *hod.* *Gogra* (nomen formatum e scr. *Gharghara*, montum fauces, sec. *Lassen*. p. 56), inter omnes in Gangem influentes maximus. Ad eundem fluvium quin pertineat nomen sanscr. *Saraju*, Σάραζος *Ptolemai* hoc trahendus videatur *Lassenio* l. l. *Mannertus* Ἀγόρανιν de hodierno *Gawrah* intelligi vult. *Forbigerus* denique confert hodiernum *Gogari*, parvum fluvium qui in *hod.* *Cosi* incidit. || — 3. Ὄμαλιν] ignotum. Nomen convenire cum consueto fluminis nomine *Vimala* monet *Schwanbeckius*. || — 4. Κομμενάσης] Κομμενάσης A; Κόμμην ζῆς D. Sanscrite *Carmanāça* (i. e. destructrix bonorum operum) ex sententia *Renneli* et *Lasseni* *Ind. Alt.* I, p. 130, quamvis minime magnus fluvius sit. E meridie fluviolus in Gangem influit. Ex eadem regione probabiliter affluere Κάκουθιν et Ἀνδώ-

ματιν *Lassenius* censem, quandoquidem in gentis nomine Μαδιανῶν latere nomen sanscritum *madhjandina*, quod significet *meridionalis*. *Andromatin* prodere vocem *andhamati* (cæcus, tenebriscosus), ideoque eundem fluvium esse posse qui vocatur *Tāmasā*, quum hoc quoque tenebriscosum denotet. *Mannerto* Commenes est *Gogra*, *Cacuthis* fortasse *Gumty*. || — 5. Ἀνδώματις] Ἀνδόματης BC. || — 5. Μαδιαγάνγην] sic D. Μαδιανῶν A; Μαδιανῶν BC. Μαδιανῶν vgo. Cf. de eo nomine *Benfey*. p. 6. || — 6. Ἀξωστις fortasse *Pattarea*, Καταδόπη fort. *Hurdwar*, opinante *Mannerto*. Ultimam Καταδόπη nominis partem ad similitudinem vocis sanscritæ *dvipa* (insula) accedere monet *Schwanbeck*. || — 7. Ὁξύμαχις] Ηπὲι Ηξάλατοι] παλάζαις A. πατάλαις D. *Gens Passala* ap. *Plin. VI*, 22. Πασσᾶλαι ap. *Ptol.*, « Jam diu constat eam gentem sanscrita nuncupatam esse *Pankala* et habitavisse circa *Canjacubgam* in ea mesopotamia, quæ *Jamunæ* et *Gangi* interjacet. Hanc autem regionem vel potius vicinam perfluit *Ixumati* (i. e. arundine saccharifera abundans), ita nominatus, quia regio, quæ inter *Vipâcan* et *Gange* secundum *Himâlajan* extenditur, arundinis saccharifera est uberrima, de qua re cf. *Ritter Asien*, II, p. 847. Memoratur *Ixumati* *Harivane*. 9507. 12829, accuratius *Râmâj*. II, 68, 17, quo loco nuntiorum iter describitur. Nuntii, *Gangen* *Hastinapuræ* transgressi inde in terram *Pankalan* pervenient; et per loca quædam adhuc ignota profecti, *Culindam* urbem attингut, et transgressi *Ixumatim* per medium *Bahicarum* terram ad *Sudâmanem* montem, deinde ad *Vipâcan* pervenient. Etsi *Culindarum* gentem novimus inter fontes *Vipâca* et *Gangis* habitasse (Cf. *Lassen Zeitschft.* II, p. 21 sqq.), tamen cui urbi *Culinda* nomen fuerit nescimus. Itaque etiam hoc relinquitur in dubio, quod flumen *Ixumati* appelletur; nam *Iamumam* id esse vix audeo contendere. In nomine greco literæ Γ et Τ videntur esse permutatae, ita ut legendum sit Ὁξύματις. *SCHWANBECK.* ad fr. *Megasthen.* || — 8. Ἐρρένυσις] Ἐρρένυσις A.; ἐρίνιας B; ἐρίνιας C; ἐτούννεις D. ἐρινέσης vgo. « Vox Ἐρρένυσις cum nomine urbis clarissimæ *Vâranak* mire congruit, quod ex duorum fluminum nominibus compositum etiam in Indicis catalogis omnibus conjunctum legitur. Sed ne explicationi isti fides deesset, *Matharam* obscuritas esset illustranda, quorum nomen sanscritum esse *mag'ada* conjici potius quam probari potest. » *SCHWANBECK.* — Praeter nomina modo recensita apud *Strabonem* p. 719 tanquam in *Gangen* influens memoratur *Olañgñis* fluvius, crocodilos et delphinos alens; quod idem *Curtius VIII*, 9, 9.

τῷ Γάγγῃ. (6) Τούτου λέγει Μεγασθένης οὐδένα ἔναι τοῦ Μαιάνδρου ἀπόδεοντα, ἵναπερ ναυσίπορος δο Μαιάνδρος. (7) Εἶναι ὡν τὸ εὔρος τῷ Γάγγῃ, ἐνθαπερ αὐτὸς ἑωυτοῦ στεινότατος, εἰς ἔκατον σταδίους πολλαχῇ δὲ καὶ λιμνάζειν, δεις μὴ ἀποπτον εἶναι τὴν πέρον χώρην, ἵναπερ γθαμαλή τέ ἔστι καὶ οδδαμῆ γηλόροισιν ἀνεστηκοῖς. (8) Τῷ δὲ Ἰνδῷ ἐς ταῦτα ἐρχεται. Ὅδρατης μὲν ἐν Καμβισθόλοισι παρειληρῶς τὸν τε Ὅρων ἐν Ἀστρόβασι καὶ τὸν Σαράγγην ἐκ Κηκέων 10 καὶ τὸν Νεῦδρον ἐξ Ἀττακηνῶν, ἐς Ἀκεσίνην ἐμβάλλουσιν. (9) Τέσσαπης δὲ ἐν Ὁξυδράχαισιν ὄγων ἄμα

omnium fluviorum Megasthenes nullum Mæandro minorem, qua navigabilis Mæander est, esse asseverat. (7) Jam Gangem patere, qua maxime angustus est, ad centum stadia; multis vero in locis stagnare, ita ut ulterior terra conspici non possit, qua parte humilis est nulloisque colles habet. (8) Indo autem idem accidit. Hydraotes quidem in Cambistholis, receptis in se et Hyphasi in Astrobis, et Sarange ex Cecis, et Neudro ex Attacenis, in Acesinem fluit. (9) Hydaspes vero in Oxydracis Sinarum in se recipiens in Ari-

de Dyardane narrat. Uterque auctor de eodem fluvio loqui videtur, quem Groskurd Iamunam, Mannertus ingentem Brahmaputrum esse putant. || — 4. ἔκατον σταδίους] Strabo p. 702: Μεγασθένης (fr. 18) δὲ, δταν η μέτριος, καὶ ἐς ἔκατον (σταδίους) εὑρόντεσθαι (φράσιν). Quod accuratius Megasthenis sententiam reddere videtur, ut colligas ex collato Plinio VI, 22, ubi: inde lenem fluere (Gangem), ubi minimum, VIII mill. pass. latitudine, ubi modicum, stadiorum centum. Cf. Diodor. XVII, 93; Curtius IX, 2; Plutarch. Alex. 62, et quae inflatus dicit Alex. N. A. XII, 41. Ante receptam Iamunam latitudi 10 stadia non superat; auctus magnis fluvii marique propior ad 30 stadia crescit. || — 8. Ὅδρατης] Fluvius in Acesinem sive Chinab a sinistro ejus latere influens nunc vocatur Ravi, quod nomen contractum est ex sanscrito Irārati (aquarum dives). V. Lassen Ind. Alt. I, p. 41. Ptolemaio VII, 1, 26 vocatur Τούσδις (ἀδεις var. lect.), quod proxime accedit ad nomen indicum; initialis litera I nescio an librorum vitio desideretur. Dehinc sequitur forma Ὅρωτις apud Strabon. p. 694. 697. 699, Curtium IX, 1, 13; subest forma praecrita ἴροτι, in qua o pro ava ponitur. Longius reddit Ὅδρατης Arriani h. 1. et in Exped. Alex. V, 4. 5. 14. 24 sqq. 29. VI, 14. VII, 10. De cursu fluvii ceteraque indolev. Alex. Burnes *Narrative of a voyage etc.* tom. III, p. 125-147; Ritter. VII, p. 47. — 8. ἐν Καμβισθόλοισι] Gens aliunde non nota. Schwabeckius ad fr. Megasthenis notat hoc: Cambistholorum nomen sanscritum nescio an sit Capist'ala, i. e. simiarum regio, in quo nomine litera M ante literam B eodem modo inserta sit, quo in nominibus Ηαλίμβορα, Εμβέταρος. Enumeratur Capist'ala inter Indicas terras Varānsanh. in As. Res. t. VIII, p. 438. Mire Vilso (Visnu-Purān' p. 194) Cambistholos eosdem esse suspicatus est atque Cambōg'as, a quibus tum nomine tum situ multum absunt. Nunc inferior fluvii pars inter Futtipur et Tolumba nonnisi rares accolas habet, qui pertinent ad pastorum tribus Jun vel Kattia; in quibus nomen habes τῶν Καθαλῶν (de nomine v. Lassen. I, p. 99.), quos in his regionibus memorant Arrianus Exp. V, 22; Strabo p. 699; Diodor XVII, 91. || — 9. Ὅρωτιν] sanscrite ὑπάρ्दाय (v. Lassen. I, p. 41), hodie Bejah s. Bejas, Beyas, Byas; Ptolemaeo Βέθασις; Ὅρωτις ap. Arrian. Exp. VI, 8; Diodor. XVII, 93; Hypasis ap. Plin. VI, 21. 23, Curtium IX, 1, 35.; Ὅπωνις ap. Strabon. p. 515, 686 et passim, Diodor II, 37, Dionys. Perieg. 1145, a

quibus notioris fluvii Scythici nomen ad Indicum amnum more Græcanico male translatum est. Ceterum haud recte Arrianus fluvium in Hydraotem incidere dicit; influit in amnum, qui sanscrite vocatur Catadru (de quo nomine v. Lassen l. I, I, p. 45 not.), hodie apud indigenas Shittudra, ut Burnes ait, vulgo Sutludch vel Setledch.; Ζάραδρος Ptolemai, Hesidrus ap. Plin. Inferior Sutludch fluvii pars nunc vocatur Gharra. || — 9. Ἀστρόβεντις] Αστρόβεντις ABCD et vgo; Λατρόνεις Flor. Gens aliunde non nota. || — 9. Σαράγγην] Σαράγγην, delecta eadem manu acceptum in a posteriore, A; Σάραγγην D. Nomen sanscritum haud dubio esse Carana monet Schwanbeckius, quamquam quinam sit fluvius non constet. || — 9. ἐκ Κηκέων] sic ABC; ἐκ ηημένων, quod in ἔκκηκέων correctum, D; Μηκέων vgo; Κηκέων e Florentino cod. Schmieder; gens sanscrite dicitur Cecaja. V. Lassen. De pentapot. p. 12; Zeitschrift f. Kunde des Morgenlands. III, p. 156. || — 10. τὸν Νεῦδρον] τὸν Εὔδρον A. De hoc aliunde nihil constat. Ignoti item Ἀτταχγοι, si quidem Assacenos, de quibus supra, huc trahere nou licensebit. || — 10. Ἀτταχηνῶν D. || — 10. Ἀχεσινην] sanscrite Kandrabaga; Cantabas ap. Plinium VI, 23, quamquam ibi inter Cantabam et Acesinum distinguitur. Ita enim habet: Indus et ipse XIX recipit amnis, sed clarissimos Hydaspen quattuor alios adserentem, Cantabam tris, perse vero navigabiles Acesinum et Hypasim. Σανδαλέλας ap. Ptolemaeum; Σανδαροφάγος, ὅποι Ἀλεξάνδρου ποταμὸς μετωνυμίη (quod prope abeat nomen ab ominoso verbo ἀλεξανδροφάγος) καὶ ἐκλήθη Λεστνης, Hesychius. Quae vereor ne fabula sit. Acesines nomen adhuc agnoscit nonnulli volunt in hodierni fluvii nomine Chinab. Hoc autem (Kinab) esse Persicum cum aliis censem Lassen. I. I, p. 44. || — 10. ἐμβάλλασιν] ἐμβάλλει ser. Schmieder, insolentiore verborum structuram agere referens. || — 11. Ὅδρατης] Virtutā sanscr.; Βιδάσπης Ptolem.; hodie vocari solet Behut vel Djelum; apud accolias etiam nunc Bedusta ei nomen. || — 11. Ὁξυδράχασιν] ἐν οδράχαις AD; Ὁξυδράχας gentem dicunt Arrian. Exp. V, 22. VI, 4. 11. 14, Pausanias I, 612., Lucian. p. 102. 701 ed. Didot, Steph. s. v., Curtius, alii. Apud Strabon. p. 687 codices Ὅδραχα, p. 701 Σαράγα, quod num recte in Ὁξυδράχαι editores mutaverint, valde dubium est. Nam nomen sanscritum est Xudraca (Lassen Zeitschrift f. Kunde des M. III, p. 199); Plinius VI, 25 § 92 Syndracas memorat; Ὅδραχαι vocantur Dionysio in Bassaricis ap. Stephan.

phi Ravennatis, distantia vero nota in hac Tabula parte, ubi longe plurima falsissima sunt, auctoritate caret. Præterea Hermonassam nostram memorat Ptolemaeus, sed neglecta serie locorum, quam ita exhibet: Κοτύωρον ($67^{\circ} 35'$), Ἐρμάνασσα ($67^{\circ} 50'$), Ἰτζόπολις ($68^{\circ} 20'$), Κερασοῦς ($68^{\circ} 50'$), Φαρνάκεια ($69^{\circ} 20'$), Υσσου λιμὴν ($70^{\circ} 45'$), Τραπεζοῦς ($70^{\circ} 50'$). || — 3. Μελάνθιον [Meminerunt ejus prater Anon. Tab. Peut. et Geogr. Rav. et Plinius VI, 4. Hodie *Melet Irmak*. § 24, l. 5. Φαρματηνὸν] Φαρματηνὸν Anonymus. Nunc *Basar Su.* || — 6. Φαρνάκειαν Anonymus, in quo Φαρνάκεια e viitato aliquo libro fluxisse videtur. Cf. de Pharnacia Plutarch. Lucull. c. 18; Strabop. 549; Steph. B. v. Φαρνάκεια, Plinius VI, 4: *Ab Amiso* (voluit : a Polemonio) 85 mill. pass. (= 640 stad.; quod prorsus quadrat cum Arriani computo) *Pharnacea oppidum, Tripolis castellum et fluvius.* Item *Philocala et sine fluvio Liviopolis*, et *a Pharnacea 100 mill. pass.* (= 700 stad.; sec. Arr. 745 stad.) *Treyezus.* Ptolemai rationes perturbatas exhibui supra. Ceterum de Cerasunte vetera Pharnacia nomine nec non de Aretiade ins. vide not. ad Scylac. § 86. || — 9. Ζεφύριον] Cf. An. et Scylax § 86 ibiq. not., Tab. Peut., Geogr. et Ptolem. p. 337, 6, ubi Zephyrium inepit in mediterraneis ponitur. Nunc *Sephreh.* || — 11. Τρίπολιν] Cf. Anon. et Plin. l. l. Nunc *Tireboli.* || — 12. Ἀργύρια] Ἀργυρὰ cod. Anon. De argenti fodini in hac regione v. Hamilton I, p. 259. || — 13. Φιλοκάλειαν] Cf. Anon., Plin., Tab. Peut. Hodie *Elchi.* || — Κόραλλα] hod. *Kereli.* || — 14. Ιερὸν δρός] Meminit ejus Apollon. Rhod. II, 1015, ubi schol.: Μένυνται αὐτῷ (τοῦ Ἱεροῦ δροῦ) καὶ Κτησία ἐν τῷ α' Περιόδῳ καὶ Σουίδᾳ ἐν β', περὶ τοὺς λεγομένους Μάχρωνας. ἀχριστέπερον δὲ δ' Ἀγάθων ἐν τῷ τοῦ Πόντου Περιόδῳ, δε καὶ ρ' ἀπέχειν στάδιους ἀπό φησι τῆς Τραπεζοῦντος. Sec. Arr. distat a Trapezunte stadia 145, idque bene habet. Etiamnunc vocatur *Ioros*. Anonymus inter Coralla et Hierum prom. memorat Cerasuntem urbem et fluvium, a Corallis 60, ab Hiero 90 stadiis dissitum. Hæc est *Cerasus*, de quo Xenophon in *Anab.* V, 3. Cf. not. ad Scylac. p. 64. Fluvius vero ille etiam nunc *Kerasan Dere* vocatur. || — 15. Κορδύλην] portus *Cordule* Plinius VI, 4. *Cordile* 16 mill. a

τεσσαράκοντα· δρυμός ναυσίν. Ἀπὸ δὲ Κορδύλης ἐς Ἐρμώνασσαν πέντε καὶ τεσσαράκοντα· καὶ δεῦρο δρυμός. Ἀπὸ δὲ Ἐρμωνάσσης εἰς Τραπεζοῦντα στάδιοι ἔχοντα· ἐνταῦθα σὺ ποιεῖς λιμένα· πάλαι γὰρ, β θεον ἀποσταλεύειν ὥρᾳ ἑτούς, δρυμός ἦν.

23. Τὰ δὲ ἀπὸ Τραπεζοῦντος διαστήματα μέχρι Διοσκουριάδος προσίρηται διὰ τῶν ποταμῶν ἀναμετρηθέντα· ἀθροίζονται δὲ ἀπὸ Τραπεζοῦντος εἰς Διοσκουριάδα, τὴν νῦν Σεβαστόπολιν καλουμένην, στάδιοι διοι δισχιλίοι διαχόσιοι ἔχοντα.

24. Τάδε μὲν τὰ ἀπὸ Βυζαντίου πλεόντων ἐν δεξιᾷ ὡς ἐπὶ Διοσκουριάδα, ἐς δόπερ στρατόπεδον τελευτῇ Ῥωμαίοις ἡ ἐπικράτεια ἐν δεξιᾷ ἐσπλεόντων εἰς τὸν Πόντον. Ἐπεὶ δὲ ἐπιθόμην Κότυν τετελευτήκεναι, 15 τὸν βασιλέα τοῦ Βοσπόρου τοῦ Κιμμερίου καλουμένου, ἐπιμελὲς ἐποιησάμην καὶ τὸν μέχρι τοῦ Βοσπόρου πλοῦν δηλῶνται σοι ὡς, εἰ τι βουλεύοις περὶ τοῦ Βοσπόρου, ὑπάρχοι τοι καὶ τόνδε τὸν πλοῦν μὴ ἀγνοοῦντι βουλεύεσθαι.

25. 27. Ὁρμηθείσιν οὖν ἐκ Διοσκουριάδος, πρῶτος ἂν εἴη δρυμός ἐν Πιτυοῦντι· στάδιοι τριακόσιοι πεντήκοντα. Ἐνθένδε ἐς τὴν Νιτικὴν στάδιοι πεντήκοντα καὶ ἔκατον· ἵναπερ πάλαι ὥκει θύνος Σκυθικὸν, οὐ

lam, ubi statio navibus quadraginta. A Cordyla vero ad Hermonassam quadraginta quinque; et ibi statio. Ab Hermonassa Trapezuntum usque sexaginta stadia. Hic tu portum curas fieri; nam olim erat statio, ubi astivo tantum tempore naves in ancoris stare poterant.

25. Locorum autem intervalla, a Trapezunte usque ad Dioscuriadē, fluminum intervallis dimensa supra jam attulimus: quæ si colligamus, erunt a Trapezunte ad Dioscuriadē, nunc Sebastopolim dictam, stadia bis mille ducenta sexaginta.

26. Atque hæc quidem itineris dextri a Byzantio Dioscuriadē usque, quod castrum imperii Romani terminus est a dextris Pontum ingredientibus, sese offert ratio. Quum vero Cotym, regem Bosphori Cimmerii, defunctum cognovissem, operam dedi sedulam, ut hanc tibi etiam ad Bosporum navigationem apertam redderem: ut, si quid forte de Bosphoro capere velis consilii, hac tibi navigatione cognita, id agere possis.

27. Solventibus itaque a Dioscuriadē prima sese offert statio in Pityunte, trecentis et quinquaginta stadiis distans. Inde ad Niticam centum et quinquaginta stadia, ubi olim gens Scythica habitabat,

Trapezunte distans, sec. Tab. Peuting.; *Cordula* in Geogr. Rav. Ptolemaeus p. 337, 10 Κορδύλην inter mediterranea recenset. Situs locus ubi nunc extant ruinae ad *Akjaah Kaleh*. Hamilton I, p. 248. Aliud oppidum Κέρδηλα inter Athenas et Adienum fluv. situm ex Anonymo et Ptolemaeo novimus. Vide supra not. ad § 8. || — 2. Ἐρμώνασσαν [Stephan.: Ἐρμώνασσα... Μένιππος δὲ χωρὸν Τραπεζοῦντος ἐν Περιτλῷ τῶν δύο Πόντων· Ἐξατίσιος δὲ καὶ Θεόπομπος πόλιν αὐτὴν φασι. Apud Anon. vocatur Ἐρμύση, fort. librorum vitio. Cf. supra not. p. 391. Stadiasmus ducit ad hoc. *Platana*. Eundem locum a Plinio *Liviopolin* vocari putat Hamilton p. 248, ego dubito.

§ 26. I. 14. Κότυν] Nihil huc pertinere Cotyn ap. Tacit. Annal. XII, 18, non est cur pluribus monatur. Illum intellige Cotyn de quo Phlegon (Fr. II. III, p. 607 fr. 20) ap. Constantin. Porphyr. De them. II, 12.

§ 27. I. 21. ἐν Πιτυοῦντι] Strabo p. 496 ex Artemidoro refert post Heniochorum oram sequi τὸν Πιτυοῦντα τὸν μέγχιον τριακοσίων ἔχοντα (τεστὸν) μέχρι Διοσκουριάδος, adeo ut totum hunc tractum a pinetis Pityuntē dixisse videatur. De urbe Plinius VI, 5 § 16: *In intimo eo tractu Pityus oppidum ab Heniochis direktum est*. Quare neque Arrianus neque Ptolemaeus urbem memorant; postea Romani ibi castellum adificarunt, teste Procopio De bell. Goth. IV, 4 p. 473, qui Pityuntē a Dioscuriadē distare notat δυοῖν ἡμέραιν ὅδῳ. Zosimus I, 32 in Gallieni historia Pityuntē castellum dicit τελεῖ τε μεγάστῳ περιθεθῆμένον καὶ λιμένα εὐορμότατον ἔχοντα. Sita erat ubi nunc est Pitsunda. Distantia tamen ap. Arrianum et Strabonem justo minor est, quam linea recta a Cap Iskuriah ad Pitsunda in mappis nostris sint stadia 400. Apud Plinius

Διοσκουριάς	71° 10'	—	46° 45'
Κόρδες ποτ.	70° 30'	—	47° *
Καρτέρον τεῖχος	70° *	—	46° 50'
Θεόπομπος ποτ.	69° 40'	—	47° *
Οίνανθεια	69° 40'	—	47° 15'

In his *Cygnus* oppidum hodie fuerit *Soukoum*, 120 stadiis ab *Iskuriah* dissipatum, ad fluvium, qui fortasse est Κόρδες Ptolemai, Αλγάτος Scylacis. Certe ita fere statuendum est, si distantiarum rationem habueris. Quam si nihil curandam putas, licebit Coracem componere cum hodierno *Kodor* fluvio, et *Karterōn* τεῖχος non ad castellum aliquod referre, sed ad murum, quo Dioscuriadē incoleto ditionem urbis contra barbaros munuisse videntur; rudera ejus videt Dubois (Voy. I, p. 307. 315), qui ad eundem pertinere suspicatur Κοραξίον τεῖχος Stephani Byzantii. — Pityuntē et proximum urbi fluvium Plinius § 14 (qui locus aperte non ex eodem fonte fluxit, ex quo sequens segmen petitum est) appellare videtur *Pencum*, cuius loco *Pityus* scriptum est a Barbaro et Dalecampio. Fortasse legendum *Pineus*, quod latine redderet vocabulum grecum. Accedit quod sicuti Artemidorus Heniochos usque ad Pityuntē pertinuisse dicit, sic idem de Peneo refert Plinius. Denique num eodem pertineat Thessyris Ptolemaei, Metasoris Scylacis, nescio quidem, probable tamen esse videtur. || — 22. Νιτικὴ], aliunde non nota; distantia ducit ad *Reproa* fl. et *Gagri* opp. || —

μνήμην ποιεῖται ὁ λογοποιὸς Ἡφέδοτος. Καὶ λέγει τούτους εἶναι τοὺς φθειροτρωκτέοντας· καὶ γάρ εἰς τοῦτο ἔτι ἡ δῆξαί ἡ αὐτὴ ὑπὲρ αὐτῶν κατέχει. Ἐξ δὲ Νιτικῆς εἰς Ἀλάσκον ποταμὸν στάδιοι ἐνενήκοντα. Ὁ δὲ Βόργυς τοῦ Ἀλάσκου διέχει σταδίους ἑκατὸν καὶ εἴκοσι· καὶ δὲ Νῆσις τοῦ Βόργυνος, ἵναπερ καὶ ἡ Ἡράκλειος ἄκρα ἀνέχει, σταδίους ἐξήκοντα. Ἀπὸ δὲ Νήσιος εἰς Μασατικὴν στάδιοι ἐνενήκοντα. Ἐνθένδε εἰς Ἀχαιοῦντα στάδιοι ἐξήκοντα· ὅπερ ποταμὸς διορίζει 10 Ζιλχόντας καὶ Σανίγας. Ζιλχῶν βασιλεὺς Σταχέμφαξ· καὶ οὗτος παρὰ σοῦ τὴν βασιλείαν ἔσχεν.

28. Ἀπὸ Ἀχαιοῦντος εἰς Ἡράκλειον ἄκραν πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν στάδιοι. Ἐνθένδε εἰς ἄκραν, ἵναπερ σκέπτη ἔστιν ἀνέμου θρασικὸν καὶ βορρᾶ, ὀγδόηκοντα 15 καὶ ἑκατόν. Ἐνθένδε εἰς τὴν καλουμένην Παλαιὰν Λαζικὴν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν στάδιοι. Ἐνθένδε εἰς τὴν Παλαιὰν Ἀχαίαν πεντήκοντα καὶ ἑκατόν· καὶ ἐνθεντές Πάγρας λιμένα πεντήκοντα καὶ τριακόσιοι. Ἀπὸ δὲ Πάγρας λιμένος εἰς Ἱερὸν λιμένα ὀγδόηκοντα καὶ 20 ἑκατόν. Ἐνθένδε εἰς Σινδικὴν τριακόσιοι.

2. φθειροτρωκτέοντας] De Phthirophagis in ora Pontica cf. Strabo p. 497. Mela I. 19, 14. Plinius VI, 4. Ptolemaeus V, 8 p. 349 Phthirophagos ab Rha fluvio orientem versus ponit. Cf. Scylac. § 80. — 4. Ἀλάσκον] De Abasis vidimus supra § 15. Nunc se extendunt Abassi in toto litore a prom. Isussup usque ad Soukoum-kalech. » GAI. || — 5. Βόργυνος apud Ptolemaeum vocatur Βούργας (69° — 47° 15') ; hod. Liapipsta, ut vid. || — 6. Νῆσις... Ἡράκλειος ἄκρα] Cap. Constantinovski (Cap. Adler in Gauttieri mappa), ad quod fluvius Meziounta. Plinius VI, 5, 16 : *A Diocuriade oppidum Heracleum; distat a Sebastopoli LXX (LXXX ed. Delecamp.) m. p.* Id oppidum ad hocce prom. collocandum foret, usque ad quem sec. Arrian. sunt stadia 770; Plinius nonnisi 480 (vel 560) numerat, sicuti in sequentibus etiam spatia justo minora ponit; nam ab Heracleo ad Hierum portum exputat 136 mill. (= 1088 stadia), quam rectius ap. Arrianum colligantur stadia 1280. || — 8. Μασατικὴν] suisse puta ad hod. Matsafl. Fort. ibi erat Ἀμφιλάς πόλις, Ptolemaei (68° 30'; 47° 15'), quanquam major est ap. Ptol. a Burca ad Ampsalin distantia (ad 240 stad.) quan ap. Arrian. a Borgye ad Masaticen (150 stad.). || — 9. Αχαέus respondet Hodiero Sotcha-Psta. || — 10. Ζιλχόντας] Sic codex; et mox Ζιλχῶν; in margine Σιλχοί, quod sane praeferendum videtur, nisi malis Ζιγχόντας. Ζηχοί appellantur apud Procopium De bell. Goth. IV, 4 (V. supra not. ad § 15); porro Eustath. ad Dionys. 680 : Σιγδόνοι καὶ Ζηχοί κατά τινας. Ptolemaeus Ζιγχόντας dicit V, 8 p. 349 : Μεταξὺ δὲ τῆς Μασατίδος λίμνης καὶ τῶν Ἰππικῶν δεῶν μετὰ τοὺς Σιρακηνοὺς Ψήσιοι, εἴτε οἱ Θαυμεῖται, ὡραῖοι Τυραμῖοι, εἴτε Ἀστορικοί, εἴτα μέχρι τοῦ Κόρχηκος δύος Αργοί καὶ Ζηχοί. Plinius VI, 7, 19 : *A Cimmerico accolunt Maoti, Serbi, Arrechi, Zingi, Zetla* regio eorum vocatur ap. Constantinus Porphyri. I, 42, ut supra § 15 vidimus. Ζυγοί ap. Strabon. p. 129. 492. 496. 839 (ex quo sua Stephan. v. Ζυγοί).

cujuis Herodotus quoque historicus (4, 109) meminit : illos autem tradit pediculis vesci solitos; que quidem fama de iis etiamnum obtinet. A Nitica ad Abascum fluvium nonaginta stadia. Ab Abasco distat Borgys centum et viginti stadia, et a Borgy Nesis, ubi Herculeum promontorium eminent, stadia sexaginta. A Nesi ad Masaticam stadia nonaginta. Inde ad Achæuntem fluvium, qui Zilchos atque Sani-gas separat, stadia sexaginta. Zilchorum rex est Stachemphax, qui a te regnum obtinuit.

28. Ab Achæunte ad Herculeum promontorium stadia centum et quinquaginta. Inde ad promontorium quoddam, ubi tuta adversus Thrasciam et Boream ventos statio, centum et octoginta. Inde ad Veterem Lazicam, que vocatur, stadia centum et viginti. Hinc ad Achaian antiquum centum et quinquaginta, et inde ad Pagrae portum trecenta et quinquaginta. A Pagrae portu ad Sacrum portum centum et octoginta. Inde ad Sindicam trecenta.

Cf. not. ad Scylac. p. 76. De sedibus hujus gentis fluctuantes sententias non refero. || — 10. Σανίγας] Σάνγκας codex; Σάννοι margo. || — 12. Ἡράκλειον] Ἡράκλειον h. l. codex. || — 13. ἄκραν] Hac fuerit Τορετικὴ ἄκρα (68° — 47°) Ptolemaei. || — 15. Παλαιὰν Λαζικὴν] Cf. Stephan. Byz. : Λαζοί, Σκυθῶν θύνος. «Εστι· καὶ χωρὸν Παλαιὰν Λαζικὴν, ὡς Αρριανός. Locus ex numeris Arriani foret hoc Nebug. Apud Ptolemaeum post Τορετικὴν ἄκραν sequitur Ταζές locus (68° — 47° 30'); pro quo Λαζές scribendum videtur. || — 17. Παλαιὰν Ἀχαίαν] In Ptolemaeo sequitur Ἀγάθιαν ςώμη (67° — 47° 30'). Nunc ibi Chapsukho. Veteres Achæorum sedes in his regionibus inter alios ex Artemidorou nota Strabo p. 496, qui inde a Batis (Hiero portu Arriani) juxta oram habitare dicit Cercetas per stadia 850, dein Achæi per stadia 500, tum Heniochos usque ad Pityuntem per stadia 1000, hinc vero ad Diocuriadem esse stadia 360, adeo ut a Batis ad Diocuriadem colligantur 3110 stadia, que quidem summa justo longe maior est. Multo accurior est computus Arriani, apud quem idem oræ tractus est stadiorum 2350. || — 18. Ηράγρας] Hunc portum Dubois (I, p. 167) in hod. baie de Ghelendjik querendum esse censem, idque bene cadit in rationes distantiarum. In Scylacis periplo idem portus de accolente Toretarum populo Τορετός (Τορετικός?) vocatur. In Ptol. post Ἀχαίαν κώμην sequitur Ψυχρὸς ποταμὸς (l. Ψύχρος sec. Eustath. ad Odys. 24 p. 1968), 67° — 47° 30', qui referendus videtur ad hod. Μεζι Ρχιατ. || — 19. Ιερὸν λιμ. Plinius VI, 5, § 17 : *In ora autem juxta Cercetas flumen Icarusa cum oppido Hiero et flumine, ab Heracleo CXXXVI M. Inde promontorium Crunoec, a quo superciliū arduum tenet Torea; civitas Sindica ab Hiero LXVII M. D p.; flumen Setheries. Stadia 180 pertinent usque ad baie de Soudchak (Sowudchak. Sougoud-chak).* Portus nomine vernaculo vocatur Βάτζα apud Strabonem d. 496 : ἀπὸ τῆς Κοροκονδάμης πρὸς ἔω μὲν δὲ πλοῦς ἐστιν.

29. Ἀπὸ δὲ Σινδικῆς εἰς Βόσπορον τὸν Κιμμέριον καὶ λόγουν καὶ πολιν τοῦ Βοσπόρου Παντικάπαιον τετσαράκοντα καὶ πεντακόσιοι. Ἐνθένδε ἐπὶ Τάναιν ποταμὸν ἔχοντας δὲ λέγεται δρίζειν ἀπὸ τῆς Ἀσίας παῖς Ἐύρωπην καὶ δρυᾶται μὲν ἀπὸ λίμνης τῆς Μαιώτιδος, ἐσβάλλει δὲ εἰς θάλατταν τὴν τοῦ Εὔξεινου Πόντου καίτοι Αἰγαίος ἐν Προμηθεΐ Λυσομένῳ τὸν Φάσιν δρόν τῆς Εύρωπης καὶ τῆς Ἀσίας ποιεῖ. Λέγουσι γοῦν αὐτῷ οἱ Τιτανεῖς πρὸς τὸν Προμηθέα διεῖ

10. Ἡκομεν
τοὺς σοὺς ἄνθους τούσδε, Προμηθεῦ,
δεσμοῦ τε πάθος τὸδὲ ἐσοφόμενοι.

*Ἐπειτα καταλέγουσιν δὴν χώραν ἐπῆλθον.

15. Ηὴ μὲν δίδυμον χθονὸς Εύρωπης
μέγαν ἡδὲ Ἀσίας τέρμαν Φάσιν...

Τῆς δὲ λίμνης τῆς Μαιώτιδος περίπλους ἐν κύκλῳ λέγεται στάδιαν ἀμφὶ τοὺς ἐνακτιστιλίους.

30. Ἀπὸ δὲ Παντικαπαίου εἰς κώμην Καζέκα ἐπὶ ήλιαττῃ ὥκισμενῃ στάδιοι εἴκοσι καὶ τετρακόσιοι.
20. Ἐνθένδε ἐξ Θεοδοσίαν, πολιν ἐρήμην, στάδιοι ὅγδοοι καὶ διακόσιοι. Καὶ αὕτη παλαιὰ ἦν Ἑλλὰς

ἐν δὲ στάδιοις ἔχατὸν ὅγδοοικοντα δ Σινδικός ἔστι λιμὴν καὶ πύλαις, εἶτα ἐν τετρακοσίοις τὰ καλούμενα Βάτα, κώμη καὶ λιμὴν, καθ' ὃ μάλιστα ἀντικεῖθαι δοκεῖ πρὸς νότον ή Σινδηπη τάστη τῇ παραλίᾳ. Eodem modo Ptolemaeus Βάτα λιμὴν 66° 30' — 47° 40'; Βάτα κώμη 66° 20' — 47° 30'. In Scylacis periplo § 72 locus vocatur Πάτους. Ni fallor idem locus in Geogr. Rav. V, 10 vocatur *Supatos*, ubi recensentur: *Sindice*, *Ermonassa*, *Eteobrucon* (Ἐτεοβρούχιον, a Bruchorum gente cuius Procopius meminit?), *Laterita* (prope *Setherien* fluv. Pliniū?), *Supatos*. || — 20. Σινδικήν] Quum a Sindice ad Hierum sint stadia 300, ad Panticapeum 450, patet Sindicen Arriani ponendum esse ubi nunc est *Anapa*. Eodem loco Ptolemaeus collocat Σινδαν κώμην (66° — 48°), a qua distinguit Σινδικὸν λιμένα (65° 30' — 47° 50'), componendum cum hod. lacu *Kizil-tach*. Hunc Sindicum portum etiam Strabo l. l. et Plinius significant, ut ex additis mensuris intelligitur. Ceterum cf. not. ad Scylac. § 72.

§ 29, l. 2. Παντικάπαιον, prope hod. *Kertsch*. De urbe notissima v. *Ukert* III, 2 p. 478 et qui ibi laudantur. — 3. Tanais hoc loco insolentius nuncupatur fretum, quod dicimus *détroit de Zénikale*. Similiter Anonymus § 50 dicit: ἐπὶ τῆς Μαιώτιδος λιμνῆς ἡτοι τοῦ Τάναιος. « Quidni ex Herodoto IV, 123 sic corrigamus Arrianum: καὶ δρυᾶται μὲν ἀπὸ λίμνης μεγάλης, ἐδίδος δὲ εἰς λιμὴν Μαιώτιδα, ἥτις εἰσβάλλει εἰς θάλασσαν τὴν τοῦ Εὔξεινου πόντου? » *Stuckius*. Quod recte respuit Galilius, falso tamen laudans Strabonem p. 126, quasi is Maeotidem esse quodammodo partem Tanaiidis diceret, quum Maeotidem dicat quasi partem esse maris magni. Galili errorem repetit *Ukert* III, 2, p. 167. Ad nos vero pertinet locus Procopii (B. G. IV, 4 p. 474): Τάναιν δὲ καλοῦσιν οἱ ἐπιγέρωι καὶ τὴν ἐξοιλὴν τάστην, εἰς λιμνής ἀρχαμένην, τῆς Μαιώτιδος ἔχει

29. A Sindica ad Bosporum Cimmerium et Panticapeum, urbem Bospori, quingenta et quadraginta. Inde ad Tanaim fluvium, qui Europam ab Asia dicitur distaminare, sexaginta. Hic erumpit ex Maeotide palude, atque influit in mare Ponti Euvini; quamquam Aeschylus in Prometheus Soluto Phasin Europae atque Asiae terminum facit. Etenim Titanes apud illum ita alloquuntur Prometheus :

Venimus
has tuas ærumnas, Prometheus,
vinculorumque hanc calamitatem visuri.

Deinde recensent, quot regiones peragaverint :

Hic quidem duplēcē Europa
et Asiae magnum terminū, Phasin...

Ipsius vero plaudis Maeotidis ambitus fertur esse circiter stadiorum novies mille.

30. A Panticapeo ad vicum Cazeca, mari adjacentem, stadia quadringtona et viginti. Inde ad Theodosiam, urbem desertam, stadia ducenta et octoginta hæc quoque vetus urbs Graeca fuit, Ionica, Milesiorum

ἐς τὸν Εὔξεινον Πόντον. *Ukert* I. 1. conferri jubet Klaproth. in *Nouv. Journal Asiat.* I, p. 60. — Ceterum stadia 60 quæ sint a Panticapeo usque ad Bospori sauces sive ostium Maeotidis, memorat etiam Anonymus. || — 7. Λισχόλοις Cf. *Procop.* IV, 6 p. 485: Πρόδοτος (IV, 40)... τὴν Ἄσταν τε τοῦ Ἐύρωπην διορθεύσαται τὸν Κολχῶν Φάσιν, εἰδῶς δέ τινας ἀμφὶ Τανάϊδι ποταμῷ ταῦτα οἰσθεῖται.... Άλλὰ καὶ δι τραγῳδούσοις Αἰσχύλος ἐν Προμηθεΐ τῷ λυομένῳ εὖθυς ἀρχόμενος τῆς τραγῳδίας τὸν ποταμὸν Φάσιν τέρμανον καλεῖ γῆς τε τῆς Ἄστας καὶ τῆς Εύρωπης. Cf. *Plato Phaed.* p. 109. Agathemerus I, 1. Locum Aeschyle ex parode fabule anapastica desumptum habes in *Fragm. Aesch.* p. 190 ed. Didot. || — 14. πῆ μὲν] sic index Arriani et Anonymi, qui eundem locum ex Arriano habet. || — 15. ἡ δ'] πῆδ] cod. Anonymi. || — 17. ἐναντισχιλίους] Cf. not. ad Scylac. § 69 p. 58, ubi adde Theoph. *Simocattam Dialog.* in *Phys. et med.* p. 169 ed. Ideler, qui item nonnulla stadii ambitum Maeotidis definit.

§ 30, l. 18. Καζέκα] Probabiliter scrib. Καζέκα, ut ap. Anonym. § 50: εἰς κύρην Καζέκα, sequente ἀπὸ δὲ Καζέκας, ut primum Καζέκας non sit accusativus, sed genitivus, sicut mox idem habet εἰς Ἀχρες κωμόν et ἀπὸ Ἀχρες. Alius nemo hunc vicum commemorat. De distantia Anonymus consentit, ceterum ex alio fonte multa plura deponit. Nam a Panticapeo versus Maeotim sitos locos, Myrmecium et Porthinium, habet, et inter Panticapeum sive Bosporum et Cazecam vicum interponit *Tyristacen*, *Nymphaeum*, *Acrum*, *Cytas* et Cimmerium, de quibus videoas notata. Cazeca vicus nunc est *Tach-Katchik sec. Kochlerum* (*Mem. de l'acad. de Petersb.* IX, p. 341), et *Taitbout* (*Portulan de la mer Noire* p. 71.) || — 20. Θεοδοσίαν] Θεοδοσίαν Anonym. § 51, qui nostra iisdem verbis resert, et nonnulla addit aliunde sumpta. Cf. not. ad Scyl.

πόλις, Ἰωνικὴ, Μιλησίων ἀποικος, καὶ μνήμη ἑστὸν αὐτῆς ἐν πολλοῖς γράμμασιν. Ἐνθένδε εἰς λιμένα Σκυθοτάρων ἔρημον στάδιοι διαχόστοι καὶ ἔνθεν εἰς Λαμπάδα τῆς Ταυρικῆς στάδιοι ἔξακόσιοι. Ἀπὸ δὲ Λαμπάδος εἰς Συμβόλου λιμένα, Ταυρικὸν καὶ τούτον, στάδιοι εἴκοσι καὶ πεντακόσιοι. Καὶ ἔνθεν ἐς Χερόνησον τῆς Ταυρικῆς ὁδογόκοντα καὶ ἔκατον. Ἀπὸ δὲ Χερονήσου ἐς Κερκινίτιν στάδιοι ἔξακόσιοι, καὶ

§ 68. || — 1. τῶν Μηλησίων Anonymus. || — 2. συγγράμμασιν Anon. || — A Panticapæo ad Theodosiam Plinius IV, 26 milia 87 ½, (700 stadia), sicuti Arrianus et Anonymus, Strabo p. 309 nonnisi 530 stadia explicant. Ceterum de urbe v. Ukert III, 2 p. 474 ibique citati. || — 3. λ. Σκυθοταύρων vel Ἀθηγαῶν adit Anonymus; idem : ἐνταῦθῳ ὅρμος ναυσὶν ἀλυστος. Aliunde locus non notus. Quærendus prope Sudak (*Sugdaja*) vel ad *Uskiut*. V. Dubois V, p. 460. Pallas II, p. 341. || — 4. Λαμπάδα] h. l. Ἀλατίδα codex; em. Vossius. Hodie ruinæ ad *Malaia Lampada*. V. Dubois V, p. 453. Apostol. Murav. p. 117. Ex Ariano memorat Anonymus, alias nemo. || — 5. Συμβόλου λιμένα] Apud Strabon. p. 309 et Ptolem. III, 1 : Συμβόλων λιμήν et ap. Pliniūm IV, 26 *Symbolón portus*. Utrumque nomine in fontibus suis reperit Anonymus, cuius codex corrupte: Εὔβοϊλου... ήτοι Σύμβολου. Hodie *Balaklava*. Præterea Anon. inter Lampadem et Symbolorum portum memorat Crimetonopon promont. (*Cap. Aitodor*), a Lampade 220, a Symbolorum portu stadiis 300. De *Symbolón portu* v. Pallas II, p. 129. Dubois VI, p. 115. || — 6. Χερρόνησον]. De urbe celeberrima, cuius ruinae in peninsula, ab occasu hodiernæ *Sevastopol*, v. præter Anonym. § 55 Scylax § 68; Seymuns 821 sqq.; Strabo p. 308 sqq. 312. 542; Mela II, 1; Plinius IV, 24 et 26; Ptolemaeus III, 6; Phlegon fr. 20; Ammian. XXII, 8; Procop. B. G. IV, 5; Constantin. De adm. imp. c. 53; Geogr. Rav. V, 11 et IV, 3; Pallas II, p. 68; Dubois VI, 119; Clarke II, p. 499; Polsherw De rebus Chersonitarum, Berolini 1838; Georgii Alt. Geogr. II, p. 387—397. || — 8. Κερκινίτιν] Anonymus habet Κορονίτιν ήτοι Κερκινίτην. Situs Cercinitis et Pulchri portus, si in Arriani et Anonymi distantiis acquiescas, ut nobis faciendum est, nihil offert difficultatis. Sexenta stadia si oram presse legeris, paullo ultra promontorium *Kozlof* (*pointe de Kozlof*) pertinent; hinc ad Καλλὸν λιμένα quum septingenta sint stadia, ponendus ille Pulcher portus est sub 45°, 32' ad maris recessum a meridie loci *Carabel*, in situ Cercinite. Atque ita se fuisse in mappis suis video Kiepertum. Porro a Pulchro portu usque ad Tamyracen 300 stadia numerat Arrianus, itemque Anonymus, nisi quod hic accuratius rem definit. Etenim istorum stadiorum 300 cursu linea recta trajicunt sinus Cercinites, cuius si oram legeris emetienda forent stadia 2250; Tamyrace vero est ἀκρωτήριον ὅφ' οὗ παρήκει δ' Ἀχλαίος δρόμος, qui versus occasum pertinet ad alterum sui promontorium, quod vocatur ἄλσος Εὐάτης. Quæ quidem ita intelligenda sunt, ut extremitates istae sint ipsius cursus Achillei (non vero promontoria objectæ continentis,

colonia, cujus memoria multis literarum monumentis celebratur. Inde ad portum Scythotaurorum deserum stadia ducenta. Hinc ad Lampadā Tauricæ civitatem stadia sexcenta. A Lampade ad Symboli portum item Tauricum stadia quingenta et viginti, et inde ad Chersonesum Tauricæ centum et octoginta. A Chersoneso ad Cercinitum stadia sexcenta, et a

quod multis, præeunte Köhlero, placuit). Id enim et verba Anonymi suadent et quæ apud Strabonem p. 308 : τελετῆ δὲ (δ' Ἀχλαίος δρόμος) πρὸς ἄκραν, ἦν Ταυρόχνην καλούσιν, ἔχουσαν ὕφορον βλέποντα πρὸς τὸν ἥπειρον. Jam vero a loco Pulchri portus usque ad extremitatem cursus Achillei revera sunt stadia 300. Hæc igitur bene omnia procedunt, nisi quod ipsum sinum Cercinitem justo majorem singit Anonymus, quum ora ejus a Calo portu ad Tamyracen vix 1500 stadiorum longitudinem habeat; sed condonandus error de mari recessu parum frequentato. Similiter errat Strabo p. 308 : μεθ' ἦν (Ταυράκην) δι Κερκινίτης κόλπος εὐμεγέθης, ἀνέχων πρὸς τὰς ἀκτους ὅσους ἐπὶ σταδίους χιλίους, οἱ δὲ καὶ τριπλασίους φασὶ μέγερι τοῦ μυχοῦ. — Verum enimvero offendit, quod Carcinitis locus ex Ariani et Anonymi computo ponendus sit extra Cercinitin seu Carciniten sinum, atque de situ loci longe alia referant Herodotus, Mela, Plinius et Ptolemaeus. Num duo ejusdem nominis loca erant? Vix credas. An Cercinitis nomen Arrianus perperam translit ad aliun locum, cui simile nomen? Id tanto facilius putaveris, quum reapse duo nomina afferat Anonymus Κορονίτιν et Κερκινίτιν, quorum hoc ex Ariano, illud aliunde sumperit. Denique credi possit stadia 600, quæ sunt a Chersoneso ad Carciniten, non exputanda esse juxta oram, sed linea recta pertinente ad Cap Tarkan, adeo ut Cercinitis sit ad introitum sinus, Calos limen vero in intimo mycho collocetur, atque hinc putentur stadia 300 ad Tamyracen. Quam rationem Gailio probatam distantia quidem admittunt, sed repugnant verba Anonymi, qui de magno sinu via compendiaria traiectiendo loquitur, neque conciliantur Herodotus et reliqui, qui Carcinitin in μυχῷ latere boreali prope Achilleum cursum collocant. Etenim Herodotus IV, 55: Υπάκρυπις ποταμὸς, δε δραμαται μὲν ἐν λιμνῃ, μέσων δὲ τῶν νομάδων Σκυθέων ἔσων ἐκδιδοῖς κατὰ Κερκινίτην πόλιν, ἐς δεξιὴν ἀπέργων τὴν τε Ὑλατὴν καὶ τὸν Ἀχλαίον καλεόμενον δρόμον. Cf. idem IV, 99, ubi Cercinitide urbem in confiniis ponit Scytharum et Taurorum. Plinius IV, 26 : Mare subit magno recessu, donec V millium p. intervallo absit a Meotide... Sinus Cercinitis appellatur. Flumen Pacyris; oppida Navacum, Carchine... A Cercinitide Taurica incipit (sec. Anonym. § 56 a Calo portu Taurica Chersonesus incipit). Mela II, 1: Quod inter paludem et sinum est Taphrae in natura; sinus Cercinites. In eo urbs est Carchine, in duo flumina, Gerrhos et Hypacyris uno ostio effusa attingunt. — Ex hac Herodoti sententia Cercinete urbem ad fluvium quem Cercinitem vocat, notavit Ptolemaeus, paullo longius tamen ab ora removet. — Interpretamenta, quibus Herodoti ejus-

ἀπὸ Κερκινίτιδος ἐς Καλὸν λιμένα, Σκυθικὸν καὶ τοῦτον, ἀλλοὶ ἐπιτάχοσι.

31. Ἐξ δὲ Καλοῦ λιμένος ἐς Ταμυράκην τριαχόσιοι· ἕως δὲ τῆς Ταμυράκτης λίμνη ἔστιν εὐ μεγάλη. Καὶ ἔνθεν εἰς τὰς ἔκροας τῆς λίμνης ἀλλοὶ τριαχόσιοι. Ἐκ δὲ τῶν ἔκροων τῆς λίμνης ἐς Ἰόνιας στάδιοι ὅδοι κύκνοντα καὶ τριαχόσιοι· καὶ ἔνθεν ἐς ποταμὸν Βορυσθένην πεντάχοντα καὶ ἔκτον. Κατὰ δὲ τὸν Βορυσθένην ἄνω πλέοντι πολὶς Ἐλληνὶς, ὄνομα Όλεῖα, 10 πεπόλισται. Ἀπὸ δὲ Βορυσθένους ἐπὶ νῆσον συμιχράν, ἐρήμην καὶ ἀνώνυμον, στάδιοι ἔξηκοντα· καὶ ἔνθεν

Cercinitide ad Calum (*Pulchrum*) portum item Scythicum alia septingenta.

31. A Calo portu ad Tamyracam trecenta. Intra Tamyracam palus est non admodum magna; et inde ad ostia paludis trecenta alia. Ab ostiis paludis ad Eonas stadia trecenta et octoginta; atque inde ad Borysthenem fluvium centum et quinquaginta. Per Borysthenem sursum naviganti urbs Graeca, Olbia dicta, condita est. A Borysthene ad parvam quandom et desertam nomineque carentem insulam stadia

que sectatorum verba Gaius torquet, taceo. Magis monuisse attinet quam manca sint que Herodotus de harum regionum situ et figura tradiderit; neque id mireris, si reputes confusam regionis delineationem, quam vel Ptolemaeus sibi fixerat. In ejusmodi rerum statu, periplusorum auctores prae ceteris sequi tutissimum est. Ceterum addo quod Stephanus Byz. Καρπινίτην, πόλιν Σκυθικήν, ex Ηεκατῷ memorat; nūlla vero ejus mentio fit apud Strabonem. || — 1. Καλὸν λιμένα] Hunc portum memorasse videtur Strabo p. 308 : ἐπίλεοντες δ' (sc. ἐπὶ τοῦ Καρπινίτου) ἐν ἀριστερῷ πολύγνη καὶ ἀλλοὶ λιμῆν (Καλὸς λιμῆν correx. Koray et Grosk., quum aliis portus in antecc. non memoretur) Χερρονηστῶν. Hæc bene quadrant cum Nostris. Ptolemaeus Καλὸν λιμένα ita quidem ponit, ut ab oriente litora circumnaviganti post Carcinen sequatur, sed quum ipsam Carcinen ex Herodoti sententia collocaverit, ab Arriani ratione longe recedit. Mela I, 2 ita habet: *Taurici. Supra eos sinus portuosus, Καλὸς λιμῆν appellatus, promontoriū duobus includitur. Alterum Κριοῦ μέτωπον vocant,... Parthenion alterum. Oppidum adjacet Cherrone.* Quæ dicta sunt negligentius. Quatenus oræ tractus significatur, intelligentius est litus Chersoneso urbi vicinum, ubi λιμένας καλοὺς esse dicit Anonymus § 56. Si vero certum aliquem portum, cui Pulehrinomen, indicavit, nostrum hunc Chersonitarum portum in viciniā Chersonesi urbis transtulisse videtur, sicuti simili negligentia Anonymus eo loco, ubi Chersonesi καλοὺς λιμένας memorat, subjungit quædam de Paraplo Tauricæ regionis ab Athenæone portu usque ad Καλὸν λιμένα pertinente. Similiter fuerit in fonte Geographi Rav. V, 61 ubi: *Acre, Salolime, Mulusmon* (Ἀκρα, καλὸς λιμῆν, Σωμβόλων?). Idem in altera nominum serie habet: *Calipolis, Chersona, Theodosia, Dosiopolis* (i. e. Theodosia seu Theodosiopolis).

§ 31. I. 3. Ταμυράκην] Hanc esse ἄκραν Cursus Achillei ex Anonymo et Strabone supra monui. In Ptolemaeo Ταμυράκη est locus continentis, quem ponit inter Carcinem et portum Pulchrum. Similiter Stephanus: Ταμυράκη, πόλις Σαρματίας τῆς ἐν Εὐρώπῃ. Ac sane fieri potuit, ut e regione nostra ἄκρας cognomiū existeret locus. Strabo I. l. addit: τὸν δὲ κόλπον (sc. τὸν Καρπινίτην) καὶ Ταμυράκην καλοῦσιν δρανώνυμας τῇ ἄκρᾳ. In Ptolemaeo III, 5 p. 198 nostra ἄκρα appellatur Μαστράς. Arrianus nomen δρόμου Ἀγιλλέου h. l. non memorat, sed perperam transtulit ad Leucen insulam Achilli sacram. || — 4. λιμῆνος μεγάλη.] Fadem ex Arria-

no, ut videtur, Anonymus. Lacum dicere debet maris recessum angustum, qui est inter continentem et Cursus Achillei partem orientalem. Ostium ejus esse dicit 300 a Tamyrace stadiis; quod mirum est. Longitudo ejus recessus sane trecentorum fere est in mappa Gautieriana stadiorum; sed apertura ejus ad ipsam est Tamyracen, dum Arrianus rem invertens ostium ejus prope cervicem penisulae statuisse videtur. Multas quidem tractus arenosus mutations expertus est, ut Ukertus monet, sed magnopere dubito ad eas confundiendam nobis esse. Ni fallor, Arrianus cum recessu orientali confudit recessum lateris occidentalis, qui ad ipsum isthmum sive collum penisulae aperturam habet; ad hanc a Tamyrace sunt fere 380 stadia, et hinc usque ad occidentalem Cursus Achillei extremitatem alia sunt stadia 380, quot in sqq. Arrianus numerat ab ostio lacus usque ad Ἰόνας || — 6. Ἰόνας] Significari Cursus Achillei extremitatem, indicate videtur stadia ista 380, tum vero clarius patet ex eo, quod hinc ad Borysthenis ostium esse stadia 150 dicuntur; tot enim sunt inde a fine Cursus. Ceterum istud εἰς Ἰόνας vereor ne male re intellecta Arrianus scripserit. Locum aliquem eo nomine designari putavit, quum Ἰόνες dicentur duæ istæ tæniæ que ab isthmo bistratiæ excurrunt. Dicit eo, ut Ukertus monuit p. 457, Anonymus, qui de cursu isto ait ἐστιν Ἰόν, τούτεστι αἴγιταλδες σφέδρα μαρχεῖ (Simiter peninsula inter Pontum et Maeotin paludem excurrentis longo et tenuo tractu vocabatur *Eion*, testante Plinio VI, 6.). Nostræ tæniæ extremitas occidentalis nominalatur ἱερὸν ἔλασος τῆς Ἐάκτης, ut docet Anonymus. Strabo p. 307 ita: Μετὰ δὲ τὴν πρὸ τοῦ Βορυσθένους νῆσον ἔξης πέρος ἀντίγοντα ἥλιον δὲ πλοῦς ἐπὶ ἄκραν τὴν τοῦ Ἀγιλλέου δρόμου, φύλον μὲν γηρόν, καλούμενον δὲ ἔλασος, ἱερὸν Ἀγιλλέως. Ptolemaeo III, 5 p. 198 (denique istud ἱερὸν Ἐάκτης ἔλασος in duo ἄκρα dirimit, ita ut ἔλασος Ἐάκτης sit ἄκρον continentis e regione τοῦ δρόμου situm, ἱερὸν vero ἄκρον dicat τὸ δυτικὸν ἄκρον τοῦ Ἀγιλλέως δρόμου. — Longitudo τοῦ δρόμου sec. Arrianum fore stadiorum 680; quum sit ad 740. Agrippa ap. Plin. IV, 26 exputat 80 milia, sive 640 stadia; Strabo I. l. (sic ut Tzetzes ad Lyc. 191) stadia 1000; Anonymus stadia 1200. || — 9. Όλεῖα] Vid. not. ad Scymnum 803 p. 229. Distantiam urbis ab ostio Borysthenis (prope Killourn castellum), quam Arrianus omittit, esse stadiorum 240 tradit Anonymus; 200 stadia computat Strabo p. 306. || — 10. νῆσον] Meminit insulæ (hod. Bérezan) Strabo 303 et 307: πλησίων

εἰς Ὀδησσὸν ὁγδοήκοντα· ἐν Ὀδησσῷ ὅρμος ναυσίν.
Ἄπο δὲ Ὀδησσοῦ ἔχεται Ἰστριανῶν λιμῆν· στάδιοι ἔς
αὐτὸν πεντήκοντα καὶ διακόσιοι. Ἐνθένδες ἔχεται
Ἰσιακῶν λιμῆν στάδιοι ἔς αὐτὸν πεντήκοντα. Καὶ
ἔνθεν εἰς τὸ Ψιλὸν οὔτω καλούμενον στόμα τοῦ Ἰστροῦ,
διακόσιοι καὶ χιλιοὶ τὰ δὲ ἐν μέσῳ ἕρημα καὶ ἀνώ-
νυμα.

32. Κατὰ τοῦτο μᾶλιστα τὸ στόμα, ἐπ' εὐθὺν πλέοντι
ἀνέμῳ ἀπαρκτίᾳ ὡς τὸ πέλαγος, νῆσος πρόκειται,
ἥντινα οἱ μὲν Ἄγιλλέως νῆσον, οἱ δὲ Δρόμον Ἄγιλ-

sexaginta; et inde ad Odessum, ubi statio navibus,
octoginta. Odesso proximus, stadiorum ducentorum
et quinquaginta intervallo distans, Istrianorum por-
tus. Huic proximus Isiacorum portus, stadiis quin-
quaginta distans. Inde ad Psilum quod vocant os
Istri, mille et ducenta. Loca in medio deserta sunt
et nomine carent.

32. E regione fere hujus ostii, si recta navigaveris
versus altum mare secundum apertiam ventum,
sita est insula, quam alii quidem Achillis insulam,

ἄλλος ποταμὸς Ὑπανις, καὶ νῆσος πρὸ τοῦ στόματος τοῦ
Βορυσθένους, ἔχουσα λιμένα. In Epit. Strabon. p. 80
vocatur Βορυσθένης (l. Βορυσθένους?) νῆσος, itemque
ap. Ptolemaeum III, 10, p. 213, 30, ἡ καλούμενη Βο-
ρυσθένης (sic codd. A. B. E et c Ptolemaeo Tzetzes
Chil. XI, 938; Βορυσθένους M., Βορυσθένης Wilberg., ex
codd., ut videtur). Quod apud Melam legitur II, 7, 2: *Leuce Borysthenis ostio objecta, parva admodum, et
quia ibi Achilles situs est, Achillea cognomine, non
ad nostram insulam, tanquam alteram Achilli sacram,
ad quam Leuces nomen perperam Mela transtulerit,
pertinet, sed Leuce insula male ad ostium Borysthenis
collocatur, ut contra Kochlerum recte monet Uker-
tus III, 2 p. 450. Similiter Ptolemaeus Leucen insu-
lam juxta Borystheniam istam ponit. Ceterum descrip-
tionem insulae Bérezan vide ap. Kochlerum l. l.
p. 627. || — 1. Ὀδησσὸν] Sic etiam Anonymus. Ὁρδηγ-
τος Ptol. III, 5 p. 202, paullo longius a litore urbem
removens. Plinius IV, 26 § 82 a meridie procedens: *Mox Axiace cognomines flumin, ultra quos Orbyzi,
flumen Rhodes, sinus Sangarius* (*Sangarin fluvium*
memorat Ovid. Ex Pont. IV, 10.), *portus Ordesus.*
Ordessum Kochlerus ponit ad ostium fluvii *Teligoul*;
Lapieo locus est hod. *Karabach.* || — 2. Ἰστριανῶν] Hunc portum et sequentem nonnisi ex Arriano novimus et ex Anonymo, qui præterea inter Odessum et
Istrianorum portum memorat Σκοπελοὺς χωρίον, 160 ab
Odesso stadiis. Hoc Lapieo est hod. *Dosinofskaja*; Istrianorum portum idem paullo magis quam hod. *Odes-
sa boream* versus collocat, Isiacon portum componit
cum *Malaiā Fontan*. Probabilius portum Istrianorum
Kochlerus l. l. p. 659 eo ipso in loco ponendum esse
putat, ubi nunc est *Odessa*, siquidem Odessus, si vera
tradidit Arrianus, eo referri nequit. || — 4. Ἰσιακῶν] ἵξει
codex Anonymi. Fort. ad hoc nomen pertinet *si-
nus Sangarius* (*Assanganicus Barbarus*) Plinii. Idem
post Olbiam memorat *Achaeorum portum* aliunde
non notum. || — 4. πεντήκοντα] ἐνενήκοντα ap.
Anonym. § 61, quod ibi non corruptum esse ex singu-
larum distantiarum a Borysthene ad Tyrām συγ-
γωγῇ intelligitur; facile itaque crediderim nostro quo-
que loco ἐνενήκοντα reponendum esse. || — 5. Ψιλὸν
στόμα] Idem nomen habet Dicuil 6, 8 ex Plinio, cu-
jus codd. *Spireon stoma et similia*, quæ ex Arriano
et Anonymo Ortellius, e Dicuilo Letronnius corrigi
jusserunt. V. Sillig. ad Plin. I. 1, p. 160. Hodie
bouche de Kilia, si de re mobili pronuntiare ali-
quid licet. || — 6. τὰ ἐν μέσῳ ἔρημα etc.] Plura de*

hoc tractu ex antiquioribus fontibus tradit Anonymus,
quem vide. Cum nostro loco cf. Strabo p. 306: ἀπὸ
Ἰστροῦ ἐπὶ Τύραν ἡ τῶν Γετῶν ἔρημα πρόκειται, πεδίας
οὖτας καὶ ἄνυμρος.

§ 32, l. 9. ὡς τὸ πέλαγος ex conject. Vossii, vel
fort. ἀνὰ ἐπὶ τὸ πέλαγος, ut Gailius suspicatur. Codex
Arriani: ἀπαρκτίᾳ δίσις τὸ πέλαγος; codex Anonymi
ἀπαρκτιανωστὸν πέλαγος. Conjectura viri docti a Ba-
stio laudati, ἐναντίων τῷ πελάγει, nihil est; quod Uker-
tus proponit ἀπαρκτίᾳ ἐναντίων πελάγια νῆσος a traditis
longe recedit. Ni fallor, IDI natum est ex ditographia
præcedentium literarum IAI (q.). Ceterum falsum est
illus ἀπαρκτίᾳ ἀνέμῳ. « Wahrscheinlich dachte Arrian
sich die Mündungen des Ister nördlicher als unsere
Karten sie geben » Uker III, 2, p. 446. At hoc non
statuisse Arrianum mensura probant; porro si ita
statuisse, non potuit dicere κατὰ τοῦτο μᾶλιστα τὸ
στόμα. Immo Arrianus ora tractum in quem Ister exit,
ab oriente occasum versus tendere Istrumque non longe
ab ostiis cursum ita flectere ut a borea fere meridiem
versus fluoret, existimasse videtur. Quæ quidem
opinio ex iis qua de Istri cursu apud Herodotum ejus-
que sectatores leguntur, facile explicatur (V. Niebuhr.
Kl. Schriften I, p. 357. Bobrik Geogr. d. Herodot.
p. 111). || — 9. πρόκειται] sic Anon.; πρόκειται
cod. Arriani. || — 10. Ἄγιλλέως νῆσον κτλ.] Di-
versa confundunt qui τὸν δρόμον Ἄγιλλεον ab hanc insu-
lam referunt. Nunc vocatur *Jilan Adassi* vel *Phidonisi*
(*île des Serpents*), ambitu decem stadiorum (20 sec.
Pausan. 3, 19, 11; 30 stad. sec. Philostratum; 80 sec.
Plinium), saxo constans calcareo, litore alto et præ-
rupto, portum præbens nullum, tribus tamen locis
appulsum nautis non denegans; solum versus medium
insulam paullatim assurgit, humo tectum tenui, sed
fertiili; innumeris frequenter avibus, serpentium copia
infestatur; in media extant rudera templi Achillei,
cujuſ in vicinia fodientes crebra eruerunt vasa fictilia.
Putei tres incisi saxis. — Frequens apud veteres
insulae mentio. Testis antiquissimus Arctinus, qui in
Æthiopide narravit quomodo Thetis ἐκ τῆς πυρᾶς ἀνα-
πάσσων τὸν πατέρα εἰς τὴν Λευκὴν νῆσον διακομῆσει (Photius
cod. 239). Stesichorus in palinodia de Leuce dixisse
patet ex Pausania III, 19, 13; num Alceus quoque,
ex Eustathio ad Dion. 306 affirmari nequit. Pindarus
vero in Nem. IV, 49 : ἐν δὲ Εὔξενῳ πελάγει φανενὸν
Ἄγιλλεος νᾶσον (ἔχει). Euripides Androm. 1260 : Ἄγιλ-
λέως δύει δόμους ναΐοντα νησιωτικὸν Λευκὴν κατ' ἀπτὴν ἐν-
τὸς Εὔξενου πόρου. Idem Iphig. Taur. 435 memorat

λέων, οί δὲ Λευκήν ἐπὶ τῆς χροῖς ὄνομάζουσι. Ταῦτην λέγεται Θέτις ἀνεῖναι τῷ παιδί· καὶ ταύτην οἰκεῖν τὸν Ἀχιλλέα. Καὶ νεώς ἔστιν ἐν αὐτῇ τοῦ Ἀχιλλέως, καὶ ἔστιν τῆς πάλαι ἐργασία. Ἡ δὲ νῆσος ἀνθρώπων μὲν ἐρήμη ἔστιν, νέμεται δὲ αἰξίνιον πόλλαις καὶ ταύτας [μὲν] ἀνατιθέναι λέγονται τῷ Ἀχιλλεῖ δοῖο [άξιον] προσίσχουσι· καὶ [γάρ καὶ] ἀλλὰ πολλὰ ἀναθήματα ἀνάκειται ἐν τῷ νεῷ, φάλαι καὶ δακτύλιοι καὶ λίθοι τῶν πολυτελεστέρων. Ταῦτα ἔμπαντα χριστήριοι τῷ Ἀχιλλεῖ ἀνάκειται, καὶ ἐπιγράμματα, τὰ μὲν ῥωμαϊκῆς, τὰ δὲ Ἑλληνικῶν πεποιημένα ἐν ἀλλῳ καὶ ἀλλῳ μέτρῳ, ἔπαινοι τοῦ Ἀχιλλέως. Ἔστι δὲ καὶ τοῦ Πατρόκλου καὶ γάρ καὶ τὸν Πάτροκλον τιμῶσι σὺν τῷ Ἀχιλλεῖ, δοῖο τῷ Ἀχιλλεῖ χαρίζεσθαι ἐθέλοντες.

Ορνίθες δὲ πολλοὶ αὐλίζονται ἐν τῇ νήσῳ, λάροι καὶ αἴθουαι καὶ χορῶναι αἱ θαλάσσιοι τὸ πλήθος οὐ σταθμητοί. Οὗτοι οἱ δρυνθεὶς θεραπεύουσι τοῦ Ἀχιλλέως τὸν νεών. Ἔνθεν δομέραι καταπέτονται εἰς τὴν θάλασσαν ἐπειτα ἀπὸ τῆς θαλάσσης βεβρεγμένοι τὰ πτερά, σπουδῇ αὖ εἰσπέτονται εἰς τὸν νεὸν, καὶ ράινουσι τὸν νεών. Ἐπειδὴν δὲ καλῶς ἔχῃ, οὐδὲ ἔκκαλλονται αὐτὸῦ ἔδαφος τοῖς πτεροῖς.

33. Οἱ δὲ καὶ τάδε ἴστορούσιν· τῶν προσεγγήκότων τῇ νήσῳ λερεῖα τοὺς μὲν ἔξεπτάρηδες πλέοντας ἐς αὐτὴν ἐπὶ ταῖς νυστὶ κομίζειν, καὶ τούτων τὰ μὲν καταβάνειν, τὰ δὲ ἀφίνειν τῷ Ἀχιλλεῖ· τούς δέ τινας ὑπὸ γειμῶνος ἔκαναγκασθέντας προσέχειν· καὶ τούτους παρ' αὐτοῦ τοῦ θεοῦ αἰτεῖν λερεῖον, χρωμένους ἐπὶ τῶν λερείων, εἰ λῶν σφίσι καὶ ἀμεινονούσιαι δι τοι περ αὐτοῦ τῇ 30 γνώμῃ ἐπιλέξαντο νεμόμενον, τιμὴν ἀμα καταβάλλοντες τὴν ἀξίαν σρίσι δοκοῦσσαν. Εἰ δὲ ἀπαγορεύοι δι γρησμός (εἶναι γάρ χρησμός ἐν τῷ νεῷ), προσβάλλειν τῇ τιμῇ εἰ δὲ ἔτι ἀπαγορεύοι, ἔτι προσβάλλειν συγγωρήσαντος δὲ, γιγνώσκειν ὅτι ἀπογράψα τῇ τιμῇ ἔστιν. Τὸ δὲ λερεῖον ἴστασθαι ἐπὶ τῷδε αὐτόματον, μηδὲ ἀπορεύειν ἔτι. Καὶ τοῦτο δὴ πολὺ ἀνακείσθαι τὸ ἀργύριον τῷ θρῷ τὰς τιμὰς τῶν λερείων.

34. Φαίνεσθαι δὲ ἐνύπνιον τὸν Ἀχιλλέα τοῖς μὲν

alii vero Dromon (*Cursum*). Achillis, alii Leucam (*Albam*) a colore appellant. Hanc Thetis filio suo e mari excitasse, eamque Achilles inhabitare fertur; in qua templum est Achillis simulacrumque antiquo opere. Deserta est ab hominibus insula, eamque caprae non admodum multæ depascuntur; quas qui illuc appellunt, Achilli offerre dicuntur. Multa præterea alia sacra dona in templo illo reposita cernuntur, ut phialæ, annuli, lapides pretiosiores. Haec omnia donaria gratias agendi causa Achilli consecrata sunt; et inscriptions leguntur Graecæ et Latine variis metris conceptæ, quæ laudes celebrant Achillis: sunt etiam nonnullæ in Patroclum. Nam Patroclum quoque simul cum Achille colunt qui Achilli placere cupiunt. Porro aves innumerabiles, ut lari, fulice, coturnices marinae, in insula illa degunt. Haec aves templum Achillis curant; mane singulis diebus ad mare volitant, indeque, alis aqua madesfactis, ad templum iterum properantes volant, illudque aspergunt. Ubi autem id satis peractum fuerit, illæ rursus alis pavimentum mundant.

33. A nonnullis etiam hæc traduntur: eorum qui ad insulam appellant, alios ex proposito ad illam navales secum victimas immolandas in navibus portare, quarum alias mactent, alias vivas in Achillis honorem dimittant: alios autem quosdam tempestate coactos appellere, eosque ab ipso deo victimam petere, oraculum illius interrogantes de victimis, expeditatne meliusque sit eam hostiam immolare, quam pascentem ipsi pro arbitrio suo delegerint; simulque eos pretium, quod illis justum videatur, deponere. Quod si oraculum renuat (esse enim oracula in templo), pretio aliquid adjicere: si rursus abnuerit, insuper addere, donec, annuente illo, cognoscant sufficiens pretium esse. Tum vero stare sua sponte victimam, neque amplius aufugere. Atque sic magnam argenti copiam heroï, victimarum pretium, esse consecratam.

34. Apparere autem in somnis Achillem aliis dum

τὰν πολυόρνιθον αἰχνή, λευκὰν ἀκτὰν, Ἀχιλῆος δρόμους καλλισταδίους, Εὔξεινον κατὰ πόντον. Inter geographos primus Scylax § 68 p. 58, qui Leucæ insulae desertæ Achillique sacrae meminunt. Deinde Lycophron. Cass. 186 de Achille: δαρὸν φαληρῶσσαν οἰκήσαι σπλον, Κέλτρου (Istri) πρὸς ἔκβολατα λιμναῖων ποτῶν. Ubi etiam de insula cultuque Achillis tradunt Scymnus 792, Antigonus Mirab. 134; Conon Nar. 18; Strabo p. 125. 306; Mela II, 7, 2; Plinius IV, 26, 27; Solin. c. 13; Ptolemaeus III, 10 (ex quo sua habet Tzetzes Hist. XII, 937 sqq.); Pausanias III, 19; Maximus Tyr. Diss.; Philostratus. Heroic. 20, p. 313 ed. Didot; Ammian. XXII, 8, 35; Dionys. 5, 1 ejusque paraphraste Avienus 720 et Priscian. 498; Tzetzes ad Lycophr. 185; Eustath. ad Dionys. 545. 680. 692; ad Homer. p. 1696; schol. Pind. Nem. I. I. Quæ testimonia a variis erroribus haud vacua, fusius explicat Koehlerus

in libro saepius jam laudato; nonnulla accuratius constituit Ukert. III, 2, p. 443 sqq. Cum Arrianeis præceteris conser prolixam narrationem Philostrati. || — 1. ἐπὶ τῆς γροιᾶς] ἀπὸ τῆς γρ. Anonym. || — 4. πάλαι ἐργασίας Anonymous § 66, quod genuinam Arriani manum prodere videtur, coll. Anab. I, 17. ol πάλαι νόμοι, I, 12 τὰ πάλαι ἐργα et sic porro. Peripli codex: τῆς πάλαις ἐργ. || — 5. ἐρήμη] Koehlerus I. I. p. 564: « Si les anciens auteurs nous disent que l'île d'Achille était déserte et sans habitants, il ne s'ensuit pas que le temple n'ait eu ni prêtres ni gardiens. || — 7. Inclusa μὲν.. δει.. γάρ καὶ ex Anon. inserui. || — 11. ἐν ἀλλῳ καὶ ἐν ἀλλῳ codex; alterum ἐν ejeci, suadente Anonymo, qui totum hunc locum integriorem habet. || — 13. Patroclo adde Ajacem et Antilochum e Pausania III, 19, 11.

προσσχούσι τῇ νήσῳ, τοῖς δὲ καὶ πλέουσιν, ἐπειδὴν
οὐ πόρρω αὐτῆς ἀπόσχωσι, καὶ φράζειν διον προσ-
σχεῖν τῇς νήσου ἀμεινον, καὶ διον δρυμίσασθαι. Οἱ δὲ
καὶ ὑπάρ λέγουσι φανῆναι σφισι ἐπὶ τοῦ ἰστοῦ ἢ ἐπ'
ἄκρου τοῦ κέρως τὸν Ἀχιλλέα, καθάπερ τοὺς Διοσκού-
ρους· τοσόνδε μόνον τῶν Διοσκούρων μείον ἔχειν τὸν
Ἀχιλλέα, ὃν οἱ μὲν Διοσκοροὶ τοῖς πανταχοῦ πλω-
ζουμένοις ἐναργεῖς φαίνονται, καὶ φανέντες σωτῆρες γί-
νονται· ὃ δὲ τοῖς πελάζουσιν ἥδη τῇ νήσῳ. Οἱ δὲ καὶ
τὸν Πάτροκλόν σφισιν ὅρθηναι ἐνύπνιον λέγουσι. Τάδε
μὲν ὑπὲρ τῆς νήσου τῆς τοῦ Ἀχιλλέων ἀκοήν ἀνέγραψα
τῶν ἢ αὐτῶν προσσχόντων, ἢ ἀλλων πεπυσμένων καὶ
μοι δοκεῖ οὐκ ἄπιστα εἶναι. Ἀχιλλέα γάρ ἐγώ πε-
θομαί εἴπερ τινὰ καὶ ἀλλον ἡρωαῖς εἴναι, τῇ τε ἐνύγενείς
τεκμαιρόμενος, καὶ τῷ καλλεῖ καὶ τῇ ῥώμῃ τῆς ψυχῆς
καὶ τῷ νέον μεταλλάξαι εἴς ἀνθρώπουν καὶ τῇ Ὁμήρου
ἐπ' αὐτῷ ποιήσει καὶ τῷ ἐρωτικὸν γενέσθαι καὶ φιλέ-
ταιρον, οὐς καὶ ἐπιποθανεῖν ἀλέσθαι τοῖς παιδίκοις.

35. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ψιλοῦ καλουμένου στόματος τοῦ
Ἴστρου ἐς τὸ δεύτερον στόμα στάδιοι ἔξηκοντα. Ἐν-
θένδε ἐπὶ τὸ Καλὸν καλούμενον στόμα στάδιοι τεσ-
σαράκοντα· καὶ ἀπὸ τοῦ Καλοῦ ἐπὶ τὸ Νάραχον ἔνδε
ὄνομαζόμενον, στόμα τέταρτον τοῦ Ἴστρου, στάδιοι
ἔξηκοντα. Ἐνθένδε ἐπὶ τὸ πέμπτον εἴκοσι καὶ ἔκα-
τόν· καὶ ἔνθεν εἰς Ἰστρίαν πόλιν στάδιοι πεντακό-
σιοι. Ἐνθένδε εἰς Τομέας πόλιν στάδιοι τριακόσιοι.
Ἀπὸ δὲ Τομέων εἰς Κάλλατιν πόλιν ἀλλοι τριακόσιοι
ὅρμος ναυσίν. Ἐνθένδε εἰς Καρῶν λιμένα δύδοσκοντα
καὶ ἔκατόν· καὶ ἡ γῆ ἐν κύκλῳ τοῦ λιμένος Καρία
30 κληγίζεται. Ἀπὸ δὲ Καρῶν λιμένος εἰς Τετρισιάδα

ad insulam appellant, aliis vero etiam in ipsa naviga-
tione, si haud procul ab illa absint, iisque significare
in quamnam insulae partem appellere navesque sistere
præstet. Nonnulli etiam vigilantibus dicunt sibi ap-
paruisse Achillem, eodem modo quo Dirosuros, in
malo vel in summa antenna. Hoc solo volunt eum
Dirosuri cedere, quod Dirosuri ubique navigantibus
perspicui appareant, et visi salutem afferant; Achilles
vero iis tantum, qui ad insulam ejus propius jam ac-
cedant. Nonnulli ipsum quoque Patroclum sibi in
sommis visum esse aiunt. Atque hæc quidem de Achil-
lis insula refero audita ab iis, qui vel ipsi illuc appule-
runt, vel ab aliis rem compererunt: quæ mihi quidem
fide haud indigna videntur. Achilles enim, si quem
alium, heroem esse credo ob nobilitatem et pulchritu-
dinem animique robur et propterea quod juvenis e
vita decesserit, et ab Homero celebratus sit, denique
quod in amoribus atque amicitiis colendis ita fuerit
constans, ut post amores suos et ipse mortem oppetere
voluerit.

35. Ab ostio Istri Psilo vocato ad secundum ejus-
dem ostium stadia sexaginta. Hinc ad Calum appella-
tum ostium stadia quadraginta; et a Calo ad Nara-
cum, quartum Istri ostium, stadia sexaginta. Inde
ad quintum centum et viginti, et inde ad Istriam ur-
bein stadia quingenta. Hinc ad Tomes urbem stadia
trecenta. A Tomibus ad Callatim urbem, ubi sta-
tio navibus, alia trecenta. Hinc ad Carum portum
centum et octoginta; et ipsa regio quæ est circum
portum illum, Caria appellatur. A Carum portu ad

§ 35. l. 20. δεύτερον] probabiliter idem quod Steno-
stoma est Solino et Ammiano. || — 22. Νάραχον] Ἀρχ-
ανον perperam Anonymus. || — 24. πέμπτον] Id ēρδον
dici addit. Anon. Ceterum de ostiorum numero et nominibus
varias auctorum sententias vide ap. Ukertum III, 1,
p. 360, ut mittam alios. Quinque ostia Arrianus etiam
in Anabasi I, 3 habet, sicut Herodotus II, 10. IV, 47;
Ephorus ap. Strabon p. 305; Scymnus 775; Diony-
sius 301; Mela II, 1; Leo Diaconus VIII, 1. A primo
ad ultimum ostium Nester stadia 280, Strabo p. 305
circa 300 stadia numerat. || — 25. Ἰστράν πόλιν]
sic etiam Herodotus II, 33 et Dexippus ap. Julianum
Capitolin. De Maximo et Balbino c. 6 (Cf. Wesseling).
ad Hierocl. p. 409 ed. Bonn.). Ap. Anonymus urbs
dicitur Ἰστρός, ut ceteris, qui modo Ἰστρόν πόλιν, modo
Ἰστρόπολιν vocant. V. Strabo p. 318, Scymnus 667,
Lycophron 74, Mela II, 2, 5, Plinius IV, 18, 24, Ptolemaeus III,
10, Memnon c. 22, Ammian. XXII, 8,
Hierocles p. 637, Stephanus Byz., Eutrop. VI, 8;
Histriopolis et Istriopolis in Tab. Peut. et Geogr.
Rav. IV, 6; Historio in Itin. p. 227. Nunc Ister. Mannert
urbem postea Constantianam (Hierocles
p. 637. Constant. Porph. De adm. imp. II, 9) dictam
(hod. Kostandchi), Lapieus Kargolik, alii Karakir-
men hic traxerunt. De distantia 500 stadiorum cum
Arriano et Anonymo consentit Strabo p. 319. In Tab.

Peutingeriana sunt milia 60 (480 stadia). || — 26. ζ; Τομέας] ες Τομέων πόλιν Anonymus, quod male in
Τομέων mutavit Gaius. Alibi Τομεῖς forma non occur-
rit; Τομεὺς ap. Stephanum; Τόμις ap. Strabon. p. 319,
Hieroclem. p. 337, Ovid. Trist. III, 9, 33, Ex P.
IV, 14, 59. Τόμοι Scymnus 765, Ptolemaeus, Plinius,
Ammianus, alii. Hodie Tomis seu Jegini Pangola. Pro
300 stadiis Strabol. I, 250, Itinerar. 36 mill. sive 288 st.,
Tab. Peut. 40 mill. s. 320 stadia. || — 27. Κάλλατραν] Κάλλατραν codex; Κάλλατραν finxit Vossius;
omnibus aliis est Κάλλατρις (nisi quod Κάλλατρις in codd.
passim obvium), et quod in Ptolemaeo III, 10 olim
edebatur Κάλλατρις. Gentile Κάλλατρινό recte habet
ipse etiam Arrianus in Anab. VI, 23, 5. Nunc Kollat,
Kollati. Pro 300 stadiis Strabo 280; 30 mill. Itinerar.;
3/4 mill. Tab. Peut. Minimus numerus vero proximus.
|| — 29. Καρία κληγίζεται] Addit. Anonymus :
νῦν δὲ οἱ Καρλαι λέγονται. Nescio an hoc pertineat apud
Stephanum Καρδες κῆποι, γωρὸν Θράκης. Θεόπομπος v'.
Ceterum hancce Cariam intellige apud Porphyrium
in Hist. fragm. IV, p. 710, ubi de Seleuco Callinico
dicit: Attalum in Thraciam usque fugiens, post pu-
gnam in Caria patratam vita excessit. Portus de quo
aliunde non constat, non longe ab hod. vico Gulgrad
quarendus. || — 30. Τετρισιάδα] Anonymus : εἰς
Τετρισιάδας ητοι Τίριζαν ἄκραν λεγομένην, ξηρουσαν καὶ

στάδιοι είκοσι καὶ ἑκατόν. Ἐνθένδε εἰς Βίζον, γῆραν ἔρημον, στάδιοι ἑπτήκοντα. Ἀπὸ δὲ Βίζου εἰς Διονυσόπολιν στάδιοι ὄγδοοίκοντα. Ἐνθένδε εἰς Ὁδησσὸν διαχάσσοις δρόμος ναυτι.

§ 36. Ἐκ δὲ Ὁδησσοῦ ἐς τοῦ Αἴμου τὰς ἐπωρείς, αἱ δὴ εἰς τὸν Πόντον καθήκουσι, στάδιοι τριακόσιοι ἑπτήκοντα· καὶ δεῦρο δρόμος ναυτι. Ἐκ δὲ τοῦ Αἴμου εἰς Μεσημβρίαν πόλιν ἐνεύκοντα· δρόμος ναυτι. Καὶ ἐξ Μεσημβρίας εἰς Ἀγγίαλου πόλιν στάδιοι ἑβδομήκοντα, καὶ ἑξ τὸν Πόντον καθήκουσι, στάδιοι τριακόσιοι ἑπτήκοντα· καὶ δεῦρο δρόμος ναυτι. Ἐκ δὲ τοῦ Αἴμου εἰς Μεσημβρίαν πόλιν ἐνεύκοντα· δρόμος ναυτι. Καὶ ἐξ Ἀγγίαλου πόλιν στάδιοι ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατόν. Αὗται πᾶσαι αἱ πόλεις Ἑλληνίδες εἰσὶν, ὡκισμέναι ἐν τῇ Σκυθίᾳ, ἐν ἀριστερῷ ἐσπλέοντι εἰς τὸν Πόντον. Ἐκ δὲ Ἀπολλωνίας ἐς Χερρόνησον στάδιοι ἑπτήκοντα· δρόμος ναυτι. Καὶ ἐξ Χερρονήσου ἐς

Tetrisiadem stadia centum et viginti. Inde ad Bizum, locum desertum, stadia sexaginta. A Bizo ad Dionysopolim stadia octoginta. Hinc ad Odessum, ubi statio navibus, ducenta.

36. Ab Odesso usque ad radices Haemi montis, quae ad Pontum usque protenduntur, stadia trecenta et sexaginta : ibi etiam statio navibus. Ab Haemo ad Meseembria urbem, ubi statio navibus, nonaginta. A Mesembria ad Anchialum urbem stadia septuaginta, et ab Anchialo ad Apolloniam centum et octoginta. Ha omnes sunt urbes Graecæ, in Scythia sitæ, quæ occurunt a sinistra in Pountum naviganti. Ab Apollonia ad Chersonesum, ubi statio navibus, stadia sexaginta. A Chersoneso ad Aulkei murum, ducenta

Mediterranean, published at the Hydrographical office of the Admiralty. Lond. 1839. Rupes illas aquarum superficiem attingentes auctor noster vocat βράχη ἐπιφανέμενα, sicut § 37 habes βράχην ὑψηλὰ et § 57 βράχη μετέωρα. Ceterum usque ad Chimo vicum apud Ptolemaeum pertinet ἡ τοῦ Μαρεώτου νομοῦ παράλιος.

§ 6. Γλαῦκον] Ptolemaeus memorat Γλαῦκον σχρον (quod contra vett. praeceptum in Γλαῦκον mutavit Wilberg. V. Eustath. p. 906, 42) et ab eo promotorio occasum versus in mediterraneis Γλαῦκον locum, cui in ora respondet in eodem longitudini gradu situs Λεύκασπις λιμήν (« Depuis Abousir jusqu'à la grande Akabah le rivage et le plus souvent formé par une digue de sables blanchâtres » Pacho p. 19). In periplo nostro, quum Γλαῦκος locus accuratius non definitur, nonnulla omisso scriba censendum est, sicuti ceteris quoque locis, ubi nuda nomina apposuisse satis habuit. Probabiliter vero est ad verba ἐπὶ τὸν Γλαῦκον subintelligendum esse λιμένα, adeo ut portum, quem Λεύκασπιν Ptolemaeus cum Strabone dicit, Noster cognominem fecerit vico vel oppido mediterraneo. Utrumque nomen de eodem loco usurpari poterat, quum γλαῦκος significet ὑπόλευκος (v. Etym. M. p. 233, 20, coll. Eustath. in Il. p. 116, 11). Quod Ptolemaeus distinguunt inter portum Leucaspida et Glaucum vicum mediterraneum, id necno amperam fiat. Etenim Libycæ ora regionisque ei proximæ descriptio vehementer apud Ptolemaeum laborat. Neque expediri possunt impedimenta, nisi statua adhibuisse auctorem partim periplos partim itineraria; hos autem fontes, quum eadem sæpe loca commemorarent, neque de nominibus neque de distantiis ubique consentanea prodidisse, indefactum esse, ut tabula effingeretur parum concinna, in qua quæ conjunctim ponendebant, vel nominibus vel distantiis perperam separarentur. — Ceterum Strabo inter Leucaspidem et Cynossemas alios complices esse portus refert, quod in tam brevi spatio addubitaveris. Octoginta Nostræ stadia ducunt ad Erab Kullib, ubi extant ruinæ. Num ad eundem locum pertineat Lameïd, « chateau sarrasin, situé aux bord de la mer, à six heures de distance de Bourden (Pacho l. l. p. 11), » nescio.

§ 7. Ἀντίφρας] § 8 codex præbet ἀπὸ τοῦ Ἀντίφρας (sic). Stadia 80 ad eum ducunt oræ locum, ubi in mediterraneis situm est Abd-r-Ahman. Ptolemaeus Antiphras ponit post Δέρρον ἄκραν oceasum versus. Eodem facit Strabo p. 799, qui ali oceasum ortum versus progrediens ita habet: Εἶτα νῆσος Σιδωνία (l. Πηδωνία) λιμένα ἔχουσα· εἶτα Ἀντίφρας (Ἀντίφρα Strab. ap. Steph. B.) μικρὸν ἀποτέλεω τῆς θαλάττης· ἄπασα μὲν ἡ χώρα αὕτη οὖν οἵσιος, πλεῖστος δεσμούντο τοῦ κεράμου θάλασσαν ἡ οἰνος, ὃν δὴ καλοῦσι Λιθουνὸν (βύζον St. B., βύζιον conj. Meineke), φῷ δὴ καὶ τῷ Κύθῳ τῷ πολὺ φύλον χρῆται τῶν Ἀλεξανδρεῶν σκηνπονταί δὲ μάλισταί ἡ Ἀντίφρας·

6. A Chimo ad Glaucum stadia 80.
7. A Glauco ad Antiphras — salum ocus habet — stadia 80.
8. Ab Antiphris ad Derram (al. Derrin) — statio subest aestiva, et aquam locus habet — stadia 90 (ζ').

εἴτ' ἡ Δέρρης λιμὴν, καλούμενος οὕτως διὰ τὴν πλησίον πέτραν μέλαιναν δέρρει ἐοικεῖαν· δυομάζουσι δὲ καὶ Ζεύρης τὸν πλησίον τόπον· εἶτα δὲλλος λιμὴν Λεύκασπις· καὶ δὲλλοι πλείους. Huc accedere videri possit series nominum apud Hieroclem p. 733 : Ηπιδονία, Ἀντίφρα (sic), Δέρνις; at Darnis non est nostrum Derris, sed hod. Dernah, ac omnino Hierocles in recensendis locis non solet ordinem eorum geographicum accuratius observare. Straboni autem et Ptolemaeo innitens Gailius perturbatas esse peripli rationes et hunc fere in modum adornandas censuit :

A Glauco (fort. Lameïd) ad Leucaspim (f. Dresieh)

stadia.	160
---------	-----

Inde ad Zephyrium (fort. Djemmeimah)	130
--	-----

Inde ad Derim prom. (el Heif)	90
---------------------------------	----

Inde ad Antiphras	80.
-------------------	-----

Quibus ludibriis immorari haud vacat. Quodsi perfunctoriae rationi, qua ora Libycæ apud Strabonem et Ptolemaeum ex eodem, ut videtur, fonte describitur, majorem quam Stadiasmō nostro fidem tribuere temere velis, statueris aut alteras Antiphras fuisse inter Derrim et Glaucum (sicuti alia locorum nomina sapius reputatur in ora Libycæ), aut de nomine vici, qui octoginta a Glaucu stadia distans navium stationem habuit, auctorem peripli errasse. Seriem vero locorum ne mutes. Cf. not. ad § 8. Ceterum Antiphron mentio occurrit etiam in Synodica Gennadii, in qua subscripti bit Apollon Ἀντίφρων (sic).

§ 8. τὴν Δέρρον ἥτο Δέρραν codex; τὸ Δέρρον male edidit Iriarte. Straboni est Δέρρης λιμὴν, Ptolemaeus memorat Δέρρην ἄκραν. Vetus nomen agnoscis in hod. Dresieh. Distantia stadiorum ζ' (sic enim leg. pro ζ') nimia est, si juxta oram metiaris; at quum ab occasu hodiernæ Dresieh juxta litus protendatur brevium tractus, hunc si circumnaviges, recte obtinebis iter stadiorum 90. Quam Strabo prope Derrim notat petram nigram, haud dubie unus est e duobus scopulis, quos Pacho prope Dresieh exhibet. Quod addit Strabo petram istam δέρρης seu pelli similem fuisse, fortasse inter lusus recensendum est, quibus peregrina nomina Graeci explicare adamabant. Ceterum aut ex hac petra Ptolemaeus fecisse videtur Δέρρην ἄκραν, aut potius promontorium Jumeimah vel prom. Hammeite, quod est initio sinus ejus, in quo Derris locus situs erat, etiam ipsum Derris a nonnullis vocabatur; atque hæc causa fuit, cur ipsum etiam Derrim ὕφορμον stadiasmī ad promontorium aliquod nonnulli transferri vellent. Sic Pacho p. 14: « Le nom de Dresieh, inquit, offre, il est vrai, une grande analogie avec celui de Derris, port et promontoire mentionné par plusieurs auteurs. Mais la situation de Dresieh, enfoncée dans ce golf, ne saurait, en aucune manière, convenir à un promontoire, et ce nom paraît être, comme plusieurs autres, une tran-

9. Ἀπὸ τῆς Δέρρας ἐπὶ τὸ Ζεφύριον — λιμήν ἔστι καὶ σάλον ἔγει — στάδιοι υ'.

10. Ἀπὸ τοῦ Ζεφύριον εἰς Πεζώνην στάδιοι ρι'. Ἀπὸ * σταδίων ταῦτης σκόπελος ἔστι, καὶ καλεῖται τὸ Μύρμηξ· καὶ ἀκρωτήριον, καὶ κλεῖται Τρχεῖτα.

11. Ἀπὸ Πεζώνης εἰς Πνιγέας στάδιοι ζ· ἀκρωτήριον ἔστι ταπεινόν· εἰσάγου δεξιῶς εἰς τὸν πλατανῶνα.

12. Ἀπὸ τοῦ Πνιγέας εἰς τὸν Φοινικοῦντα στάδιοι 10 ρμ'. νησίσια εἰσὶ Δίδυμα· θύρωμος ὑπ' αὐτά· βάθος φορτηγῶς· θύρωρ ἔχει λακκαιον ἐν τῇ φάραγγι.

13. Ἀπὸ Φοινικοῦντος ἐπὶ τὸ Ερυζία στάδιοι ζ· ἐκ δεξιῶν· τὴν ἄκρην ἔχων δρυίζου· θύρωρ ἔχει ἐπὶ τοῦ πύργου.

9. A Derra ad Zephyrium — portus ibi, et salum locus habet — stadia 170 ($\rho\sigma'$),

10. A Zephyrio ad Pedonen ($\Pi\tau\eta\delta\omega\tau\gamma$) stadia 110. Ibi [sex?] ab litore stadii scopulus est Myrmex nomine et promontorium quod Trachea acru vocatur.

11. A Pedone ad Phigeum stadia 90 (ζ'); promontorium est humile; ad dextram flectens inducas in tractum levi fundi saxosi.

12. A Pnigeo ad Phoenicuntem stadia 140, [*Duobus ab eo stadiis*] insulae sunt Didymae seu Gemellae; sub iis statio; profunditas navibus onerariis sufficiens; aquam locus habet cisterninam in convalle.

13. A Phoenicunte ad Hermæa stadia 90 (ζ'); a dextris promontoriū habens appelle; aquam locus habet in turri.

position que les Arabes ont faites dans la dénomination des lieux. Quant à la roche noire ressemblant à une peau, que Strabon donne comme indice à *Derris*, je doute qu'avec le seul secours de ce signallement on puisse reconnaître cet ancien *promontoire*, puisque tous les caps de cette partie du littoral sont garnis d'écueils qui avec un peu d'imagination de la part du voyageur, peuvent acquérir cette ressemblance. » Cf. idem p. 18 not.

§ 9. Ζεφύριον] Ζέφυρον et § 10 Ζεφύρου codex. || — στάδ. υ'] Numerus corruptus. Itaque in situ loci constituendo a Pedone insula progrediendum. Quo facto, Zephyrium portum ponendum appareat ad promontorium *Hammite*, quod ipsum quoque Ζεφύριον vocatum fuerit, quem nomen istud de promontorii omnium sit frequentissimum. Eo usque a *Dresieh* sunt, si oram legeris, ad stadia 140, ρμ'. Hunc tamen numerum in υ' abiisse, parum probabile, ac majorem aliquem postulat summa stadiorum 1550. Manu leni pro υ' refinxeris ρ̄. Apud Ptolemaeū nulla Zephyrii mentio. Strabo vaga verba scripsit hæc: Ονομάζουσι δὲ καὶ Ζεφύριον τὸν πληγάδον (sc. Derri portui) τόπον: ut fere putem Δέρρην θύρωμον et Ζεφύριον λιμένα a Strabone male contrahai in Δέρρην λιμένα; quod quidem tantum facilius accidit, si Ζεφύριον promontorium a nonnullis Δέρρης vocabatur, ut fecisse Ptolemaeū supra suspicati sumus.

§ 10. Πεζώνην] haud dubie scribarum errore pro Πηδῶνην (similiter pro δ legis ζ in § 47, ubi Ζερψίνη codex pro Δέρρην vel Δέρνην). Pedone locum habet Itinerarium p. 73; Ptolemaeus et Πηδῶνας locum in mediterraneis, et Πηδῶνας insulam memorat; in Hierocle p. 734 scribitur Πηδῶνα, sicut in Synodica Gennadii subscrivit Apollon Πηδῶνας. Apud Strabonem pro Πηδῶνα vel Πηδῶνα codices corrupte: Σιδῶνα νῆσος λιμένα ξήνουσα. || — δπὸ σταδίων] Post δπὸ excidit numerus stadiorum (an ζ' ?), quibus insula a continente distat. Iriarte post vocem Τρχεῖτα habet verba σταδ. ζ', que huc retraheres, nisi Millerus docebat l. l. p. 312 verba σταδ. ζ' in codice non extare. Lapiens finxit Myrmecem scopulum a Pedone distantem, si *juxta oram* processeris, stadia 57. Quod quum a Græcis nostris prorsus alienum sit, nescio an e Ptolemaeo arripuerit, ubi codd. plurimi Pedoniam insulam

ponunt 59°, 30', quum Pedonia locus sit 59° 20'. long. Locus noster situs est non longe a promontorio *Haisch* occasum versus, ubi duo parvula insulae notantur, quarum altera nescio an rupes sit. Queritur tamen an Myrmex scopulus a Pedonia insula diversus fuerit, nec ne; illud potius duxeris, si recte Strabo portum insulæ tribuit. Apud Nostrum portus vel stationis mentio culpa excitoris vel librarii omissa est. || — Τρχεῖτα] Τρχεῖτα cod.; em. Hoffm.

§ 11. Πνιγέα] Πνιγέα κάρην habet Strabo. Locum non ad ipsam maris oram situm fuisse e Ptolemaeo colligas. Nonaginta stadia ducunt ad *Ras Tanhoub*, a cuius parte occidentali notantur puteus et ruine. Cf. Pacho l. l. p. 17. || — εἰσάγου] εἰσάγου cod.; cf. κατάγου § 16, 44, 128. || — Πλαταρά dicitur maris locus qui aquam non adeo altam, et in fundo saxosam planitiem habet; nonnumquam etiam de litore depresso ac levè vox usurpat. V. Steph. Thes. s. v. Gaiilius in vulgata: εἰσάγου nihil offendens vertit: *promontorium humile, recta porrectum in saxosam planitem*, quod græcis inesse nequit. Letronnis (*Poēm. geogr.* p. 313) legendum suspicabatur εἰς πλατανῶνα, in locum planatis constitutum.

§ 12. Φλοεῖτος portus, a palmis, ut videtur, nomen nactus et a Strabone et Ptolemaeo memoratus, nescio an subsit etiam *Euthicus* loco, qui in Itinerario a Pedone abesse dicitur 26 millibus sive 206 stadiis; quod satis quadrat cum stadiis 230, que ad Phœnicuntem sunt juxta oram maritimam. Ceterum apud Nostrum scriptum fuerit: .. στάδιοι ρμ'. [δπὸ σταδίων *] νησίσια εἰσὶ δύο. Haud enim in duabus insulis fuit Phœnicus. || — Διδύμους νησίους alias Ptolemaeus ad Chersonesum parvam collocat (v. not. ad § 1.), alias memorat ex Artemidoro Stephanus v. Διδύμη. et Noster § 161 || — βάθος] βαθὺς ser. Hoffmann, præter necessitatem. || — τῇ φαρ.] τῷ φαρ. codex. Distancia stadiorum 140 recte ducit ad locum, ubi duo insulae altera juxta alteram existant, et in objecta continentie ruine conspiciuntur.

§ 13. τῇ Ερυζίᾳ] sic h. l. codex; § 1/4, δπὸ Ερυζίου, ubi contra codicis auctoritatem tacite Iriarte dedit δπὸ Ερυζίου. Apud Ptol. codd. Ερυζία Ερυζία ζηρα. Hermæa et sequens post virginī stadia Leuce acte ad *Ras Kanais*, cui Catabathmus parvus adjacet, pertinent. Scylax quum Plinthisum sinum extendat

14. Ἀπὸ Ἐρυαίων ἐπὶ Λευκῆν ἀκτὴν στάδιοι κ'. νῆστον παράχειται ἔκει ταπεινὸν, ἀπέχον ἀπὸ τῆς γῆς σταδίους β'. ὑφορμός ἔστι φορτηγοῖς, τοῖς ἀρ' ἐστέρας ἀνέμοις; ἐν δὲ τῇ γῇ ὑπὸ τὸ ἀκρωτήριον ὅρμος ἔστι μακρὸς παντοῖαις ναυσίν· ἱερὸν Ἀπόλλωνος, ἐπίσημον χρηστήριον καὶ ὕδωρ ἔχει παρὰ τὸ ἱερόν.

15. Ἀπὸ Λευκῆς Ἀκτῆς ἐπὶ Ζύγριν στάδιοι ζ'. νησίον ἔστι· [τοῦτο ἔχων] εὐώνυμον προσορμίζουν ὕδωρ ἔχει ἐν τῇ ἀκμῷ.

16. Ἀπὸ Ζύγρεως εἰς Λαδαμαντίαν στάδιοι κ'. νῆστος ἵκανη παράχειται (μεγάλη)· αὐτὴν ἔχουν δεξιάν, κατάγου· λιμήν ἔστι παντὶ ἀνέμῳ· ὕδωρ ἔχει.

17. Ἀπὸ Λαδαμαντίας ἐπὶ τὰ Καλαμαίου στάδιοι μ'. ἀκρωτήριον ἔστιν ἔχον σκόπελον ἐν δεξιῶν αὐτοῦ ψηφρομον.

18. Ἀπὸ τῶν Καλαμαίου ἐπὶ Γραίας γόνῳ στάδιοι 0'. ἄκρα ἔστι τραχεῖα, ἔχουσα ἐπὶ τοῦ ὑψηλοῦ σκόπελον ἐπὶ δὲ τῆς γῆς δένδρον· ὅρμος ἔστι, καὶ ὕδωρ ἔχει ὑπὸ [τὸ] δένδρον· φυλάσσου νότον.

19. Ἀπὸ Γραίας γόνατος ἐπὶ τὸν Ἀρτον στάδιοι ρχ'. 20 ἀκρωτήριον ἔστι τραχὺ, οὖν ἔχον ψηφρομον, καὶ ἐπὶ τοῦ ἀκρωτήριον ταῦροι δύο ὡς νῆσοι ἀνατένοντες εἰς τὸ πέλαγος· ταῦτην κάμψας, ὅψει τὴν πόλιν Παραιτόνιον.

usque ad Leucen acten, totam extremitatem hujus promontorii eo nomine designare videtur; secundum Ptolemaeum extremitates orientales promontorii assignanda Hermaeis acris, Leuce acte autem ad latus occidentale prom. ponenda. Eodem modo etiam Noster statuit, quoniam ita vult appellari, ut ἄκρα sit ad dextram. Ἔπι τοῦ πύργου, in turri, ut § 63 ὕδωρ ἐπὶ τοῦ φρουρίου, in castello.

§ 14. Λευκῆν ἀκτὴν] Cf. Scylax § 107, Ptol. I. I. Strabo: ἄκρα λευκόγειος, Λευκὴ ἀκτὴ καλούμενη. Insulae mappae exhibent. || — ἀρ' ἐσπερὸν cod.; em. Gaius.

§ 15. Ζύγριν] Ζύγρην et § 16 ἀπὸ Ζυγρέων cod.; em. Gail. Apud Ptol. est Ζυγὶς λιμὴν (sic e codd. suis Wilberg., Γυζὶς vulgo). Cf. § 28, ubi alius locus Ζυγραῖς (Ζυγρὶς ap. Ptol.). Inde a Leuce acte prima quæ obviam fiat in mappis nostris insula, prope hodiernum portum *Mahadda* sita est. Haud longe a portu occasum versus in mediterraneis occurrit *Kassaba* (i. e. vicus) *Zarghar* cum vetusti loci ruinis, quas ad Zygrin veterum pertinere censem Pacho p. 23. Quod quum probabiliter dictum videatur, admitti tamen vix potest. Primum enim distantiae in Nostro ita notantur, ut cum *Mahadda* portu componenda potius sit Laodamantia. Porro quum insula ad portum *Mahadda* sit ceteris longe major sit, hæc esse debet νῆσος ἵκανη, quam cum Laodamantia Noster § 6 commemorat. Huc accedit quod sic demum promontoriis Calamei et Γραίας γόνατι locus suus commode assignari potest. Itaque Zygris ante portum *Mahadda* collocanda erit, insula autem adjacens nisi est unus ex scopolis prope *Ras Halib*, propter exiguitatem in mappis nostris omissa est, vel potius arenis nunc continentis juncta. || — τοῦτο ἔ. supplevi.

§ 16. Λαδαμαντίαν] Λαδαμάντην codex, unde eliceres Λαδαμαντεον, nisi § 17 sequeretur ἀπὸ Λαδαμαντίας. Ceterum Λαδ. est plebeja vocis forma pro Λαδό.

14. Ab Hermæis ad Leuen acten sive Album litus stadii 20; parva humiliisque ibi adjacet insula, a litore distans stadia duo; subest ei statio navibus onerariis, petenda cum ventis occiduis, in litore autem sub promontorio longe patet statio omne genus navibus. Est ibi fanum Apollinis, celebre eraculum; aquam locus habet juxta fanum.

15. A Leuce acte ad Zygrin stadia 90 ('); parva insula est; [eam habens] ad sinistram, appelle; aquam locus habet in arenis.

16. A Zygrin ad Ladamanthiam stadia 20; insula adjacet sat magna; hanc a dextra habens appelle; portus est omni vento; aquam habet.

17. A Ladamanthiam ad Calamæum stadia 40; promontorium est a dextra scopulum habens, sub quo sisti naves possunt.

18. A Calamæo ad Greas Gony seu Vetulæ genu stadia 70 ('); promontorium est asperum, in alto habens scopulum; in litore arbor exstat; statio ibi et sub arbore aqua; cave austrum.

19. A Greas Gony sive Vetulæ genu usque ad Argum stadia 120. Promontorium est asperum, quod nullam sub se stationem navibus præbet. Ad promontorium sunt tauri (cornua) duo, qui quasi insulae in mare protenduntur. Hoc promontorium ubi circum-

sicuti Λαδίκεια dicunt pro Λαδίκεια et similia. Memorant locum Scylax et Ptolemaeus. Uterque Λαδίκειαν τον vocat; ille navigatione diei dimidiati, hic dimidia unius gradus parte a Leuce acte locum distare perhibent parum accurate. || — μεγάλη] Ejicienda vox, quam glossator ad vocem ἵκανην adscripsit. || — δεξιάν] δεξιά cod.; possis etiam ἐν δεξιᾷ.

§ 17. τὰ Καλλαματίου] Καλλίου ἄκρον et Καλλίου locum mediterraneum Ptolemaeus habet. Quid sit rectius dictum, nescio. Illud intellige promontorium, quod proxime post portum *Mahadda* in mare porrigitur. Distantia stadiorum 40, sicuti quæ sequitur, cum vera oræ longitudine parum convenient; attamen non corrupti numeri esse videntur.

§ 18. τῶν Καλλαματίου] sic codex; τοῦ Καλλαματίου apogr. Iriart. || — Γραίας γόνῳ, λιμὴν ap. Ptolemaeum. || — σταδ. 0'] sic codex; σταδ. θ edidit Iriarte. Sequitur promontorium, *Ras el Ayn*, quod quum genu in modum curvatum sit, hinc nomen nactum esse videtur. || — τραχεῖα] παχεῖα cod.; em. e conj. Gailii.

§ 19. Ἀρτον] Apud Ptolemaeum imminens Parantonio promontorium vocatur Πυθὶς ἄκρα. Distantia duicit ad prom., quod a meridie claudit sinum, qui vocatur *Mirsä Berek*.—Habet promontorium prominentes duos apices vel cornua, quibus τεύχων nomen nautæ indidisse videntur (Cf. οἱ Τεύχοι: ἀκρωτήρια in sinu Arabic ap. Agatharch. § 84 p. 174). Quum haec cornua potius quam totum reliquum promontorium in mare protendantur, scripsi ἀνατελνοτες pro ἀνατελνον, quod codex habet. Vulgatam si servare velis, verba καὶ ἐπὶ τοῦ ἄκρου... ὡς νῆσοι: parenthetice dicta orationem efficerent intricatam. Ceterum Mannertus vertit (X, 2, p. 29): « Auf demselben bilden sich zwei Blöcke (τεύχοι) wie Inseln. Halte dich (ζάντειν) in hoher Sec. » || — Παραιτόνιον] Παραιτόνιον h. I. et

Γίνονται δημοῦ οἱ πάντες ἀπὸ Ἀλεξανδρείας εἰς Παρατίονας τόνιον στάδιον, χρήν.

flexeris, videbis urbem Parætonium. In summa ab Alexandria ad Parætonium sunt stadia 1550.

§ 52 Παρατόνιον codex; Παρατόνιον (Παρατώνιον passim in codd.) reposuit Gaiilius. Ceterum Παρατόνιον habet etiam Chrou. Paschal. p. 32, eamque formam seriores quosdam usurpassc colligas e Pseudocallisthene p. 32, ubi Alexander post peractum Ammoni sacrificium (Strabo p. 799 : Καλούστι δ' οἱ μὲν Παρατώνιον τὴν πόλιν, οἱ δὲ Ἀμμωνίν) in agro deambulans fertur cervam conspexisse atque sagittarii cūdām imperasse τοξεύειν τὸ ζῶον. 'Ο δὲ τοξότης τελεῖ τὸ τέλον οὐκ ἐπέτυχε τῆς ἔλασου. 'Ο δὲ Ἀλεξανδρός εἶπεν αὐτῷ· « Ἐνθρωπε, παράτονόν τοι γέγονε. » Ἔνθεν οὖν ὁ τόπος ἐκεῖνος ἐκλήθη Παρατόνιον. De Parætonio præter ea quæ ad Scylac. p. 82 laudavi, vid. Procop. De ædific. VI, 2; Plutarch. Anton. 70; Dio Cass. 41, 9, 10; Polyen. II, 18, 2; Diodor. I, 31; Ovid. Met. IX, 772. Am. II, 13, 7; Lucan. III, 295; Lucian p. 273 Didot.; Rasche Lex. num. III, 2 p. 596. Sita urbs erat ad hod. *Mirsā Berek*. Pacho l. l. p. 28 : « Après six heures de marche au N.-O. de *Kassaba-Zarghah* nous arrivâmes auprès d'un port, qui présente une position maritime très-avantageuse. Sur ses bords de sable et couverts d'un lit d'algue, je vis les traces peu apparentes d'un ancien bourg, parmi lesquelles je ne distinguai qu'un grand mur d'enceinte, construit très-grossièrement, mais contenant des débris d'une belle époque... Ce lieu est le

célèbre *Parætonium*... Le nom de *Baretoun* que lui donne Aly-Ghaouy, n'est plus connu par les Arabes actuels ; ils lui ont substitué celui de *Berek*, qui n'offre qu'un léger rapprochement avec le nom ancien. Parætonium, entouré de collines rocheuses et stériles, ne doit apparemment la célébrité dont il jouit dans l'antiquité, qu'à son port bien abrité par une ligne de gros rochers, et dont la circonference, au rapport de Strabon (p. 799) était de 40 stades. Les temps modernes viennent à l'appui de cette observation, puisque de tous les anciens ports de la Marmarique, celui de Berek, encore très-spacieux de nos jours quoique en partie envahi par les sables, était le seul qui attirât, naguère même, quelques djermes arabes, et occasionnait un peu d'activité et d'abondance au milieu de la tristesse et de l'isolement qui l'entouraient. || — στάδιοι, αφ' ν' Numerus, αφ' ν' haud dubie integer est, et cum oræ longitudine quam mappæ recentiores præbent, bene convenit. Strabo p. 799 a Parætonio ad Alexandriam 1300 fere stadia esse dicit, neque id falso, si lineam rectam metiaris. Plinius V, 6, § 39 exputat 200 millia vel stadia 1600, sicut Aristobulus ap. Arrian. Anab. III, 3, 1.

Sequitur tractus, qui a Parætonio pertinet usque ad Magnum Catabathmum et Petramentum.

STADIASMUS.				PTOLEM.EUS.			STRABO.
	Numeri coincidentes	Numeri emendati			Latit.	Long.	
19. Παρατώνιον.	"	"	"	Παρατώνιον.	57°	31° 10'	Παρατώνιον.
20. Ζεύριον καὶ Δελφί- νες νῆσοι.	ζ'	ζ'	90	Φωκοῦσσαι β'.	56° 50'	31° 30'	
21. Άπις κάμην.	γ'	γ'	120	Άπις.	56° 40'	31° 5'	Άπις κάμην, 100 st. a Parætonio.
22. Νῆσοι.	ζ'	ζ'	210	Αινιστίπατα νῆσος. . .	56° 30'	31° 40'	Αινιστίπατα νῆσος ἔχουσα λι-
				Τρισάρχου κάμην. . .	56° 20'	31° 5'	μένα.
23. Σεληνής ἄκρα.	ο'	ο'	280	Σελινοῦς λιμήν.	56°	31° 10'	Δρέπανον ἄκρα.
24. Άζου.	η'	v'	330				
25. Τυνδάρειοι σκόπελοι.	ρχ'	ρχ'	450	Τυνδάρειοι σκόπελοι γ'.	55° 50'	31° 30'	Τυνδάρειοι σκ., νησίδια δ'.
				Ζαγούλις κάμην.	55° 45'	31° 30'	(Ζαγούλις Hierocles).
26. Χαυταῖον.	ρμ'	ρμ'	590	Χετταῖα κάμην.	55° 30'	31° 10'	
27. Συγραὶ.	ρμ'	ρμ'	730	Συγρία κάμην.	55° 15'	31° 10'	(Ζωγράς Hierocles).
28. Ἐννησόφορα.	C (sic)	στ'	940	Αινησιφόρα λιμήν. . .	55°	31° 10'	Αινησιφόρα ἄκρα.
29. Καταβαθμός λιμήν. . .	ρχ'	σν'	1190	Καταβαθμός μέγας. . .	54° 30'	31° 15'	Καταβαθμός.
30. Συκῆ.	λ'	λ'	1220				900 st. a Parætonio εἰνθυπλοοῦν-
31. Πάνορμος.	λ'	λ'	1250	Πάνορμος λιμήν.	54° 20'	31° 10'	τι.
32. Εύρετα φάραγξ.	ρν'	v	1300				
33. Ηπέρας [δέ μέγας].	*	μ'	1340	Ηπέρας μεγάλης λιμήν. .	54°	31° 10'	
(Ἀπὸ Καταβαθμοῦ εἰς Πετράντα.	ρν)						
Ἄπὸ Ἀλεξανδρείας ἡώς Πετράντος.	ας'	βωλ'	2890	(= 1340 + 1550). . .			

Singula ex mente auctoris me constituisse non contendō; nam et minus cognitus nobis hic oræ tractus, et verba peripli interdum turbata vel hiulca. Præterea fieri potest ut Noster non accuratiora tradiderit quam

Strabo, Plinius et Ptolemæus, qui omnes hujus oræ longitudinem justo minorem exhibent. A Parætonio enim ad Catabathmum quum sint 1200 fere stadia, Strabo nonnisi 900 esse prodit; quod vero addit : εὐ

20. Ἀπὸ Παρατονού εἰς Δελφίνας [καὶ] ἐπὶ τὸ Ζεφύριον στάδιοι ζ'. νῆσοι εἰσὶ δύο καὶ ἀκρωτήριον λιμὴν ἔστι παντὶ ἀνέμῳ· καὶ ὅδωρ ἔχει.

21. Ἀπὸ τοῦ Ζεφύρου καὶ τῶν Δελφίνων ἐπὶ τὸν Ἀπιν στάδιοι λ' κώμη ἔστι ταύτην πλέεις σταδ. κ'. δρμος ἔστιν. ὅδωρ ἔχει ἐν τῇ κώμῃ.

Θυπλοοῦντι, id incassum fecit, quoniam nullus momenti alicuius sinus est, quo prætervecto iter brevietur. Apud Plinium (V, 6 § 39) nonnisi 86 milia pass. (688 stadia) numerantur. Qui nimis est error, quam ut Plinio tribuatur. Librarius, opinor, milia LXXXVI exaravit pro CXXXVI (1088 stad.). Ab hoc numero non multum abest Ptolemaeus, 20 30' computans, quibus in hac latitudine efficiuntur stadia mille et paullo amplius. Similiter apud Nostrum a Paratonio ad Catabathmum habebis stadia 1060, si § 29 codicis numerum ρ' servaveris. Parum tamen hoc probabile. Pro numero, καὶ aperte corrupto (nam longe petitum foret, si quis numerum quidem genuinum esse diceret, at non pertinere eum ab Alexandria ad Petram, sed a Paratonio ad Catabathmum), facillime reponas ωλ'. Quam frequens sit literarum et σι permutatio, constat; siglum vero ι' in codice Stadiasmī litera ζ' simillimum esse debet, siquidem quattuor aut quinque locis Iriarte dedit ζ', ubi Millerus vidit ι'. Hac igitur permutatione admissa, sequitur integrum numerum fuisse [β]ωλι', ideoque inde a Paratonio relinquī stadia 1340, quae cum vera orae longitudine bene concidunt. Quod denique duobus locis κ' mutavi in ν', nihil habet quod sit violentum; nam ista litera in quadrata illa scripta decimi scriptura eadem fere sunt, nec semel literam κ' dedit Iriarte, ubi codicem habere literam κ' testatur Millerus.

§ 20. εἰς Δελφίνας καὶ ἐπὶ τὸ Ζεφύριον] Codex ita habet: Ἀπὸ Παρατονού εἰς Δελφίνας σταδ. ζ'. Ἀπὸ Δελφίνας (sic) ἐπὶ τὸ Ζεφύρινον (sic h. l. cod.) σταδ. ζ'. νῆσοι εἰσὶ δύο etc., in quibus verba νῆσοι εἰσὶ δύο καὶ ἀκρωτήριον et § 21 ἀπὸ τοῦ Ζεφύρου (Ζεφύρου cod.) καὶ τῶν Δελφίνων ostendunt insulas et promontorium conjunctim esse memoratas. Gaiilius scrib. proposuit: Ἀπὸ Παρατονού εἰς Δελφίνας σταδ. ζ'. Ἀπὸ Δελφίνων εἰς τὸ Ζεφ. σταδ. ζ'. etc., deinde in § 21 ejici vult verba καὶ τῶν Δελφίνων; at ferri id nequit propter verba νῆσοι εἰσὶ δύο καὶ ἀκρωτήριον. Hoffmannus denique qua solet licentia: Ἀπὸ Παρ. ἐπὶ τὸ Ζεφύριον σταδ. ζ'. λιμὴν ἔστι παντὶ ἀνέμῳ, καὶ ὅδωρ ἔχει. Ἀπὸ τοῦ Ζεφύρου εἰς Δελφίνας σταδ. ζ'. νῆσοι εἰσὶ δύο καὶ ἀκρωτήριον. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ζεφύρου (!) καὶ (!) τῶν Δελφίνων ἐπὶ Νάτην κτλ. — Ipse quoque malim Zephyrium promontorium separatis memorari, adeo ut nomen ad *Ras al Harzeit*, insigne prorsus promontorium, possit referri; ac fere persuasum est ita in antiquo perioplo factum esse, Nostrum vero male duos locos in unum contraxisse. Sin minus, Zephyrium intelligi dehet de ea ἄκρᾳ, quae ab oriente claudit sinum (*Marsa*) *Labeit*. Adjacentes ei insulæ a Nostro Δελφίνες vocantur, a Ptolemaeo Φωκούσσαι, nisi fortasse Φωκούσσαι scribendum est, quum ejus nominis insula Libycæ memorentur ab Athenæo I, p. 30, D, Hesychio s. v. et Stephano Byz.: Φωκούσσαι, νῆσοι Λιβύης: δύο μάζονται: δὲ διὰ τὸ έύκων εἶγι: πλά-

20. A Paratonio usque ad Delphines et Zephyrium stadia 90 (λ'), insulae sunt duæ; portus est omni vento; habetque aquam.

21. A Zephyrio et Delphinibus ad Apin stadia 30; vicus est; ad eum navibus salum et (κατὰ ταύτην πλοῖοις σάλος καὶ?) statio est; aquam locus habet in vico.

ρεις· οἱ νησιῶται Φωκούσσαι et Φωκούσσαι. Insulae istae quum ita sint Labeit objecta sint, ut nonnisi angustum relinquant aditum, portum ab omni vento tutum praestare videntur. Ceterum ad portum fuisse vicum vel oppidum putaveris, ad quod nescio an pertineant ruinae, quae ad sinum istum e regione insularum conspiciuntur. Distantia stadiorum 90 justo minor est. Tot enim sunt ab *Ras Harzeit*, quod ipsum a Paratonio 40 fere stadiis abest: adeo ut hoc quoque indicium sit, male a Nostro Zephyrium et Delphinas in unum locum contrahi.

§ 21. ἐπὶ τὸν Ἀπιν] ἐπὶ Νάτην et § 22 ἀπὸ τοῦ Νάτιος (Ναυτίου apogr. Iriart.); emend. Mannert X, 2, p. 30. De Apī v. Scylax § 107: Ἐγεται Παρατονού Ἀπις πόλις μέχρι ταῦτα Αιγύπτιοι. Strabo p. 799: Κώμη Ἀπις, δῆρ' ἡς εἰς μὲν Παρατονού στάδιοι ἔχατον (itineri terrestri), εἰς δὲ Ἀμμωνος ὅδος ήμερῶν πέντε. Plinius V, 6 § 39: In eo tractu intus Apis interest, nobilis religione Egypti locus. Ab eo Paratonium LXII (XII corr. Barbarus) M. pass. Apud Polybium XXXI, 25, 8 Ptolemaeus Physcon, e Cypro ad fines Cyrenaicæ ire jussus, κατέσχεν ἐπὶ τὸν Ἀπιν, et περὶ τὸν Ἀπιν castra posuit. Herodotus II, 18: Οἱ γάρ δὴ ἐξ Μαρέης τε πόλιος καὶ Ἀπιος, οἰκέοντες Αιγύπτου τὰ πρόσωπα Λιβύην, num alium Apin intellexerit, an situm nostri loci non satis perspectum haberet, quererit. || — ταύτην πλέεις σταδ. κ' δρμος ἐστι] Hæc quomodo sananda sint, parum liquet. Num fuit: ἐπὶ ταύτην πλέεις στάδιους κ', adeo ut haec margini quidam ad verba στάδιοι λ' adscriperit, aliam loci distantiam notans? Haud crediderim. Multo minus probes rationes Mannerti I. l., qui ita locum intellexit: « Segelst du an der Küste 20 Stadien weiter (quasi in græcis esset: ταῦτη εἰ παραπλέεις), so erreichtst du den Landungsplatz; Wasser findet sich (aber nur) in dem Flecken. » Fuisse suspicor: κατὰ ταύτην πλοῖοις σάλος καὶ δρμος ἐστιν, vel fortasse: κατὰ ταύτην πλοῖοις στάδιους κ' δρμος ἐστιν, adeo ut per viginti stadia locus sistendis navibus aptus esset (δρμος μαχρός vel ἀντετελών, quem alias Noster dicit); idque in Marsa Labeit apprime cadere videtur. Ad eum enim recessum situs fuisse vicus debet. Smythius ad Apin refert ruinas, quas e regione insularum sitas esse modo (§ 20) diximus. Quod si recte fit, distantia stadiorum 30 falsa foret, quum vix decem stadiorum sit intervallum. Pachol. I. p. 32 Apin in hodierno *Boun-Adjoubah* fuisse putat: « En nous dirigeant (de Marsa Berek) vers l'ouest, après trois heures et demie de marche dans un terrain rocheux, nous arrivâmes à *Boun-Adjoubah*, vallée fertile, bornée du côté de la mer par une dune de sables et par des collines peu élevées du côté opposé. Nous retrouvâmes dans ce lieu des palmiers dans tout le développement de leur végétation; hors

22. Ἀπὸ τοῦ Ἀπιος εἰς Νήσους στάδιοι ζ.
 23. Ἀπὸ τῶν Νήσων εἰς Σεληνίδα στάδιοι ο'. ἄκρα
 ἐστὶν, ἔχουσα θρόδουν ἔχει δὲ ἐκ δεξιῶν βράχυν καθο-
 ρῶν τὸ βράχος κατάγου.
 24. Ἀπὸ Σεληνίδος ἐπὶ Ἄζυ στάδιοι η'.
 25. Ἀπὸ τῆς Ἄζυ ἐπὶ Τυνδαρέους στάδιοι ρχ'. σκό-

22. Ab Apo ad Nesos, seu insulas stadia 90 (ζ').
 23. A Nesis ad Selenidem stadia 70; promontorium
 est et sub eo statio; a dextris vero habet brevia; haec
 ubi conspexeris, appelle.
 24. A Seleneide ad Azy stadia 50 (v').
 25. Ab Azy ad Tyndarios stadia 120; scopuli

quelques rejetons à *Berek-Marsah*, nous n'avions plus revu cet arbre depuis notre départ d'Alexandrie. Des bouquets de figuiers, groupés avec des dattiers, donnaient à cette vallée un aspect pittoresque... Je compatai jusqu'à dix puits creusés à 20 mètres de profondeur, et contenant une eau très-douce... Sur la colline qui borde la vallée au sud, sont les vestiges de deux édifices, dont il ne reste plus que les fondations... La fertilité de la vallée et sa proximité de *Berek*, attiraient auprès d'elle une grande partie des camps qui couvraient alors cette partie du littoral.... La position avantageuse de *Boun-Adjoubah*, ses puits nombreux, les traces d'anciennes habitations et sa distance de Parertonium, autorisent à reconnaître dans la situation de ce lieu celle du bourg *Apis*... Suivant Scylax, *Apis* était la limite de l'Égypte; il est remarquable que *Boun-Adjoubah* sert encore aujourd'hui de point de démarcation entre le gouvernement d'Égypte et celui de Tripoli... A trois heures de distance, à l'ouest, nous traversâmes un profond ravin nommé *Arghoub-Sous*, à l'embouchure duquel est un petit port, *Marsah Lebeith*. Ceterum hæc locorum descriptio, si novissimas mappas nauticas contuleris, parum est perspicua. Nam apud Pachonem *Boun Adjoubah* inter *Marsa Berek* et *Marsa Labeit* est fere media, dum in Anglorum mappis *Bun Ajoubah*, sita est ab occasu *Marsa Labeit*, inter hanc scilicet et *All-Abwat*; adeo ut Pacho *Marsa Berek* vocare videatur quæ alii est *Labeit*; nomen *Labeit* vero transferat ad maris recessum prope *All-Abwat*; et ex ea mente mappam quoque suam, si quid intelligo, Pacho delineavit (Quæ quidem mappa, ut præteriens hoc inoneam, oram habet tam perfunctorie descriptam, ut usus ejus nullus sit). Quæ quum ita habeant, de *Boun-Adjoubah* cum *Api* componenda vehementer dubito; fieri enim id nequit, nisi forte Parertonium in *Marsa Labeit* transferendum putes; quod a Periplo nostro proorsus foret alienum.

§ 22. εἰς Νήσους] E recessu *Marsa Labeit* iter stadiorum 90 (ζ' ; sic enim leg. pro ζ') ad insulas tres dicit, *Al-Matrou* nunc dictas, circumjectis scopolis horrentes, quibus in continentis objectum est *All-Abwat* ruinas habens. Apud Ptolemaeum sequitur *Al-Nasrata* (*Ἀλνηστα* var. lect.) νῆσος, apud Strabonem *Al-nasrata* νῆσος ἔχουσα λιμένα. Ex his nostrum locum redintegrandum putaveris, in quo vel nomen insularum excidisse, vel pro νῆσοις scribendum esse *Al-nasrata* vel *Al-nasrata* videatur. Dubia tamen res est, fierique potest ut Νήσους sit nomen proprium loci in continente siti et regione insularum; etenim in Tabula Peutingeriana primus post Parertonium locus memoratur *Nesus*, intervallo millium 24 sive stadiorum 192 (stad. 210 sec. Stadiasm.); vix ille a Nesis Stadiasm diversus fuerit, quamvis mansiones inter Parerto-

nium et Catabathmum interjacentes in Tab. Peutinger. turbatae sint, atque ita viarum lineæ habeant, ut aliis locus inter Parertonium et Nesis medius excidisse videatur. In Itinerario p. 72 eodem fere a Parertonio intervallo (26 millium seu 208 stad.) ponitur *Thabreasta* s. *Tanabreasta* s. *Tanabrestra* s. *Tanabeist*. a., quod nomen ad eundem locum pertinere et cum Straboniano *Ἄλνηστα* componendum censeo. Portum in insula saxosa num recte posuerit Strabo, an non potius collocari debuerit ad continentem, ubi promontorium simul et projecta insula tutum recessum prebeat et olim oppidum extituisse Itineraria probant, jure tu queras.

§ 23. εἰς Σεληνίδα] εἰς Λινύδας et § 25 ἀπὸ Αινύδος codex. Apud Ptolemaeum est Σελινοῦς (*Selinis*, *Selinuns* in latt. var. lect.) λιμὴν; apud Strabonem Δρέπανον ἄκρον, id est *falcatum* promontorium; unde facilis conjectura alterum ejus nomen eodem sensu suisce Σεληνὶς (arabice foret *Ras el Hilā*, ut nunc dicitur promont. ad Naustathmum *eminens*), quod in Σελινοῦς apud Ptolemaeum, apud Nostrum in Αινός abiit. Ab *All Abwat* 70 stadia pertinent ad curvatum promontorium, quod in Smythiana oræ Libyæ mappa vocatur *Mourakh Kham*. Paucis hinc versus occasum stadiis brevia idem notat Smythius. || — βράχος] sic cod.; βράχον apogr. Irart. — Ptolemaeus medium inter Apin et Selinuntem habet *Trisarchi* vicum, a quo non diversus fuerit, quem in mediterraneis multo magis occasum versus habet *Tirarchi* vicum; illum et Periplis, hunc ex Itinerariis recepit.

§ 24. Ἄζυ] Fortasse nomen corruptum e Ζαγύλης, quam dicit Ptolemaeus. At dubia res. Nam Ptolemaeus Zagylin post Tyndarios denum scopulos ponit; Itinerarium vero p. 73 *Zaciliū* (sic) ita collocat ut a Parertonio absit 78 mill. (624 st.), a Catabathmo 50 mill. (400 st.); quod ab Azy loci situ abest longissime, adeo ut, si recte hæc habent, Itinerarii locus a nostro diversus intelligendus sit, cum quo componenda foret Αζι-
 ξις mediterranei Ptolemai, a Catabathmo dimidio longitudinis gradu distans. In Hierocle p. 733 codex : Ζαγρός ζαγρούς, i. e. Ζαγρός (Ζαγρὶς, Ζαγραὶ), Ζάγρουλης. Wesselino ibi : « Philocalus Ζαγρούλων antistes est in Concil. Chalcedon. p. 127 et apud Lambecium Bibl. Vindobon. l. VIII, p. 423. Maximus Ζαγύλεως Gennadii Synodicae subscribit. » || — στάδιοι η'] Esse debet v'; sic denum cum stadiis 120 segminis sequentis scopulos Tyndareos attingere licet.

§ 25. ἐπὶ Τυνδαρέους] ἐπὶ Δαρέος codex. Simili corruptione : ἐπὶ τὴν δαρέον σκοπλους codex Scylacijs p. 82 (ubi pro Τυνδαρέους scribe Τυνδαρέους, eodemque modo corrige vulgatum ap. Ptolemaeum p. 290 ed. Wilbg.). Strabo quatuor νησῖδες, Ptolemaeus tres scopolos notat; Smythius duas habet insulas majores, tres

πελοί εἰσιν ὑπὸ τούτους ἔστι φορτηγοῖς ἀγκυροθόλια.

26. Ἀπὸ [τὸν Τυνδαρείων] σκοπέλων ἐπὶ τὸ Χαυταῖον στάδιοι ρυμ'. ὑφορμός ἔστι πλοίοις μικροῖς ὑδωρ ἔχει πηγαῖον ἀνακτὸν ἐν τοῖς ἄγροις.

27. Ἀπὸ τοῦ Χαυταῖον ἐπὶ Ζυγρὰς στάδιοι ρυμ'.

28. Ἀπὸ Ζυγρῶν εἰς Ἐννησυφόρων στάδιοι c'. ὑφορμός ἔστι θεινός; ὑδωρ ἔχει ἐν τῇ ἀμμῷ, καὶ ἐπὶ θαλάσσης σκόπελον.

29. Ἀπὸ Ἐννησυφόρας εἰς Καταβαθμὸν στάδιοι ρχ'.

minores (*Ichailah Rocks*). Porro Strabo λιμένα insulis vindicat; quod si recte dicitur, λιμὴν vox sensu laxiore adhibetur, ut passim apud Strabonem et Ptolemaeum. Fort. tamen hic quoque portus ad objectam oram (prope *En nakilah* vel ad *Khayabah*) pertinet. In Itinerario p. 73 post *Tanabrasta* (v. § 22) sequitur *Aristeu* (*Aratu* in T. Peut.) mansio intervallo millium 32 (26 Tab. P.) sive stadiorum 256; que quum respondeant stadiis 240 ab Αἴνεσιπα ad Tyndarios scopulos, suspicor hunc quoque locum de objectis scopulis traxisse nomen, et *Aristeu* corruptum esse ex *Dariu*, sicuti ap. Nostrum est Δαρεῖον, quae quidem corruptio fort. non est librarius, sed plebis ori tribuenda. A Paratonio ad Tyndarios scopulos sec. Scylacem est πλῶς ήμέρας (450 stad. sec. Stadiasi.). Ceterum miror Lapieum, qui distinguit inter Tyndarios Strabonis et scopulos Darii, illos ad *Ichailah* rupes referens, hos ad *Tifrah* rupes 200 stad. intervallo sejunctas. || — ὑπὸ τούτους] ὑπὸ ταῦτα cod. || — ἀγκυροθόλια] sic dicitur. In periplo maris rubri § 15. 24 etc. legitimus τὰ ἀγκυροθόλια. Quod ut nostro quoque loco restituatur, nihil cogit.

§ 26. Χαυταῖον] Χετταῖα Ptol. Cum eo loco componendum videtur hoc. *Kassr el Chammas*, cuius meminit Edrisius I, p. 295 ed. Jaubert. Cf. Pacho I. l. p. 34: « Les murs (sc. de Chammès, château sarrasin), construits très-grossièrement, conservent encore toute leur hauteur... Des puits très-profonds, et sans doute antérieurs au château, attirent auprès de Chammès tous ceux qui traversent cette contrée. »

§ 27. Ζυγρὰς] Ζυγρὸν κώμην sec. Ptolemaeum. Memorat locum Hierocles p. 733 (v. § 24), ubi Wesselius: « Athanasius ad Antiochen. p. 767 Marcum Ζύγρων (sic) ἔγγιστα Αἰτνῆς memorat. »

§ 28. Ἐννησυφόρα] Αἰγαῖσφορα λιμὴν Ptol.; Αἰνηστρυψ ἄκρα Strabo, in quibus initium vocabuli Αἴνη haud dubie rectius habet. Cf. Αἰνήσιππα in not. ad § 22. Fortasse in αἰν latet phoenicium νη̄ insula, quod quum in multis insularum nominibus phoenicicis occurrat (Αἴγαδες, Αἴγιμορος, Αἴθουσα etc. V. Movers I. l. p. 364), sic etiam de promontorii νη̄σιον (quemadmodum vox νῆσος ap. Graecos) usurpatum esse videtur; quod ut statuam movet me, quod infra § 94 de Gapharōn promontorio dicitur: καλεῖται νεόπορα· ἔστι γάρ διοίλα νῆσῳ, in quibus haud dubie ad similitudinem aliorum nominum legendum est: καλεῖται αἰνέστηρος.. || — σταδ. c' (sic cod.; ε' apogr. Iriart.) significat σ'; quo stadiorum numero deferimus in eum fere locum, ubi nunc est *stikeria*, in quo veteris nominis memoriam superesse possit videri. Acra tamen in-

sunt; sub iiis omerariis navibus ancoras jacere licet.

26. A Tyndariis scopulis ad Chautæum stadia 140; sub eo statio naviigii parvis; aquam habet, qua e fontibus provenit in agris.

27. A Chautæo ad Zygras stadia 140.

28. A Zygris ad Ennesyphoram stadia 210 (σι?); sub ea statio aestiva; aquam locus habet in arenis, et ad mare scopulum.

29. Ab Ennesyphora ad Catabathmum stadia 250

signior ibi nulla, neque scopulus in mappis nauticis notatur. Quare dubius hæreο an non pro c legendum potius sit σ'; qui numerus dicit ad *Ras Haleimah*, prope quem orientem versus est scopulus, quem unicūm in toto hoc tractu mappa Smythiana exhibet. Hoc si placet, in sequentibus ab Ennesyphora ad Catabathmum quadringenta fere stadia numeranda sunt. Sec. vulgatum Ennesyphora portus a Tyndariis scopulis 480 abest stadia; adeo ut ad eum referri possit Plynos portus, quem Scylax diei navigatione a scopulis istis abesse dicit. Nimis tamen Scylacea computandi ratio fluctuare solet quam ut asseverare aliquid ausis. Quo accedit quod de situ Plynī alia suadet Strabo.

§ 29. Καταβαθμὸν] Καβάθλιον et § 30 Καβαθλίου cod.; em. Gail.; Καταβαθμὸς μέγας ap. Ptolemaeum. Cf. Mela I, 8: *Catabathmus vallis devexa in Ägyptum finit Africam*. Plinius V, 5, § 39: *Finis Cyrenaicus Catabathmus, oppidum et vallis repente convexa*. Äthicus Cosmogr. p. 731 ad calcem Meke ed. Gronov. : *Libya Cyrenaica.. incipit a civitate Parthenio* (aliunde non nota) et *Catabathmo*. Sallust. Jugurth. c. 17 et 19; Strabo p. 791 et 798: Μετὰ δὲ τὸν μέγαν λιμένα (τὸν μέγαν Πετράντα aliorum) άλλος λιμὴν Πλύνος καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ Τετραπυργία. Καλεῖται δὲ δέ τόπος Καταβαθμός. Μέχρι δεῦρο ή Κυρηναία (Sic enim verba Strabonis adoranda esse recte vidit Cramerus). Polybius XXXI, 26 de Ptolemaeo Physcone: Παραχενόμενος δὲ εἰς τὸν μέγαν καλούμενον Καταβαθμὸν, κατέλαβε τὸν Αἴνεας μετὰ τῶν Κυρηναίων κατέχοντας τὸν δυσχωρίας. Ό δέ Πτολεμαῖος... αὐτὸς ἔδιέτει κατὰ στόμα πρὸς τὴν ἀνάβασιν... Άμα τῆς ἀναβάσεως ἐγένετο κύριος καὶ τῆς ὑποκειμένης Τετραπυργίας, ἐν τῇ συνέσει τε πλήθος ἀριθμοῦ οὐδετος ὑπάρχειν. Cf. Itin. p. 73, Tab. Peuting. et Geogr. Rav. Jugum illud montanum, ad 850 pedum altitudinem assurgens (*Ακαβετ el Kebira*), quo in Cyrenaicam ascenditur, Noster indicat verbis χώρα νη̄σην. Vallis quæ ad radicem montium meridiem versus extenditur, viginti fere stadiorum habet latitudinem. « Les eaux qui s'écoulent en hiver de la montagne entretiennent dans cette vallée une végétation abondante; aussi est elle couverte dans toutes les saisons de nombreux camps d'Arabes. » Pacho I. l. p. 39. Oppidum ibi Catabathmi nomine extituisse, disertis verbis unus prodidit Plinius; ruinas ejus frustra circumspexit doctus viator Barthius. Castellum vero, cuius Noster meminit, illa ipsa videtur esse Τετραπυργία, quam Polybius sub adscensu sitam dicit, non repugnante Strabone, apud quem vox οὐπερειμένης non de situ in monte, sed, ut passim, de interiore regione accipi potest. Etiam nunc in hac regione sunt Arabici castelli,

γώρα ἔστιν ὑψηλή· λιμήν ἔστι παντὶ ἀνέμῳ· ὅδωρ ἔχει· τοῦ [τῇ] πρώτη νάπη εἰς τὸ πρὸς νότον μέρος, ἐν τῷ ὄρυζαρι, δύσμερον.

30. Ἀπὸ Καταβαθμοῦ εἰς Πετράντα στάδιοι ρν'.
ἢ Παραπλεύσας ὡς σταδίους λ' ὅψει παρεμπάνουσαν ἄκρων ὑψηλήν καὶ μεγάλην κατ' αὐτὴν ὅψει εἰς σάλον καὶ λίμνην μεγάλην ἐξ δὲ τῶν εὐωνύμων χειροποίητος ὅρμος ἔστιν· ἔχει δὲ ὅδωρ ὑπὸ τὴν συκῆν· διὸ καὶ δὲ τότες Συκῆ καλεῖται.

31. Ἀπὸ Συκῆς εἰς Πάνορμον στάδιοι λ'. νάπη ἔστι βρύσεις· ὅδωρ ἔχει ὑπὸ τὰς συκᾶς πάνυ καλέσθαι.

32. Ἀπὸ Πανόρμου ἐπὶ τὴν Εὔρειαν στάδιοι ρν'.

(σν?) est regio alta; portus ibi omni vento; aquam habet in prima convalle versus meridiem [et?] in castello pluvialem.

30. A Catabathmo ad Petrantem [*Magnum*] stadia 150. Prætervectus a Catabathmo ad stadia 30, videlicet juxta apprens promontorium altum magnumque; et prope id spectabis in salum et lacum magnum; a sinistra autem manufacta est statio; aquam habet sub sicu; quapropter ipse etiam locus Ficus appellatur.

31. A Ficu ad Panormum stadia 30; vallis est profunda; aquam habet sub sicubus perbonam.

32. A Panormo ad Euream sive Latam stadia 50

Kassr-Lad jedabiah, ruines, de quibus ita Pacho l. 1.: « Ce monument, un des plus considérables que j'ai vus dans la Marmarique, fut élevé par les Sarrasins. Les murs conservent encore toute leur hauteur... ils sont construits en belles assises, mais dépourvus de tout ornement d'architecture; deux tours carrées sont aux angles du côté d'ouest; intérieurement est un puits, et l'on voit des escaliers pratiqués dans l'épaisseur des murs pour arriver au sommet. Les grandes dimensions de cet édifice, qui fut probablement un château fort, donne une haute idée de l'ancienne puissance des princes arabes dans cette contrée; et par sa situation à quatre heures des plus hautes montagnes de la Marmarique, et à une égale distance de la mer, il paraît avoir été destiné en même temps à défendre le littoral et à protéger l'intérieur des terres contre une invasion de l'ouest. Entre *Lad jedabiah* et *l'Akabah* est un puits qui appartient à la même époque; l'eau en est excellente. » Nimis tamen hoc castellum et a montibus et valle et ora dissitum, ut eodem in loco *Tetrapyrgia* Polybii et *ρηρούριον* Stadiasm suisse possit. Monumentum vero simile fuerit ei, quod non longe a *Toubrouk* (ubi *Ἀντιπυργος* Stad. § 38) in *Klekah* loco (*Gonia* in Geogr. Rav. V. Barth. *Wanderungen* I, p. 512) vidit Pacho p. 49: « Parmi les ruines d'un petit bourg, on voit quatre massifs en briques crues, conservant les restes d'un revêtement en pierres : ils sont rangés symétriquement, de manière à former les quatre angles d'un grand carré, dont le point central est occupé par un puits orné d'auges et creusé dans le roc d'un grès schisteux.... Ces massifs sont indubitablement les restes de quatre tours, et peut-être que le petit bourg où ils se trouvent, comme celui du mont *Catabathmus*, aura pris dans l'antiquité le nom de *Tetrapyrgia*. » — Portus ab omni vento tutus in intimo angulo, a quo boream versus ora reflectitur, querandus videtur. Is fuerit *Ιλύνος* Strabonis, *Syclacis* et Herodoti (IV, 68), qui eo usque Adyrinachidas pertinuisse refert. Kiepertus Plynum componit cum Panormo Stadiasm § 31. || — τῇ] ante νάπη inserui.

§ 30. Πετράντα] Περάντα h. l. codex; § 33. 34. 40: ἔως Πετρέοντος, ἐπὶ τὸν Περέοντα, ἀπὸ τοῦ υπεροῦ Περέοντος. Hic est Petras ὁ μέγας, quem Seylax p. 81 et Ptolemaeus vocant, et ipse Noster vocasse videtur, quum § 40 alterum Petrantem Μέρος cognosc-

mine distinguat. Stadia 150 pertinent usque ad præcipuum hujus oræ portum, quem Smythius *port Bardiah*, plurimi vero *port Soliman* vocant. Hac memorata distantia, auctor accuratius describit oram inter Catabathmum et Petrantem interjectam. Nos vero quominus narrationem de singulis quibusque cum hodierna locorum ratione componamus, impeditur; nam inter recentiores nautas viatores non novi qui hunc tractum ea quam res nostra postulat, accuratione descriperit. || — παραπλεύσας] sc. ἀπὸ τοῦ Καταβαθμοῦ. || — εἰς σάλον] εἰς ejici voluit Gail., quo quidem opus non est. || — ὑπὸ τὴν συκῆν] ἐπὶ τ. σ. codex. Cf. § 31 ὑπὸ τὰς συκᾶς. || — Συκῆ καλεῖται] Similiter a sicubus nunc nomen habet Chersonesus veterum (§ 45), qui hodie vocatur *Ras et Tin* (i.e. prom. sicubum). — Ceterum post verba Συκῆ καλεῖται in codice leguntur hæc: Γίνονται δοῦοι ἀπὸ Ἀλεξανδρείας ἦς Πετρέοντος (l. Πετράντας) Συκῆς στάδιοι, ας'. Λοιπὸν Μαρμαρική. Quam stadiorum consummationem et sequentis capituli titulum, quum in margine scripta librarius repererit, in ordinem verborum recipiens male collocavit post verba Συκῆ καλεῖται, et, ut seriem locorum continuam efficeret, pro ἔως Πετράντας scrupit ἔως Πετράντας Συκῆς. Nos hæc transpositum in § 33, missò verbo Συκῆς. Quod quin recte fecerimus, dubitari nequit. Etenim a Catabathmo usque ad Κάρδαμον ἄκρων ἀπολήγουσαν sive usque ad *Ras el Mellah*, in quod desinit hic oræ tractus, reapse stadia sunt 260; contra vero secundum codicem computanda forent stadia 150+30+30+150+* +150 sive 410+*; quod tam longe a vero abest, ut obtrudi auctori nostro nemo velit. Mitto quod sec. vulgatam non duo Petrantes cum Scylace et Ptolemaeo, sed tres in hac ora distinguendi forent.

§ 31. Πάνορμον memorat etiam Ptolemaeus, alius nemo. Is esse portus videtur, quem Pacho in mapa sua medium fere inter Catabathmum et *Port Soliman* collocat, et *Marsa Soloum* vocari dicit l. l. p. 43: « Tandis que nous continuions à parcourir la plaine de *Zarah* en nous dirigeant vers le nord-ouest, j'aperçus dans le lointain, aux bords de la mer, un port spacieux que les Arabes nomment *Marsah-Soloum*, et qui me paraît être celui de Panormus, où Ptolémée fait terminer le nom Libyque, et qu'il place du côté occidental de la vallée du Catabathmus. »

§ 32. τῇ] Εὔρειαν στάδ. ρν' codex; τῇ] Εὔρειην στάδ.

φάραγξ ἔστιν, ἔσω δὲ αἰγαλὸς καὶ ἐπ' αὐτοῦ συκαῖ· ὅρμος ἔστι καλός· ὅδωρ ἔχει γλυκύ.

33. Άπο Εὔρείας ἐπὶ τὸν Πετράντα [στάδιοι *]. Ὅδωρ ἔχει πολὺ ἐν ἑκατέροις τοῖς μέρεσιν.

5 Γίνονται δμοῦ ἀπὸ Ἀλεξανδρείας ἔως Πετράντος στάδιοι ,αζ'.

ργ' apogr. Iriart. — φάραγξ] φάραξ cod.; em. Gail. Dein particula xz ante v. ἐπ' αὐτοῦ in apogr. Iriart. omissa. — Inde a Catabathmo horret ora nudis jugis saxorum; nonnullis tamen in locis vel paullo longius a litora montana recedunt, vel angustis vallis intersecantur, luxuriante vitium, olearum, ficiuum, aliarum stirpium multitudine beatis. Ejusmodi convallis paullo latior est nostra φάραγξ εὐρεῖα, cuius locum in mappa Smythiana licet agnoscere. || — ρν'] Numerus aperte ruptus. Lege v'. || — ἔσω] intus, i. e. litus quod est cī vallem, sive meridiem versus. Eodem sensu vox ἔντος a geographis sepe adhibetur.

§ 33. Πετράντα] Πετρέοντος et mox ἔως Πετρέοντος et § 34 ἀπὸ Περέοντος codex. Stadiorum numerus excidit; ad implendam summam stadiorum 150, quae sunt a Catabathmo ad Petranthem, desiderantur stadia 40. — Ceterum auctor scripserit ἐπ' τὸν μέγαν Πετράντα. Apud Ptolemaeum codices: Πέτρας μεγάλης λιμήν et in sqq. Πέτρας μικρᾶς λιμῆν, quod novissimus editor præter necessitatem mutavit in Πέτρας (deb.

(v'); convallis est; cis eam litus humile, in eoque focus; statio est pulera; aquam habet dulcem.

33. Ab Eurea ad Petranthem [*Magnum stadia 40*]; aquam habet multam in utroque sui latere.

In summa ab Alexandria usque ad Petranthen [*Magnum*] sunt stadia 2890 (,βωλ').

Πετράς) μεγάλη, λιμήν (adeo ut genitus sit τῆς Πετράδος). Sec. Scylacem I. I. ἐκ Πλάνου εἰς Πετράντα τὸν μέγαν πλοῦς ἡμετέρην (150 stad.). Eudem portum intelligas apud Strabonem p. 799: Εἶτα (post Ardanum prom.) μέγας λιμήν, καθ' ὃν ἡ ἐν τῇ Κορητῇ Χερσόνησος ὑδραται, τρισχιλίων πον σταδίων διάφανα ἀπολεπίουσα μεταξύ. || — ἐν ἑκατέροις τοῖς μέρεσιν, ab utroque Petrae latere. || — Γίνονται δμοῦ κτλ. Hæc in cod. leguntur post § 30, ubi vide. Post δμοῦ fort. excidisse oī πάντες, similibus locis collatis, suspicatur Gaius. || — αζ'.] V. not. p. 435. || — Λοιπὸν Μαρμαρικὴν Similiter Ptolemaeus, nisi quod Petranthem Magnum jam accenset Marmaricæ, ultimum Libyanum recensens Panormum. Apud Scylacem p. 81 Marmaridae pertinent inde ab Api usque ad Berenicen; neque aliter Plinius V, 5 § 33: Accolunt (Cyreniacam) Marmaridae a Paratonii ferme regione ad Syrtim majorem porrecti. Cf. idem V, 6 § 39; Strabo p. 839. — Sequitur oræ tractus qui a Petrante ad Apolloniam pertinet:

STADIASMUS.			PTOLEMÆUS.			STRABO.	
Numeri codicis	Numeri emendati,			Len.	Latit.		
33. Μέγας Πετράς.			Πέτρας μεγάλης λιμῆν.	54° 10'	31° 10'	Μέγας λιμήν.	
34. Κάρδαμις ἄκρα.	ρν'	ρν'	Ἄρδανης ἄκρα.	54°	31° 15'	Ἄρδανης, ἄκρα ταπεινή.	
35. Μενέλαος λιμήν.	ρ'	ρ	Μενέλαος (ἐν μεσογ.).	53° 40'	31°	Μενέλαος λιμήν.	
36. Κατανεῖς.	* [π]	330	Κατανεῖνον ἄκραν.	53° 45'	31° 10'		
37. Ηυριμάνιον.	ρν'	ρν'	Σκυθρώνιος λιμῆν.	53° 30'	31° 10'		
38. Ἀντίπυργος.	σω'	σω'	Ἀντίπυργος λιμῆν.	53° 20'	31° 15'		
39. Μικρὸς Πετράς.	* [τπ]	1080	Πέτρας μικρᾶς λιμῆν.	52° 45'	31° 15'		
40. Βάτραχος.	λ'	λ'	Βάτραχος λιμῆν.	52° 30'	31° 15'		
41. Ιπποτεῖα.	σν'	ρν'	Ιπποτεῖα.	1260			
Σιδωνία νῆσος.			Αἴδηνος νῆσος.	52° 40'	31° 50'		
42. Παλίουρος.	*	[λ]	Παλίουρος.	52° 15'	31° 15'	Παλίουρος κώμη. Ἡράκλειον.	
43. Φοίνια.	"	* "	Φοίνια λιμῆν.	52° 10'	31° 15'		
44. Διόνυσος.	"	* "	Διόνυσος.	1470			
45. Χερσόνησος.	"	* "	Χερσόνησος μεγάλη.	52°	31° 40'	Χερσόνησος ἄκρα λιμένα ἔχουσα.	
46. Ἀζερίς.	ρ'	ρ	Ἀζερίς κώμη.	51° 40'	31° 15'		
47. Δάρνην.	ρν'	* ρν'	Δάρνης.	51° 15'	31° 15'		
48. Ζεφύριον.	ρν'	v	Ζεφύριον ἄκρον.	51°	31° 20'	Ζεφύριον πρόσορμον ἔχον καὶ ὄλλο Ζεφύριον.	
49. Χέρσις.	ο'	ο'	Χέρσις κώμη.	50° 45'	31° 20'		
50. Ἐρυθρὸν.	"	"	Ἐρυθρὸν τόπος.	50° 30'	31° 30'		
51. Ναύσταθμον.	ο'	ο'	Ναύσταθμον λιμῆν.	50° 20'	31° 40'	Ναύσταθμον.	
52. Ἀπολλωνία.	ρκ	ρκ'	Ἀπολλωνία.	50° 10'	31° 40'	Ἀπολλωνία.	
A Parantonio ad Petranthem.			1340				
Απὸ Παραιτονίου εἰς							
Απολλωνία.		γγν'	3550				

ΑΟΙΧΟΝ ΜΑΡΜΑΡΙΚΗ.

SEQUITUR MARMARICA.

34. Ἀπὸ Πετράντος ἐπὶ τὴν Κάρδαμιν στάδιοι ρύ· δρυμοὶ ἔστιν ἀκρὰ ἀπολήγουσα, σκοπάς ἔχουσα· δρυμί· λου ἐπ' αὐτὴν τοῖς ἀνωθεν ἀνέμοις· ὅδωρ ἔχει ἐν ταῖς ἡπείροις.

35. 33. Ἀπὸ τῆς Καρδάμεως ἕως εἰς Μενέλαιον στάδιοι ρύ· λιμήν ἔστιν ὅδωρ ἔχει πλατύ ἐν τῇ ἀμμῷ.

yet it may well be inferred, from an inspection of the
whole, that this fortress has been one of considerable
strength. It commands an extensive view, on both
sides, over the sea, and overlooks many remains of
building which are scattered about the plain at the
back of it. At the foot of the eminence on which the
fortress has been built, is a ravine, which must at
times be the bed of a considerable torrent, and which,
crossing the plain from the mountains by which it is
bounded, empties itself into the sea at the base of the
fort. The mountains, which here run parallel with
the beach, approach at the same time so closely to
the sea, that the plain which intervenes might be eas-
ily defended by means of the ravine just described.
Along this ravine are traces of strong walls which have
been constructed on both sides of it, and have for-
merly extended from the sea to the foot of the hills;
and which must in their perfect state have formed,
together with the ravine, a very effectual barrier to
the pass. Such advantages of situation could not well
have been overlooked by the ancients; and there is
little doubt that this position was originally one of
importance. It appears so well calculated, both by
nature and art, for the establishment of a boundary
line, that we have little hesitation in supposing the
remains to have at some period defended the limits of
the states of Cyrene and Carthage. » Quibus inducitur
Beechey (qui Stadiasmus nostrum non novit), ut
hunc locum ad Euphrantæ πόλιον Strabonis et Ptole-
mai referat. Cf. idem in App. p. VIII et Barth. p. 340.
Ceterum castellum an Nostri aeo nondum, an non
amplius fuerit, queritur. In Tabula Peutingeriana
cum Hippu acra componendam esse stationem quartam
Ad Turrem, censem Barth., stationem primam Tagulis
ad Kasr el-Atch, stationem tertiam prasidium ad

stadia 400; promontorium est asperum, sub quo statio-
Est etiam aquæ copia.

86. Ab Hippu acra ad Eperum (*Opirum?*) stadia
350; portus est navigi parvis; aquam habet; castel-
lum hoc est barbarorum.

87. Ab Epero ad Coraceem (*Characem*) stadia 150.

Jehudia ruinas reférens. Sunt vero a Philenorum aris
ad *turrum* ήilia 78, sive 62*1/4* stadia, dum apud Nostrum
usque ad Hippū acram nonnisi 400 sint stadia; adeo
ut ex Tab. Peut. numeris Aræ Phil. 220 fere stadia
a Stadiasm statione Philenorum orientem versus re-
movendæ forent. Sed hæc levi brachio tetigisse satis
habeo, quum impeditissimas Tab. Peut. et Itinerarii
rationes excutere non hujus sit loci.

§ 86. ἀπὸ Φιλίππου ἀκρας codex. || — Ἐπηρον]
Opiros locus scribitur in Tab. Peut., ubi præter ordinem
itinerarii notatur. Ap. Ptolemaeum est Οἰστροπλῆς
(Ιστροπλῆ, Ιστρωπλῆ var. lect.) κώμη. Unde conjicias
apud Nostrum literam ε ex O corruptam esse. Ceterum
veriore nominis formam tradiderit Ptolemaeus, cujus
in nominibus propriis auctoritas est maxima. Ad hod.
Nain (31° 4' 23" lat., 15° 15", 6', 43" long. Paris.)
locum resert Barth. p. 378. « At Nehüm, Beechey
p. 173 ait, there is a sandy bay, into which ships
might send their boats, with almost all winds, for wa-
ter, at three wells, which are situated near the beach. »
Porro Barthius: « Hier war noch in der Blüthezeit
der Osmanischen Marine ein guter künstlicher Hafen;
so erscheint *Liman Naim* auf fol. 6 der Diez'schen
Carta (quam mappam Diez in Oriente comparavit.
V. *Katalog der Diez'schen Sammlung* n. 57 fl. 22.
Barth. p. 359. 2), mit einem wirklichen Molo. Ru-
inas ibi non video notari. Distantia stadiorum 350 non
tam ad *Nain* dicit quam ad prom. *Eski*, quod ver-
sus orientem *Nain* portui proximum est, et veteris
castelli habet ruinas, teste Beecheyo; hoc igitur fuerit
φρούριον nostrum. Eodem in loco *Aulahon* statio
T. Peut. sec. Barthium collocanda foret.

§ 87. Κόρακα] fuerit Χάρακα, uti est apud Strabon.
p. 836: τόπος Χάρακος καλούμενος, ὃ ἐμπορόη ἐγένετο
Καρχηδόνιοι, κομίζοντες οἶνον, ἀντιφορτίζουσιν δὲ δύον
καὶ αὐλίον παρὰ τῶν ἐν Κυρήνῃ λόρα παραχωμένων.
Apud Ptolem. Φάραξ κάμη e suis codd. Wilbergius
editid, vulgo autem Φάραξ z., rectius, opinor, editur.
Quod in Stad. nihil accuarioris de hoc loco monetur,
excerptori vel librario imputandum fuerit. Distantia
indicat hod. ruinas *Medina Sultan* (*Soldan* Smyth.)
(14° 55' 3" long.). Beechey p. 169: « Medinet Sultan
has been an important military position, as the re-
mainds of several strongly built fortresses still remaining
there attest; these buildings, like those at Zaffran,
are quadrangular, and the foundations of strong walls,
communicating with the forts, are seen to cross them
in various directions. The plans of the buildings are
more perfect than those of Zaffran, and are upon a
larger scale.... Within a square, or rather quadrangu-
lar, inclosure, attached to another of the same size,
is a subterranean storehouse, or reservoir, which has
first been excavated in the soil, then formed with

88. Ἀπὸ Κόραχος εἰς Εὐφραντὰς στάδιοι σ'. λιμήν
ἐστι, καὶ ὅδωρ ἔχει.

89. Ἀπὸ Εὐφραντῶν ἐπὶ τὸν Δυσωπὸν στάδιοι ρ'.

88. A Corace ad Euphrantas stadia 290 (σ');
portus est; aquam locus habet.

89. Ab Euphrantis ad Dysopum stadia 150.

rough stones, and lastly coated with an excellent cement.... In the neighbourhood of the military position are the remains of the town called Medina, where there are a number of wells and tanks in very good preservation.... At Medinet-Sultan there is a sandy bay in which boats might find shelter with particular winds; and a lake commences here, apparently deep, which communicates with the sea in two places. Cf. Barth. p. 334. Idem est locus, qui ab Arabicis scriptoribus vocatur *Medinet Sort* vel *Sirt*, præcipuum Syrticæ regionis emporium. Prae ceteris de eo dixit Abu-Obeid Bekri (in *Notices et extraits de la bibl. du roi t. XII*, p. 450) : « Sort est une grande ville, située sur le rivage de la mer, environnée d'une muraille de brique, et renfermant une mosquée, des bains et des marchés ; elle a trois portes, savoir la porte méridionale, la septentrionale et une plus petite qui mène à la mer. Elle n'a point de faubourgs ; mais ses environs offrent partout des plants de palmiers, des jardins, des puits d'eau douce et de vastes citerne... Les habitants de Sort sont des hommes beaux et bien faits, mais avec lesquels on ne peut avoir que des relations commerciales d'une nature désagréable ; ils ne vendent et n'achètent que suivant un tarif qu'ils ont fixé entre eux, et dont ils ne s'écartent pas... Les habitants de Sort sont souvent désignés par le surnom d'*Abid-Korlah* (esclaves de Korlah) ; et ce sobriquet excite au plus haut point leur courroux. Un poète satirique a dit en parlant d'eux : « Les esclaves de Korlah sont les plus fourbes des hommes dans leur relations commerciales et les plus criminels dans leur conduite ».... Les habitans de Sort parlent entre eux un jargon qui ne ressemble ni à l'arabe, ni au persan, ni au berber, ni au copte, et qui n'est entendu que d'eux seuls. Ils diffèrent en tout point des habitants de Tarabulos (Tripoli), qui sont les plus aimables des hommes dans leurs relations sociales, les plus probes dans leur négoce, et les plus hospitaliers envers les étrangers. » Cf. Edrisi I, p. 274, cuius temporibus Sort urbs Arabum incursionibus male affecta erat. Ceterum quos Bekri homines pingit, non alii nisi Judæi fuerint, et Charax locus recte, ut videtur, a Lapio et Barthio componitur cum mansione, quæ in Tab. Peuting. vocatur *Scina*, locus *Judeorum Augusti*, in Itin. p. 63 rectius *Iscina*, et Ἰστίνα apud Ptolemaeum, qui quidem quum *Iscina* locum in mediterraneis 43° 20' longitudi., Pharamen vero in ora 44° 30' ponat, parum favere huic sententiae videri possit. At Ptolemaeus dum mediterranea ex Itinerariis, litore a Peripli describat, sæpius exhibet incongrua, ut supra jam vidimus. Quod ut in hac quoque ora fiat apertum hoc unum moneo. Aras Philenorū ponit 46° 45', contra vero proximam hinc stationem, Tagulin, 24 (Itin.) vel 30 (T. P.) ab Ariš milia distantem, collator 44°, 30, quam collocanda fere esset 46° 15'. Jam siue Thagulin 1° 45' magis quam debebat versus

occasum removet, similiter etiam *Iscinae* locum a Pharace 1° 10' disjungit.

§ 88. Εὐφραντὰς] πύργος Εὐφράντας Ptol.; Strabo. p. 836 : Μετὰ δὲ τὴν λίμνην τόπος ἐστιν Ἄστις, καὶ λιμῆν κάλλιστος τὸν ἐν τῇ Σύρτει, ἡρεῖης δὲ δὲ Εὐφράντας πύργος, ἥριον τῆς πρότερον Καρχηδονίας γῆς καὶ τῆς Κυρηναϊκῆς τῆς ὑπὸ Πτολεμαῖων, adeo ut certo quodam tempore hucusque fines protulisse Cyrenenses videantur. Cf. St. Byz. : Εὐφράντα (Εὐφραντά v. l.), πόλις Λιβυκῆ. Ἀλέξανδρος ἐν γ' Λιβυκῶν. Τὸ θυντὸν Εὐφρανθαῖος. Apud Strabonem λιμῆν κάλλιστος videri possit prope Aspin quārendus esse, sed ibi bono portui nullus est locus; componendus cum Euphrante turri. Utrumque pertinet ad hod. *Mirsā* et *Kassr Saphran*, de quo dubitari nequit, etsi distantia in Stad. notata non dicit eousque, quum non 200, sed 300 fere stadiis *Saphran* (vel *Zaffran*) portus (14° 21' 14" long.) a *Medinet Sultan* (14°, 55', 3" long. Par.) disjunctus sit. Beechey p. 137 : « Zaffran has been evidently a military station, and it is there that we began to perceive more clearly the nature of those numerous quadrangular buildings which are scattered in all directions over the Syrtis in passing from Sooleb to Bengazi ».... P. 139 : « The port at Zaffran is also much less than formerly, and, like that at Lebida, nearly filled up with sand; so that although it cannot now be considered as a good one (nor, indeed, in the present acceptation of the term, as any port at all) it may certainly have afforded very good shelter and accommodation for vessels such as those of the ancients. It is formed by a rocky projection, which appeared to have been partly natural and partly artificial; and though its inconsiderable size would not allow vessels in it to ride clear of the surf in a gale of wind, yet in moderate weather there would be quite sufficient shelter for them to load and unload; and in the event of a gale they might easily have been hauled up on the beach. — The remains on the beach are constructed with larger stones than are usually employed in the Syrtis, and, from what we could perceive of them, for the tops only appear above the sand, have been built with more than common attention to workmanship and regularity. Traces of building may also be observed for nearly a mile from the Mersa to the eastward, and the whole place is strewn with fragments of pottery. » — Ceterum ad hunc locum cum Lapio et Barthio referendum est nomen punicum stationis, quæ in Itin. vocatur *Macomades in Syrti* (34 mill. ab *Iscina*), in Tab. Peutingeriana *Macomades Selorum*.

§ 89. Δυσωπὸν] nomen aliunde non notum. Apud Ptolemaeum sequitur Σαχάμαζα κώμη; sic Wilb.; Σαχάζαμα vulgo, idque rectius, puto, quum *Zagazena* mansio in T. Peut. memoretur, cui idem nomen subest; quamquam ea mansio ad nostram regionem non pertinet, neque errorem Ptolemaeo tribueris talem qualem tribuit Barthius p. 372. Σαχάζαμα idem locus sicut,

90. Ἀπὸ Δωσωπῶν ἐπὶ Ἀσπίδα στάδιοι τν'.
 91. Ἀπὸ Ἀσπίδος εἰς Ταριγεῖς στάδιοι τν'
 92. Ἀπὸ Ταριγεῖων ἐπὶ Κεφαλὰς στάδιοι τν'. [ἀκρωτήριον ἔστιν.]

quem græcissante nomine signat Noster. 150 stadiis devenimus ubi est *Marsa Zabak* et in propinquuo *Zirayeh*. Barthius Δωσωπῶν dici suspicatur a factore quem vicina palus emittet; id tamen eo vocabulo significari vix potuit.

§ 90. *Ἀσπίδα* Cf. Ptol. et Strabo p. 836 : Μετὰ τὰς Κεφαλὰς ἔστι λίμνη τριποτών που στάδιων τὸ μῆνος, ἑδομῆκοντα δὲ τὸ πλάτος, ἐκδιδοῦσα εἰς τὸν κόλπον, ἔχουσα καὶ νησία καὶ υφόρομπον πρὸ τοῦ στόματος. Μετὰ δὲ τὴν λίμνην τόπος ἔστι Λαπίς, καὶ λιμὴν κάλλιστος, etc. Leucus ponendus prope *Terid roches*, ubi scopuli tutamen aliquod in ora hac alias ventis aperta præbeant. Pertinet quidem paludosa regio et hue usque et ultra versus orientem; at Strabo quum lacum nonnisi 300 stadia longum esse statuat, dicere potuit μετὰ τὴν λίμνην. De palude ista cf. Tab. Peut. : *Saline immensae que cum luna crescunt et decrescent*. Dicuil VIII, 7 : *In Cosmographia legitur quod Salinarum lacus in Africa, qui est in Tripolitana provincia et in regione Byzatio, in lunari mense crescit et decrescit*. Aethicus p. 731 : *Lacus salinarum*. Beechey p. 113 : « The extensive marsh described by Strabo as occurring after the Cephalas promontorium, has not now the character of an uninterrupted sheet of water, as it appears to have had when seen by this geographer, but spreads itself in pools over a wide tract of country, and communicates occasionally with the sea. Many of these pools, are, however, some miles in extent, and were they deep enough would deserve the appellation of lakes... The dimensions given by Strabo.. correspond quite sufficiently with the appearance of that which actually exists; its length, from Mesurata to Sooleb, being little less than forty miles, and its breadth, from the sea inland, from nine and ten to fifteen. It does not indeed finish wholly at Sooleb, but is contracted in passing that place, to the narrow limits of two and three miles in width, and then continues as far as Giraff. The great body of the marsh may however be considered as contained between Sooleb and Mesurata. »

§ 91. *Ταριγεῖς* *Tarigieis* cod.; *Tarigieas* apogr. Ir.; *Taricea* in T. Peut., ubi extra seriem mansionum notatur. Nomen passim obvium de locis, ubi piscibus condiendis incole navabant operam (V. Steph. B. v. *Tarigieas*. Scylax p. 87). Apud Ptolemaeum respondet, si minus distantia, certe nominum serie, Μαζόμαχα; sic cedd. ap. Wilberg., præter unum, qui habet Άζβαχα; vulgo Καλούμαχον; Wilbergus denique de suo dedit Μαζούμαχα, fortasse propterea quod in Tab. Peut. et Itin. habes *Macomas* locum (v. § 88); quamquam is hic non pertinet. *Macomas*, quod nomen denuo in sqq. videbimus, significat τόπον vel πόλιν νέαν, νεάπολιν. Si quid corruptum est apud Ptol., pro Μαζόμαχα ego velim Μαζούμαχα i. e.

90. A Dysopo ad Aspidem stadia 350.
 91. Ab Aspide ad Tarichias stadia 350.
 92. A Tarichiis ad Cephalas stadia 400. [*Promontorium est.*]

τόπος seu πόλις ταριγεῖων, siquidem Phoenicia Hispaniae urbs Μάλαχα, que ipsa quoque ταριγεῖς ἔχει μεγάλας (Strabo p. 156), nomen habet a ηπηλο, i. e. ταριγεῖς, see. Bochartum et Moversium p. 633. Cf. § 83 Αζτομάχα. Ceterum locus componendus est cum hodierno *Mellafah*.

§ 92. *Κεφαλᾶς*] Cf. Strabo p. 835 : ἄκρα ὑψηλὴ καὶ ὑψηλὴς, ἀργὴ τῆς μεγάλης Σύρτους· καλοῦσι δὲ Κεφαλᾶς. Hodie *Cap Mesurata*. Memoratur promontorium etiam apud Ptolemaeum, ubi ita nunc legitur :

Κιστέρναι	42° 50'.	31° 20'.
Τρίηρον ἄκρον	43° 15'.	31° 20'.
Κεφαλᾶς ἄκρον	43° 20'.	31°.

At hæc sic non scripsit Ptolemaeus. Corrupteke suspicionem vel codices movent, quorum haud pauci (ABDTMS ap. Willb.) Κεφαλᾶν mentionem omitunt, nonnulli vero (AFD) Τρίηρον ante Cisternas memorant, eique positionem assignant 42° 55' longit. Quæ autem res fuerit, facile colligas ex promontorii nostri descriptione, quam ex Beecheyo licet apponere. • Between the town (ait p. 101) of Mesurata (*Msarata* Barth.; *Misratah* Smyth.) and the sea there is a high range of sand-hills, rising far above the heads of the tallest date-trees about them; and beyond these is a promontory of soft sand-stone, which maybe (at a rough estimation) about an hundred feet above the level of the sea. This high land is divided into three distinct heads or capes, and is described by Captain Lautier as having the appearance (from the sea) of three hills in the form of as many islands. The low ground at the back and to the south-east of these capes is thickly covered with date-trees, but their summits are now bare of wood and destitute of any vegetation. The appearance of this triple cape coincided so well, in our estimation, with the description given by Strabo to the Cephalæ promontorium, that we have not hesitated to pronounce it the same with that headland. » Jam vides Κεφαλᾶς et Τρίηρον ad idem spectare promontorium, ut ipse monuit Beecheyus, nec non Ritterus I, p. 928 et Barthius p. 364. Κεφαλᾶ nomen e Strabone vel aliunde quidam juxta Τρίηρον adscriperat, alius utrumque in seriem recipiens distinxit. Ceterum quum Τρίηρον vox sit nihil, et varia lectio afferatur Τρίηρον, Τριηρον : corrigendum esse puto Τρίηρον ἄκρον. Perro codices AFD non solum eo præstare censeo, quod Cephalón mentionem omittunt, sed etiam eo quod Τρίηρον seu cap Mesurata ab occidente ponunt Cisternarum. Nam in Tab. Peut. hodiernæ Mesurata urbi respondere Thubactin municipium recte exputarunt Lapeius Itin. p. 287 et Barth. p. 370. A Thubacti autem 50 mill. intervallo orientem versus in eadem Tab. P. memoratur mansio ad Cisternas, quæ a Ptolemai Cisternis vix fuerit diversa. Legendum igitur :

93. [Ἀπὸ Κεφαλῶν εἰς Νεάπολιν στάδιοι ϕ'.]
Προσφέρομενος ἐκ τοῦ πελάγους ὅψει γύρων ταπεινήν,
νησίς ἔχουσαν ὅταν δὲ αὐτοῖς ἐγγίσεις, ὅψει τὴν πόλιν
παρθενάσσον καὶ θίνα λευκὸν καὶ αἰγαλόν· ἡ δὲ

Τρίκερων ἄχρον 42° 55'. 31° 20'.
Σύρτεων μεγάλης.

Κιστέρων 43° 15'. 31°.

Numeri appositi codicibus ADFS suppeditantur.

§ 93. Inclusa supplevi, ut continua esset series narrationis. Probabile tamen est unum saltem locum inter Cephalas et Leptin intermedium ab auctore fuisse memoratum. Non scripsi εἰς Λέπτων, sed εἰς Νεάπολιν, quoniam Leptis nomen infra demum subjicitur verbis: αὕτη καλεῖται Λέπτις, i. e. αὕτη καλεῖται καὶ Λέπτις. Eodem modo § 56 legimus: ἀπὸ Πτολεμαῖδος εἰς Τεύχειρα στάδ. σν'... Αὕτη καλεῖται Ἀριστόνη. Neque aliter intelligendum § 95 illud: Καλεῖται Νεδσπορα. Inconcinna ratio, qua de his monetur, senioris manus addidamenta coarguit. || — λευκὸν] § 67 erat θίνα λευκήν. Deinde velim καὶ ἡ πόλις δέ ἔστι. — Apud Ptolemaeum ante Leptin memoratur Βαρθόλα et quarta gradus parte ab eo loco distans ostium Cinyphi fluvii, de quo vide notam ad Scylac. p. 85. Della Cella viator fluvium nunc vocari ait *Quaam*; id nomen sumtum esse a *Ka'an* vico adjacente recte haud dubie refert Barthius p. 316. Contra Beechey p. 80 « The Cinyphus, inquit, is now called the Wadie Khâhan, or weak river, in allusion to its sluggish course in summer, though it is still, to a little distance inland, a considerable stream, for this part of the world. » Ipse Barthius nomen accepit: *ouddi mag'ar g'rín* (*der Strom mit den Sumpfhählen*). Ptolemaeus IV, 3 p. 265 oriri fluvium ait in *Zucharbari* monte, quem in 26° latit. ponit, dum reapse fons in colle sit vix 50 stadia ab ostiis distante. Fluvius in alveo labitur lato, cavernis interrupto; aqua limpida, sed male nunc sana; eam Leptitani in urbem arcessiverunt aqueductu, cuius exstant rudera. Aliæ etiam ad fluvium ruinæ sunt, de quibus ita Barthius p. 318: « Eigenthümlicher als dieser Aquadukt ist ein anderer mit dem Fluss zusammenhängender Bau. Man sieht nämlich über dem Fluss aus ausgezeichnetem mächtigen Cementwerk aufgeföhrt die Terrassen hohen und sonderbaren Charakters, die offenbar Karthagisch und eben jene von Strabo beschriebenen Werke sind, durch welche die Karthager einige wol unzweifelhaft mit dem Flusse in Verbindung stehende Höhlen überbrückten etc. » Etenim Strabo p. 834: 'Εξῆς δὲ ἐστὶ ποταμὸς (Κίνυφος nomen excidit), καὶ μετὰ ταῦτα διατείχισμά τι, δὲ ἐποίησαν Καρχηδόνιοι, γεφυροῦντες βάραθρά τινας εἰς τὴν γύρων ἀνέγοντα. Eadem βάραθρα ista probabiliter Barthius indicari suspicatur apud Ptolemaeum, ubi pro Βαρθόλα legendum erit Βάραθρα, quantumvis refragari videatur nota distantiæ. — Cinyphus fluvius quem a Lepti distet ad stadia 180: nescio an apud Scylacem sit legendum: ἀπὸ δὲ Νέας πόλεως ἀπέγειται (Cinyphus urbs Scylacis astate deserta) εἰς τὴν Σύρτων στάδια π' καὶ ἐκατόν· ἔστι καὶ ποταμὸς Κίνυφος, quorum loco codex habet: στάδια π' ὥπ' αὐτὸν (deb. certe ὥπ' αὐτὴν) δὲ ἐστὶ ποταμὸς Κίνυφος. — Jam quod

93. [*A Cephalis ad Neopolim studia 550.*] E pelego advehens videbis terram humilem, projectas habentem insulas parvas; quibus ubi appropinquaveris, videbis urbem mari imminentem, albumque tumulorum ex arenis conflatorum tractum atque litus; urbs

Leptin attinet, τὰ νησία, quæ Noster memorat, a recentioribus, quantum scio, non memorantur; agnoscere tamen licet in mappa Smythii, quæ inscribitur: *North Coast of Africa from Tripoli to Misratah*. Cetera ita locus in Stadiasco describitur, ut nunc quoque appareat. Urbs ipsi adjacet mari; juxta sunt tumuli arenæ albæ, sub qua major pars ruinarum latet; ædificia ex albo item lapide structa erant. Vetus portus arenis nunc obrutus. Beechey Append. p. V: « The port is now filled up; but there is a small place called *Mersah Ligatah*, a mile and a half (ad Hermæum prom.), where small vessels may find shelter, except with the wind from the eastward. » De urbe v. Scylax p. 85 ibique laudati et Plinius V, 19; Livius XXXIV, 62; Sallust. Jug. 78; Ammian. Marcell. XXVIII, 6; Procop. De ædific. VI, 4. Bell. Vandal. II, 21. Cf. etiam Abu-Obeid Bekri in *Notices et extraits tom. XII*, p. 410. Edrisi I, p. 284. De ruinis multa passim leguntur. Prae ceteris vide Beechey p. 51 sqq., 74 sqq. et Barth. p. 306, quo duce potiora paucis delineabo. Ruinarum locus in partem occidentalem et orientalem dirimitur interfluento torrente, qui alveo suo ad mare in sinum diducto portum effecit. Lateris occidentalis pars mari proxima solum habet elatus et in pelagus procurrens. In ea erat urbs antiqua, a continente ternis cincta moenia, quæ modicis intervallis separabantur; moles ingentes e axis quadratis structæ vim fluxus infringebant; alia munimenta tutam præstabant ab hoste. Crescente hominum multitudine, urbs nova, νέα πόλις, extra muros surgere cœpit. Quæ quum postmodum metropolin magnitudine superaret, factum esse videtur, ut tota Leptitanorum civitas a nonnullis, Grecis maxime, Νεάπολις vocaretur. Primum nova urbs et ipsa in occidentale fluvii latere substituit; deinde oppositam quoque ripam occupavit, ibique subinde aucta ulterius moenia protulit; nam duorum murorum rudera alio tempore alium fuisse urbis ambitum ostendunt. Ædificiorum ruinæ majorem partem nunc cernuntur in ripa occidentale, ubi quum arenis ut plurimum pene tegerentur, distrahi saxa ad alios usus haud facile poterant. Ceterum monumenta insigniora produnt tempora imperatorum Romanorum, inter quos Septimus Severus apprime urbem, utpote patriam, ornasse jure censem. Imperatorem palatum habuisse in Lepti urbe, quam jure Italico donaverat, a Procopio proditur (De ædific. VI, 4.). Seculo quarto ab Austorianis devastata Leptis (Ammian. 28, 6), deinceps jacuit usque dum a Justiniano aliquatenus instauraretur, qui quum occidentalem partem jam arenis obrutam portumque eadem de causa inutiliter offendebat, in orientali parte extra duos veteres muros magis orientem versus nova moenia duxit, quorum supersunt particulæ. — Portus, qui nunquam magnus nec nisi arte bonus fuisse potest, quando obstrui cœperit, nescimus. Commodum adhuc fuisse Septimiū

πόλις ἐστὶ λευκὴ θλητὴ λιμένα δὲ οὐκ ἔχει ἀσφαλῶς δρυτίους ἐπὶ τοῦ Ἐρυθραίου. Αὔτη χαλεῖται Λέπτις.

Οἱ πάντες ὅμοι ἀπὸ Φιλαδέλφων βωμῶν εἰς Λέπτιν τὴν Μεγάλην στάδιον, δέ.

91. Ἀπὸ Λέπτεων ἐπὶ Ἐρυθριον στάδιοι ε' δρυμος ἐστὶ πλοίοις μικροῖς.

95. Ἀπὸ Ἐρυθρίου ἐπὶ Γάρφαρχ στάδιοι τ'. ἄκρα ἐστίν

Severi temporibus opinatur Barthius, quanquam di-
serius sententiae argumentum ex iis que apud vet̄.
traduntur non suppetit. Hoc unum patet nondum
eversam fuisse urbem, quo tempore Noster auctor

quoque (καὶ ἡ πόλις δὲ) tota est alba; portum non
habet; tuto navem sistas ad Hermæum. Ceterum
haec urbs vocatur Leptis.

Omnia simul a Philenorū aris usque ad Leptin
Māgnā stadia sunt 3090 (,γ').

94. A Lepti ad Hermæum stadia 15 (ι'); statio est
navigiis parvis.

95. Ab Hermæo ad Gaphara stadia 200 (σ?); pro-

sua notavit. || — [δε] numerus corruptus; quodsi
ultimam distantiam suppleveris, et § 88 pro σ', re
postulante, scripseris σι', habebis stadia 3090, quem nu-
merum ipsum auctorem exhibuisse veri est similimum.

STADIASMUS.			PTOLEMÆUS.				TAB. PEUT.		ITINERARIUM.	
	Num. collis- cis.	Num. emem- dati.		Long.	Lat.		mil.		Leptis m. colon.	mil.
93. Λέπτις. . . .			Νεάπολις ἡ καὶ Λέπ- τις.	42°	31° 10'	Leptis Magna.			Leptis m. colon.	
94. Ἐρυθριον. . .	ε'	τά'				Ad palmam. . .	12			
95. Γάρφαρχ. . . .	τ'	σ'	215	Γάρφαρχ λιμήν. . .	41° 45'	31° 40'	Quintiliana. . .	14	Minna villa Mars'. .	29
96. Αμαραία. . . .	μ'	μ'	255						Megradī villa A- .	.
97. Μεγέρθις. . . .	μ'	ρμ'	395			Getulli.	24	niorum. . .	29	
						Turris ad Algān.	15			
98. Μαχαραία. . .	υ'	*υ'	795	Ἐώα.	41° 30'	31° 40'	Osa.	12	Ocea.	25
								Vax villa Repen- .		
						Πισινδῶν λιμῆν. .	41° 15'	tina.	28	
99. Σαβράθα. . . .	υ'	υ'	1195	Σάβαθρα.	41°	31° 30'	Assaria.	20		
100. Λοχροί. . . .	τ'	τ'	1495			Pontos.	13	Sabatra.	27	
						Sabatra.	16	Sabatra colonia. .		
101. Ζεύχαρις. . . .	τ'	τ'	1795			Ad Attinonem. .	16			
						Ad gypsaia ta- .		Casas villa Ani- .		
102. Γέργις. . . .	τν'	τν'	2145	Ζεῖον ἄκρα.	40° 40'	31° 40'	berna.	17	ciorum.	28
103. Μῆνιγξ πόλις.	ρν'	ρνε'	2300	Μῆνιγξ.	39° 30'	31° 20'	Pisida municip. .	20	Fisida vicus. . .	26
'Ομοι. . . .	βτ'	βτ'				Præsidio.	15			
						Putea Pallene. .	18	Villa magna. . .	31	
						Liha municip. .	15	Ponte Zitamunic. .	30	

§ 94. στάδιοι ε'] Ex mappis meis conjicio fuisse στ. ιζ'. Inde a Lepti usque ad Meningem insulam auctor noster colligit stadia 2300. E singulis distantiis, que in seqq. produntur, summa conficitur stadiorum 2285, vel, si nostro loco ε' pro ε' legeris, stadiorum 2295. Dema igitur differentia stadiorum quinque, que aliqui addenda sunt, singuli distantiarum numeri tales esse videntur, quales ante oculos habuit is qui summam stadiorum 2300 collegit. Reapse autem non nisi 2100 stadia, si oræ longitudinem metiari, efficiuntur, adeo ut uno altero loco falsa tradi appareat. Error vero pertinet ad eum ore tractum, qui medius est inter Leptin et Macarœam sive Oeam sive hodiernam Tripolim. Hic enim quum sit sextcentorum fere stadiorum (77 millia sive 616 stadia habet Tab. Peut., 83 mill. sive 66½ stadia. Itinerarium provinc.), in nostro libro est stadiorum 795, quod a vero recedit longius. Vitium autem in illa quadringentorum stadiorum distantiā latere videtur, que esse dicitur a Megerthi ad Macaream. Vix enim dubites, quin Megerthis Stadiasmī

cadēm sit que in Itinerario Megradī vocatur, ab Ofa distans millia 25 sive stadia 200. Itaque vitio antiquo apud Nostrum σταδίους ν' corrupte poni putem pro stadiis σ', 200. Quo probato, que restant a Lepti ad Megerthim stadia 395, in universum satis recte habent; quamquam fieri potest ut singula distantiā parum accurate sint. V. not. seq.

§ 95. εἰς Γάρφαρα] εἰς τὰ Λαζορά et § 96 ἀπὸ τῶν Λαζορῶν codex. Legendum aut Γάρφαρα aut Γράφαρα. Apud Scylacem est Γράφαρχος πόλις, unius diei navigatio-ne a Lepti distans. Apud Ptolemaeū non nisi quarta unius gradus parte sejuncta a Lepti sequitur Γράφαρχα (Γάρφαρχ, Γαρφαρχ, Γαρφάρχ, Γραφάρχα var. lect.) λιμῆν. Idem locus in Plinii (V, 4) codicibus scribitur Tra-
sra, Taphra, Thaphra, Taſra, ex quibus Vossius (ad Melam I, 7, 2) Gaphara, Silligius Graphara eliciuit. Alius Γάρφαρχ locus inter Marmarica mediterranea memoratur ap. Ptolemaeū IV, 5, p. 280. Stadia 300 pertinerent usque ad hodiernum Wadi Mṣid (Barth.), Seyd (Beechey), Demscid (Smyth.); at

ἔχουσα δρυμον ἐξ ἔκατέρων τῶν μερῶν· ἔχει οὐδωρ καὶ λεῖται [Αἰ]γαίοσπορα· ἔστι γάρ δρυία νήσῳ.

96. Ἀπὸ τῶν Γαφάρων ἐπὶ τὸν Ἀμαράταν στάδιοι μ'. πύργος ἔστι θρομός οὐδωρ ἔχει ποτάμιον. ἔστι δὲ γεώργιον πλησίον τοῦ ποταμοῦ. Οινολάθων δ ποταμὸς καλεῖται.

97. Ἀπὸ τοῦ Ἀμαράταν ἐπὶ Μεγέρθιν στάδιοι μ'. πόλις ἔστι καὶ λιμένα ἔχει καὶ οὐδωρ.

98. Ἀπὸ Μεγέρθεων εἰς Μακαράταν στάδιοι ν'. .

nullum ibi promontorium peninsulare; quod ut deprehendamus, subsistendum est in *Ras Eospharra* (Γέφαρα) ab Hermæo 150 stadia dissipatum, prope quod *Bupharris* fluvius exit. || — δρυμον] δρυμον cod.; em. Gail. || — καλεῖται [Αἰ]γαίοσπορα] καλεῖται Νεόσπορα codex. Ex præcedentibus attraxi literas αι. Nullus enim dubito quin vox *ai*, i. e. *insula*, huc pertineat. Cf. similia nomina § 22 et 28 Αἰγαίοσπορα vel, ut in codice est, Ἐνεόσπορα ρ̄χρα. Ad ruinas in *Ras Eospharra* vel prope *Ras al Hamrah* extantes Lapieus probabiliter referit *Quintiliānam* (*villam*) *Tabulae Peutingerianae*. Quod attinet ratio inconcinnia, qua alterum hoc loci nomen memoratur v. not. ad § 93.

§ 96. τὸν Ἀμαράταν] Nominativus an fuerit δ Ἀμαράτας recteque habeat in § 97 illud ἀπὸ τοῦ Ἀμαράτα, an potius negligenter Noster τὸν Ἀμαράταν dixerit pro τὸν τῆς Ἀμαράτας πόργον, quæro. Ceterum hunc locum ad *Wadi Mstd*, quæ vallis fluviolum, habet aquæ perbonæ in tractu arenoso, refert Barth. p. 300. At si de promontorio Gapharorum recte statuimus, et distantia stadiorum 40 incorrupta est, admitti id nequit. Ducimur potius ad promontorium *Amra* seu *Hamrah*, ad cuius latus occidentale item fluvius exit e *Wadi Mata* regio ibi fertilis est, arvaque in propinquis exhibet mappa Smythiana. Fluminis nomen *Oenoladon* gracum esse videtur; certe *Lathon* et *Lathon* etiam alijs fluvios vocari scimus; *Oivo* autem vel ab adjacente οἰνοπέδῳ derivat, vel aquæ virtutem indicat similiter atque nunc aquæ egregiae fontes *Zukkari* (sacchari) ap. Arabes passim vocantur. || — πλησίον] Sic legendum esse scripturae compendium πλήν, quod codex habet, recte monet Millerus; πλατὺ inepite dederat Iriarte.

§ 97. Μεγέρθιν] § 98 codex ἀπὸ Μεγέρθεων. Idem, ut puto, locus in Itiner. p. 62 est *Megradi* (*Megdi*, *Megdil*, *Megdal* var. lect.; *Getullu* Itin.), *villa Aniciorum*, a Lepti distans 57 mill., 456 stadia, ab Ocea sive *OEa* 25 m. sive 200 stadia. Quod si recte statuimus, pro 40 stadiis, nostro loco numeranda sunt 140. Sin nihil curanda putes Itinerarii distantias, Megerthis ad *Ras Sciarra* referenda foret. Quodsi urbs ibi fuit, mirum est nullum ejus mentionem fieri apud Ptolemaeum; contra in Stadiasmu miraris nullam urbis mentionem fieri § 98, quum Macarea inter præcipua hujus oræ empiria floruerit. Unde suspicio nascitur verba πλησίον ἔστι καὶ λιμένα ἔχει καὶ οὐδωρ ad sequentem locum esse transferenda. Urbis ruinas ad *Ras Sciarra* aut ad *Wadi Ramil*, quantum scio, non exstant; haec tamen Beecheyus p. 44 prodit: « We learnt from Captain Smyth that in the neighbourhood of Wady Mseid there is a small boat cove resembling an ancient cothon; and

montorium est ab utraque sui parte stationem præbens; aquam habet; vocatur *etiam Aeneospora*, quum simile sit insulae.

96. A Gapharis ad Amaraem stadia 40; turris est sub eaque statio; aquam habet fluviale; prope fluvium arva sunt; *Oenoladon* fluvius vocatur.

97. Ab Amarae ad Megerthin stadia 40 (fort. 140 ρ̄μων); (urbs est et portum habet et aquam). *Hac per tinere videntur ad § 98*.

98. A Megerthi ad Macareaem (*Macar-OEam*) stadia 400 (fort. 250 στ').

near it the ruins of several baths with tessellated pavements. »

§ 98. Μακαρατάν] Legendum videtur *Makarotan*; vel certe *Μακαράτα* nomen ortum est ex *Makar-OEa* quod ipsum, si ad indigenam nominis formam revocaveris, scribendum foret *Makar-OEat*. Etenim in numis phœnicie legitur בְּנֵי מִקָּר וַעֲדָה, i. e. *Noster Bel Makar-OEat*, vel etiam בְּנֵי מִקָּר וַעֲדָה *Bel Makar*; in nonnullis autem numis etatis Augustee nonnisi עֲדָה, *OEtat*, exstat (V. Movers p. 489), atque brevito hoc nomine urbs memorari solet apud Romanos scriptores, nisi quod varias nomen induit formas. Apud Plinium V, 4 § 27 est *civitas OEensis* (*Oensis*, *Oensis*, *Occensis*, *Cocensis* var. lect.) et V, 5 § 38: *cum OEenisibus* (*Ocenisibus* et *OEsibus* var. lect.); ap. Melam I, 7: *Oza oppidum*; Ptolem. *Εών*; Solin. c. 30 *OEa*; Silius III, 256 *OEa*; Tab. Peut. *Osa*; Geogr. Rav. V, 5: *OEa*; Itin. p. 62: *Oeca* (*Occa* 3 codd.). *colonia*. Cf. numi ap. Eckhel IV, 131, Rasche Lex. num III, 2, p. 58. Apud Tacit. Hist. IV, 50 incoleæ in codd. nostris corruptius vocantur *Ophenses*. Urbem origine Libycam et postea Tyrrinis coloniis frequentatam esse ex ipso nomine Moversius colligit, quippe quod altera sui parte cultum Tyrii dei *Makar* seu *Melkart* prodat, alteram habeat et Libya lingua petitan, quandoquidem *oat* respondeat voci berberica *ait*, i. e. *tribus*, et in compluribus gentium locorumque nominibus libycis deprehendatur. De corruptionibus nominis Barthius conferri jubet Slane in *Journal nouveau Asiatique* 1844, II, p. 358, n. 1. Scylax et Strabo urbem non memorant, hic tamen inter Abrotonium et Leptin alias nonnullas urbes esse monet. Ceterum *OEa* cum Lepti Magna et Sabrata τρίπολιν constituit ad instar notissimæ tripolis Phœnicie (Solinus c. 30 ed. Steph.: *Achæi Tripolines lingua sua signant de trium urbium numero, OEæ, Sabrate, Leptis Magnæ*). Ditio Tripolitana in ora maritima a Lepti usque ad Tacapen pertinebat, in mediterraneis per ea loca, quorum seriem exhibet Itinerar. prov. p. 62. Quæ quidem circumscriptio etsi senioris temporis fuerit, neque Severi imp. ætate antiquior, ipsa tamen instituti initia a priscis Tyriorum coloniis repetenda sunt. Annua Tripolitanorum concilia habes ap. Ammianum XXVIII, 6, 7. Tempore belli punici secundi Carthaginenses, uti Leptin, Clypeam, etc., sic etiam *OEam* Siculos colonos traduxisse intelligitur e Silio Ital. III, 256: *Sabrathe tum Tyrium vulgus, Sarraaque Leptis, OEaque Trinacrios Afris permixta colonos*. *OEensem* et Leptitanorum discordias, quibus ad arma ventum est *OEensesque*, multi-

99. Ἀπὸ Μαχαρίας εἰς Σαβράθαν στάδιοι υ' πόλις
ἐστὶν ἀλίμενος σάλον ἔχει.

ΔΟΙΟΝ ΣΥΡΤΙΣ ΜΙΚΡΑ.

100. Ἀπὸ Σαβράθης ἐπὶ Λοχρῶν στάδιοι τ'. κώμη,
καὶ τὸν ὑπεράνω τῆς κώμης πύργος ὑψηλός.

101. Ἀπὸ Λοχρῶν ἐπὶ Ζεύχαριν στάδιοι τ'. φρού-

tidine inferiores, Garamantes contra hostem excitarunt, memorat Tacitus Hist. IV, 50. Quot quantaque Oea civitas sæculo quarto ab Austurianis barbaris perpessa sit, fuisse exponit Ammianus XXVIII, 6. — Oea hodie est *Tripolis* seu *Tarabulus*. Testatur Abu Obeid Bekri in *Notices des manusc.* T. XII, p. 451 : « Le nom de Tarabulos signifie, dit-on, trois villes... Si l'on en croit la tradition, elle dut sa fondation à l'empereur Sévère. On la nommait encore la ville d'Aias (Αἴα). » Idem intelligitur ex distantiâ; nam quem sequens urbs Sabrata aperte sit hod. *Tripoli vecchio*; hinc vero usque ad Oeam sint sec. Stadiasmum § 100 stadia 400, sec. Itin. millia 53 seu stadia 424, secundum Tab. Peutinger. millia 49 sive stadia 392, dubitatio esse nequit, quin *Tripolis* indicetur, quæ reapse ad 400 stadia distat a *Tripoli vecchio*. Contra vero quæ inter Macarœam et Megerthim in Stadiasco exhibentur stadia 400, mutanda sunt vel in 250 vel in 350 stadia; in 250, si Megerthim cum Megradi Itinerarii composueris; in 350, si Megerthim ad *Wadi Rumil* collocaveris. Ceterum ex priscis Tripolitanæ urbis monumentis nihil hodie superstes præter arcum triumphalem, quem Lucio Aurelio Vero Caius Orfitus proconsul dedicavit.

§ 99. Σάερα ή ουν] Σαρδάρας et § 100 ἡτοῦ Λαλόρη codex. In numis phoenicis nomen urbis est *Sabroton* seu *Sabraton* vel *Sabrat* (V. not. ad Scylac. p. 86); in Ptolemaeo codices habent : Σάερα, Σαράρα, Σαέρα, unde suspiceris apud Nostrum fortasse scribendum esse εἰς Σαράραν. Rectius *Sabrata* scribitur in Tab. Peut., Itiner. (*Sabrata colonia*), Geogr. Rav. V, 5, Ethlico p. 722, Plinio V, 4, § 25 : *Sabrata* (*Sabratha* et *Sabatha* var. lect.) contingens Syrtim minorem; Solin. c. 30. In Silio Ital. III, 256 legitur *Sabratha*. Cf. Sueton. Vespas. c. 3, ubi : *Statilius.. Sabratis ex Africa*. Antiquiores scriptores greci ex nomine phoenicio *Sabraton* fecerunt Λέρότον (v. not. ad Scylac. I. 1.), unde fit, ut in Plinianis collectaneis *Sabrata* et *Abrotonum* tamquam diverse urbes recensantur. Ap. Ptolemaeum quum in ora maritima post Εύαν (Οἴαν) sequantur :

Πισινῶν λιμήν	41° 15'	31° 30'
Σαράρα	41°	31° 30'
in mediterraneis recensentur :		
Σαβράτα	41° 15	30° 50'
Πισινᾶ	41°	31° 10'

in quibus *Sabrata* mediterranea ex Itinerariis tamquam a maritima *Sabratha* diversa ponitur perperam. In Tab. Peut. inter Oeam et *Sabratam* ponuntur *Assaria* (20 mill.) vel *Passaria* (G. R.) et *Pontos* (13 mill.); e quibus *Pontos* nescio an sit cum ruinarum loco, qui vocatur *Zurnari*, componenda, dum *Assaria* pertinere

99. Ab Amarea ad Sabratham stadia 400; urbs est portu carens; salum habet.

SEQUITUR SYRTIS MINOR.

100. A Sabratha et Locros stadia 300; vicus est et supra vicum turris alta.

101. A Locris ad Zeucharin stadia 300; castellum

videtur ad hodiernum s. *Saigad Sarcia*, de quo v. Barth. p. 231. Cum Ponto componendum putares Ησινῶν λιμένα Ptolemai, sicut et hic distinguetur a Pisinda loco mediterraneo (*Pisida municipium* in Tab. Peut., *Pisida* vicus in Itin., 51 vel 53 m. a Sabrata distans; hod. *Biorga* seu *Bregā*?). Sabrata autem superest in ruisinis hodiernis *Tripoli vecchio*, quas etiamnunc *Sabrat* vocari perhibent, Barthius vero p. 279 *Kasr Allaea*, si recte meminisset, dici refert. Sita urbs in colle, qui in agro beatissimo surgit. Rudera urbis late patet in primariam Tripolitanæ regionis urbem produnt magnifico. Inter alia supersunt infimæ partes muri, qui a colle ad mare pertinens vastam regionem amphitheatri instar referentem includit et præter ipsam urbem comprehendisse videtur suburbium Libycis gentibus destinatum, quæ statis anni temporibus commerciorum causa in emporium confluabant. Ipsa urbs, e axis egregie dolatis structa, majorem partem sita erat ad promontorium, a quo in mare projicitur scopulorum tænia, quæ portum præberet, nisi aquarum vis parum profunda solum tegeret saxosum. Quare recte Noster locum ἀλίμενον esse dicit. Sabrata, urbs originis Tyriæ, patria fuit Flaviae Domitillæ, quam uxorem duxit Vespasianus. Hic, ut videtur, urbem coloniam fecit; postea eandem auxerit Severus; anno 548 restauravit Justinianus (Procop. De ædific. VI, 4). Forum ex ea Tripolim translatum esse anno 31 Hedchræ æra refert Abd er Rahman Ebn Habib, notante Slane in *Nouveau Journal Asiatique* 1844, II, p. 358.

§ 100. Σάερτις μιχρά] Similiter Plinius I. 1. Sabrata Syrtin minorem contingere dicit. || — Λοξρός] locus hoc certe nomine aliunde non notus. Mensura ducit ad *Sidi Ali*, quod Smythius vocat, monumentum in colle situm; idem, ut videtur, a Barthio appellatur *Sidi al Gasi*, quod sancti viri sepulcrum inferiore sui parte antiquæ est structura, adeo ut olim turris fuisse possit. Situm in colle abrupto, qui gypso constat. Eundem vel vicinum ad locum pertinuerit *Gypsaria taberna* Tabulæ Peut., 33 millia seu 264 stadia a Sabrata distans. Ceterum probabilis est Barthii p. 288 sententia Λοξρός nomen e punico a Græcis corruptum esse, indeque fictam fabulam, qua Loci Ozole et Treja redeunt et in Libya delati non procul a Syrti sedes fixisse traduntur (Virgil. Æn. XI, 265 ibique Servius).

§ 101. Ζεύγαριν] Ζεύγαρις vocatur ap. Strabonem p. 834; Ζεύγαρις in Epitome Artemidor. ap. St. Byz. s. v.; Χουζίς locus, quem in mediterraneis 30° 30 long., 30° lat. Ptolemaeus memorat, ad nostrum locum referri nequit, nisi mirum in modum errasse auctorem statueris. Ζεύγαρις de industria incolarum Ταρπιγεῖται vocatur apud Scylacem p. 86, ubi vide not. Situs locus ad λιμνοθάλασσαν, *Sebâch el Kelab* vel *Dân Hasi* et *Sultân*.

πριν ἔχον πύργον· (δὸς πύργος) λιμὴν ἔστι ἐπί-
στημος.

102. Ἀπὸ Ζευχάριος ἐπὶ Γέργυν στάδιοι τύ'- πύργος
ἔστι, καὶ φρούριον ἔχει καὶ λιμένα καὶ ὕδωρ.

6 103. Ἀπὸ Γέργεων εἰς Μήνιγγα στάδιοι ρύ'- πόλις
ἔστιν ἐπὶ νῆσῳ· ἡ δὲ νῆσος ἀπέχει τῆς γῆς σταθίους η·
ἔχει δὲ πόλεις ἴκανάς, μητρόπολις δὲ ἔστιν [αὔτη].
Αὕτη οὖν ἔστιν ἡ τῶν Αιωνοφάγων νῆσος. Ἐστιν ἐν
αὐτῇ βωμὸς Ἡρακλέους μέγιστος καλεῖται. Ἐστι δὲ
10 λιμὴν καὶ ὕδωρ ἔχει.

Stadia 300 ad ostium lacus ducunt, ubi in insula sita est Biban cum castello. Eo ipso in loco fuerit φρούριον Nostri, ut cum Barthio censeo. Ruinae quedam e lapide coctili prope mare jacent, in quibus cavae amphorarum formam referentes comprehenduntur, similes earum que in Tyria ora preparanda purpuræ inserviebant (V. Barth. p. 270). Ac nostro quoque loco fuisse purpuræ fabrieas e Strabone constat. Lacus marinus, angusto ostio mari junctus λιμένα ἐπίσημον præbuit; tenuis autem tenia inter lacum ac mare extensa castello locum præbuit aptum. A φρουρᾷ Nostri non diversum est praesidium Tabula Peutingeri, 35 millibus p. a Gypsaria taberna distans, quam distantiam decem millibus auxit Lapieus, recte puto, quum vel hoc loco vel in seqq. falsos distantiarum numeros in Tab. tradi facile intelligatur. In eadem Tabula 20 millibus a Gypsaria tab. est Pisinda, quæ collocanda est ad maris recessum Mirsa Bareka vel Brega, ubi quum portu locus sit idoneus, vix erraveris si Hesychianus λιμένα huc pertinere, Ptolemaeum vero præter ordinem hunc portum memorasse putaveris. Apud eundem Ptolemaeum post Sabrata sequitur tertia unius gradus parte disjuncta Zeuthē ἄκρα; quod item perperam habere videtur, quum verisimilimum sit nomen illud pertinere ad eam acram, in qua Meninx insula cum continente juncta erat ponte vel mole, cuius vestigia adhuc supersunt (v. Barth. p. 263). Hic enim locus Ponte Zita municip. in Itiner. et Geogr. Rav. V, 5 et III, 5, Liha corrupte in Tab. Peut. vocatur. Sin nihil Ptolemaeus erravit, Zeuthē ἄκρα referenda est ad peninsulare promontorium quod nunc vocatur Zoarah vel Ezwarah. || — δ δὲ πύργος] Nisi excidit aliquid, aut delenda hæc, aut legendum: ὥπο δὲ τὸν πύργον.

§ 102. ἀπὸ Ζευχάριον codex. || — Γέργιν] Γέργυν cod.; em. Gail. Memoratur Gergis a Procopio De aedif. VI, 4. Ruinarum locus et prope situm castellum

est turrem habens; sub turrem (ὥπο δὲ τὸν πύργον ?)
portus est insignis.

102. A Zeuchari ad Gergin stadia 350; turris est et castellum habet et portum et aquam.

103. A Gergi ad Meningem stadia 150; urbs est in insula. Insula autem a continente distat stadia octo. Urbes habet non paucas, haec vero est metropolis. Haec igitur est insula Lotophagorum. In ea exstat ara Herculis (quæ vocatur) maxima. Meninx portum habet et aquam.

etiamnunc vocantur Dcherchis vel Zarsis; at portum locus nunc non habet. V. Barth. p. 266. Pertinere huic videtur Gergesitū, qui ex Judaea in Africam transiisse in libris Judaicis traduntur. V. Movers l. l. p. 427 sqq. 435. || — τύ'] sic codex; πύ', edidit Iriarte. Recto itinere nonnisi 180 stadia computantur. At non potuit cursus rectus institui, quum brevia longe patentia cogerent ut longis vie ambagibus Gergis peteretur.

§ 103. Γέργιν] Γεργέων cod.; em. Gail. Deinde Μήνιγγα cod.; tacite em. Iriarte. || — στάδ. πύ'] Stadia 150 pertingunt ad eam insulæ partem, quæ a Gergi abest proxime, et ubi nunc exstat Boukal castellum; ibi vero nullus esse videtur portus; quare probabilius est distantiam parum accurate notari, et Meningis urbis portum esse hodiernum port Saggia, prope quem in mappa Smythiana Menax locus notatur. Hucusque a Gergi recto itinere 180 fere sunt stadia. || — στάδ. διος η'] γ' σταθίους secundum Scylacem p. 87, minus accurate. || — πόλεις ἴκανάς] Strabo l. l.: πόλεις δ' εἰσὶν ἐν ἀντῃ πολιχατοι, μάλιστα δ' ὅμωνυμος τῇ νήσῳ. Plinius ita V, 7 § 41: Oppida habet duo, Meningem ab Africæ latere, et altero Troar (Troiar, Thorar, Thoiar coddi. var. lect.; Thoar vulgo ante Silligium). Ptolemaeus in Lotophagite insula (p. 272, 1) duo memorat oppida, Γέρραν (Γέρραν v. l.) 39° 15' long., 31° 15' lat., et Μήνιγγα 39° 30' long., 31° 20' lat. In Tab. Peutinger. recensentur: Girba, Tipasa, Haribus, Uchium. || — ἔστιν αὔτη] v. αὔτη supplevi ineleganter sane, sed in Nostro non improbabiles. || — Ἡρακλέων cod. Cf. Lycophro 871, ubi Tzetzes: Τῷ γὰρ Ἡρακλεῖ νῦν περὶ Σάρτην τῆς Λιβύης Ἰστόν ἐδέματο καὶ οἱ λοιποὶ Ἀργοναῦται. Eodem referenda videtur ara Ulyssis, quam autores Strabonii p. 834 arguere perhilebent Meningem esse Homericam Lotophagorum insulam. Ceterum illud μέγιστος καλεῖται num sic recte habeat, nescio; negare tamen malum.

Οἱ πάντες διοῦ ἀπὸ Λέπτεως εἰς Μήνιγγα στάδιοι βτ'.

104. Ἀπὸ Μήνιγγος εἰς τὴν ἡπειρον * στάδιοι σ' πόλις ἐστί, ἔχει δὲ καλὸν λιμένα καὶ ὕδωρ.

Omnia simul a Lepti ad Meningem stadia sunt 2300.

104. Α Meninge in continentem [ad Gichthin, επὶ Γιγθίν] stadia 200; urbs est, quae bonum habet portum et aquam.

STADIASMUS.				PTOLEMÆUS.			TAB. PEUT.		ITIN. PROV.	
	Num. codic. is.	Num. emeu- dati.			Long.	Lat.		mil.		mil.
103. Μῆνιγξ.				Μῆνιγξ.						
104. Ἡπειρος (Γιχθίν)	σ'	σ'	200	Ἡδάζθα πόλις . . .	40° 10'	31° 15'	Gigli a Zita . . .	25	Giti mun. a Zita.	35
Θίν.							Templum Venetis	15	Agma s. Fulgora villa . . .	25
105. Κιδιφθά.	ρη'	ρη'	380	Γιθίν.	39° 20'	30° 50'	Tacape colonia . . .	26	Tacapas colonia.	25
106. Ταχάπη.	*	σ	580	Ταχάπη.	38° 50'	30° 30'	Laeene	6	Cellas vicus . . .	30
							Praesidium Silvani.	8		
							Ad Oleastrum. . . .	18	Macomadiibus	
107. Νεάπολις.	ρ'	υ	980	Μηχομάδζ.	38° 30'	31° 15'	Macomades nores.	27	munic.	26
108. [Θέναι].	σχ'		1200	Θέναιναι.	38° 30'	31° 40'	[Thenis].	27	Thenis.	28
				Ταρφούρα.	38° 30'	32°	Taparura.	20		
				Ούσιλλα.	38° 30'	32° 20'	Usilla. municip. *	*	Usula civitas. . .	28
				Βραχιώδης ἄκρα. . .	38° 30'	32° 20'				
				Ρούσπατι.	38°	32° 20'	Ruspe.	6	Tusdro col. . . .	32
109. Ἀγολλα.	*	φν'	1750	Ἀγολλα.			Acholla.	*		
110. [Σαλίποτα].	ρχ'	ρχ'	1870				Sullecti.	12		
111. Θάλος.	*	ρμ'	2010	Θάλος.	37° 30'	32° 30'	Tapsum.	15		
113. Δέπτης μιχρά.	ρο'	ρο'	2180	Δέπτης μιχρά. . . .	37° 10'	32° 30'	Lepte minusciv.	8	Lepti minus. . .	33
114. Θερμάζ.	ξ'	ξ'	2240	Ρουσπίνα.	36° 30'	32° 40'	Ruspina.	25		
115. Δύο νησία καὶ ἀκρωτήριον.	μ'	μ'	2280							
116. Ἀδραμύτης.	μ'	μ	2320	Ἄδρουμητὸς κολωνία.	36° 40'	32° 40'	Hadrato.	*	Hadrumetum. .	15
							Orbita.	*		
							Ad Horrea.	22	Horrea.	18
							Cubis.	*		
							Lamniana.	22		
							Pudput.	10	Putput.	30
117. Νεάπολις.	τ'	τ'	2620	Νεάπολις κολωνία.	36°	32° 50'	Neapolis.	12	Neapolis.	12
				Κούρουνις.	35° 45'	33°			Curubl.	26
117. Λασπίς.	σ'	σ'	2820	Λασπίς.	35° 15'	33° 30'	Glypeis.	*	Clipeis.	20
118. [Ἐρμαία ἄκρα].	*	σ]	3020	Ἐρμαία ἄκρα.	35°	33° 30'				
119. [Μισούα].	*	ρχ'	3140	(Κλύπεα).	35°	33° 20'	Misua.	*	(Misua Itiner. marit.)	
120. Θερμάζ.	ξ'	ξ'	3200	Μισούα.	35°	33° 15'				
121. Κάρπη.	ρξ'	ρξ'	3360	Καρπίς.	35°	33°	Ad aquas.	*		
122. Μάξυλα.	κ'	κ'	3380	Μάξυλα.	35°	32° 40'			(Carpis 200 st. a Missua Itin. mar.)	
				Κατάδα ποτ. ἔκθολα.	34° 50'	32° 30'	Maxula.	21	Maxula civ.	
123. ὁ Γαλάθας.	ν'	ν'	3430	Καργηδῶν, μάγχαστρ.	34°	32° 40'	Thun.	7		
124. Καρχηδῶν.	ρκ'	ρκ'	3550				Carthagine col.	10	Carthago.	18
Απὸ Μήνιγγος.	φν'	γφν'	3350							

§ 104. εἰς τὴν ἡπειρον] Epirum dici locum aliquem Meningis insule statuit Lapieus, ac statuendum ita foret si recte haberent § 105 verba ἀπὸ Γέργεως. Quod mihi secus videtur. Gallius locum continentis aliquem insule objectum ab insulanis "Πεπιρον vocatum esse suspicatur. Similiter Barthius p. 286. Vix

tamen tale quid tibi persuaseris. Probabilius dixeris nomen corruptum esse, fortasse ex "Ἐπηρος, cuius nominis locum supra vidimus. Ego mutila verba esse putans resingi velim in hunc modum : εἰς τὴν ἡπειρον [ἐπὶ Γιγθίν] στάδιοι σ', et deinde pro Ἀπὸ Γέργεως, ex antece. male repetito, scribi jusserim Ἀπὸ Γιγθίν.

105. Ἀπὸ δὲ τῆς Γέργεως εἰς Κιδιφθάν στάδιοι ρ̄π'. πόλις ἔστι καὶ λιμένα ἔχει.
 106. [Ἀπὸ Κιδιφθῆς εἰς Ταχάπην στάδιοι σ'].
 107. Ἀπὸ Ταχάπης εἰς Νεάπολιν στάδιοι ρ̄'. πόλις
 ἔστι καὶ λιμένα ἔχει.

105. A Gichthi (ἀπὸ Γέργεως) ad Cidiphtham stadia 180; urbs est que portum habet.
 106. [A Cidiphtha ad Tacapen stadia 200.]
 107. A Tacape ad Neapolin stadia 400 (5); urbs est que portum habet.

Etenim proximus continentis locus in Itinerario memoratur *Giti* vel *Gitti municipium a ponte Zita* distans 35 milibus seu 280 stadiis. Idem in Tab. Peut. vocatur *Gigli*, nec nisi 25 milibus minus accurate a ponte Zita se junxit. In Geogr. Rav. III, 5 scribitur *Githi* et V, 6 *Giltit*. Wesselingius ad Itin. e Conciliis assert *episcopum plebis Gittensis*. Apud Ptolemaeū vero locus scribitur Γιχθίς vel Γιθίς. Porro idem oppidum Scylax notasse putandus est p. 87, ubi codex: ἀπὸ δὲ τῆς νήσου εἰς Ἐπίχον πλοῦς ἡμέρας ἡμισελας. Ἀπὸ δὲ Ἐσχίων etc. in quibus ΕΠΙΧΟΝ ortum videri ex ΕΠΙΧΟΝ vel ΠΙΧΩΝ suo loco monui. Ponendus locus in ea continentis extremitate in qua Smythius Zurchas, Barthius *Tarf el dcharf* adscribunt. In hunc enim locum solent nautæ appellere. A portu *Saggia* sive a Meninge urbe eosque sunt ad stadia 250; Noster non nisi 200 nota.

§ 105. Κιθιφθάν] Idem locus ap. Ptolemaeū vocatur Ἡδάρθα (Ηδάρνα, "Ἡδάρα var. lect.), πόλις κατὰ τὸ πέρας. Ceterum Hedaphtha ita ponitur, ut a Gichti sita sit non occasum sed orientem versus. Id falsum esse inde intelligitur quod Noster § 112 Cidiphtham inter ea ora loca recenset, quæ ad Cercinae insulæ sinum sita sint. Stadiorum numerus ad insignes dicit ruinas loci *the Medina* vel *Catana*, ad lacus marginem, e quo canalis ad mare ductus erat, referente Barthio p. 286, qui ipse lectorem relegat ad Sainte Marie in *Bulletin de la Société géographique*, III^{me} série, tom. X, p. 200. Secundum Itin. ad hunc locum vel ad viciniam ejus referenda est mansio *Agma* sive *Fulgurita villa*, in Tab. Peut. *Templum Veneris*. Apud Ptolemaeū si Hedaphtha urbem in suum locum transposueris, verba κατὰ τὸ πέρας ita explicari possunt ut subintelligas τῆς Σύρτεως, atque urbs in intimo sinu sita esse dicatur. Quamquam vel sic verba ab ipso Ptolemaeo aliena esse videntur, quum in intimo Syrtis μυχῷ parum accurate ponat Tacapen.

§ 106. Sequentia misere truncata sunt. Ut continua locorum series exhiberetur, supplenda erant quæ § 106. 108. 109. 111 uncinis distinxii. || — *Taxáptēn*] § 107 codex corrupte: ἀπὸ Βασάτης, Præter Ptolemaeū, Itinerar., Tabulam Peut. et Geogr. Ravenn. V, 5 et III, 5, et *Æthicum* in *Cosmogr.* p. 721 vide Plinium V, 4 § 25, XVI, 5 et XVIII, 51: *Tacape felici super omne miraculum rigo solo; palme ibi prægrandi subditur olea, huic siccus, fico Punica, illi vitis; sub vite seritur frumentum, mox legumen, deinde olus, omnia eadem anno, omniaque aliena umbra aluntur. Super omnia est, biferam vitem bis anno vindemiare. Et nisi multiplici parti exinaniantur ubertas, percunt luxuria singuli fructus.* Strabo p. 835 hoc emporium signat verbis: Κατὰ δὲ τὸν μυχὸν ἔστι παρμέγεθες ἐμπόριον, ποταμὸν ἔχοντα ἐκβάλλοντα εἰς τὸν κόλπον. Cum quibus conserendum Ptolemaeus qui Tacapen in intimo

Syrtis recessu collocat, fluviumque prope Tacapen ex eunt Tritonidem vocat. Vetus nomen abiit in *Caps*, *Cabes*, *Gabs*. Multa de ea habet Abu Obeid Bekri in *Extr. et Notices* etc. t. XII, p. 462: « Kâbes est une belle ville entourée d'une magnifique muraille de pierre, de construction antique. Elle renferme une citadelle extrêmement forte, des faubourgs, des marchés, des fondouks, une mosquée *djami* d'une belle architecture, et des bains nombreux. Le tout est environné d'un large fossé, dans lequel on introduit l'eau au besoin, et qui forme pour cette ville un rempart de la plus grande force. Kâbes a trois portes; à l'orient et au midi s'étendent les faubourgs. Elle a pour habitants des Arabes et des Afariks. Son territoire produit des fruits de toute espèce; les bananes y sont surtout en extrême abondance; aussi fournit-elle de toute sorte de fruits la ville de Kairowan. On y voit de très-grands mûriers, dont chacun rapporte plus de soie que n'en donneraient cinq arbres d'un autre pays. La qualité de cette soie est excellente; et dans toute la province d'Afrikiah, Kâbes est le seul endroit qui fournit cette denrée précieuse. Les jardins du territoire de cette ville s'étendent, sans interruption, dans un espace de quatre milles. Elle a des eaux courantes, que l'on conduit partout pour l'arroisement des arbres: elle proviennent d'une source abondante, qui sort d'une montagne située au sud-ouest, et va se décharger dans la mer. Tout ce territoire produit abondamment des cannes à sucre. On voit à Cabes une tour d'une extrême élévation. Le port de cette ville est fréquenté par des vaisseaux de tous les pays, etc. » De hodierna urbe, per hunc tractum etiamnunc primaria, v. Shaw *Travels* p. 113, *Temple Excursions in the Mediterranean* vol. II, p. 133, Barth. I, I. p. 254 sqq. 285 n. 48.

§ 107. Νεάπολις] Apud Plinium et Ptolemaeū in ora sequitur Μακούδα, *Macomades*; quem. locum novimus etiam ex Itinerario (*Macomadibus municipium*) et Tab. Peutung. (*Macomades minores*), coll. Geogr. Rav. III, 5. Hoc vero nomen puniceum græce sonat Νεάπολις, V. Movers p. 494. Idem est oppidum quod apud Scylacem unius diei navigatione distare dicitur a Gichti; nomen sane in codice excidit, situs autem loci eo indicatur, quod in propinquuo esse proditur insula deserta, quæ non alia esse potest nisi Surkenis. Ex Itinerario et Tab. Peutung. si situm definiere volueris, tutissime ages si in computando non a Tacape longe remota, sed a sequente Thenarum (hod. *Taine*) urbe proficiscaris. A Thenis igitur ad Macomades sec. Itin. p. 59 sunt 28 milia seu 224 stadia, sec. Tab. Peut. 27 milia sive 216 stadia. Eodem fere reddit distantia, quam notat Ptolemaeus. Jam vero 220 stadia ab hodierna *Taine* ducunt ab hodiernam *Kassr Ounga*, qui locus non ita longe distat a *Surkenis* insula. A Tacape ad Macomades sec. Itin. sunt milia

108. [Απὸ Νεαπόλεως εἰς Θέναν στάδιοι ρχ'].
 109. [Απὸ Θένης εἰς Ἀχολλὰν στάδιοι φ'].
 110. Απὸ Ἀγόλλης εἰς Ἀλιπόταν στάδιοι ρχ'.
 111. [Απὸ Ἀλιπότης εἰς Θάψον στάδιοι ρχ'].

5 112. Αὗται αἱ πόλεις λιμένας ἔχουσι, διὰ [δὲ] τὸ ἐπικείσθαι αὐταῖς βράχην εἰς ταῦτα πλέουσι σύμμετρα πλοῖα. Τῇ δὲ Ἀγόλλῃ καὶ τῇ Ἀλιπότῃ καὶ τῇ Κιδηφῷ ἐπίκειται Κέρχινα ἡ νῆσος, ἀπέχουσα σταδίους ρχ'. Απὸ δὲ τῆς Λωτοφάγων, ἥπερ ἐστὶ Μῆνιξ, ἐπὶ τὴν Κέρχιναν νῆσον διὰ πόρου στάδιοι ψν'. Απὸ Θένης

56 sive 448 stadia. Juxta oram a *Cabes* ad *Kassr Ounga* sunt stadia 400; viarum ambages effici poterant, ut ex 400 evaderent stadia 448. Aliam multoque longiorem viam exhibet *Tabula Peut.*, ex qua 81 milia sive 648 stadia computantur. *Lapieus Tabulæ P.* rationes ab *Itinerario prov.* nihil adeo differre opinans pro lubitu suo numeros ita mutavit, ut milia 61 colligerentur et *Macomades* cum hodierno *Mahcres* vel *Maharess* componerentur. A *Macomadibus* vero ad *Theinas* *Lapieus* numerat milia 17 ex *Itin.* p. 17, quum hic potius numerus ex reliquorum testium consensu corrigendus esset. — Jam quod Nostrum attinet, facile patet pro στάδιοι ρ' scribendum esse στάδιοι υ'.

§ 108. Θέναν] § 112 codex habet : ἀπὸ Θένης, quod corruptum ex Θένης. Sic *Strabo* quoque p. 834 : Θένα πόλις παρὰ τὴν ἀρχὴν κειμένη τῆς μικρᾶς Σάρτεως. *Idem* p. 831 : εἰδεὶ δὲ ἐξ ἐρδῶν Κατίσπερ τὴν [Κέρχιναν] νῆσον καὶ Θέναν πολικυηνή ἐπιθαλασσιδίλαν· τούτων πατῶν αἱ μὲν τελέως ἡραντεύσαν, αἱ δὲ ἡμίσπαστοι κατελεῖθησαν. *Ap. Agathem.* p. 14 vulgo legitur Θήνην. *Plinius V.*, 4 § 25 *Thenæ*, *Tab. P.* *Thenæ colonia*; *Itin.* et *Aethicus*. *Cosmogr.* p. 721 : *Thenis colonia*; *Geogr. Rav.* V, 5 *Thenas*. III, 5 *Thenas*. *Gruter. Inscript.* p. 363 : *Coloni Thenit*. *Ptolemaeus* : Θενᾶν. *Colonia cognominabatur Alia Augusta Mercurialis*. *V. Gruter. I. l. Cf. Mannert X*, 2 p. 152. *Hodie Taine*. *Vetus nomen esse phœnicium, locumque de sicibus dictum (τὸν αὐτὸν) censem* *Movers* p. 495, aedeo ut integrum nomen fuerit *τὸν Αἴγαντα*, *locus sicuum* (Cf. *Ras et Tin*, et *Susq* locus in *Stad.* § 31). Quod si est, iude explicaverim quod ap. *Plinium* I. l. semel *Thenæ*, scilicet *Thenaves* in codd. scribitur, in quo res ortum fuit ex τοις.

§ 109. Ἀχολλὰν] § 112 codex : ἀπὸ Ἀχολῆς. *Ptolemai codices* similiter Ἀχολα. In ruinis loci, qui vocatur *Kassr el Alia* reperta inscriptione punico-latina, in qua urbs vocatur *Achulla* (V. *Gesenen Mon. phœn.* p. 319). *Stephanus Byz.* : Ἀχολλα, πόλις Αιεύς, οἱ πόρρω τῶν Σάρτεων, ἀποικος Μελιταλων (V. *Movers*, p. 353). *Strabo* p. 831 : πλησίον (sc. Θάψου) καὶ Ζέλλα καὶ Ἀγόλλα, θεώρεται πόλεις. *Achollam* etiam *Livius XXXIII*, 48, et *Achollitanum* (oppidum) recte unus certe codex *Plinium* V, 4 § 30 (var. lectio nem v. ap. *Siliig.*). *Corrupte Aholla* *Tab. Peut.*, *Acolla* *G. Rav.* V, 5, Χόλλης pro Ἀχολῆς codices *Appian. Pun. c. 33*. *Alia nominis forma est Achilla* ap. *Hirtium Bell. Afr. c. 33* et *Aquilla* in numis ap. *Eckhel IV*, p. 133, sicut in lego *Thoria* c. 38 : *popu-*
lorum liberorum.. Leptitanorum, Aquillitanorum, etc.

108. [A Neapoli ad Thenam stadia 220.]
 109. A Thena ad Achollam stadia 500].
 110. Ab Acholla ad Salipotam (Σαλ.) vel Salictam stadia 120.
 111. [A Salipotu ad Thapsum stadia 120].
 112. Haec urbes portus habent, sed quod brevia iis adjacent, non navigant ad eas nisi naves mediocres. Acholle et Salipotæ (Σαλ.) et Cidiphthæ objacet Cercina insula, a continente distans stadia 120. A Lotophagorum vero sive a Meninge insula ad Cercinam insulam per fretum sunt stadia 750. A Thena ad

In humo phœnicio (Gesen. I. l. mon. tab. 42) aetatis Augustæ præter *Achulla* exstat nomen *Kir*, de quo v. conjecturam *Moversii* I. l. p. 501. De etymo vocis Ἀχολλὰ cf. *Olshausen in Rhein. Mus.* 1852 p. 333. Confert ille Etruria urbem Ἀγύλλαν, quam ipsam quoque Phœniciam coloniam esse censem, nomenque significare suspicatur *rotundam*, probante *Hitzigio* ib. 1853, p. 601. — Ceterum probable est Stadiasmī auctorem etiam loca inter Thenam et Achollam media recensuisse; de quibus h. l. agere a proposito nostro alienum.

§ 110. Ἀλιπόταν] Legendum videtur εἰς Σαλιπόταν, nisi etiam major latet nominis corruptio. Etenim post 120 fere stadia sequitur locus ruinarum, qui nunc vocatur *Sallecta*. In *Tab. Peutinger.* 12 mill. post Achollam sequitur *Sullecti*. Σαλιπόταν vocatur in *Procopio Bell. Vandal.* I, 16 p. 379 : Πίσουε (Belisarius) Σαλιπόταν πόλιν ἡμέρας δύον τοῦ στρατοπέδου διέχουσαν ἐπὶ οἰκάστην εἶναι ἐν τῇ ἐπὶ Καρχηδόνα φερούσῃ, ἡς τὸ μὲν τείχος ἐκ παλαιοῦ καθηγημένον ἐτύγχανε, οἱ δὲ τάυτη, ἡμέραντος τοὺς τῶν οἰκιῶν τοῖχους πανταχθέν ἀπορράξαντες διὰ τὰς τῶν Μαυρουσίων ἐπιφοράς περβόλου ἐρύλασσον σχῆμα. *Plinius V*, 4 § 30 inter libera oppida cum Achollitanō aliisque habet etiam *Salaphitanum*, quod esse nostrum Σαλιπόταν conjicio, nisi forte est Ζέλλας, quam *Ptolemaeus* in *mediterraneis* (36° 45' long. 31° 45' lat.) memorat. De ruinis nostri loci in litore arenoso v. Barth p. 175.

§ 111. Θάψον] Urbs nota. V. *Scylax* p. 87. Ruinae ad prom. (*Ras*) et *Dimas*. Portus olim arte egregie munitus. V. Barth. p. 163 sqq.

§ 112. διὰ δὲ τὸ δὲ inseruit *Letronnius*, sublata interunctione qua erat post vocem βράχην. Quamquam vel sic inconcinna oratio. Fortasse præstat pro ἔχουσι scribere οὐκ ἔχουσι διὰ τὸ ἐπικ., quum δὲ μενοὶ Nostro dicantur urbes, quarum portus arenis tunc obstructi nautis inutiles erant. Quæ vero sequuntur de insulis, nescio an serius addita sint. || — Ἀγόλλη] Αχολλα... Αλιπότα... Καθαρός codex. || — ἐπιχειται] Dicere vult in eo simu, qui urbibus istis includitur, sitam esse Cercinam insulam. || — ἀπέχουσα] sc. a continentis ora proxima. Nescio an quæ paullo post leguntur Απὸ Θένης εἰς Κέρχινα ad verbum ἀπέχεται olim aliquis adscripsit. || — Αωτοφάγων] Αωτοφάγος cod. || — ψν'] Tot sunt a meridionali Meningis parte ad borealem extremitatem Cercinæ insule. Fretum inter insulas interjectum est stadiorum 450-500. Nec tamen pro ψν' scribendum videtur ψν', quum simili modo *Plinius Cercinam* a Meninge distare dicat millia centum, et apud *Agathemerum* p. 14 διάπλους sit stadiorum 600.

εἰς Κέρκιναν **. κατὰ [τὴν] πόλιν βράχῃ ἐστὶ φερόμενα πρὸς τὴν πόλιν. Ἀπὸ Κέρκινης εἰς Θάψον στάδιοι ψ'. ἔχει δὲ νῆσον καλὴν, πελαγίαν, κειμένην κατὰ Θάψον πρὸς βορρᾶν, ἀπέχουσαν σταδίους π'. ἔχει δὲ λιμένα καὶ ὕδωρ. Αὗται αἱ νῆσοι περιέχουσι τὸ Ικαριον πέλαγος.

ΛΟΙΠΟΝ ΦΟΙΝΙΚΗ.

113. Ἀπὸ Θάψου εἰς Λέπτιν τὴν μικρὰν στάδιοι ρόπολις μικρά ἐστιν καταφανῇ ἔχει βράχην· καὶ ἡ καταγωγὴ ἐστὶν ἐπὶ τῇ πόλει δύσκολος πάνω.

114. Ἀπὸ Λέπτεως εἰς Θερμὰς στάδιοι ζ' κώμην ἐστὶ τὸν δ' αὐτὸν τρόπον καὶ ὅδε βράχην ἐστὶ δυσκατάγωγα.

115. Ἀπὸ Θερμῶν πλεύσας σταδίους μ' ὅψει ἀκρω-

Cercinam stadia*. E regione urbis brevia sunt, quæ versus urbem tendunt. A Cercina ad Thapsum sunt stadia 700. Habet insulam pulcram, in pelago sitam e regione Thapsi versus boream intervallo stadiorum 80. Portum habet et aquam. Haec insulæ complectuntur Cercinæum (Κερκινιζόν) pelagus.

SEQUITUR REGIO PUNICA.

113. A Thapsi ad Leptin minorem stadia 170; urbs parva est; conspicua habet brevia, et appulsus ad urbem est admodum difficilis.

114. A Lepti ad Thermas stadia 60; vicus est, ibi quoque brevibus eundem in modum appulsus præpeditur.

115. A Thermis postquam navigaveris stadia 40

Fortasse haec stadia 600 pertinebant usque ad oppidum et portum insulæ longe porrectæ. Quamquam ubi is situs fuerit, dicere non habeo. || — ἀπὸ Θέρης] ἀπὸ Θέρης codex. Cf. not. ad § 108. Verba hec si bene h. l. habent, post v. Κέρκινα numerum stadiorum excidisse probabiliter statuit Gaius. Tum nomen Κέρκινα de urbe intelligò, ideoque ante πόλιν inserui articulum dubitans tamē. Vide an fuerit: εἰς Κ. [νῆσον] καὶ πόλιν [στάδιοι*]. Βράχην ἐστὶ φανόμενα πρὸς τὴν πόλει. De oppido et portu cf. Plinius V, 7; Diodor. V, 12; Dionys. Per. V, 12; Livius XXXIII, 48; Hirtius Bell. Afr. c. 34. Al Bekri l.l. p. 466 : « Vis-à-vis de Safakès, à la distance d'environ 1000 pas est une île appelée Karkeneh, située au milieu d'une mer stagnante, peu profonde, et dont les eaux n'ont aucun mouvement. En face de ce lieu, en pleine mer, et à l'entrée des bas-fonds, à environ 40 milles du continent, on voit un édifice élevé, qui sert de point de reconnaissance pour les navigateurs qui arrivent d'Alexandrie, de la Syrie et de Barkah. Lorsqu'ils aperçoivent le centre de ce bâtiment, ils se détournent, et font voile vers les lieux où ils doivent relâcher. L'île de Karkeneh renferme des ruines de constructions antiques, et des citernes destinées à conserver l'eau. Comme elle est découverte d'excellents pâturages, les habitants de Safakès y envoient leurs chevaux et leurs troupeaux. || — σταδ. ψ'] Linea recta nonnisi 500 stadiorum est; at a Cercina usque ad Ras Kalidcha, non potuit recta navigari, sed via tenuenda erat, quam navibus brevia permittebant. || — νῆσον καλὴν etc.] Insula quæ a Ras Dimas boream versus 80 fere stadiis distat, hodie vocatur Coniglieria, pone quā est altera Kuriat dicta. Haec sunt Ταρχεῖαι Strabonis p. 834, Δαρσουνησίαι (λάρων νησία?) δύο Ptolemæi. Lampadusam ins., nescio quo pacto, huc traxit Gaius. || — Ἰκάριον] Quod Ἰκάριον veteres pelagi dixerunt, buc non pertinet. Scylax post Thapsi, Leptis et Adrumeti mentionem addit ab his urbis versus meridiem flectere sinum magnum, qui appellatur Σύρτις· μικρὰ ἡ Κέρκινης. Agathemerus p. 14 refert inter Cercinam et Meningem Syrtis esse ostium. Similiter Noster insulis istis includi dixerit τὸ Κερκιναῖον πέλαγος vel τὸ τῆς μικρᾶς Σύρτεως πέλαγος. Quæ post

Syrtim sequebantur, quum aliquomodo inscribenda essent, faber titulorum inscripsit Φοινίκη, Regio Poenorum. Sin lacunam, quæ est post, § 127, jam reperit scriba nostri codicis, cum Gailio statuere licet, inepte librarium Φοινίκην hoc loco adscripsisse, quum inde a § 128 Phoeniciæ urbes recenseantur.

§ 113. Ἀπὸ Θάψου εἰς Λέπτην cod.; em. Gail. De Lepti v. præter Plinium et Melam Hirtium Bell. Afr. c. 10. 29. 62. 97; Afr. c. 62. Ruina prope hodiernum vicum Lemta. Portum olim, parvum licet, urbem habuisse colligitur ex Hirtio B. Afr. c. 62: Varus.. Leptin vectus naves onerarias, quæ longius a portu in salo stabant, incendit. Nostri tempore obstructus jam fuerit, sicuti nunc in ora humili et ob brevia accessu difficultate nullum superest portus vestigiū. || — καταφανῇ ψετε] πόλις μικρά ἐστι, καταφανής καὶ βράχεια codex. Urbs quum in planitiæ sita sit, non potuit nautis dici καταφανής. Brevia vero hoc loco καταφανῇ dicuntur eodem sensu quo alias memorantur βράχη φανόμενα. || — ρο'] Distancia nimia. Stadia sunt fere centum.

§ 114. εἰς Θερμὰ Iriarte contra quam codex. Malim εἰς Θερμά, uti est § 120. Locum eo nomine aliud nemo memorat. Ptolemaeus et Tab. Peut. inter Leptin et Adrumetum ponunt Rhupina (Ῥουπίνην Strab. p. 831), quem locum non adeo longe a Lepti et ora maritima absuisse ex Hirtio B. Afr. colligitur. Fortasse ad eundem pertinent Thermae nostræ.

§ 115. ἀπὸ Θαρτήριον] Ras Mistir cum Mistir vel Monastir oppido, promontorium saxosum, olivis consitum; adjacent insulæ tres saxosæ, quarum una a columbis, quæ in cavernis rupium fissurisque nidificant, vocatur Hamáneh; reliqua due, ora propiores Sidi Ferrudch et Sidi Salah. Majore utuntur ad thunnos capiendos. Promontorii et insularum axis frequentes incisi cuniculi ac cameræ; quæ item thunnis capiendis inserviuntur. V. Barth. p. 157. || — δύο νησίτα] Διονύσια codex; manu lenissima em. Hasius ap. Gail. Potuit sane Dionysium ibi esse, sicuti postea erat monasterium (unde Monastir opp. dictum), et quemadmodum in sequente ore tractu post Adrumetum Ptolemaeus Aphrodisium memorat. At tum haud dubie auctor dixisset Διονύσιον. Barthius

τέριον ἐπ' αὐτῷ ἔχον δύο νησία ἐσκολοπισμένα· θρόνος ἔστιν.

116. Ἀπὸ τοῦ ἀκρωτηρίου δύοις ἀδραμύτην τὴν πόλιν ἀπὸ σταδίων μὲν ἀδίψενος.

5 117. Ἀπὸ ἀδραμύτου ἐπὶ τὴν ἀσπίδα στάδιοι φ'. ἀκρωτήριον ἔστιν ὑψηλὸν καὶ περιφανές, οἷον ἀσπίς. Ἐπ' αὐτὴν πλέον τὴν ἄρκτον [ὡς] παραφαίνειν ἐξ εὐωνύμων εἰσὶ γὰρ εἰς τὸ πέλαγος ἔκεινον βράχυν πολλὰ καὶ τραχέα· εἴτα ἐκφανῆσται σοι (ἡ ἀσπίς καὶ ἐπ' αὐτῇ) Νεάπολις. Ἀπὸ τοῦ κόλπου Νεαπόλεως ἐπὶ τὴν ἀσπίδα στάδιοι σ'. ὑψηλὸς ἔστιν δὲ τόπος, καὶ ἐπ' αὐτῷ ἡ πόλις ἔχει λιμένα πρὸς ζέρυρον ἀπὸ σταδίων ἕνδεκα τῆς πόλεως.

118. Ἀπὸ ἀσπίδος [ἐπὶ τὴν Ἐρυαίαν ἀκραν στάδιοι σ'].

conjecit θυννοτοπεῖα, quod a traditis literis longius recedit. — [ἐσκολοπισμένα] septis instructa vertit Gaiilius, fortassis recte; quamquam eam verbi significacionem exemplis velim firmari. Palis circumdari insulae poterant sive ob thunnorum venationem sive nautarum causa, sicuti ad Leptis minoris oram etiam numeri pali a piscatoribus fixi conspicuntur. Sin minus, vide am fuerit: νησία· ἔστι δὲ στόπελα ἐπιχειμένα.

§ 116. Ἀδραμύτην] prava nominis forma, librariis, ut videtur, vindicanda. Proxime accedit Ἀδραμύτος ap. Procop. B. Vand. I, 17 p. 383, II, 23 p. 512. Meliores scriptores: Ἀδραμύτος, Ἀδρουμήτος, Ἀδρόμητος. V. Meineke ad Steph. Byz. v. Ἀδρόμητος. De etymo vocis parum constat. V. Movers. p. 502 m. 149. Nunc locus vocatur Souza. Idem nomen hodie est portui Cyrenes; hoc quum ex græco Σώζουσα ortum sit, fortasse Adrumeti quoque portum olim a Graecis Σώζουσα dictam esse conjicit Barthius p. 153. Ruinas perampulas vidit Al Bekri p. 485 (« Tous les environs de Sousah sont couverts de vastes ruines de monuments antiques. »); nunc paucæ supersunt, de quibus v. Barth. p. 153. Cothonem urbis, arte effectum, sepius memorat Hirtius Bell. Afric. c. 62. 63. Nostri tempore vel obrutus vel deletus erat. Attamen etiamnum rudera veteris molis conspicuntur extra murum meridionalem portus recentioris, qui intra mœnia urbis comprehensus, florente Arabum imperio egregius fuisse debet (v. Abu Obeid Bekri p. 485), nunc vero et ipse adeo neglectus est, ut in salo navibus subsistendum sit. — [σταδ. μ'] Igitur a Lepti sunt stadia 140, concidente Itinerario, qui milia 18 computat.

§ 117. περιφανὲς] περιφερές conj. Letronnius. || — στάδ. φ'] Linea recta ab Adrumeto ad Aspidem seu Clypeam (hod. Kalibia) sunt stadia 660. In media fere via ad finem sinus, qui post Adrumetum sequitur brevibus suis incommodus, sita est Neapolis (Nabal), ab Hadrumeto 360, ab Aspide 300 stadia distans. Noster pro 300 numerans 200, et pro 660 stadia 500, parum accurata tradit. || — [ὡς] παραφαίνειν] παραφαίνων codex; ἐπ' αὐτῇ τὴν ἄρκτον ex usu sequioris græcitatit dicitur pro simplici ἐπὶ τὴν ἄρκτον, ut sexcentis locis in periplo maris Rubri. Quodsi quis brevia sinus Neapolitani vitans, reliquo

videbis promontorium prope se habens parvas insulas duas palis circumdatas (?); sub iis statio est.

116. Ab eo promontorio videlicet Adrymetum (Ἀδρουμητόν) urbem intervallo stadiorum 40. Portu locus caret.

117. Ab Adrymeto ad Aspidem sunt stadia 500. (Promontorium est altum et conspicuum, clypei formam referens). Septentriones versus naviga, adeo ut a sinistra appearant; sunt enim in pelago illo bревia multa et aspera; tum apparebit tibi Neapolis; ab Neapolis autem sinu ad Aspidem sunt stadia 200; altus locus est, in equo posita urbs. Portum habet versus zephyrum decem stadiorum ultra urbem intervallo.

118. Ab Aspide [ad Hermæum promontorium stadia 200].

tractu litoreo, rectâ Aspidem petebat, cursus non versus ipsum arcturum, sed ita dirigendus erat, ut arcturus paullulum ad sinistram fulgeret. Eo in itinere quum emensi sinum Neapolitanum non longa a Neapolis preterverherentur, bujus quoque loci ἐν παρόδῳ fit mentio. || — εἰς τὸ] hic unicus est, ni fallor, periphi locus quo sīc pro ἐν usurpat. Quare ad librarium rem retulerim. || — η ἡ ἀσπίς καὶ ἐπ' αὐτῇ (αὐτῇ cod.)] Haec inclusi utpote ejicienda. Nata sunt ex glossa ad verba: δέ τόπος καὶ ἐπ' αὐτῷ (αὐτὸν cod.). Sin tueri illa velis, ejicienda forent verba Νεάπολις... καὶ ἐπ' αὐτῷ, adeo ut Neapolis mentio perperam inserta sit. Vulgatae quomodo sensum Gaiilius intorquere studuerit, non est quod referatur. Ceterum de Neapoli testis antiquissimus Thucydides VII, 50: Νέαν πόλιν, Καρχηδόνων ἐμπόριον, θεν πρὸς Σικελίαν ὑλάχιστον δυσὶν ἡμέρῃν καὶ νυκτὶς πλοῦν ἀπέξει. Cf. Scylax p. 89 ibiq. not. Strabo Neapolin non suo memorat loco. Nomen superstes in hod. Nabal, a qua non procul exiguae extant ruinae. Qra perhuminis nullum nautis præbat tutamen. || — ἀσπίδα] Strabo p. 834 de his ita habet: εἴτα ἄκρα Ταφέταις καὶ ἐπ' αὐτῇ λόφος Ἄστις καλούμενος ἀπὸ τῆς δρυόιδητος, θυπερ συνώκισεν δὲ τῆς Σικελίας τύραννος Ἀγαθολῆτης. Nunc ἄκρα ista Ras Mustapha; collis clypeiformis a mari duo fere stadia distat. Eam circa arcem speculanque structa olim urbs fuerit, quamquam ruinae nunc nomini inter collem et mare occurunt. Moles portus egregii, quem natura, juvante arte, effecit, ex parte superstes est. Ceterum num situs portus cum verbis Stadiasimi conveniat, non memini a recentioribus notari. E latino nomine Clypea natum bodiernum loci nomen, Kalibia. Historiam urbis post Mannertum adumbrare studet Barthius p. 134 sq. V. Strabo p. 277; Polybius I, 29. 34; Livius XXVII, 29. XXIX, 32; Appian. Pun. 3. 110; Silius III, 243; Solin c. 27; Hirtius B. Afr. 2; Caesar B. Civ. II, 23; Mela I, 7; Plin. V, 7; Itin.; T. Peut.; Nonnus IV, 386. Abu Obeid Bekri l. l. p. 500.

§ 118-120. Post verba ἀπὸ ἀσπίδος nonnulla excidisse dubitari nequit. Certe Hermæum siue Mercurii promontorium (Ras Addar, Cap. Bon.) in tota ora maxime conspicuum nautisque tremendum in nautico nostro libello omitti non poterat. Dehinc sequitur por-

119. [Ἀπὸ τῆς Ἐρμαίας ἄκρας ἐπὶ Μισούναν λιμένα· στάδιοι ρ̄].
120. [Ἀπὸ Μισούνας λιμένος] ἐπὶ Θερμὰ στάδιοι ξ· κάμψη ἔστι καὶ ἐπάνω τὰ θερμά.
- 6 121. Ἀπὸ τῶν Θερμῶν εἰς Κάρπην στάδιοι ρ̄· πόλις ἔστι καὶ λιμένα ἔχει.
122. Ἀπὸ Κάρπης εἰς Μάξυλαν στάδιοι κ̄· πόλις ἔστι καὶ λιμένα ἔχει.
123. Ἀπὸ Μαζένων ἐπὶ τὸν Γαλάθραντα στάδιοι ν· 10 ὅρμος ἔστιν ἥως [τῆς τῶν] ἀμμώδων ἀγωγῆς.
124. Ἀπὸ τοῦ Γαλάθραντος εἰς Καρχηδόνα στάδιοι ρ̄· πόλις ἔστι μεγίστη καὶ λιμένα ἔχει, ἐν δὲ τῇ πόλει πύργος ἔστιν. [ἐπὶ] δεξιὰν δρμάζουν ὑπὸ τὸ χώμα.
- Οἱ πάντες ὅμοι ἀπὸ Μήνιγγος τῆς τῶν Αωτοφά- 15 γων νήσου ἔως εἰς Καρχηδόνα στάδιοι φν̄'.

tus egregius Misua vel Missua, cuius meminerunt Plinius V, 3 § 24, Ptolemaeus, Tab. Peut., Itin. maritim. p. 498, Geogr. Rav. V, 5 et Procop. B. Vand. II, 14: Στάδιοις τριακοσίους (Carthagine profecti) ἀνάστατες ἀφίκοντο Μισούναν τὸ Καρχηδόνων ἐπίνειον. *Misuenensis episcopus* occurrit in Notitia Africæ, monente Wesselino ad Itin. Ruinæ loci et portus per ampli sunt ad hod. vicum *Sidi Daud*. V. Barth. p. 131. Hinc usque ad Thermas numerari poterant stadia 60, siquidem sequens locus, *Carpis*, ex plurimorum sententia componendus est cum hodierno *Gourbos* sive *Kourbos*, qui a ruinis Misuae distat 220 fere stadia, quot etiam e Periplo nostro colliguntur, accedente Itinerario marit. p. 493: *A Misua Carpos stadia* CC (sic optimus codex Escr., CCC vulgo). At de thermis in hoc loco ponendis aliunde non constat; neque calidae aquæ nunc ibi reperiuntur, quantum sciam. Huc accedunt alia, quæ falsa in Stadiasmō tradi indicent. V. not. seq.

§ 121. Κάρπην] fort. erat Κάρπην, ut apud Ptolemaeum. *Carpi* locus scribitur ap. Plinium; Itin. mar. l. l.: *A Misua Carpos stad. CC, a Carpos Carthaginem stad. CL.* (CCC in sex codd.). Optatus Millevitanus Schism. Donat. II, c. 18: *Episcopis vestris jubentibus et presentibus supra altare Catholici diaconi occisi sunt; similiter et apud Carpos*, laudante Wesselino ad It. *Episcopus Secundinus a Carpis* e Conciliis citatur a Mannerto. Locum hunc ad hodiernum *Kourbos* sive *Gourbos* referendum esse tum nomen suadet, tum distantia Itin. Marit. Perpacua suspensus ruinæ oppidi in alto siti; portus paullo infra *Kourbos* querendus in hod. *Merisah*, i. e. *parvus portus*, quem partim natura fecit, partim ars munivit. Exstant etiamnum portus murorum rudera, et juxta portum aliæ ruinæ, quas ad ἐπίνειον retulerim. — Jam vero *Kourbos* habet aquas calidas, de quibus ipsam etiam urbem dictam esse *Aquas calidas* vix dubitaveris. Egregie ad situm hodiernam *Kourbos* quadrant verba Livii XXX, 24: *Onerarie, pars maxima ad Aegirinum* (hod. *Dchamur ins.*), *aliae adversus urbem ipsam* (*Carthaginem*) *ad Calidas aquas delatae sunt*. Porro quum in Tab. Peut. ab *Aquis calidis* ad Maxulam 21 millia (168 st.), ad Tunim 28 millia (224 st.) exputentur, hic quoque computus *Aquas*

119. [*Ab Hermæo promontorio ad Misuam portum stadia 120*].
120. [*A Misua portu*] ad Therma stadia 60; vicus est et supra eum thermæ sunt.
121. A Thermis ad Carpen stadia 160; urbs est quæ portum habet.
122. A Carpe ad Maxylam stadia 20; urbs est cum portu.

123. A Maxylis (*Maxyla*) ad Galabrantem stadia 50; statio est usque ad arenosum tractum pertinet.

124. A Galabrante ad Carthaginem stadia 120; urbs est maxima, portumque habet; in urbe turris est; ad dextram appelle sub aggerem.

Omnia simul a Meninge Lotophagorum insula usque ad Carthaginem stadia sunt 3550 (γγν').

calidas ad hodiernum *Kourbos* pertinere probat. Eadem vero distantiarum ratio est in Stadiasmō a Thermis ad Maxulam (180 stad.) et Galabrantem cum Tuni componendum (230 stad.); contra vero a Carpi ad Maxulam falsissime computantur stadia 20. Hinc igitur suspicio oritur Thermas et Carpin perperam distinguui, Nostraque et duobus fontibus male esse conflata. Potuit quidem Thermarum locus in alto situs a portu et ἐπίνειο distinguui, non ita tamen ut noster fecit. Unicus neque is adeo gravis testis qui simul et *Aquas* et *Carpos* memoret, Geographus est Ravennates V, 5, ubi series locorum: *Misua, Seminina* (ad *Ras el Semiah?*), *Aquas, Carpas, Gumis, Maxula, Thunos, Carthagine*. Obiter Strabo p. 834 de sinu Carthaginensi: *Tūnis ἔπειρος καὶ Θερμὰ καὶ λατουρια τινές*.

§ 122. Άπὸ Κάρπην codex. || — z'] numerus falsus, at non scribae, ut puto, sed interpolatoris culpa; Lapius pro z, scribit σ', Maxulamque componit cum hodierno *Rhades*. Secundum Tab. Peut. Maxula a Tunī distat mill. 7 (quibus respondent stadia 50 in stad. § 123), inde ad Carthaginem millia 10. Consentit Itin. prov. p. 58, a Carthagine ad Maxulam computans millia 18. Situs urbis inter *Rhades* et *Hannam el Enf* querendus, ita tamen ut ab oriente sit *Meliane* fluvii, siquidem is est δ Κατάδας ποταμὸς Ptolemai. Non ita longe locum absuisse a tunia, quæ lacui Tunensi prætensa est, inde colligas, quod ligula *Massilitanum* litus vocatur ap. Victor. Vitens. I, 5 p. 6 Chifflet. : *Qui (Gensericus) dum, ut moris est, ad Massilitanum litus exiisset, quod ligula vulgi consuetudine vocatur*. Apud Plinum V, 3 § 24 est: *colonia Maxula (Maxula, Massula, Maxilia var. lect.)*

§ 123. Γαλαζόραντα] Nomen aliunde non notum, nisi forte hoc pertinet *Maxula Prates* Itinerarii p. 57, qui locus 10 millia a Carthagine distare dicitur, ideoque, si recte habet distantia, ab altera *Maxula* distinguendus est. || — έως τῆς τῶν ἀμμώδων ἀγγ.] έως ἀμμώδων ἀγωγῆς codex. Fort. erat έως τῆς ἀμμοῦ διαγωγῆς. Intellige tractum arenosum, qui lacui Tunensi prætenditur.

§ 124. ρ̄] Totidem Polybius XIV, 10, 5 a Tynete ad Carthaginem esse dicit. || — πέργος] Byrsa? ἐπὶ inserui et conj. Gaiili. || — σταδ. φν̄] Lege γγν'. Vide tab. p. 466.

125. Ἀπὸ δὲ Καρχηδόνος εἰς Κάστρα Κορηνίου στάδιοι τυγχάνειν ἔστι παραχειμωστικός· ἐν τούτῳ παραχειμάζει μεγάλα πλοῖα.

126. Ἀπὸ Κάστρων Κορηνίου εἰς Οὔτικα στάδιοι δικοῦ πόλις ἔστι· λιμένα οὐκ ἔχει, ἀλλὰ σάλον ἔχει ἀσφαλίζου.

127. Ἀπὸ Οὔτικων ***.

[Λειπεῖ τὰ ἀπὸ Οὔτικων ἔως τῶν Ἡρακλείων στηλῶν καὶ τὰ ἀπὸ Ἀλεξανδρέας ἔως Καρνῶν.]

10 128. [Ἀπὸ **] εἰς Κάρνας στάδιοι καὶ σάλος ἔστι· κοιτῶνας δὲ ἔχει πλοίοις μικροῖς ἀσφαλῶς κατάγου.

129. Ἀπὸ Καρνῶν (ἐπὶ χωρίον) ἐπ' ἀκρωτήριον καλούμενον Βαλανέας στάδιοι σ'.
130. Ἀπὸ ἀκρωτηρίου Βαλανέων ἐπ' ἀκρωτήριον
15 Πάλτων στάδιοι 4'.

125. A Carthagine ad Castra Cornelii sunt stadia 303; portus est ad hibernandum commodus, in eoque hibernant naves magnae.

126. A Castris Cornelii ad Uticam stadia 24; urbs est; portu caret, sed salum habet; caveas.

127. Ab Utica ***

[Desideratur paraplus ab Utica ad Herculeas columnas et ab Alexandria ad Carnas]

128. [Ab Arado] ad Carnas stadia 24; salum est; sed cubicula habet navigiis parvis; tuto appelle.

129. A Carnis ad promontorium Balaneas, quas vocant, stadia 200. [Hinc ad oppidum Balaneas stadia 40.]

130. A Balanearium promontorio ad Paltum promontorium stadia 90.

§ 125. Κορνηλίου] Κορνηλίων et § 126 ἀπὸ κάστρων Κορνηλίων codex. Vocatur locus : *Castra Corneliana, Corneliana, Cornelii*. V. Livius XXIX, 28; XXX, 25; Mela I, 7; Plin. V. 3; Appian. B. C. II, 44. 45. Pun. 13; Orosius IV, 22; præ ceteris vero Cæsar. B. Civ. II, 24 : *Curio.... ad flumen Bagradam venit : ibi C. Caninum Rebilum relinquit; ipse cum equitatu antecedat ad castra exploranda Corneliana, quod is locus peridoneous castris habebatur. Id autem est jugum directum, eminens in mare, utraque ex parte præruptum atque asperum, sed tamen paulo leniore fastigio ab ea parte, que ad Uticam vergit. Abest directo itinere ab Utica paullo amplius passuum mille. Sed hoc itinere est fons, quo mare succedit longius, lateque is locus stagnat : quem si qui vitare voluerit, sex millium circuitu in oppidum perveniet.* Nunc totus hic tractus Bagradæ fluvii alluvionibus aliam faciem induit. Quod Cæsar dicit jugum in mare eminens, hodie sunt colles a litore satis longe dissiti. Bagradas (h. *Medcherda*) olim a meridie ejus exibat, nunc vero a septentrione. Quidam etiam de portu sermo esse jam nequit. Vicus vel oppidum, quod in castrorum locum successisse videtur, postea stagnantibus fluvii aquis deletum fuerit; nullaque superservus ejus vestigia. Ceterum V. Barth. p. 199. || — τγ̄] Numerum corruptum esse vel insolita ejus ratio indicat. Fortasse fuit ρ̄, adeo ut II abierit in ΤΓ.

§ 126. Οὔτικα codex. De ruinis v. Barth. p. 111. Nunc locus a mari longe remotus. Moles, qua olim portus cladebat, etiam hodie in solo paludoso apparet. || — σάλον] σάλος cod.; em. Gail. Post haec unum codicis folium excidisse videtur, quo continebatur reliquus Libycæ oræ paraplus, et alterius partis initium sive paraplus ab Alexandria usque ad Carnas.

§ 128. εἰς Κάρνας] et mox ἀπὸ Κάρνων (sic) codex; εἰς Κέφαναν h. I. Iriarte. Apud ceteros aut Κάρνην, aut Κέφανην, Stephanus Byz. : Κάρνη, πόλις Φοινίκης, ἀπὸ Κάρνου τοῦ Φοινίκου, ὡς Ἰστρός φησιν. Οἱ πόλεις Καρνίτης. Λυκόδρομον (1291). — Ολόντο ναῦται πρώτα Καρνίται κύνες. Αρτεμίδωρος δὲ ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Βιβλίου φησιν. — Εστι κάρνος καὶ συνεγγὺς Πάλτων, εἶτα Γένδαλα πόλεις. — Plinius V, 17, § 79 : *Carne*; Strabo p. 754 Κάρνος (Κάρνων;

codd.). Tzetzes ad Lyc. l. l. : Κάρνις, πόλις Φοινίκης. Carnus, Strabone teste, erat τὸ ἐπίνειον τοῦ Αράδου, λιμένιον ἔχον, ab Arado boream versus situm, siquidem Aradus erat μεταξὺ τοῦ ἐπίνειου καὶ τῆς Μαραθοῦ. De situ suo apud alios scriptores vocatur Ἀντάραδος; V. Ptolemaeus V, 15, Itin. prov. p. 148, Itin. Hierosol. p. 582, Tab. Peut., Hierocles p. 716; Hieronymus in Ezech. c. 27; Theophanes Chron. p. 31 : Κωνσταντίzy τὴν πρότερον καλούμενην Αντάραδον. Hodie *Tortus* seu *Tortosa*. — στάδιοι καὶ δέκατοι] ἀπὸ Αράδου sc., ut videatur, que a contiente distabat, Strabone teste, stadia καὶ (quod reponendum videtur ap. Scylac. p. 87 et Diodor. XXXIII, 6, ubi codd. στάδ. η'). Apud Plinium l. l. sunt 200 *passus*; at dixerit auctor 2200 *passus*. Stadia 30 asserti Clemens Homil. XII, c. 12.

§ 129. ἐπὶ τὸ χωρίον] ἐπὶ χωρίον cod.; em. Gailius, qui hanc e margine irreppissem putat. Scribendū credere ἐπὶ χωρίον καὶ ἀκρωτήριον. At quum promontorium (*Cap. Kasr Merkab*) occurrat ante oppidum (*hod. Banius*), ab eoque ad 40 stadia dissitum sit, separatis et promontorii et oppidi mentio facta fuerit, sicuti mox § 133 post Paltum promontorium separatum memoratur χωρίον Ηλετγῶν : adeo ut nostra verba ἐπὶ χωρίον indicium sint truncati peripli et hinc in modum refingendi : Ἀπὸ Καρνῶν ἐπ' ἀκρωτήριον καὶ Βαλανέας στάδιοι σ'. Ἀπὸ ἀκρωτηρίου ἐπὶ χωρίον Βαλανέας στάδιοι 4'. Linea recta ab Antarado ad 200 stadia sunt (24 mill. sec. Itin. prov.; 26 mill. sec. Itin. Hierosolym.), at longior est via juxta ora anfractus. || — Βαλανέας] Sic etiam Ptolemaei codd. apud Wilberg. (vulgo ed. Βαλανέας) et Stephanus Byz. (Βαλανέα, πόλις Φοινίκης, ή νῦν Λευκάς ὁ πολιτης Βαλανέωτης εἰς ἣν πόλιν Επικράτης ἔχωμεν έγραψεν δι Βαλανέωτης), et Athanasius Apol. De fuga p. 321, Malala p. 418 (Ἀπεμέρισ. Κοινωνίαν δε της δευτέρας Συρας Βαλανέας πόλιν, καὶ ἐποίησεν ἐπαρχίαν, ἔπιντο ἐπωνύμια τοιωδῶρες, δύος αὐτῆς καὶ μητροπολιτῶν διάκονον). In Strabone Βαλανέα, ap. Plinius *Balanea* et *Balanura*, Itin. prov. p. 148 *Balanea*, Itin. Hieros. p. 582 *Balaneas*, Tab. P. *Balneis*, Geogr. Rav. V, 7 *Balaneis*. In Concil. Nicen. : *Euphranius Balanorum episcopus*.

§ 130. ἀπὸ Πάλτων] i. e. promontorium quod

131. Ἀπὸ ἀκρωτηρίου Πάλτου κάμψαντος ἐπ' ἀκρωτηρίου Βραχίων στάδιον τούτον. ι'.

132. Ἀπὸ δὲ Βαλανεῶν ἄκρας ἐπ' εὐθείας εἰς Πάλτον στάδιοι σ'.

6 Οἱ πάντες ἐκ Πτολεμαῖδος, παρὰ γῆν παραπλέοντες, (εἰςελθεῖν) εἰς Πάλτον στάδιοι β'.

KAI AOIPON KOIΔA SYRIA.

133. Ἀπὸ Πάλτου ἐπὶ χωρίον Παλτηγῶν στάδιοι λ'.

134. Ἀπὸ Παλτηγῶν ἐπὶ λιμένα κείμενον ἐπ' αἰγαλῷ, ἔχοντα καθ' αὐτὸν φάραγγα, στάδιοι κ'.

135. Ἀπὸ Παλτηγῶν εἰς Γάβαλα στάδιοι λ'.

136. Ἀπὸ Γαβάλων εἰς ποταμὸν πλωτὸν καλώψεννον*, στάδιοι μ'.

137. Ἀπὸ * πλωτοῦ ποταμοῦ εἰς ἄκραν, ἐφ' ἣς κεῖται πόλις Λαοδίκεια, στάδιοι σ'. ἀπὸ δὲ τοῦ ποταμοῦ εἰς Βαλανέας στάδιοι ο'. ἀπὸ Βαλανεῶν εἰς Λαοδίκειαν εὐθυδρομοῦντι λευκονότῳ ἐπὶ τὰ πρὸς ἡῶ [μέρη] τῆς ἀρκτοῦ, στάδιοι σ'.

eminet prope *Joba* fluvium. || — λ'] sic codex; σ' legerat Iriarte.

§ 131. κάμψαντος] κάμψαντες cod. Ceterum nullum video promontorium, ad quod referantur verba vulgata. Male sana esse puto et hunc in modum restauranda: Ἀπὸ ἀκρωτηρίου Πάλτου, κάμψαντος (vel κάμψαντι) τὸ ἀκρωτήριον (Cf. § 139), βράχης ὡς στάδιων καὶ βραχέων στάδιοι ι'. Cf. § 137.

§ 132. εἰς Πάλτον, sc. εἰς ἀκρωτηρίου Πάλτον. || — στάδιοι σ'] Falsum numerum esse liquet; ortum σ ex ο || — εἰςελθεῖν] inclusi vocem quae sic nihil est. Fort. : έως θεῖν. || — β'] Numerus nimius. Vix ultra 1600 sunt stadia.

§ 133. Παλτηγῶν] εἰς χ. Πελλήταν et § 134. 135 ἀπὸ Πελλήτων codex, quibus nihil aliud signari potest nisi Paltus oppidum, quod sequitur post Paltum promontorium. De Palto (hodie *Baldo*) vid. Plinius, Strabo p. 753 et 728: ταφῆσαι δὲ λέγεται Μέμνων περὶ Πάλτου παρὰ Βαθέν ποταμόν. Mela quoque I, 12 Paltum urbem et fluvium memorat. Cf. Stephanus v. Πάλτου et Κάρην, Ptolemaeus, Tab. Peutinger., Geogr. Rav., Malala p. 448: Οἱ αὐτὸς βασιλεὺς (Justinianus) ἀπεμέρισεν ἀπὸ Αντιοχίας τῆς πρώτης Συρίας Λαοδίκειαν καὶ Γάβαλα καὶ Πάλτου τὰς πόλεις. A Balaneis urbe ad Paltum Tabula Peutinger. recte habet milia 8. || — Titulus Κολληγή Συρία num recte ita interpositus sit ut Phoenicia pertineat usque ad Paltum promontorium, oppidum vero Paltenorum jam accenseatur Phoenicia, jure dubitis. Verisimile est ipsum quoque oppidum ex Nostri sententia Phoenicia orae annumerandum suisse, quem Strabo referat Paltum, Balaneas et Carnum constituisse τὴν περαλαν τῶν ἀραδίων, adeo ut una cum Arado etiam haec Phoenicie tribui velis. Plurimi Syria fines magis meridiem versus extendunt. Apud Plinium Carne primus Syria locus; Ptolemaeus primum Syria oppidum post Eleutherum fluvium memorat Balaneas; similiter Itinerarium Hierosol., ita tamen, ut Antaradus et Maracus (*Markab*) adhuc sint Phoeniciae.

131. A Palto promontorio, ubi flexeris promontoriū, brevia sunt stadiorum 10.

132. A Balanearum promontorio ad Paltum via recta stadia 70 (σ').

In summa a Ptolemaide ad Paltum, si juxta oram navigaveris, sunt stadia 2000.

SEQUITUR CAVA SYRIA.

133. A Palto ad oppidum Paltenorum stadia 30.

134. A Paltenorum oppido ad portum in litore humili situm, qui e regione sui convallem habet, stadia 20.

135. A Paltenorum oppido ad Gabala stadia 30.

136. A Gabalis ad fluvium navigabilem, qui vocatur *, stadia 80 (π').

137. A fluvio navigabili ad promontorium, cui imposita urbs Laodicea, stadia 70 (σ'). Ab eodem fluvio ad Balaneas stadia 170 (ρο'). A Balaneis ad Laodiceam cursu recto cum leuconoto vento versus septentrionalis plagæ partes orientales stadia 200.

niciæ. Contra Hecataeū vel Gabala urbem Phœnicia accensuit.

§ 134. Κειμένην et φάραγγα apogr. Iriartis. De portu hoc mihi non constat.

§ 135. Γάδαλα... Γαδάλων] Τάλεζε.. Ταλέζην codex; em. Gail. Iccatæ ap. St. Byz. urbs est ή Γάδαλα, Plinio V, 18 *Gabale*. Vulgo τὰ Γάδαλα (hod. *Djebeli*). V. Strabo, Ptol., T. P., Pausanias PI, 1, 7; Socrates H. Eccl. VI, 11; Hierocles p. 711. Theodoretus Histor. Relig. c. 28 πόλιν σμικρὰν καὶ χαριεστάτην dicit, quam sub Basilisco imp. terræ motus quassavit, teste Malala p. 378. Cf. idem p. 448. Secundum Itin. Hieros. Balaneis distat 13 millia; sec. Itin. provinc. 24 (lege 14) mill. Tab. Peutinger. a Palto ad Gabala numerat millia 8, parum accurate.

§ 136. πλωτὸν] Hinc Plotus fluvius in mappa Kiepertiana fingitur, quum nomen fluvii excidisse patet, ut § 247 ἐπὶ ποταμὸν πλωτὸν [Ξάνθον]. Stadia 40 ducent ad Metheik fluviolum in Syriæ mappa Berghauiana; Lapieus signari putat hod. *Chobar*, alium fluviolum, ad quem stadiorum numerus satis quadrat. At neutrum Noster dicere potuit navigabilem. Intelligentius est magnus fluvius, qui deinceps sequitur, *Nahr el Kebir*. Pro σταδ. μ' legendum σταδ. π'.

§ 137. σ'] vitio aperto, lege ο', ut § 132. || — ἡσ' ησ' ησ' cod.; em. Gail. || — ἀπὸ δὲ] δὲ om. apogr. Iriarte. || — σταδίοι ο'] leg. ρο'. Ex numeris, quales constituimus, a promontorio Balaneis sunt stadia 70 + 30 + 30 + 80 = 210, adeo ut ab urbe Balanearum computanda sint 170. || — σταδ. σ'] Paullo major est distantia a Balaneis ad *Cap Ladikiah*. || — πρὸς ἡῶ] Exspectabas πρὸς ἡῶ; sed ἡῶς eo sensu usurpant etiam Xenophon et Polybius et Strabo p. 166. 455. 739 (V. Steph. Thes. s. v. et Meineke Vindic. Strabon. p. 4). Deinde inserui μέρη, usum Nostri secutus. Ceterum ora ita directa est, ut a Balaneis ad *Cap Ladikiah* non Leuconoto sive Libonoto, sed Euronoto potius ἐπὶ τὰ πρὸς ἐστέρεαν μέρη τῆς ἀρχαντονavigandum esset.

138. Ἀπὸ Λαοδίκειας εἰς Ἡράκλειαν στάδιοι κ'.
 139. Κάμψαντι δὲ τὸ ἀκρωτήριον λιμὴν ἔστι καλού-
 μένος Λευκός στάδιοι λ'.
140. Ἀπὸ Λευκοῦ λιμένος ἐπὶ κώμην καλουμένην
 ἡ Πατσιερίαν στάδιοι λ'.
141. Ἀπὸ τῆς κώμης ἐπ' ἄκρην Πολιάν καλουμένην
 στάδιοι ρχ'.
142. Ἀπὸ Ἡράκλειας ἐπὶ Ποσείδιον τὸν ἐπίτομον
 στάδιοι ρ'.
- 10 143. Ἀπὸ δὲ τῆς ἀκρας τοῦ ἐπὶ Ποσείδιον εἰς πόλιν
 Σιδῶνα στάδιοι τ'. ὑπὲρ τῆς ἔστιν ὅρος ὑψηλὸν, καλού-
 μένον Θρόνος.
144. Ἀπὸ Σιδῶνίας πόλεως εἰς τόπον δρίζοντα τὸ
 Κάτιον, καλουμένον δὲ Χαλαδρόπολιν στάδιοι ζ'.

De Laodicea v. Stephan. Byz. : Λαοδίκεια.. ή πρότερον Λευκή ἀκτὴ λεγομένη, καὶ πρὸ τούτου Ράμια κτλ. Malalas p. 203 : Λαοδίκειαν.. πρότερον οὖσαν κώμην ὀνόματι Μαζαθέαν. Nomen habet a Laodice matre Seleuci Nicatoris, sec. Steph. et Strabonem (a filia Seleuci sec. Malalam, a sorore ejus sec. alios ap. Eustath. ad Dionys. 919). Cf. Droysen *Hellenism.* p. 689. Urbs καλ-
 λιστα ἐπιστέμένη καὶ εὐλίμενος, Strabo p. 751. Ἐπὶ χερ-
 σονήσου συνοικισμένη καὶ τὰ ἐπὶ τῆς τῆς ὁχυρουμένη καὶ ἐς
 τὸ πέλαγος ἔχουσα δρόμον, Appian. B. Civ. III, 60. Dio Cass. 47, 30. De ruinis vide viatores Pokocke, Shaw,
 Russegger, Belon, Schulz, Richter, Sommer. Historiam
 urbis bene adumbravit Cless in *Pauly's Realencycl.* s.
 v. *Laodicea.*

§ 138. εἰς Ἡράκλειαν] Cf. Plinius V, 17, ubi post Laodiceam sequuntur : *Diospolis, Heraclea, Charadrus, Posidium.* Strabo p. 751 a borea proce-
 dens : Ἐρεχτίς δὲ Ποσείδιον πολίχνη καὶ Ἡράλεια.. εἴτα Λαοδίκεια. Id. p. 753 : τῇ γὰρ Λαοδίκειᾳ πλησιάζει πολι-
 γνια τὸ δὲ Ποσείδιον καὶ τὸ Ἡράλειον καὶ τὰ Γέραλα. || — σταδ. κ'] Secundum hanc Heraclea ponenda foret
 ad proximam ἄκραν exiguum; *Cap Ziaret,* uti fecit Kiepertus. Id vero admitti nequit. Obstat, quod § 142
 Heraclee mentio ita injicitur, ut locus situs esse debeat
 in τῇ Πολιά ἄκρῃ. Hoc enim flagitat series narrationis,
 quae alias nulla foret, tum vero inde liquet, quod a
 Posidio prom. (*Cap Possidi*) ad Heracleam viā rectā
 esse dicuntur stadia 100. Haec dicuntad promontorium
 prope quod hodie est locus *Burge el Kositib*; idque
 promontorium esse Stadiasm̄ Πολιάν ἄκραν rursus probat
 mensuris. Nam si sinum Laodicenum emetiaris
 et hinc usque ad promontorium istud processeris, ha-
 bebis stadia 180, quot Noster § 139-141 usque ad Πο-
 λιάν ἄκραν computat. Contra viā rectāsunt ad stadia 120,
 ρχ', qui numerus pro x' nostro loco reponendus. Con-
 sentit etiam Ptolemaeus, qui Heracleam a Laodicea et
 Posidio paribus sejungit intervallis. Hinc igitur liquet
 auctoris nostri sententiam, quam verbis male contra-
 ctit exceptor obscuravit, ita exponentiam esse : Τῷ
 ἄκρᾳ, ἐφ' τῆς κεῖται Λαοδίκεια πόλις, ἐπ' εὐθείας (vel τὸν
 ἐπίτομον vel εὐθεύδρομοντ) στάδιοι ρχ' καμψαντι δὲ τὸ
 τῆς Λαοδίκειας ἀκρωτήριον λιμὴν ἔστι καλουμένος Λευκός,
 εἰς δὲ στάδιοι λ'. Portus Λευκός ad ipsam urbem La-
 diceam pertinet, quam olim Λευκὴν ἄκρην dictam esse

138. A Laodicea, acra ad Heracleam [*via recta*]
 stadia 120 (ρχ').
 139. Circumflexo Laodicea promontorio, occurrit
 Portus Albus dictus post stadia 30.
 140. Ab Albo portu ad vicum, quem vocant Pasie-
 riam (?), stadia 30.
 141. Ab eo vico ad promontorium Poliam dictum
 stadia 120.
 142. Ab Heraclea ad Posidium via compendiaria
 stadia 100.
 143. A promontorio quod est ad Posidium, usque
 ad Sidonem (*Sidoniam*?) urbem stadia 80 (π'). Supra
 eam mons est altus, *Thronus* dictus.
 144. A Sidonia urbe ad locum *mediterraneum* Ca-
 sio conterminum, Charadropolim dictum, stadia 60.
- vidimus. Denique Heracleam non fuisse Laodiceam
 proximam, inde quoque colligas, quod Plinius inter-
 mediā habet *Diospolim*, cui respondere censeo Sta-
 diasmi Πατσιερίαν. Nomen nescio an corruptum sit.
 Fortasse ob fami sanctitatem Ηραλέος dicta, vel potius
 erat : ἐπὶ κώμην [Διτι] Κατσιφ ιεράν. Certe Juppiter ibi
 cultus fuit Ζεὺς Κάσιος. Collocandus locus ad *Cap Ziaret*.
 § 141. Πολιάν ἄκραν aliis nemo memorat.
 § 142. Ποσείδιον] sc. ἀκρωτήριον cum oppido.
 Nunc Poseda locus ad borealem est promontorii partem. V. Strabo, Plin., Ptol., Steph. Byz. s. v., Herodotus III, 91 : ἀπὸ δὲ Ποσείδιον πόλιος, τὴν ἀμφιλοχος δι Αμφιαράου οὔκιτε ἐπ' οὔροις τοῖν Καλίκων τε καὶ Σύρων. Dionys. Perieg. 916 : Ακοδίκηα.. καὶ Ποσείδηα ἔργα καὶ
 ιερὰ τέμπες Δάρηνς.
 § 143. Σιδῶνας] § 144 ἀπὸ Σιδῶνας. Urbs aliunde non nota. Fortasse Sidoniorum coloniam fuisse in tot
 Phoenicum circa sinum Issicum urbibus (Rhoso, Ἄγισ, Myriandro, Mallo) non adeo improbabile est (V. Mo-
 vers. l. l. p. 166). Thronos mons est Casii jugi (*Djebel Okrab*) vertex (2000 ped. altit.), juxta mare
 situs, qui in Berghausii mappa vocatur *Soldin*. An huic nomini cum nomine loci nostri necessitudo est?
 Distat a Posidio 80 fere stadia, adeo ut pro τ' leg.
 § 144. Χαλαδρόπολιν] Leg. videtur Χαραδρόπο-
 λιν; nam idem haud dubie est locus quem Plinius
Charadrum vocat, et inter Heracleam et Posidium collocat. Hanc de situ urbis discrepantiam facilime
 explicari Gailius censem, si Charandrus fuerit in mediterraneis. Quod ipse quoque sentio, aliis ductus argumentis. Etenim si ad oram collocandus locus, a Sidonia
 ad Orontem in Stadiasco colligerentur stadia 135, quum linea recta non nisi 75-80 sit stadiorum. Deinde
 in sequentibus memoratur insula, quum in toto hoc
 tractu nullæ extant nisi tres illæ que sunt iuxta Thro-
 num montem, adeo ut pateat deceat stadia qua ad
 Macram insulam esse dicuntur, a Sidonia, non vero a
 Charadro computari debere. Unde sequitur periplus
 auctorem hoc loco, ut passim, mediterraneum urbem
 memorare, scribam vero § 145 oscitantem pro τὸ Σι-
 δῶνας dedisse ἀπὸ Χαλαδρου. Cf. not. ad § 146. Ceterum ad Charadrum referendum videntur ruinae qua-
 sunt in eadem latitudine, in qua Sidonia ponenda est,

145. Ἀπὸ Χαλάδρου ἐπὶ νῆσον καλουμένην Μαχρὰν στάδιοι 1'.

146. Ἀπὸ Μακρᾶς νήσου ἐπὶ τὸ Νυμφαῖον στάδιοι 5'. Οἱ δὲ ὅλοι περίπλους τραχύς ἔστιν ἀπὸ τοῦ Καστροῦ. Τοῦτον τὸν τόπον παράπλεε ἀπὸ τῆς γῆς στάδιοι 5'.

147. Ἀπὸ Νυμφαῖου ἐπὶ πόλιν Ἀντιόχειαν, ἔχουσαν ἐμπόριον καὶ παρὸν αὐτὴν ποταμὸν Ὁρόπην καλούμενον, στάδιοι 5'. ἔστι δὲ ὁ ποταμὸς ἀπὸ σταδίων 1'.

148. Ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ εἰς Σελεύκειαν στάδιοι μ'. ἀπὸ δὲ τοῦ Ποσειδίου τὸν ἐπίτομον εἰς Σελεύκειαν πεσόντι * ζεφύρῳ στάδιοι ρι'.

149. Ἀπὸ Σελεύκειας ἐπὶ τὰ Γεώργια στάδιοι ριβ'.

150. Ἀπὸ τῶν Γεωργίων ἐπὶ τὸν Ρωσαῖον κόλπον στάδιοι τ'. ἀπὸ δὲ τοῦ Ποσειδίου ἀκρωτηρίου ἐπὶ τὸν κόλπον οὐριώτατα στάδιοι σ'.

quinquaginta ab ora stadiis, si rectam lineam duixeris, distantes. Alium Χάραδρον videbimus infra.

§ 145. Μαχρὰν] Hæc maxima est e tribus insulis, qua *Pigeons rocks* (columbarum rupes) vocantur in mappa Chesneyi (*The river Euphrates with the Cilician Taurus and Northern Syria*).

§ 146. τὸ Νυμφαῖον] τὸν N. codex. Memorat Strabo p. 751: Μετὰ τὴν Σελεύκειαν αἱ ἐκθόλαι τοῦ Ὁρόπην, εἴτε τὸ Νυμφαῖον, σπηλαιῶν τι τερόν. || — τραχύς, ἔστι | Ora aspera incipit a Cap Posidi desinisse que viginti fere stadii post insulas § 145 memoratas. Igitur hinc quoque colligitur recte nos statuisse ad § 143.

§ 147. Ὁρόντην] Ὀρέτην cod., em. Gail. || — στάδιοι 5'] Hæc non falsa sunt, ut putabant Gallius et Lapieus. Nam ita Chesneyus in *Journal of the Lond. Roy. Geogr. Soc.* t. VIII, p. 230: « The windings give a distance of about forty-one miles, whilst the journey by land is only sixteen miles and a half. » Consentit etiam Strabo p. 751: ἀνάπλους δ' ἐκ θαλάσσης ἔστιν εἰς τὴν Ἀντιόχειαν αὐθίκμερον. || — ἀπὸ σταδ. 1ε'] sc. ἀπὸ τοῦ Νυμφαῖου, non vero ἀπὸ Ἀντιοχείας, cuius urbis pars vel in insula fluvii erat, adeo ut dicere licet Plinio V, 17: *Antiochia Oronte amue dividitur*.

§ 148. σταδ. μ'] Cf. Strabo: πρὸς ή (Σελεύκεια) καὶ τὰς ἐκθόλας δ' Ὁρόντης ποιεῖται, διέχουσα τῶν μὲν ἐκθόλῶν σταδίους μ', τῆς δ' Ἀντιοχείας ρι'. || — σταδ. ρι'] Debebat. ρο'. || — πεσόντι ζεφύρῳ] *cadente Zephyro*, quod hoc loco nihil est. Conjeceris ἐμπεσόντι vel ἐπιπεσόντι ζ., vel πνέοντι ζεφύρῳ, vel etiam πλέοντι ζεφύρῳ, ei qui flante *Zephyro navigat*. Parum tamen hoc accurate dictum foret, quum rectus cursus ventum postulet quem dicimus *Sud-ouest-quart-sud*. Fortasse igitur legebatur εἰς νότον μεταπεσόντι vel ἐκπεσόντι τι ζεφύρῳ. Ceterum situm Seleuciae τῆς Πιερίας vel ἐν Πιερίᾳ vel τῆς πρὸς Ἀντιοχείαν vel τῆς πρὸς θαλάσσην fuse describit Polybius V, 59, ut ceterum testium turbam mittant de urbe notissima. Nihil Noster de egregio Seleucia portu; sicuti in seqq. nihil nisi nomina urbium apponuntur. De ruinis præ ceteris vide Chesney in *Journal of the R. Geogr. Soc.* t. VIII, p. 230 sqq.

145. A Sidonia (Σιδωνίας) ad insulam quæ Macra seu Longa vocatur, stadia 10..

146. A Macra insula ad Nymphaeum stadia 50. Omnis præternavigatio inde a Casio aspera est. Quare hunc tractum præternavigia 20 a continente stadiis.

147. A Nymphaeum ad urbem Antiochiam, quæ emporium habet et juxta se Orontem annem, stadia 400. Fluvius a Nymphaeum distat stadia 15.

148. Ab Oronte fluvio ad Seleuciam stadia 40. A Posidio autem ad Seleuciam cursu compendario, flante zephyro vento, stadia 170 (ρο').

149. A Seleucia ad Georgia stadia 40 (ρι?).

150. A Georgiis ad Rhosium scopulum (σκόπελον) stadia 80 (π'). A Posidio autem promontorio ad scopulum navigatione felicissima stadia 270 (σο'). [A scopulo ad Rhosum urbem stadia 80].

§ 149. τὰ Γεώργια] Loci aliunde non noti situm definire nescio, quum et numerus ριβ' et qui sequitur § 151 τ' admitti vix possint. Etenim numerus ριβ', qui per se suspectus est, oram legentem ducret usque ad initium sinus Issici; ad hunc vero sinum in sequentibus demum ducimur, adeo ut nostro loco pro ριβ' fortasse ριβ' et § 150 pro τ' scribendum sit π'. Ceterum num in ora hac peraspera locus ab arvis Γεώργια dici potuerit, an corruptum nomen sit, tu videoas. Beatisima planities qua a meridie Seleucia ad Orontem tendit, a serie narrationis aliena est.

§ 150. Ρωσαῖον κόλπον] ἐπὶ τῶν Ρωσαῖων κόλπων codex; em. Gaius. Nescio an potius scribendum sit ἐπὶ τὸν Ρωσιῶν vel Ρώσιον σκόπελον. Quamquam enim sinus, quem vulgo Issicum vocamus, a Roso urbe etiam Ρωσῖος, Ρώσιος vel Ρωσιᾶς dici potuit, sicuti ap. Herodotum Myriandicus ab urbe cognomine vocatur: notandum tamen est alibi nusquam eam appellationem reperiri, contra vero (*Ras*) *Khanzir* (i. e. *porci caput*) dici σκόπελον Ρωσιῶν apud Ptolemaeum et Stephanum Byzantium v. Ρωσός, et ab ipso etiam Nostro memorari § 164, ubi quum codex præbebat: ἀπὸ τοῦ σκοπέλου... ἐπ' εὐθείας πλέοντι εἰς Ἀντιόχειαν, patet σκόπελον istum esse τὸν Ρωσιῶν, idque nomen excidisse. Hinc igitur colligas scopulum istum in antecedd. jam fuisse memoratum, ideoque nostro loco reponendum esse. Ceterum ne putes § 149 stadiorum numerum recte habere et ad Rossicum promontorium ducere, hoc autem loco notam distantiam pertinere ad ipsam urbem Rhosum, iis impedimur, quia de cursu recto a Posidio promontorio subjiciuntur; hæc enim aptissime monentur, si de navigatione a promontorio ad promontorium dirigenda sermo est, minus vero, si terminus ad quem foret Rhosus urbs in ipso sinu posita. Mentio hujus urbis excidisse potius censenda. Ac lacunæ indicium inest verbi § 151 ἀπὸ Ρωσῶν Τερθνάς, quippe quæ in antecedentibus non habent quo referantur. || — ἐπὶ ante τὸν κόλπον exedit in apogr. Iriart. || — οὐριώτατα] sic solet Noster; οὐριώτατον codex; possit: [τὸν] οὐριώτατον sc. πλοῦν. || — στάδιοι σ'] Debebat σο'.

151. Ἀπὸ Ρωσοῦ Τερψίνας εἰς πόλιν Μυριάνδρου στάδιοι ζ'.
 152. Ἀπὸ τοῦ Μυριάνδρου εἰς Ἀλεξάνδρειαν κατ' Ἰσσὸν στάδιοι ρχ'.
 153. Ἀπὸ Ἀλεξανδρείας εἰς τὰς Κιλικίας πύλας στάδιοι σ'.
 Ομοῦ οἱ πάντες ἀπὸ Πέλτου ἕως τῶν Κιλικίων πυλῶν στάδιοι βφ'.

§ 151. [Ρωσοῦ] Ρώσου codex. Fluctuant libri inter Ρωσός, Ρώσος, Ρώσος. In numis: 'Ρωσίων. Accentum Ρωσίς firmat Herodianus De sol. dictione p. 38, 27. Nomen derivare a phoenicio *ros*, i. e. promontorium, censem Movers I. l. p. 167, addens Phoenicum coloniam prodi etiam cultu Cabirorum, quem numi Rhosiorum testantur. || — Τερψίνας] sic codex; quid sit vel quid lateat, ignoro. Σύρλας vix recte conjectit Gailius. An Τερψίνας vel Τερψίνης? Erana nomen tanquam principis in Amanī montibus urbis legitur apud Ciceronem Ad famil. XV, 4. Ceterum de Rhosovid Mela I, 12, Plinius V, 18 § 79: *Oppida Rhosos et a tergo portas que Syriae appellantur (pasce de Belyn hodie), intervallo Rhosiorum montis et Tauri* (Cf. Aristot. De vent. p. 973, 17: Τὸν Συρῶν πόλεν, ἃς διέστακεν δὲ τὸ Τάρρος καὶ τὸ Ρώσον ὅρη); *in ora oppidum Myriandrus*. Strabo p. 751: ἡ Ρώσος μεταξὺ Ισσοῦ καὶ Σελευκείας ἰδεύμενή. Stephan. Byz.: Ρώσος, πόλις Κιλικίας: τὸ έθνον Ρώσος ἀλλὰ καὶ Ρώσιος..., καὶ τὸ καττεύκινον Ρώσιος. « Ρώσικὸς σχόπελος ». Polyenus IV, 6, 9 memorat Ρώσιον λιμένα et in propinquō verticem quandam Όρθιόμαργον (Όρθιόμαργον em. edit.) dictum. Theodoretus Philoth. c. 10: Ρώσος ἐστὶ Κιλικία πόλις, ἐν δεξιᾷ εἰσπλέοντι τὸν Κιλικίου πόλεων. Theopompos ap. Athenaeum p. 586 C et 595 C narrat Harpalum Glycerie statuam αἴεναι posuisse in Ρώσῳ Syriae urbe. Malala p. 198: Ήδεν τὸ Σελευκὸς ἐν Ρώσῳ χρυππούμενην (τὴν Στρατούην) μετὰ Δημητρίου τοῦ πατρὸς αὐτῆς. Τὴν δὲ Ρώσον πόλιν ἔκτισε Κλειδίος τοῦ Ἀγγίνορος. Idem p. 297: Καὶ τὴν Κιλικίαν παρελάσε (Sapor sub Valeriano imp.), κατάστις Αλεξάνδρειαν τὴν μικρὰν καὶ Ρώσον (Ρώσον cod.). καὶ Λαζαρένον καὶ Αιγάς καὶ Νιζόπολιν. Rhosum cum hodierno Arsus componendum esse recte censem plurimi. Nam ad hunc fere locum ducunt distantias Stadiasmi, si ab Alexandria ad Issum computaveris. Ptolemaeus Rhosum urbem tertia gradus longitudinis parte sive 120 fere stadiis a scopulo Rhosico disjungit; quod paulo minium est intervallum. Multo peiores distantias præbat Tab. Peutingeriana. De hodierno Arsus ita Chesney Expedition I, p. 410: « At nine miles from the extremity of the gulf the village of Arsus marks the site of ancient Rhosus; it contains about 50 mud houses built along the banks of a small river amidst the remains of walls, arches and a Corinthian temple. » || — στάδ. ζ'] sic codex; στ. σ' Iriart. || — Μυριάνδρον] Μυριάνδριον, sed mox Μυριάνδρου codex. V. Herodot. IV, 38; Xenophon Anab. I, 4, 6; Scylax p. 77; Mela I, 12; Plinius II, 112. V, 18; Strabo p. 465; Arrian. Anab. II, 6, 2; Ptol. Hoc emporium quinque para-

151. A Rhoso Terdniae (?) ad Myriandrum urbem stadia 90.
 152. A Myriandro ad Alexandriam ad Issum stadia 80 (π').
 153. Ab Alexandria ad Portas Cilicie stadia 45 (με').
 Simul omnia a Palto usque ad Portas Cilicie stadia 1100 (αρ').

sangis a Pylis Syriæ et Cilicie (*Sakal Tutan*) distabat, teste Xenophonte. Ruine non supersunt.

§ 152. κατ' Ισσὸν] κατατούοντο codex; em. Gail. e numis, Ptolemaeo, Tab. Peut., Geogr. Rav. In Itin. Hieros. p. 583 vocatur *Alexandria Scabiosa* (sicet ap. Ptolem. V, 14 memoratur *Σκαβίων Αζοδλεῖτα*), quod cognome in hanc regionem ob aërem male sannum apprime quadrat. Chesney. I. l. I, p. 409: « Five miles southward is the pass of *Sukal-tutan*, and at nearly the same distance onward the fine bay and anchorage of Iskenderun, with an open but convenient landing place on a bold beach; but in consequence of the accumulation of the sand by which the mouths of the streams descending from this part of the Amanus are choked, a pestilential swamp extends from the very edge of the sea, almost to the foot of the mountain. » Corrupte Chron. Paschal. p. 321: Αλεξάνδρειαν τὴν Καθλοσον; Exe. Barbar. p. 73: *Alexandria que Cabiosum*; Pseudocalisthenes p. 151: Αλεξάνδρειαν τὴν εἰς πράτιστον. Apud Julius Valerium in versione Callisthenis vocatur *Alexandria montuosa*, ac ἐπὶ λόρου sitam esse testatur Herodianus III, 4. Quare Vossius in Itin. pro *Scabiosa* legi voluit *Scabrosa*, quod non debebat probare Droyseus *Hellenism.* I, p. 597. Apud Malalam p. 297 et in Concilio Niceno urbs appellatur Αλεξάνδρειανή μικρά, *Alexandria minor*. Præterea cf. Strabo p. 676; Plinius V, 22, § 91; Stephan. Byz.: Αλεξάνδρεια.. ὀγδόν τῆς Κιλικίας. Scymnus Chius: Αλεξάνδρειον πόλιν τῷ Μακεδόνιον κτισθεῖσαν. In Alexandri M. rerum scriptoribus nulla ejus mentio fit. Ruine veteris urbis peregrinae. V. Niebuhr *Reisebeschreibung* III, p. 19. *Journal of the Lond. geogr. soc.* X, p. 511. || — στάδ. πρ'.] Id verum esse nequit. A loco, qui sec. Stadiasmum assignandus Myriandro est, usque ad *Iskenderun* 70 fere sunt stadia.

§ 153. Κιλικίας πόλες] Angustiae haec ap. Xenophontem Anab. I, 4, 4 vocantur πόλεις τῆς Κιλικίας καὶ τῆς Σύρλας; ap. Callisthenem in Polyb. III, 19: αἱ λεγόμεναι ἐν τῇ Κιλικίᾳ πόλεις; ap. Ptolemaeum: Σύρλαι πόλεις; ap. Arrian. II, 5, 1: πόλεις αἱ δὲ ὥρισσαι: τὴν Κιλικίαν τε καὶ Λασαρίαν γένορχαν. Cf. idem II, 8, 1. Curtius III, 8 *angustias* dicit. Luculentissime locum describit Xenophon I. l.: « Ήσχεν δὲ ταῦτα δύο τελγῆ... Διὰ μέσου δὲ ἦστι τούτων ποταμὸς Κάρπος ὄνυμα, εὔρος πλέοντος. Άπλην δὲ τὸ μέσον τῶν τελγῶν ἦσαν στάδιοι τρεῖς: καὶ παρελθεῖν οὐκ ἦν βίᾳ· ἦν γάρ ἡ πάροδος στενή, καὶ τὰ τελγῆ, εἰς τὴν θάλατταν παθήσαντα, ὑπερθεν δὲ ἦσαν πέρι τὸ ιδιόντας: ἐπὶ δὲ τοῖς τελγεῖσιν ἀμφοτέροις ἐρειστήσασι πύλαι. Cf. Dio. Cass. XXXXVIII, 41: Τοῦτο δὲ τὸ δρός (Amanus) ἐν τῇ μαθούσῃ τῇ τε Κιλικίᾳ, καὶ τῇ Σύρλας ἐστι,

ΛΟΙΠΟΝ ΚΙΛΙΚΙΑ.

SEQUITUR CILICIA.

154. Ἀπὸ τῶν Κιλικίων πυλῶν εἰς τὸ Ἱερὸν στάδιον ρχ'. [ἀπὸ] τούτου ἐστὶν ὑπερβῆναι εἰς (τὸν τόπον) εἰς [Νικό] πολιν.

154. A Portis Cilicie usque ad Fanum stadia 120.
Ab hoc loco transgredi licet [Nico]polin.

καὶ στενοπορὰν δῆ τινα τοσάντην ἔχει, ὥστε καὶ πύλας ποτὲ ἐν αὐτῇ μετὰ τείχους ἔνοικοδομηθῆναι, καὶ τὸ χωρίον δὲ^ν αὐτῶν ἐπονομασθῆναι. Muros illos saepius haud dubie destructos et restauratos, quorumque ἄριστα etiam nunc videre est, ita describit Willebrand ab Oldenburg Itia, terrae sanct. ap. Leon. Symmiet. p. 135 : *Venimus ad portellam, hoc est casale bonum, prope se habens portam, a qua ipsum cognominatur. Hæc sola sita est in strata publica in ripa maris, et est ornatissima, albo et vnde polito marmore composita, in cuius summittate, ut dicitur, ossa Alexandri requiescent, qui illuc se, ut volunt, poni mandavit, ut reges vel principes, per illam portam transeuntes, eum etiam mortuum super sua capita sustinerent, quem aliquando vivum super se sustinuerunt. Hoc casale distat ab Alexandria quatuor milia. Nunc locus vocatur passe de Sakal-Tutan, prope quem fluvius exit Merkes-Su (cui in mediterraneis adjacet Merkes vicus) vel Kara-Su, Carsus Xenophontis. Ab Iscenderun distat 40-45 stadia. Consentit Ptolemaeus Alexandriam a pylis Syriis duodecima gradus parte sejungens. In Stadiasmo pro C' fuerit [μ.]ε'. Apud Arrianum II, 8, 2 Alexander πόρος Μυριανόρων πόλεις castra inctatus, τῷς νυκτὶς ἀναλογών τὴν στρατιὰν πάσσαν γέει, ὡς κατασχεῖν αὖθις τὰς πύλας ὡς δὲ ἀμφὶ μέσας γύντας ἐκράτησεν αὖθις τῶν παρόδων, ἀνέπαιε τὴν στρατιάν. || — στάδιοι βρ'] corrupte. Legendum αρ': .*

Numeri Numeri
codicis emendati

Paltus prom.		
Paltemorum opp.	30	30 60
Gabala	30	30 60
fluvius navigabilis	40	80 140
Laodiceæ prom.	200	70 210
Leucus portus	30	30 240
Pasieria	30	30 270
Polia acra	120	120 390
Heraclæa		
Posidium	100	100 490
Sidonia	300	80 570
(Charadrus mediterr. 60)		
Macra ins.	10	10 580
Nymphæum	50	50 630
Orontes	15	15 645
(Antiochia medit. 400)		
Seleucia	40	40 685
Georgia	142	40 725
Rhosius scop.	300	80 805
[Rhosus urbs		80] 885
Myriandrus	90	90 975
Alexandria	120	80 1055
Pylæ	200	45 1100

2307.

§ 145. [Ιερὸν] Hunc locum hoc certe nomine nemo memorat. Quæ Gaiilius de eo opinatur, non est quod

referam. Lapieus Hierum cum Merkes vico, in mediterraneis prope Pylas Cilicias sito, componit, pro στάδ. ρχ' legens στάδιοι ν', et § 155 pro corrupto numero ψ' scribens ο', adeo ut Issus urbs ad hodiernum vicum Pyat sita fuerit. Quæ ipsa quoque nihil sunt. Sane quidem que Callisthenes et Curtius de prelio Issico narrant, in ejusmodi sententiam ducere possint, quoniam Alexander a meridie movens contra Darium, prope Pinarum flumen castra metatum, postquam Pylas occupasset, nonnisi 30 vel 40 stadia ab hoste absuisse videtur. Curtius III, 8 : *Dareum triginta inde (ab angustiis) stadia abesse premitti indicabant. Tunc consistere agmen jubet, armisque ipse sumitis aciem ordinat.* Similiter Callisthenes apud Polybius XII, 19 narrat Alexandrum, ubi primum de Darii adventu edictus fuerit (id vero in castris prope Myriandrum evenit), ex nuntii sententia nonnisi centum stadia a Darii exercitu absuisse. His innitentes plurimi Issum circa hodiernum *Baias* vel *Piat* querunt, et Amanidas pylas, per quas Darius ad Issum et hinc ad Pinarum fluvium descendit, in iis fauibus montanis agnoscere sibi videntur, quibus ab hoc. *Baias* ad *Ada-Bouroume* itur (V. quæ concessit Mützell ad Curt. III, 12). At quæ Callisthenes habet de stadiis centum, quæ nuntius declaravit, premi non possunt, quum falsa esse luce clarius sit. Quod autem Curtii triginta ab angustiis stadia attinet, ea non ab ipsis Pylis Syriis (*Sakal-tutan*) computanda sunt, sed ab extremitate angusti tractus inter montes et mare porrecti, quem egressus demum Alexander aciem explicare potuit. Id enim et ex ipsis Curtii verbis elicias, et disertius declarat Callisthenes l. I. 20, ubi : *Μετὰ δὲ ταῦτα (i. e. μετὰ τὸ εἰς τὰς ἐνρύωρικας ἐκτεστεῖν) φησι μετωπὴ δὸν ἔγειν τὴν δύναμιν ἀπέλοντα τῶν πολεμῶν περὶ τετταράκοντα σταδίων.* Porro ut acies eo modo, quo historici narrant, explicari posset, campus prælii satis longe a Pylis Syriis abesse debebat iis in locis, ubi paullo magis ab ora jugum montanum recedit. Callisthenem vero locorum dimensiones absurdum in modum contraxisse fuse docet Polybius, judex harum rerum peritissimus. Huc accedit quod quaerit Pinaro fluvio inter abruptas ripas rapide defluente tradunt Alexandri rerum scriptores, aptissime referuntur ad hodiernum *Deli Tchai* (inter hujus tractus fluviolos unum insigniorem), uti statuerunt novissimi harum regionum exploratores, Ainsworth et Chesney, nec non in mappis suis Kiepertus. Issus autem a borea erat Pinari fluvii; et Amanides pylæ, per quas ad Issum Darius devenit, ad eum pertinent Amani montis transitum qui a *Deli-Tchai* est boream et orientem versus. Hæc fere præmonenda erant antequam ad nostrum locum accederemus. — Stadia 120, quæ a Pylis Cilicie Stadiasmus usque ad Hierum computat, ducunt ad ostia *Deli-Tchai* sive Pinari fluvii. Proclivis igitur conjectura est *Ιερὸν* istud pertinere ad *aras Alexan-*

155. Ἀπὸ τοῦ Ἱεροῦ εἰς πόλιν Ἰσσὸν στάδιοι ψ'.

156. Ἀπὸ Ἰσσοῦ εἰς τὰς Ἀμανικὰς πύλας ἐν τῷ κοι-
λατήρῳ τοῦ κόλπου στάδιοι ζ'.

155. A Fano ad Issum urbem stadia 30 (λ').

156. Ab Isso ad Amanicas portas in intimo sinus
Issici recessu stadia 90 (λ').

dri, quarum meminit Curtius III, 12 : *Tribus aris in ripa Pinari positis amnis, Jovi atque Herculi Miner-vaec sacras, Syriam petit.* Cf. Cicero ad Famil. XV, 4 : *Castra in radicibus Amani habuimus apud aras Alexandri quatriduum.* Idem ad Att. V, 20 : *Castra paucos dies habuimus ea ipsa, qua contra Darium habuerat apud Issum Alexander.* Deinde in codice legitur : *τοῦτο ἔστιν ὑπερβῆναι εἰς τόπον εἰς πόλιν.* Luxata ita composui, ut ab Hiero iretur ad Nicopolim. Ceterum pro ὑπερβῆναι velim ἀναδηγα. Etenim viginti fereab ostiis Pinari fluvii stadii ruine sunt ad fluvium qui a meridie in *Deli-Tchai* incidit prope vicum *Koi Tchai*. Has ad Issum refert Kiepert, quod fieri nequit; ego Nicopoli vindico, de qua ita Stephanus Byz. : *Ισσός πόλις μεταξὺ Σύρας καὶ Κιλικίας ἐν ἡ Ἀλέξανδρος Δαρεῖον ἐνίκησεν, ἢ ἐκλήθη διὰ τοῦτο Ιωνόπολις ἀπ' αὐτοῦ ἐκεῖ δὲ καὶ ποταμὸς Πίλαρος ὁνομάζεται.* At Nicopolim ab Isso distinguunt Strabo p. 676, ubi, postquam ore oppida a Mallo ad Issum recensuit, addit : *ἐν αὐτῷ (τῷ Ἰστιῶ κόλπῳ) δὲ πόλις Ῥώδης καὶ Μυριανδρος καὶ Νικόπολις καὶ Μοφουεστία.* Distinguunt etiam Ptolemaeus, ita tamen ut Nicopolim ab Isso boream versus satis longe removeat, quem nomen et Stephanus suadeant non longe ab Isso ad Pinarum fluvium querendam esse.

§ 155. [Ισσὸν] Ἀμανικὸν et § 156 Ἀμανικὸν codex; em. Gail. Maritimam fuisse urbem testatur Xenophon Anab. I, 2, 24 et I, 4, 1 ... εἰς Ἰσσὸν, τῆς Κιλικίας ἐσχάτην πόλιν ἐπὶ τῇ θαλάττῃ κειμένην μεγάλην καὶ εὐ-
δαιμονια.. αἱ νῆσοι ὄφρων παρὰ τὴν Κύρου σπηλῆν. Strabo p. 676 : *Μετὰ δὲ Ἀλγαλας Ἰσσὸς πολιχνιον ὑφορμον ἔχουσα, καὶ ποταμὸς Πίλαρος.* Diodorus πόλιν ἀξιόλογον dicit. Mela I, 3 : *In recessu intimo locus est magni aliquando discriminis. Nunc ne minima guidem, tunc ingens urbs Issus fuit.* Ex Alexandri scriptoribus (Arrian. II, 7, 1. Curtio III, 8) de situ urbis nihil liquet, nisi quod a borea erat Pinari. A Pylis Cilicie secundum Xenophontem I, 4, 1 quinque distabat parasangas sive stadia 150. Eandem habebis distantiam in Stadiasco, si pro corrupto ψ' scripseris λ'. Ac hunc fere numerum postulant quae sequuntur in Stadiasco locorum mensurae. In Itinerario provinc. p. 142 et Hierosolym. p. 581 nulla amplius Issi mentio, sed proximum ab Alexandria oppidum ponitur *Baiae*, 16 millibus seu 128 stadiis ab Alexandria diremata, quarum ruinae ad hod. *Bayas*, ab *Iskanderoum* linea recta 100 stadia distantes. In Tab. Peuting. Issus ab Alexandria separatur milibus 6; quæ distantia quum admitti nequeat, Mannertus corrigi voluit mill. 16, adeo ut Issus et Baiae unum esse idemque oppidum. Quod ferendum non est. Videtur potius in Tabula inter Alexandriam et Issum Bajarum mentio excidisse, adeo ut Issus a Baiae absit milia 6; quod ad Xenophontis computum prope accederet. Cum his bene quadrat quod in eadem Tab. Peut. Issus a *Catabolum* 5 milibus distat; nam *Catabolum* ex ceteris Itinerariis mensuris ad hodiernum *Karakaya* vel *Tell Arali* referendum

est (V. § 157). Apud Ptolemaeum ab Alexandria ad Issum linea recta sunt 130 circiter stadia. Nam ita loca ordinantur :

	long.	lat.
Ἀλεξανδρεῖα	69° 30'	36° 10'
πόλαι Σύραι	69° 50'	36° 15'
Ἀμανικαὶ πόλαι	69° 50'	36° 20'
Ισσός	69° 20'	36° 25'

In quibus Amanicae pyla dicuntur ea Amani fauces, quæ sunt e regione *Bajas* vici. Plinius postquam Syriae oram boream versus ad Myriandrum usque legerat, recenset mediterranea; deinde ad oram revertens V, 22 § 91 : *Sed redeamus, ait, ad oram Syriæ, Flumen Diaphanes, mons Crocodilus, porta Amani montis (πόλαι Κιλικίας Stadiasmī), flumina Androcurus, Pinurus, Lycus, oppidum Issus, inde Alexandria (!), flumen Chlorus, oppidum Ēgei liberum, amnis Pyramus, porta Ciliciae (hae ante Ēgas ponende erant), oppidum Mallus.* His non insisto, quum locorum ordo negletus sit. — Ruinae Issi non supersunt. Vel Melæ temporibus evanuisse propemodum locus videtur, quem Itineraria prorsus ignorant. Chesneyus alioque nonnulli ad Issum retulerunt ruinas per amplias, que supra intimum sinus recessum, 50 ab ora stadia reperientur; eas Oenoanda sive Epiphaniae vindicandas esse bene vidit Kiepertus.

§ 156. Ἀμανικαὶ [Ἀμανικὰς] codex; em. Gail. || — ἐν τῷ κοιλοτάτῳ] sic recte codex, cuius ductus non assecutus est Iriarte. || — σταδ. ζ'] leg. λ', quod fortasse habet etiam codex, quum multis locis ζ' pro λ' contra libri fidem dederit Iriarte. Linea recta sunt stadia 70. — Ἀμανικαὶ vel Ἀμανίδες πόλαι dici poterat quivis per Amanum transitus, adeo ut e nexu narrationis eruendum sit, quennam quisque scriptor intelligat. Ab Isso autem postadia in eum desinunt locum, a quo per Amani tractum occidentalem (Djebel Missis vel en Nur) etiam nunc via patet ad Missis (Mansista Itin., Mopsuestiam) urbem. Ina montium ibi ad mare prope accedunt, et in litore oppidum erat, quod a pylis Amanicis nomen nocturn stationem natum præbebat. Strabo I. 1. : *Μετὰ δὲ Μαλλὼν Αιγαῖας πολιχνιον ὑφορμον ἔχουσα, εἰτ' Ἀμανίδες πόλαι ὑφορμον ἔχουσαι.* Ad eundem locum pertinere videtur quae in Scylace post Mallum memoratur Ἀδάνη (I. Ἀμανή) ἡμίπόριον, siquidem τὰ Ἀδάνη urbs mediterranea, si seriem nominum servare velis, intelligi nequit. *Porte Cilicia* locus vocatur ap. Plinius I. 1. § 91, at male ponitur inter Pyramum et Mallum. Exstant ruinae ad hod. Matach. — Quod reliquias Amani transitus attinet, memorandus primum qui nunc a Baylan vico nomen habet, quod ex græco πόλαι ortum esse videtur, quum tamquam oppidum eas Pylas Syrias recenseat Plinius V, 18 in intervallo Rhosicorum montium et Tauri. Σύραι πόλαι vocantur etiam ap. Pseudo-Aristot. De vent. nom. p. 548. Ibi Cyrus montem trajecit. Descriptionem fauicum vide ap. Diodor. XIV, 21. Deinde

157. Ἀπὸ τῶν Πυλῶν εἰς κώμην Ἀλάς στάδιοι ν· ἀπὸ τοῦ Μυριάνδρου, υδριοδρομοῦντος, στάδιοι ρ·

158. Ἀπὸ τῶν Ἀλῶν εἰς πόλιν Αἴγαλας στάδιοι ρ· ἀπὸ δὲ τοῦ Μυριάνδρου εἰς Αἴγαλας εὐθυδρομοῦντος ἐπὶ τὸν πόλον νότῳ στάδιοι ρ·

159. Ἀπὸ Αἴγαιων δι παράπλους κρημνώδης ἐπὶ κώμην Σερρέτιλλιν σταδίων ρν· Ἀπὸ δὲ Ὁρωσοῦ εὐθυδρομοῦντι ἐπὶ τὴν Σερρέτιλλιν ἐπὶ τὸν πόλον νότῳ στάδιοι σν· Κατὰ δὲ τὴν Σερρέτιλλιν κώμην ἐπάνω Πύραμος καλεῖται, καὶ ὑπεράνω αὐτοῦ δρός καλούμενον Πάριον ἀπὸ σταδίων ξ·

160. Ἀπὸ τῆς Σερρέτιλλεως κώμης ἐπὶ ἄκραν Ἰανουαρίων στάδ. α·

161. Ἀπὸ τῆς Ἰανουαρίας ἄκρας ἐπὶ τὰς Διδύμους νήσους στάδιοι λ·

boream versus sequuntur πύλαι Κιλκίαι, angustus ille inter Amanum et mare transitus, de quo vidimus ad § 153. Tum sunt Ἀμανικαὶ πύλαι Ptolemæi, e regione hodierni vici *Bajas*. Post has boreales illæ, quas trajecit Darius.

§ 157. Κώμην Ἀλάς] πώμην Ἀλλην et § 158 ἀπὸ τῶν Ἀλλῶν codex. Lapieus et Hoffmannus eum indicari locum putabant, qui vocatur τὰ Καστάλα (Ptol., Chrysostom. p. 204, Hierocl. p. 706, Appian. Mithrid. c. 105, Plin. V, 22 § 93), η Καστάλη (Malala p. 345), *Castabolum* (Curt. III, 7), *Catabulum* (G. Rav. V, 7), *Catacolon* (id. II, 16), *mansio Catacolo* (Itin. Hieros. p. 580), *Catabolo* (Tab. P. et Itin. prov. 146). Id vero quominus credas, impediunt rationes distantiarum. Nam Castabala quum a Bajis 17 mill. (It. Hier.) vel 16 mill. (It. prov.), ab Αἴγει 24 mill. (It. prov.), ab Iesso 5 mil. (T. P.) distent, sita erant inter Issum et Amanides Stadiasm̄i pylas, ad hod. *Karakaja* vel *Tell Araki*; nostrum autem oppidum a pylis 50, ab Αἴγει (*Ajas*) 100 stadia distans, in eo sinus loco collocandum, ubi ora monte rotundo (*round hill* Chesney) et fluvii ostio distinguitur. Nomen ejus accivi et Stephano Byz., qui: Ἀλά, inquit, καὶ τῆς Κιλκίας πόλις, πληθυντικῶς λεγομένη· ἀπὸ δὲ τούτου Ἀλήιον πέδιον. Plinius quoque inter Cilicium oppida nullo certo ordine tradita habet *Alen*. De Aleio campo quod inde a Saro orientem versus patebat, v. Strabo p. 555, 676, Arrian. Exp. II, 5, 8, Homer. Il. 6, 201, Herodot. VI, 95. Fragm. Hist. t. III, p. 303 et 236.

§ 158. Αἴγαλας] Nunc *Ajas*. Αἴγαλαι πολιχνιον Strabo p. 676; Αἴγει, Αἴγει Dio. Cass. XLVII, 30. Tacit. Ann. XIII, 8, Hierocles p. 705, S. Basilius Ep. 244; Αἴγαλα Constant. Porph. Them. 13, in Synodo Mopsuest. inter Concilii Constantinop. Decreta II, p. 118; *Αἴγει* in Actis S. Claudii c. 1; Αἴγαλ, Αἴγει, Plinius, Aristot. De vent. p. 133, Steph. s. v., Basilius Seleucensis in Vit. Theoclæ I. II, p. 130 et in Actis S. Zenobii ap. Lambec. Bibl. Cæsar. l. VIII, p. 256, ubi hæc: Αἴγαλ πόλις έστιν ἐπὶ κόλπῳ μὲν Ἰονίῳ (Ισιταρά em. Wesselg.), ἕπδο Κιλκίων δὲ οἰκουμένῃ, ηδὲ τὸ μὲν πρὸς Ηπειρον οὐ πολὺ, πλατείαν [δὲ] καὶ ἵσανῶς εἰς μῆκος διήκουσαν δι τῆς γείτονος Θαλάσσης δρόμος ἔδειχεται. In Itin. prov. p. 145: *Αἴγεις*; Geogr. Rav. II, 16 *Αἴγεις*; Tab.

157. Ab *Amanicis* portis ad Alas vicum stadia 50; a Myriandro cursu faustissimo stadia 100.

158. Ab Alis ad *Ægæas* urbem stadia 100; a Myriandro ad *Ægæas* cursu recto versus polum borealem austro vento stadia 100.

159. Ab *Ægæis* navigatio juxta oram abscissam ad vicum Serretillin stadiorum 150. A Rhoso autem cursu recto ad Serretillin versus polum naviganti austro stadia sunt 250. Pone Serretillin vicum (κώμην) in mediterraneis est *fluvius qui Pyramus vocatur*, et supra eum mons Parus dictus intervallo stadiorum 60.

160. A Serretilli vico ad Januarium (?) promontorium stadium unum (?)

161. A Januario promontorio ad Didymos insulas stadia 30.

Peut. corrupte *Aregea*, quod nescio an ex *Ale*, *Ægea* male conflatum sit. In Geogr. Rav. V, 7 pro *Aregea* habes: *Hire*, *Ægis*. In numis est Αλγέων. V. Eckhel. D. N. I, 3 p. 35. Cf. Beaufort *Carmania* p. 299. || — ἐπὶ τὸν πόλον νότῳ ω] ἐπὶ τοῦ πολοῦ νότου codex h.l. et § 159. Possis sane etiam ἐπὶ πόλον, at Noster ubique accusativum usurpat. De πόλῳ, stella in polo boreali sita, cf. Eratosth. *Cataster*. c. 2. Vitruv. IX, 6: *stella quae dicitur polus*. Habet tamen insoliti quiddam hæc loquendi ratio, ut nesciam an pro πολοῦ fuerit βορρᾶ vel βορρᾶ. Pro νότῳ accuratius dicendum erat εὔρονθω. || — σταδ. ρ] deb. σταδ. σ·

§ 159. Κρημνώδης] sic codex; κρημνώδος Iriart. Sin rem spectas, leg. putabis ἐστὶν ἀμμώδης; nam humilis et ex arenis aggesta ora est; quæ etsi minus fuerit atate nostri auctoris, nullo tamen tempore κρημνώδης esse δι παράπλους esse potuit. || — Σερρέτιλλιν] Σερρέτην et § 160 ἀπὸ τῆς Σερρέτιλλεως codex. Σερρέτοις Ptolemaeus, ubi fort. Σερρέτιλλις reponendum. Aliunde de pago non constat. || — Ὁρωσοῦ et ἐπὶ τοῦ πολοῦ νότου codex. || — κατὰ δὲ] sic cod.; κατὰ δὴ Iriart. Deinde num recte Pyramus vicus fluvio cognominis memoretur, licet dubitare. Fuisse suspicor: κατὰ δὲ τὴν Σερρέτιλλιν πώμην [ποταμὸς, δεῖ] Πύραμος καλεῖται. In quibus verba ποταμὸς δὲ exciderunt, illata voce ἐπάνω, quæ sic male habet, et ex margine illata fuerit, ubi ad verba κατὰ δὲ τὴν Σ. κ. notata erat altera lectio: ἐπάνω δὲ τῆς Σερρέτιλλεως κώμης. Deinde pro ὑπεράνω αὐτοῦ velim δ. τούτου. || — Πάριον] ad *Djebel Missis* referendum.

§ 160. Ἀπὸ τῆς Σερρέτιλλεως εἰς κώμην ἐπὶ ἄκραν codex. || — *Ιανουαρίων* Nomen suspectum. Numerus α' vix recte habet, quum minimam talēm distantiam notari veri dissimile sit. Attamen si ad Mallum pertinent ruinæ, quæ non ita longe distant a *Karadach* promontorio, a et loco Seretilli assignando circa 140 stadia absunt, recte habere numeros stadiasm̄i putaveris; nam a Seretilli ad Mallum computantur stadia 1 + 30 + 100 = 131. Statuendum igitur foret et Januarium istam acram et Didymos insulas jam non amplius apparere in litore alluvionibus magnopere mutata. Nihi lominus acquiescere his noluerim. Etenim quum promontorium in hoc tractu maxime insigne sit hodie,

162. Ἀπὸ τῶν Διδύμων νήσων εἰς πόλιν καλουμένην
Μαλλὸν στάδιοι ρ'.
163. Ἀπὸ Μαλλοῦ εἰς Ἀντιόχειαν ἐπὶ Ηυράκου πο-
ταμῷ στάδιοι ρν'.
164. Ἀπὸ τῆς Ἀντιοχείας ἐπὶ τὴν Ἰωνίαν, ἣν νῦν
Κεραλήν καλοῦσι, στάδιοι ο'. Παρὰ τὸ ἀκρωτήριον
ποταμός ἔστι πλωτός, [δὲ] Ηυράκος καλεῖται.

num *Karadach-Bouroun*, quod claudit sinum Issicum, ab hoc vero tringita fere stadiis boream versus exstent duæ insulae exiguae : proelvis est conjectura hoc promontorium et has insulas in Stadiasmō notari corruptis notis distantiarum, ac primum quidem nos deduci ad promontorium, deinde insularum mentionem contra ordinem parapli quasi ἐν παρέργῳ adjici. Ad promontorium illud ponenda est alta Megarsus vel Magarsos (cf. not. seq.) cum Minervae templo. Ac fortasse verba ἄκρα IANΟΥΑΠΙΑΝ corrupta sunt ex ἄκρᾳ ΜΕΓΑΡΙΑΝ ; sin genuinum nomen est Romanorum temporibus Jani templum in Minervie fanum successisse putaveris.

162. Μαλλόν] De hac urbe ita Scylax p. 77 : πο-
ταμὸς Ηύρακος καὶ πόλις Μαλλὸς εἰς ἣν δὲ ἀνάπλους κατὰ τὸν
ποταμὸν. Mela I, 13 : Pyramus.. Mallon praterfluit.
Strabo p. 675 ab oceano procedens : Ηύρακος.... πλη-
στὸν δὲ καὶ Μαλλὸν.. Οἱ τάφοι (Mopsos et Amphilochi
conditorum) περὶ Μάγαρα τοῦ Ηυράκου πλησίον. Cur-
tius III, 7 : (Alexander Tarsio profectus) Pyramo
anne ponte juncto ad Mallum pervenit. Arrian. II, 5, 8 :
Ἐς Μάγαρον ἔκει καὶ τῇ Ἀθηνῇ τῇ Μεγαράδι θύσεων.
ἔντευθεν δὲ ἐξ Μαλλὸν ἀρχετο. Stephanus : Μάγαρος,
μάγιστος ὅγος ἐν τῇ Κιλικίᾳ πρὸς τῇ Μαλλᾶν.. καὶ Μεγαροία
Ἀθηνῇ ἔκει θύρωνται. Lycophron. 439 : αἴπεις Μέ-
γαρος, Plinius V, 22 § 91 : oppida Mallus, Magarsus.
Ptolemaeus. Μαλλὸς 68° 30', long. Ηύρακον ἔκβολατ
68° 15'. Σάρον ἔκβολατ 68°. — Hinc colligis Mallum ab
orientale fluvii latere, non tamen ad ipsam fluminis
riparum fuisse positam. Accuratio desiderantur. Vulgo
ad Mallum referunt ruinas quæ non longe a *Karadach*
Bouroun exstant; atque quum prope hunc locum lacus
in mare exeat, id veterū esse Pyrami ostium statuant.
Quod si recte fit, falsas sunt distancias quas habet Stadiasmō
tum hoc loco tum in seqq. Illud quoque mi-
raris, nihil nostro loco de Pyramo notari, sed. § 163
Antiochiam ad Pyramum laudari, § 164 deum diser-
tiorem fluvii mentionem injici. Quapropter suspicari
possis turbatam esse perihi narrationem et ex complu-
ribus fontibus male conflatam, nec diversam esse
Mallum ab. Antiochia ἐπὶ Ηυράκου (quod nomen certo
quodam tempore Mallo fuerit), nec Ἰωνούσιαν ἄκραν
differre ab Ἰωνίᾳ ἄκρῃ, et diaphlum § 164 ab scopulo
Rossico dirigi ad promontorium quod ab oceano sūnum
Issicum claudit, eumque diaphlum præ ceteris fuisse no-
tandum. Sed ne quid confidentius asseveremus, manca
nostra horum locorum cognitione impedimur. Deinde
vero bene tenendum est, numeros Stadiasmō ita com-
paratos esse, ut in oram quæ est a Didymis insulis usque
ad Sarum fluvium, quadrant optime, modo ne de situ
Malli urbis quidquam prejedicaveris. Etenim si a Di-
dymis insulis usque ad Mallum sunt stadia 100, sequi-

162. A Didymis insulis ad urbem Mallum nomine
stadia 100.
163. A Mallo ad Antiochiam iuxta Pyramum flu-
vium stadia 150.
164. Ab Antiochia ad Ioniam quam nunc Cepha-
len vocant, stadia 70. Juxta id promontorium fluvius
est navigabilis, qui vocatur Pyramus.

tur Mallum 70 fere stadiis a promontorio *Karadach* remotam fuisse, que aduerso Pyramo fluvio enavigan-
da erant. A Mallo autem in hoc loco ponenda usque
ad Sarum fluvium in Chesneyi mappa quum sint
330 fere stadia, optimè quadrat Stadiasmō computus,
quo colliguntur stadia 340 (150 + 70 + 120). Porro
a scopulo Rhosico usque ad eum locum, quo ex Stadi-
smō Antiochia ad Pyramum collocanda, diaphlus est
350 stadiorum, ac totidem habes in Stadiasmō § 164.
Hæc igitur quum bene concinant, statuendum fore
tribus saltē ostiis Pyramum in mare exiisse, uno non
longe a Mallo urbe, altero ad Antiochiam, tertio ad Cephallen ; in periplo autem nonnisi tertii ostii expres-
sam fieri mentionem, propterea quod in his fonte uti-
batur, qui non ab oriente ad occasum, sed inversa
via procedebat, Pyramique mentionem injectit eo loco,
ubi primum fluvii ostium occurseret. Eius enim rei
satis manifestum indicium inest § 164, ubi Noster
inattentior scribit πρὸς ἀνατολὰς cursum dirigi, qui erat
πρὸς ἑσπέρας.

§ 163. Ἀντιοχειαν ἐπὶ Ηυράκου] Memorat Antiochiam τὴν ἐπὶ Ηυράκου Stephanus Byz., alias nemo. Mediterraneanam urbem inter Mallum et Mopsuestiam sitan significari nounulli putarunt. Cui sententia ex Stadiasmō, ex quo tota hac questio pendet, probabilitas adstrui nequit. Nam mensura ita comparata sunt, ut
juxta oram procedendum sit. Præterea quum διάπλους a Rhosico scopulo ad Antiochiam tradatur, eo ipso maritima urbs indicatur; nam ad mediterranea διά-
πλοι non solent pertinere. Huc accedit, quod sic urbem
nancisor, ad quam referri possit numus Cilicie Ἀν-
τιοχέων τῆς παραλίας (ap. Miomnet Suppl. VII,
p. 195). Ubi ostium Pyrami, cui Antiochia adiacebat,
ponendum, nunc lacus juxta litus extenditur. Quodsi
hodie ostia illa non amplius exstant, id ex inde flu-
vii facile explicatur. Nilo Pyramus comparatur ap.
Strabonem p. 53, de coequo cerebatur oraculum : ἔστε-
ται ἐστομάτος, οὗτος Ηύρακος εὐρυνθίην τὸν προργά-
νηργήν εἰς Κύπρον ἵκεται. Ceterum quum in mediterraneis
vetus alveus exstet, quo olim Sarus cum Pyramo con-
jungebatur, et quum plures Sarri ostia veteres distinxisse
arguant Capita Sari apud Livium XXXIII, 41 (Inde
proiectum cum ad Capita, quæ vocant, Sari fluminis
fæda tempestas oborta prope cum omni classe demer-
sit) : fortasse ab Antiochia τῆς παραλίας et τῆς Ηυράκου
non diversa est Ἀντιοχεια ἡ πρὸς τὴν Σάρων, quam novi-
mus e numo Antiochi Epiphanis (Eckhel t. 3 p. 46
Cf. Droysen Hellenism. II, p. 681).

§ 164. οὐ φαλὴν] κέραλον, sed § 166 ἀπὸ τῆς περι-
λήσης, codex. Nomen Ιωνίαν corruptum esse censem
Gaiilius, ἐπὶ τὴν γωνίαν (« ad angulum, qui nunc Ce-
phale vocatur ») scribendum conjiciens. Nihil ego in re

Απὸ τοῦ [Πωσαίου] σκοπέλου δὲ μὴ κατακόλπι-
ζοντι, ἀλλ' ἐπ' εὐθείας πλέοντι εἰς Ἀντιόχειαν ἐπὶ τὰ
πρὸς ἑσπέραν [τῆς ἄρκτου μέρην] νότῳ, [κατὰ] τὰ
εὐώνυμα τῆς ἡπείρου μακρὸν διαφαλλομένῳ, στάδιοι τύ'.

165. Απὸ τοῦ Πυράμου ποταμοῦ εὐθύδρομοις εἰς
Σόλους ἐπὶ τὰ πρὸς ἑσπέραν μέρη τῆς ἄρκτου [ἀπη-
λιῶτην] νότου μικρόν[τι] παρέλκοντι στάδιοι φ'.

166. Απὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ Πυράμου ἐπὶ τὸν ποτα-
μὸν Σάρον στάδιοι ρχ'.

167. Απὸ Σάρου ποταμοῦ ἐπὶ [τὸ] στόμα τῆς λίμ-
νης, δὲ καλεῖται Ρήγμοι, στάδιοι ο'.

168. Απὸ Ρήγμῶν εἰς Ταρσὸν στάδιοι ο'. Ρέει
διὰ μέσης τῆς πόλεως ποταμὸς Κύδνος.

169. Απὸ Ρήγμῶν ἐπὶ χωρίον Ζεφύριον στάδιοι ρχ'.

170. [Απὸ Ζεφύριου εἰς Σόλους στάδιοι ν'].

171. Απὸ δὲ Σόλων ἐπὶ κάμψην Καλανθίαν στάδιοι ν' .

incertissima tentarem, nisi excitaret Stephanus : Πανία,
ἐπίνειον Κιλικίας περὶ τὸ Ἀλήιον πεδίον. Hanc planitiem
quum jam præternavigemus, Ἰωνίαν ortum dixerim ex
Πανίᾳ. Stadia 70 in locum ducunt, ubi nunc litus
arenosum in mare procurrit. Id igitur fuerit τὸ ἀκρω-
τηρίον, olim fortasse magis conspicuum. Mox supplevi
Τρωσαίου, qua forma noster uititur § 150, quum rectius
diceres Τρωσικοῦ vel Τρωσίου. || — ἐπὶ τὰ πρὸς ἑσπέ-
ραν κτλ.] ἐπειτα πρὸς ἀνατολὴν τῆς ἡπείρου νότῳ τὰ
εὐώνυμα μακρὸν διαφαλλω codex sec. Iriartem; ultimam
vocem lectu difficillimam διαραμένῳ esse censem Millerus. Correxi, ut res et verba flagitare videbatur.
In mentem etiam venerat : πρὸς ἑσπέραν τῆς ἄρκτου ἀπη-
λιῶτην γότου κατὰ τὰ εὐώνυμα μικρόν τι ἐκλέκοντι, collato
§ 165. Quae Gaius de hoc loco disserit, non refero.

§ 165. Σόλους cod.; em. Gail. || — τῆς ἄρκτου νότῳ
μικρῷ παρέλκας codex. Cursus tantum non rectā versus
occasum tendit. || — στάδιοι φ'] Sic etiam Artemidorus ap. Strabonem. Distantia nimia ponitur. Vel a
Malli promontorio nonnisi 400 sunt stadia.

§ 166. Σάρον] Αρετον et § 167 Αρείου cod. Cf.
Strabo p. 534; Ptol. V, 8; Appian. Syr. 4; Livius
XXXIII, 41; Plinius V, 22, 92 (ubi unus codex item
Aros pro Saros habet.). Apud Xenophont. Anab.
I, 4, 4 Ψάρος. Ap. Ptolem. Σάρος ή Σίναρος. In Dionysio
Cilicie fluvii : Πύραμος, Πύναρος et Κύδνος, ubi Ηλ-
ιναρος fort. non fuerit fluvius sinus Issici, sed Σίναρος
(an hoc ortum e Κοίρανος?) η Σάρος Ptolemai. Ste-
phanus : Σάρος δὲ καὶ Κοίρανος : πιμίρην γε græce est
κοίρανος. Nunc Seichoum Tchai.

§ 167. ἐπὶ στόματος λίμνης codex; ἐπὶ στόμα τῆς λ.
vel ἔως στόματος λίμνης leg. esse monet Gail. || — Ρήγ-
μοι] Ρήγμα Strabo p. 672 : Μετὰ δὲ τὴν Ἀγγελίην αἱ
τοῦ Κύδνου ἐκβολαὶ κατὰ τὸ Ρήγμα καλούμενον· ἔστι δὲ
λιμνάζων τόπος, ζεχων καὶ πελασίδι νεύμα, εἰς δὲ ἐκπίπτει
δι Κύδνος διατρέπων μέσην τὴν Ταρσόν... καὶ ἔστιν ἐπίγειον
ἡ λίμνη τῆς Ταρσοῦ. Stephanus : Ρήγμοι, Κιλικίας ἐπί-
νειον τὸ θύνικὸν Ρωγμίτης. Fortasse etiam nostro loco
erat Ρωγμοι. Cf. Steph. Thes. gr. v. Ρήγμος, Ρωγ-
μός, Ρωγμός. Hodie palus evanuit in campum arenosum,
Cyndique ostium ob brevia nonnisi parvis navigiis accessum. Edrisi (Clim. IV, p. 5) Aolas tamquam

A Rhosico scopulo, non intranti sinum, sed recte
naviganti ad Antiochiam versus borealis plagæ partem
occidentalem austro vento, versus sinistram a conti-
nente longe recedenti, stadia 350.

165. A Pyramo fluvio cursu recto ad Solos versus
plagæ borealis partes occidentales, subsolano vento
austri paullulum assumente, stadia 500.

166. A Cephale Pyrami ad Sarum fluvium stadia 120.

167. A Saro fluvio ad lacus ostium, quod vocatur
Rhegni, stadia 70.

168. A Rhegmis ad Tarsum stadia 70. Medium
urbem perfluit Cydnus fluvius.

169. A Rhegmis ad locum Zephyrium stadia 120.

170. [A Zephyrio ad Solos stadia 50.]

171. A Solis ad Calanthiam vicum stadia sunt 150
(pv').

portum Tarsi memorat; cundem locum habet Stephanus : Αὐλαί, ἐπίνειον Κιλέκων μεταξὺ Ταρσοῦ καὶ Ἀγγελίης || — σταδ. ο'] Non quadrat numerus in distan-
tiam qua hodie fluviorum ostia dirimuntur; vix enim
30 stadia intercedunt. At constat hodiernum litus allu-
vion paullatum esse aggestum, adeo ut nihil impedit,
quominus vera Noster tradiderit.

§ 168. σταδ. ο'] Hec quoque distantia ob causam
modo dictam multo major. Ptolemaeus Cydnii ostium
sexta gradus parte magis quam Sari ostium versus
boream collocat. Apud Strabonem p. 673 legitur : 'Εγ-
τεῦσθε δὲ (a montibus qui sunt a Tarso boream versus)
ρχ' εἰσὶν εἰς Ταρσὸν στάδιοι, καλεῖσθεν οὐ πλεῖστοι ε' ἐπὶ τὴν
ἐκδολὴν τοῦ Κύδνου, in quibus numerum ε' non ejec-
tum cum Cramer, sed in ο' ex Nostro mutaverim. || —
διὰ μέσης ηδὲ μ. codex; em. Gail. Cf. Strab. l. l. et
Plin. V, 22, § 92 : Cydnus Tarsum liberam urbem
procul a mari secans. Nunc Tersus ab oriente urbem
hodiernam præterfluit.

§ 169. ἀπὸ Ρήγμαν] ἀπὸ Ταρσοῦ codex, vitio
passim obvios. || — Ζεφύριον] Cf. Seylax. p. 77 : Ζε-
φύριον πόλις; Strabo p. 672 : Εἴτα (post Solos versus
orientem) Ζεφύριον, διμώνυμον τῷ πρὸς Καλανθίδην.
Plinius V, 22 § 91 : Thynos, Zephyrium, Anchiale.
Stephan. Byz. : Ἀγγελή.. πρὸς τῇ Ταρσῷ καὶ Ζεφύρῳ.
Tab. Peut. Zephyrium a Solis XIII (I. VIII) millibus
distare prodit. Cf. G. Ray. V, 17. Ruinae ad fluvium
Gesol Torrek ad Mersin vicum.

§ 170. Hec supplevi. Solarum ruinae ad hod. Me-
setili.

§ 171. Καλανθία locus aliunde non notus. Mensura
ducit ad ruinas, quae 50-60 stadia a Solis distant.
Deinde in periplus nescio an fuerit : [ἀπὸ Καλανθίας
εἰς Λάμου κάμψη σταδ. φ']. Ἀπὸ Λάμου εἰς Ἐλασσόντα
κτλ. Etenim vitiaita esse quæ nunc legimus, inde patet,
quod a Solis usque ad Corycum satis recte computantur
§ 173 stadia 280 (in mappis nostris 260 sere sunt
stadia); e singulis autem numeris (50. 100. 20) non-
nisi 170 stadia colliguntur : adeo ut aut nostro loco pro
v' esse debeant pv' vel p̄c', et Καλανθία cum Lamo (eu-
jus ruinae ad hod. Lamas) Strabonis, Ptolemai et
Hieroclis vicinove loco componenda sit, aut inter

172. Ἀπὸ Καλανθίας κώμης εἰς Ἐλαιοῦντα στάδιοι ρ'.

173. Ἀπὸ Ἐλαιούσσης εἰς κώμην καλουμένην Κώρυκον στάδιοι καὶ ἀπὸ δὲ Σόλων εἰς Κώρυκον στάδιοι β στάδιοι δῶν ἀπέγον ἐστιν ἄντρον Κώρυκον καλούμενον σταδίους ρ'.

174. Ἀπὸ τοῦ Κωρύκου ἐπὶ λιμένα καλούμενον Καλὸν Κοραχῆσιν στάδιοι ρχ'.

175. Ἀπὸ τοῦ Κοραχῆσιν ἐστὶν ἡ Ποικίλη πέτρα, οὐ θῆται ἔγειρα κλίμακα, δι' οὓς ἐστιν ὅδος εἰς Σελεύκειαν τὴν ἐπὶ Καλυκάδου σταδίους ο'.

176. Ἀπὸ τοῦ Κοραχῆσιν ἐπὶ τὸν ποταμὸν Καλυδὸν στάδιοι μ'.

177. Ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἐπὶ ἄχραν ἀμμώδη, στενήν,

172. A Calanthia vieo ad Eleuentem (*Elauissam?*) stadia 100.

173. Ab Ekeussa ad vicum Corycum dictum stadia 20. A Solis vero ad Corycum stadia 280. Supra Corycum Corycium quod vocatur antrum est intervallo stadiorum 100 (deb. 20).

174. A Coryco ad Portum quem vocant Pulchrum Coracesium stadia 25 (x^o).

175. Pone Coracesium est Paecile petra, qua habet climacem seu scalam, per quam itur Seleuciam ad Calyeadnum stadii 70.

176. A Coracesio ad Calydnū seu Calycadnum flumen stadia 40.

177. A Calycadno fluvio ad promontorium arenosum

Calanthiam et Eleuentem exciderit Lami vel alias loci mentio. Kiepertus Calanthiam resert ad hoc. vicum Erdemli, qui a Solis ad 130 stadia distat.

§ 172. [Ἐλαιοῦντα] Codex h. l. Ἐλαιοῦντα et § 173 ἀπὸ Σελαούσσης (Σεκαούσης male Irart.), quod corruptum ex ἀπὸ [τῆς] Ἐλαιούσσης : adeo ut duas nominis formas, Ἐλαιοῦς et Ἐλαιοῦσσα Noster miscuisse videatur, quamquam Ἐλαιοῦς forma apud reliquos scriptores non occurrit. Strabo p. 671 : ἡ Ἐλαιοῦσσα νῆσος μετὰ τὴν Κώρυκον προσκειμένη τῇ ἡπειρᾳ, ἥν συνώνυμον Ἀργέλαος. Cf. idem p. 535. 537. Stephan. Byz. Ἐλαιοῦσσα, νῆσος Κλικίας, ἥ νῦν Σεβαστή, πρὸς τῇ Κώρυκῳ. Idem : Σεβαστή... Λέγεται καὶ ἡ πρὸς τῇ Κώρυκῷ γερρόνησος οὖτας. Cf. Oppian. Halieut. III, 209, ubi Ἐλαιοῦσσα, Josephus XVI, 4, 6, ubi codd. fluctuant inter αι et ει et σι et σσ. Numi : Ἐλαιοῦσσα. Ptolemaeo Σεβαστή est locus continentis. Nunc est insula que arenarum tamen terre jungitur. Noster quid voluerit intelligi, non liquet. Fortasse in continente erat δ vel ἡ Ἐλαιοῦς locus, eique objecta Ἐλαιοῦσσα insula, in quam cultores traduxit Archelaus. || — σταδ. ρ'] Quodsi haec a Lamo computanda sunt, justo major numerus, sicut sequens numerus ρ' paullo minor est. Ceterum Gaiilius in Σεκαούσης (ut perperam dedit Iriarte) Σεβαστῆς nomen latere censuit.

§ 173. Κώρυκον] Nomen supestes in hoc. Korghos. ὃ πέρ δῶν] Debetabat ἵπερ θεῖς; nisi forte in antece. auctor præter τὴν κώμην auctor etiam τὴν ἄχραν cognominem inmemoraverit, et ad has pluralis ὄν referendum sit. || — διτρον] ἀκρωτηρίον codex; em. Hoffmannus. || — ρ'] debebat ρ', ut recte habet Strabo p. 670, ubi vide. Cf. Mela I, 13, ibiq. interpr. Que Coryco oppido objecta est insula, castelli ruinas habens, a Strabone vocatur Crambusa, et quod proximum a Coryco versus meridiem sequitur promontorium, Ἀνεμούριον. Cf. St. B. v. Κράμουσα.

§ 174. Κώρυκον] Κώρυκον cod. || — Καλὸν Κοραχῆσιν] καλὸν cognomen an recte habeat, nescio. Fortasse ex dittographia vocis καλούμενον ortum, aut dederat auctor λιμένα καλὸν, καλούμ. Κοραχ. Deinde pro Κοραχῆσιν apud reliquos est Κοράζιον, ut in Actis S Barnabae (v. not. ad § 183), vel Φευδοκοράζιον, ut ap. Stephan. Byz. : Φευδοκοράζιον, αγηταλός, μέγας μετα-

ξὺ Κώρυκον [καὶ] τῆς Σελεύκειας τῆς παρ' Ἰσαρόις (quod spectat serioris aevi divisionem). Ἄρτεμισιορος ἐνάντῳ τῶν Γεωγραφουμένων : « Παραλλάξαντι δὲ ταῦτην αγιαλῆς ἀλλος ἐκδέχεται σταδίων τριῶν (τριάκοντα?), μηνοειδῆς καὶ θρόμος, καλούμενος Φευδοκοράζιον. Indicatur sinus semi-circularis, cui adjacet Perchende locus cum veteri portu et ruinis (v. Beaufort p. 234). Aliud Coraceum (nisi h. l. Κοράζιον scribendum est) habes infra § 207. || — σταδίοι ρχ'] legendum στ. κε'.

§ 175. ἐστιν ἡ ποικίλη λεγομένη πέτρα, κλίμακα ἔχουσα λατομηὴν ἐπὶ Σελεύκειαν ἀγουσσαν. || — ἐπὶ Καλυκάδου] ἐπὶ λόκου et § 176 ἐπὶ Καλύδιον, Illud ad formam Καλύκαδον ducit, hoc ad formam Καλυδόν, qua utitur Ptolemaeus. Cf. Steph. Byz. v. Υρτα : Σελεύκεια, ἡ παραρρέπεται Καλύκαδον, δην Καλυδόν (Καλύδιον codd. Voss.) τινες καλούσιν. Noster altero loco alteram usurpasse videtur, ut passim. De Seleucia ad Calycadnum, quae τραχεῖα vel τραχεωτις dicta et a quarto seculo Isauria adscripta, v. Strabo p. 670; Plinius V, 22, § 93 (Seleucia supra annum Calycadnum Tracheotis nomine, a mari relata, ubi Holmia appellatur); Steph. Byz. v. Υρτα. Σελεύκεια. Κράμουσα. Φευδοκοράζιον; Ptol.; Cicer. ad Att. IV, 18; Zosimus I, 57; Ammian. XIV, 2, 13 sq. XIV, 8, 2; Hierocles p. 708; Malala p. 412; Eutrop. VIII, 2; Theodoret. II. E. II, 26; Constant. Porphy. Them. I, 13 p. 35. etc. etc. De ruinis Beaufort p. 234; Das Ausland 1848 p. 243.

§ 176. ἀπὸ τοῦ Κοραχῆσιν] ἀπὸ τοῦ κλίμακος codex. Præter fluvium etiam promontorium Calycadnum habens in fœderis tabulis ap. Polyb. XXII, 26, 14: μῆτε πλεύσασσαν ἐπὶ τάδε τοῦ Καλυκάδου ἀκρωτηρίου, et Appian. Syr. 34 : δρον μὲν Ἀντιχειρ εἶναι δέος ἄχρας Καλύκαδον, τε καὶ Σαρπηδόνιον. Idein, ut puto, prom. Zephyrium appellat Strabo : πληγῶν ἐστὶ τοῦ Καλυκάδου καὶ τὸ Ζεύριον, καὶ αὕτη ἄχρα. Cf. Geogr. Rav. V, 7 : Corycus, Selencia, Zephyrion, Sarpedon. Ptolemaeus deinde Zephyrium ponit inter Corycum et Calycadnum.

Σαρπηδονίαν καλουμένην, στάδιοι π'. Ἀπ' αὐτῆς ἀνατείνοντα βράχεα ὡς σταδίους κ'.

178. Ἀπὸ τῆς ἄκρας τῆς Σαρπηδονίας, ἔγγιστα [κειμένης] πρὸς τὴν Κύπρον, εἰς πόλιν Καρπάσειαν οὐδὲ ριωτάτα στάδιοι υ'.

179. Ἀπὸ Σαρπηδονίας ἄκρας εἰς Σελεύκειαν στάδιοι ρχ'.

180. Ουρίων καὶ εἰς Ὁλμους στάδιοι ρχ'.

181. Ἀπὸ δὲ τῶν Ὁλμων ἐπ' ἄκραν καὶ κώμην καὶ λουρένην Μύλας στάδιοι μ'.

182. Ἀπὸ τῆς ἄκρας εἰς λιμένα Νησούλιον καὶ ἄκραν ἐπινησίαν στάδιοι ξ'.

183. Ἀπὸ τῆς ἄκρας ἐπὶ χωρίον Φιλαίαν στάδιοι κ'.

Οἱ πάντες ἀπὸ Μυλαίων εἰς Φιλαίαν τὸν ἐπίτομον 15 στάδιοι φ'.

184. Ἀπὸ τῆς Φιλαίας ἐπὶ νῆσον Πιτουόσταν στάδιοι ρλ'. Ἀπέχει δὲ Πιτουόστα ἀπὸ χερρονήσου τῆς πρὸς τὴν Μύλην σταδίους κ'. Ἀπὸ τῶν ἄκρων τῆς Πιτουόστας πρὸς τὴν Ἀφροσιδιάδα στάδιοι μέ'.

§ 77. Σαρπηδονίαν] Σαρπεδονίαν Iriart. Σαρπηδόνων ἄκρα Strabo et Ptol.; Sarpedon prom. Plin. Cf. Mela I, 13, Geogr. Rav. V, 7, Zenobius Prov. V, 86 (Σαρπηδονία ἀκτή), coll. Steph. Thes. v. Σαρπηδόνων. Apud Scylacem p. 77: Σαρπηδόνων πόλις ἔρημος, quam urbem ob posterioris ævi silentium non est cur exstitisse negemus. || — ἀνατείνοντα] ἀνατείνοντα τὰ codd.; em. Gail. Possit etiam ἀνατείνει τὰ. || — ὡς σταδ. κ'.] Inter ὡς et σταδ. codex habet: ἀπὸ τῆς Σαρπηδονίας. Vel hæc vel verba ἀπ' ἀπτῆς ejicienda. Deinde supplevi καιμένην, coll. § 186.

§ 178. εἰς πόλιν Καρπάσιαν οὐριώτατα codex, ε. π. Καρπάσιον νεωτέρου αρογρ. Iriart. Cf. Strabo p. 682: Κεῖται δὲ ἡ Καρπάσια κατὰ τὴν ἄκραν τὴν Σαρπηδόνα.

§ 179. ρχ'] 90 stadia linea recta. || — § 180. Ὅλμους] εἰς Σύνδους et 181 ἀπὸ δὲ τῶν Ὁρμῶν codex; em. Gail. In Plinio l. l. est Holmœ (Horme, Bolme var. lect.), et paullo post: Seleucia a mari relata, ubi vocabatur Olmia (Hormia v. l.), ubi Holmia scriptis ex Holstenii conjectura Silligius. Cf. Scylax p. 77 et Strabo p. 670: Ὅλμοι, δύον πρότερον ϕώνους οἱ Σελεύκεις. Rūnæ prope Liman locum, ad quem etiam nunc via dicit a Seleucia. A Sarpedonio prom. Holmi distant circa 70 stad.; nihil tamen h. l. corrigendum esse, suadet verbum δυολως, nisi hoc addidit scriba qui jam reperit mensuram corruptam.

§ 181. Μύλας] Praeter Nostrum unus memorat Plinius, qui Mylen vocat. Ac in Stadiasco quoque § 184: πρὸς τὴν Μύλην. In § 183 ἀπὸ Μυλαίων incertum, an ex ἀπὸ Μυλῶν depravatum, an contra morem auctor gentilis usurparit. Ceterum pro Μύλας prestat legere Μύλας, quamquam fluctuant codices in scribendis locis cognominibus Siciliæ et Thessaliam. ἄκρα ista ad hodi. Ak liman. Exstant ruinae. Quadrat distantia stadiorum 40. Aliae ruinae inter Ak liman et Holmos medie quo sint referenda queritur.

§ 182. Νησούλιον] Nomen aliunde non notum, ac suspectum. Conjiceres νησίδιον, νησίδριον et dein ἀκρ. ἐπινησίδιον, modo extaret ibi insula. Est tamen

sum et angustum, quod vocant Sarpedonium, stadia 80. Ab eo brevia excurrunt per 20 fere stadia.

178. A Sarpedonio promontorio, quod a Cypro insula proxime abest, ad Carpasiam urbem faustissima navigatione sunt stadia 400.

179. A Sarpedonio promontorio ad Seleuciam stadia 120.

180. A Seleucia ad Holmos item sunt stadia 120.

181. Ab Holmis ad promontorium et vicum Mylas, quas vocant, stadia 40.

182. A Mylarum promontorio ad portum Nesulum et promontorium prope Nesulum stadia 60.

183. A promontorio ad locum Palæam stadia 20. Cuncta a Mylæis ad Palæam via compendiaria sunt stadia 50 (v').

184. A Palæa ad insulam Pityussam stadia 30 (λ'). Distant Pityussa a chersoneso Mylene stadia 80 (π'). Ab extremis Pityussæ insule ad Aphrodisiadem stadia 45.

promontorium ad χερσονήσου formam accedens, prope quod in recessu sunt ruinae, ad quas linea recta est stadiorum 30; multo longior distantia, si litoris anfractus legeris, adeo ut numerus ξ', etsi justo major, non tamen corruptus esse videatur.

§ 183. Φιλαίαν] Παλαίαν scribendum puto. Etenim Wesselingius ad Itin. p. 708 ex Actis S. Barnabæ t. II, p. 432 afferit hæc: Ηλθομεν (tempestate ex alto hic delati) ἐν τῷ Κορασῷ (cf. § 174), ἐκεῖθν δὲ ηλθομεν εἰς Παλαίαν τῆς Ἰσαυρίας, κάκεῖθεν ἐλόντες ἐν νήσῳ τινὶ Πιτουόσῃ καλουμένῃ· ἐκεῖθν δὲ παρεπλέυσαμεν τὰς Ἀκοντίσας (Ἀφροδισας;?), καὶ ηλθομεν ἐν πόλει Λαμπουρῷ. Cf. Ammian. Marcell. XIV, 2, 13: Locum petivere Paleas (sic) nomine, vergentem ad mare, valido muro firmatum, ubi conduntur hucusque comeatus, distribui militibus omne latus Isauriæ defendantibus assueti. Circumstetere igitur hoc munimentum per triduum et trinotum, et quum neque acclivitas ipsa sine discrimine adiri letali, nec cuniculis quidquam geri posset, ... mæsti exceedunt. Quod quidem castellum fortassis illud ipsum erat, quod nunc a ruinis Nesulii orientem et meridiem versus, viginti fere ab ora stadiis, in montis vertice exstat. Portus loci fuerit in recessu qui post Nesulii promontorium proxime sequitur. Pertinetque huc locus Constantini Porph. Them. I, 12 p. 38, ubi: εἴτα Μέλας δ ϕυχρός, εἴτα τῆς Συνῆς πολισμάτιον, εἴτα λιμὴν δ καλουμένος Παλαίας, εἴτα αὐτὴν ἡ Σελεύκεια. || — εἰς Φιλαίας codex. Iriarte hæc verba omisit. || — σταδ. φ'] Res postulat σταδ. v'.

§ 184. Πιτουόσαν codex. || — ρλ'] leg. λ'. || — σταδ. κ'] corrupte. Fortasse scriptis π'. Juxta oram numeravit stad. 110. Meminit Pityussæ insule auctor Actorum S. Barnabæ (v. not. § 183), alius nemo, quantum sciam, nisi fortassis montosam hanc insulam et omnium in Ciliciæ ora maximam notaverit Stephanus: Ηέτροσσα, νῆσος Κιλιτζας. || — πρὸς τὴν Ἀφροδισιαδάκτη.] Nomina et intervallorum series in codice ita habet, ut duæ Aphrodisiades distinguenda esse videantur. Ab extremitate boreali Pityussæ progredien-

185. Ἀπὸ Ἀφροδισιάδος, ἐκ τῶν εὐωνύμων ἔχοντι τὴν Πιτυοῦσαν, ἐπὶ πύργον κείμενον πρὸς ἄκραν, ἢ προσονομάζεται Ζεφύριον, στάδιοι μ'. ἀπὸ δὲ τῆς Σερπηδονίας ἄκρας εἰς Ἀφροδισιάδα δ πλοῦς σταθίων ρχ'.
- 5 186. Η δὲ Ἀφροδισιάς κεῖται ἔγγιστα τῆς Κύπρου πρὸς Ἀγαῶν ἀκτὴν, [ἐφ' ᾧ] κατὰ πρύμναν ἔχοντι τὰ μέρη τῆς ἄκρων στάδιοι φ'.
187. Ἀπὸ Ἀφροδισιάδος ἐπὶ γυρίον καλούμενον Κίφισον στάδιοι λέ.
- 10 188. Ἀπὸ Μέλιενος ποταμοῦ ἐπὶ ἄκραν Κραυνοὺς στάδιοι μ'.

tes 45 stadiorum itinere devenimus fere ad hod. *porto Cavaliere*; haec igitur foret Aphrodisias nostra. Hinc aliis 40 stadiis deferimur ad Zephyrium promontorium sive *Capo Cavaliere*. Inde iterum 40 stadia sunt ἐπὶ ἄκραν καὶ πόλιν Ἀφροδισιάδα, quae pertinent a *Capo Cavaliere* boream versus, ubi in intimo sinus recessu ad hod. *Popadula* ruinas Aphrodisiadis urbis supersunt. Ratio hac per se nihil habet quo offendatur. Fieri enim potuit, ut urbs Aphrodisias, ad occidentalem chersonesi latus posita, alterum haberet portum in orientali latere situm, cui et ipsi nomen Aphrodisiadicum esset. Porro quum apud Scylacem legatur p. 77: λιμὴν Ἀφροδισίος καὶ λιμὴν ἔτερος, verbis λιμὴν ἔτερος alterum Aphrodisiadis portum signari credideris. Est tamen quod dubitationem moveat, ac turbatas in codice Stadiasmi rationes esse suadeat. Etenim si a Pitussae extremitate (borcali, ut hoc concedam) ad Aphrodisiadem sunt stadia 40, consequitur eum, qui ab Aphrodisiade ad Zephyrium navigaret, insulam istam a tergo habuisse. At Noster dicit § 185: ἀπὸ Ἀφροδισιάδος ἐπὶ τῶν εὐωνύμων ἔχοντι τὴν Πιτυοῦσαν. Deinde quum idem dicat § 185: ἐπὶ ἄκρων καὶ πόλιν Ἀφροδισιάδα, quārēs quānam sit ἄκρα ista. Ad ipsam urbem nulla extat. Cogitari debetur de exigua litoris eminentia, quae est media inter urbem et *Capo Cavaliere*, id tamen parum probabile; imo Veneris promontorium de conspicuo *Capo Cavaliere* et Noster intellexerit et Plinius V, 22: *Promontorium et oppidum Veneris, a quo proxime Cyprus insula*. Denique in verbis πρὸς τὴν Ἀρ. offendit vox πρὸς, quam pro εἰς, ἐπὶ, ἐώς Noster non solet usupare. Que quum ita sint, verco ne perperam due Aphrodisiades distinguantur, ac persuasum est turbatam Stadiasmi narrationem in hanc resilingendam esse sententiam: § 184. Ἀπέγει ἡ Πιτυοῦσσα ἀπὸ Χερσονήσου τῆς πρὸς τῇ Μῆλῃ στάδιον π'. ἀπὸ δὲ τῆς ἄκρας τῆς πρὸς τῇ Αφροδισιάδι στάδιον μέ' (vel: ἀπὸ δὲ τῆς Πιτυοῦσσας ἐπὶ τὴν ἄκραν τὴν πρὸς Ἀρ. στάδιοι μ').: — § 185. Ἀπὸ τῆς Πιτυοῦσσας ἐπὶ τῶν εὐωνύμων ἔχοντι τὴν νῆσον ἐπὶ πύργον κείμενον πρὸς ἄκρα, ἢ προσονομάζεται Ζεφύριον, στάδιοι μ'. ἀπὸ δὲ τοῦ Ζεφύρου ἐπὶ ἄκραν Ἀφροδισιάδα στάδιοι λ'. ἀπὸ δὲ τῆς ἄκρας ἐπὶ πόλιν Ἀφροδισιάδα στάδιοι μ'. Initio § 184 scriba ἀπὸ Ἀφροδισιάδος dedit, quod id nomen proxime antecedebat. Quod vitium in codice nostro per frequens est. Jam igitur dicit auctor boream versus a boreali insula extremitate ad Mylaram chersonesum esse stadia 80, meridiem versus a meridionali insula extremitate

185. Ab Aphrodisiade, Pitussam a sinistris habenti usque ad turrem ad promontorium positam, quod vocatur Zephyrium, stadia 40; a Sarpedonio autem promontorio usque ad Aphrodisiadem navigatio stadiorum 180 (πτ').

186. Aphrodisias proxime aet a Cyprī insulae acte Achæorum, ad quam boreales partes a puppi habenti sunt stadia 500.

187. Ab Aphrodisiade ad locum et fluvium Cephisum vel Melanem dictum stadia 35.

188. A Melane fluvio ad Craunios (Crunos?) promontorium stadia 40.

tate usque ad Aphrodisiadem acram (C. Cavaliere stadia 45. His de situ insulae præmissis, reddit ad parapli narrationem, quae in extremitate boreali insulae substiterat: Hinc igitur 40 stadia sunt ad Zephyrium, quodquarendum est in promontorio ad boreale latu portūs Cavaliere. Inde ad Cap Cavaliere 30, ab eoque ad urbem Aphr. 40 sunt stadia, quae postrema loca male scriba contraxit verbis: ἐπὶ ἄκραν καὶ πόλιν Νέρη. σταδ. μ'.

